suorum marte gessit Iustinianus. Nam per Mundum sui exercitus ducem Dalmatiam inuasit, & Solonam vrbem munitissimam vi cepit: in qua victoria Mundus ipse cum filio suo occisus est. Mauros quoque Africam infestantes, ductu Ioannis præfecti sui oppressit. Inde Belisarium patricium hominem Græcum, militaris disciplinæ peritissimum, in Persas rebelles eum exercitu misit, quos ille breui deuicit, & iura imperij, Roma. toti Orienti asseruit: cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem, magna lætitia Iustinianus excepit, idémque dux triumpho insignis, & bello clarus, in Africam mox profectus, Vvandalorum gentem deleuit, & Gilimerem eorum regem vi cepit, catenísque aureis vinctum (quòd ferro ligatum eum se non ducturum promisisset) Constantinopolim vnà cum vxore & regia familia in triumphum egit, Anno. 74. vt scribit Volaterranus, vel (vt Paulus Diaconus vult) 96. ex quo Gensericus in Africam primùm ingressus est. Cum autem ad conspectum imperatoris venisset, iussúsque esset rex adorare Iustinianum, fertur eum pleno ore semper risisse, atque interrogatum, dixisse ridere se fortunæ humanæ vicissitudinem, vt qui modò rex fuisset, iam seruiret. Hic Belisarij triumphus maior fuit quàm Persicus, & preciosior. Supellex enim regis distincta auro lapillisque & margaritis, ac septem vasa auro plena, & nonnulla gemmis, in triumphum acta sunt, vt scribit Pomponius Lætus in rebus Gotthicis. Post hæc Africam repetens, Vvandalus redintegratis viribus bellum renouantes, Iustiniano subdidit, ac penitus deleuit, interfectn eorum rege Guntarith sub pacis dolo. (Nam dolus an virtus quis in hoste requirat?) Victor inde Romam reuersus, Crucem auream librarum cẽtum preciosis gemmis ornatam, in qua res ab eo gestæ cælatæ fuerunt, diui Petri Basilicæ obtulit. Hic Vvandalorum finis fuit, anno videlicer quinto supra cẽtesimum ex quo Africam primum occupauerant, vt ipsemet Iustinianus scribit in l. 1. in princ. C. de offic. præfe. præto. Afri. & in proœ. Instit. §. 1. cum ait, Post tanta temporum spatia? quamuis Procopius dicat Vvandalorum finem fuisse capto Gilimere: quod verum esse non potest, cum postea, vt diximus, vires ipsi redintegrarint. Ob quas tam insignes victorias memorabile illud templum quod ἁγίαν σοφίαν Græci vocant, id est sanctam sapientiam, Christo optimo maximo (est

Belisarius.

Gilimer rex.

Guntarith rex.

Procidi ꝑ

Sophiæ tẽplum.

enim Christus patris sapientia) Constantinopoli incomparabli magnitudine construxit. Condidit & sanctum Paulum, locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas, dicatum. His Iustiniani successibus perculsus Theodatus Gotthorum rex, per legatos conatus est bellum quod ei à Iustiniano imminebat, deprecari.

Theodatus Gottho. rex Amalasiuncha.

Nam cum Amalasiunta mulier cordata, & Iustiniano confœderata, mortuo Athalarico eius filio Gotthorum rege adhuc impubere eum in regno socium adsciuisset, isque beneficij collati immemor, ipsam iussisset necari audita Iustinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarsit iracundia. Sentiens ergo Theodatus sibi insensum esse principem, apud eum factorum impunitatem impetrare adnixus est, nec, eam obtinuit: fuissétque ei continuò bellum illatum sed vt sine maiore Italiæ motu ea res conficeretur, legati in Galliam missi sunt à Iustiniano ad Clodomirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facilè obtinuerunt, vt Theudebertus (alij Theodebertum vocāt) eius necessarius ex Narbonen. Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iustinianus conceptas contra Theodatum belli vires in Vitigem (Theodato interim è medio sublato) conuertit, & Belisarium ad liberandam Italiam contra Gotthos mittit: qui Neapolim primum vi cepit, hinc Romam cum exercitu volente populo ingressus, varia belli fortuna cum Vitige sæpe conflixit: ac tandem eum apud Rauennam cum vxore, liberis, præcipuisque Gotthorum proceribus, ac magna vi auri atque argenti captum ad Iustinianum Constantinopolim deduxit.

Clodomirus hic rex erat Aurelionũ, filius Clodouei regis primi Francorum Christiani. Theudebertus rex Metensium & Galliæ Narbonen. Clodouei ex fratre nepos. Vitigis Gotthorum rex.

Narrant historiarum scriptores (atque in primis Procopius) Theudebertum Francorum regem, fœderis cum Iustiniano priùs icti vel immemorem, vel potius violatorem, huius belli initio octodecim Burgundionum milia in Vitigis auxilium misisse: quem Vitigem cum Belisarius vicisset, Francos quoque ipsos belli socios & auxiliares vicisse creditur. Adde quòd idem Theudebertus Francorum rex (vt scribit Procopius) cum sexaginta hominum milibus, vel vt Volaterranus) Theodoricus huius Theudeberti pater, cum armatorum milibus octoginta in Italiam postea veniens, & Gotthorum & Belisarij copias improuiso impetu dissipauit, & mox cum pabuli penuria in varios languores inciderint, (vt est Gallorum fatum Italiam infesto agmine petentium) cum paucis est in Galliam reuersus, dimissis in Italia Bucelino & Amingo ducibus, qui & ipsi aliquanto post tempore à Narsete superati & occisi cum reliquo exercitu in Italia fuerē, vt scribunt Anto. Sabel. Procopius, & Paulus Diaco.

Theodoricus Clodouei filius.

Bucelinus. Amingus.

Ob quas victorias Iustinianus forsan se Francum vocat, quanquam Ioan. Fab. haud satis historiæ gnatus, in proœ. Insti. ciuilium, non de nostra, sed Germaniæ Francia Iustinianum cognomento Francum dici falsò putat. Nam ante tempora Clodouei ipsius Theudeberti aui, Francos ipsos Sicambros seu (vt Faber vult) Germanicos in penitiorem commigrasse Galliam, eámque totam fere occupasse, nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adstipulatur Blondus Foliuiensis de inclinatione imperij Romani, Francos à Iustiniano victos esse adserens. Ad hæc Rhegino Monachus libro Annalium. 1. auctor est, Narserem Iustiniani patricium cum Bucellino & Amingo Theudeberti Francorum regis ducibus (qui Italiam deprædabantur) pugnasse, eósque interfecisse. Rheginoni subscribit Ioan. Tritemius de origine Francorum: & ipse etiam Ammonius, ac Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico, eosdem Francorum duces prope Tarentum fuisse à Narsete oppressos adfirmans, vel, vt Rapha. Volaterr. scribit, apud Canetum Campaniæ oppidum. Scribit Procopius in lib. 2. de bello Gotthico, Belisarium in huius belli initio hæc ad Theudebertum scripsisse: Satius est, securè sua vt quisque possideat, quam dum aliena nimium appetit, de suis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gotthi qui per Italiam remanserant, absente Belisario regem sibi eligunt Totilam magni animi virum, qui confestim Florentiam obsedit, sed à Iustiniani ducibus (quos Belisarius in Italia dimiserat) repulsus est: qui cum paruo interiecto tempore Neapolim cepisset, Belisarius ad curam belli Italici rursus à Iustianino delectus, in Italiam reuersus est.

Totilas Gotthorum rex

Interim Totilas rex, Italiæ ciuitates miris cladibus direptionibúsque afflixit Romámque infenso agmine ingressus diripuit, incenditque, & partem murorum euertit, ciuésque variè iactauit, & vrbem penitus desolatam, ac sine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius, Romam quadraginta diebus in solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flāmam. Pari crudelitate Florentiam in Hetruria solo æquauit: quibus cladibus, Dei flagellum cognominatus est, vt scribit Rapha. Velaterr. in gestis Gotthorum. Verum Platina in Leone primo, non hunc, sed Attilam flagellum dei vocitatum esse vult.

Totilas flagellum dei cognominatus.

Blondus Forliuiensis de inclinatione Roma. imperij auctor est, capta à Totila vrbe, Rusticianam nobilem mulierem Romæ inter mendicantes inuentam, in iudicium à Gotthis fuisse arreptam, quòd Theodorici regis statuas frangi fecisset in patris sui Symmachi & Boetij coniugis vltionem, qui Theodorici iussu fuerant interfecti. De facto nihil ambigebatur. Cæterum mulieris pietas, & amor in defunctos, plus valuit apud Totilam, quàm regia maiestas. absoluta à rege est, ac ne quauis illi fieret, diligenter cautum.

Symmach. Boetius.

Scribunt Procopius & Pe. Crinitus, Belisarium ad Totilā cum is de euertenda vrbe Roma cogitaret, vt eum à tam infando consilio inflecteret, literas his verbis misisse: Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romámque deleueris: rem haud sanè alienam, sed tuam perditum ibis. sin victus eris: seruata vrbe gratias immortales, deleta vero humanitatem nullam à victore expectato debes. Vale. Quam quidem epistolam refert Prop. Totilam sæpe perlegisse, equóque āimo eius admonitionem accepisse, & ab incepto diruendæ vrbis opere destitisse. Verùm cum media iam plus parte deflagraret, tota fere incendio consumpta est: vnde & Francorum rex Totilæ eius filiam obnoxius vxorem petenti, nuptui dare noluit: quòd diceret eum non esse Italiæ regem, qui Romam rerum dominam & Italiæ caput incendisset.

Roma rerũ domina.

Belisarius autem Romam desolatam protinus occupat, & incredibili celeritate muniuit. septem enim & viginti dierum spatio, fossa, vallo, propugnaculis, omnifariámque munitionibus aduersus omnem vim extrariam, hostilémque impetum, ipsam vrbem instruxit, Totilámque iterum reuertentem magna vi repulit: quem si fugientem Belisarius fuisset persecutus, Gothicæ victoriæ laudem Narseti ademisset. post cuius digressum, claues vrbis Constantinopolim ad Iustinianum misit, vt sciret vrbem iterum à se in libertatem esse assertam. Denique

quie cum imparem viribus se esse cerneret, nec fortuna quæ ab initio fuit perseueraret, per Antoniam vxorem, quam ipse præmiserat, à Iustiniano missionem impetrauit, vt scribit Procopius. Alij a Iustiniano reuocatum ferunt ob falsam affectati imperij suspicionem: quòd scilicet Vitige capto, Gothi ei omnes regnum Italiæ obtulissent: quod tamen, vt scribit Procopius, omnino recusauit. Vtcunque res habeat, constat hercle eum post multas victorias, & peractos triumphos, exitum tandem habuisse magnis plerunque viris, & optime de republic. meritis communem. Nam Iustiniani iussu, siue Triboniani eius cancellarij, cuius prima apud ipsum principem erat auctoritas, odio, quin potius inuidia, seu veteris (vt dixi) belli suspicione excæcatus est, eidémque oculi crudeliter exempti: qui tam graui támque iniqua oppressus fortuna, tuguriolum sibi prope viam constitui fecit, in quo reliquum vitæ transigeret, victum quæritans, & hoc subinde prætereuntibus, dictitans: Date stipem Belisario, quem rerum prospere gestarum magnitudo extulit, inimicorum inuidentia excæcauit. Hæc Procop. & Pet. Crinitus. Ammonius vero monachus scribit reuocatum quidem à Iustiniano per inuidiam fuisse Belisarium, ac patriciatus dignitate priuatum. qui cum priuatam agens vitam, duodecim milia hominum semper secum haberet, Iustinianum Imperio à Floriano deiectum restituit, atque ob id in Iustiniani gratiá rediisse, Italiámque, denuò cum exercitu aduersus Francos perijsse, & ad postremum cum paucis contra multos Francos fortiter magis quàm prudenter prœliantem occubuisse, & qui multarum sub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, à Francorum legato victum vita simul & nominis sui gloria spoliatum esse. Qua in re tantum abest vt Ammonio accedam, vt nihil minus credam. Veri enim mihi simile non est, Belisarium à Iustiniano reuocatum, belli missionem turpiter ac ignominiosè passum, omnibúsque dignitatibus priuatum, duodecim milia hominum alere vel consueuisse, vel potuisse: vtpote cui eæ facultates, vix esse poterant, vt tantum hominum toleraret: nec si tantæ fuissent, permisisse Iustinianum credam. Fuit autem Belisarius vir alioquin militaris disciplinæ peritissimus, tanta ad hæc comitate, quãta dux vllius ætatis, quod sciam, nullus: vt iuxtà diuiti inopique comis facilisque semper occurreret. Exegit hic à militibus seuerè abstinentiá, vt ne ex humili quidem plebe pateretur violari quemquam, nec militaribus viris ex arboribus fruges pomáve temere decerpi. Hæc disciplinæ militaris seueritas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab insolenti milite, quales hodie nostrates omnes fere videas, consequi possis? Porro subuersa militiæ disciplina (cum id militi licuit) quod libuit nihil expectari potest aliud in castris, quàm seditio, quàm pauor, fuga, seruitus, & iniectum ceruicibus iugum. Iam & in eo non paruum bellicæ virtutis exemplum extitit Belisarius, quòd octo circiter Græcorum milia eius ductu ducenta ferè Gotthorum milia ex Italiæ possessione propemodum deiecerunt. Et cum bello talis esset Belisarius, religio pietásque præcipuæ illi curæ fuit. intulit enim ex Vvandalorum, vt diximus, manubiis Crucem auream cẽtum pondo, gemmis distinctam, beati Petri templo, Cerostrata item duo magni precij. Ædificauit ære suo xenodochia duo, Fanum quoque vnum, prædiísque ditauit. de cuius laudibus ita scribit Suidas: Belisarius dux corporis tum pulchritudine, tum proceritate, ac faciei formositate facilè omnes superabat, facilem & accessibilem vnicuique se præbens allocuturo, adeò vt pauperi & inglorio cuique similis esset. Amor eius in milites, & agricolas, inexpugnabilis: in milites quidem, omnium maxime sui temporis dona largiebatur. in agricolas, tanta parsimonia ac prouidentia vtebatur, vt bellante Belisario nullum vnquam violari contigerit. Vendebantur enim ab ipsis omnia venalia iuxta sententiam. Segetibus verò florentibus diligenter cauebat, ne alicuius prætereuns iumentum eas depasceretur. Fructus autem in arboribus maturos existentes nulli omnino tangere licebat. Fuit insuper prudens, & valde fortis. Et in Belisario hæ quidem fuere virtutes. Cæteri Iustiniani, præter Narsetem, duces, qui post illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi, consilio, comitate, abstinentia: quo contigit, vt breui eum ipso duce belli quoque fortuna sit mutata. Alij dicunt non dignitate priuatum Belisarium, sed fama belli Parthici (quod imminere videbat Iustinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam reuocatum, idque Pomp. Letus & Anto. Sabell. literarum monumentis tradidêre. Eo autem in Græciam abscedente Germanus patricius Iustiniani Augusti frater patruelis, vir impiger, & militari disciplina clarus, contra Totilam (qui absente Belisario Romam receperat, & eam instaurare, ciuésque reuocare studebat) missus, in Illyria morbo occubuit: in cuius locum Narses eunuchus à Iustiniano suffectus, Totilam primum, deinde Theiam reges superauit & occidit. Valebat hic Narses plurimùm gratia apud Augustum: administrabátque eius aulam arbitrio suo: vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem consilio, sed religione ac pietate maior, qui multo plura sit votis consecutus, quàm vi & armis.

Gothi Belisarium regem facere voluerunt.

Belisarius excæcatus.

Belisarii laus.

Germanus patricius Iustin. frater patruelis.

Narses eunuchus.

Iustinianus haud multo post quàm Italia à Gothis, à Vvandalis verò Africa armis vindicata est, atque adeo postquam omnis Lybia Romano imperio reddita, multáque præterea ab eo interim bella feliciter gesta (vt eius gloria domi iuxta forísque conspicua esset) ad eiusdem Reipub. statum in primis reparandum animum appulit: & immensam legũ congeriem ad communem studiosorum vsum in breuem coartauit formam, cum incondita prius & sparsa cumulis illa iuris corpulentia obrueret magis adolescentum studia, quàm instrueret. Nam ad duo fere milla librorum volumina in quinquaginta libros digessit. horum congestum Digesta appellant. Sunt qui Pandectas vocent, quòd iuris scientiæ omnimodam contineant doctrinam. Edidit & Epitomen legum, partitus materiam alioquin vberrimam, in quatuor libros Institutiones passim vocant. Nouas quoque leges, quas ipse statuerat, in vnum codicem redegit, Nouellásque nuncupari voluit: hodie Voluminis nomen sibi vindicat. Omnes dein principum constitutiones, quæ in multis sparsim voluminibus habebantur, in duodecim contraxit libros. Iustiniani Codicem vulgo nuncupant. Ex prædictis igitur palam est, Iustinianum Imperatorem, primum quidem omnium post adeptum ab eo imperium, bella in Gotthos Vvandalosque gessisse, atque his prosperè confectis, immensa veteris prudentiæ volumina in epitomẽ redegisse: id quod ipse etiam testatur in procæ.

Iustinianus leges in epitome redegit.

Digesta. Pandectæ.

Institutiones.

Nouellæ. Volumen.

Codex Iustiniani.

Instit.§. quorum vtramque.ibi,post tanta temporum spatia. & in l.ij. in prin. ibi, post bella enim Parthica &c C.de vete.iur.enucle.& in l.j.§. merito igitur.C. de Iustinia.co.confir. Nec obst C.de emenda.Codic. do.Iustin. in princip.§. igitur. vbi Accursius asserit Iustinianum leges prius emendasse, quàm arma tractasse. Nam licet in ipso imperij sui initio leges antea sparsas in vnum corpus colligere proposuerit, cœperitque, bellis tamen variis ab instituto auocatus, nihil ille perfectum aut absolutum reliquit, præter veterem illum Codicem, quem suitis postea bellis substituto illi nouo Codice penitus abrogauit. Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem seruauit. Nam antequam bella gereret Iustinianus, Codicem illum qui à nobis nunc desideratur, ex tribus veteribus; Gregoriano scilicet, Theodosiano, & Hermogeniano Codicibus edidit: de in bellis ab eo gestis, ex multis legum milibus quinquaginta Digestorum libros contraxit. Tertiò Institutiones ciuiles. Inde eum qui hodie circunfertur Codicem diuulgauit, ac demum Nouellas, seu paruum (quod vocant) volumen in lucem emisit vt rectè scripsit Accursius in procemio Instit.§ j. Hæc de iuris structura à Iustiniano compacta Pomponius Lætus cæterique penè omnes historiarum scriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Anto.Sabel.& Platina in Bonifacio secundo, Iustinianum ipsum non modo iura condidisse, sed de Christi quoque incarnatione piè simul & eleganter scripsisse. Cæterum tantum abesse putat Suidas Græcus iura à Iustiniano fuisse condita, vt eum ne elementarium quidem fuisse sed prorsus analphabetum scripserit. Quod si ita habet res, fieri mehercule nō potest, vt homo ignarissimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot veterum Iurisconsultorum scripta intellexerit, tótque leges callere, & in ordinem redigere potuerit. Consequens igitur esse dicemus, non Iustinianum (vtpote literarum omnino expertem, iurísque ciuilis prorsus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum & educatum) sed Tribonianum eius quæstorem, virum doctissimum, Pandectarum fuisse totiúsque iuris architectum: quod & ipse in procemio Institutionum Digestorúmque planè testatus est. Multum itaque debet eùm in rebus bellicis Iustinianus Belisario, Narseti, Ioanni, ac Mundo, inclytis belli ducibus: tum verò in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiusdem farinæ viris, qui ipsius Iustiniani gloriam domi militiæque famigeratam reddiderunt. Nam cum nulli vnquam interfuerit bello, nec legem nouerit vllam, multas tamen de hostibus victorias eum retulisse, iuráque condidisse, & ea omnia in ipsis cordis penetralibus clausa habuisse constans fama prædicat. Qua ex re maiorem retulisset gloriam Iustinianus, quàm si imperij fines longius protraxisset: nihilque ei ad summam defuisset laudem, si fons publici priuatique iuri iniquo & pestilenti auctore caruisset, id est si nō Triboniani viri mehercule improbi impiique opera in condendis legibus vsus fuisset Iustinianus. Quod sane effecit, vt eius inconstantia non parum sugillaretur. Nam, vt ait Suidas, Tribonianus Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus à fide Christiana, adulator, deceptor & fraudulentus, qui Iustiniano regi persuasit eum non esse mortem oppetiturum, sed in cœlum vna cum carne assumendum. Fuit autem quæstor Iustiniani, qui naturæ potentia & dotibus pollens, ad tantum eruditionis fastigium peruenit, vt nemini sui temporis facundia & eruditione cederet. Cæterum studio auaritiæ vsque adeò deditus, vt ius fasque venale haberet, singulis diebus (vt plurimum) leges irritas ac ratas faciens: prout vsus eorum à quibus pecunias acceperat, requirebat: cùm annos multos in honore vixisset, morbo tandem decessit, studio pecuniæ semper quoad vixit feliciter incumbens, nec ob id vlla prorsus iniuria ab aliquo affectus, quòd scilicet sermone blando comíque erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facilè obscuraret. Procopius tamen libro belli Parthici primo refer fuisse Tribonianum vnà cum Ioanne, vt populi seditiones ad tempus sedaret, à Iustiniano quandoque deiectum: vt non absimilem illi fuisse arbitter, quem Virgilius libro sexto notat, qui leges fixit precio, atque refixit. Qui Procopius cū Proclum laudare vellet, Erat, inquit, Proclus imperatoris adsessor, magistratum quæstoris gerens, vir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo neque aliquam legem in alicuius gratiam conscripsit. vt iam Triboniani improbitas nemini ignota esse debebat, tamersi eum Iustinianus vbique laudet. verùm facile est indocto imponere regi. Adde quòd Tribonianus, & qui cum eo operam consarcinandis Iuris ciuilis libris dederunt, immensam illam legum multitudinem, inclementium medicorum more, ad viuum resecantes, accisas nobis Pandectas veriùs, quàm compendiosas (vt Gulielmus Bud. vir doctissimus rectissimè scribit) dederunt. nimia enim religione verentes ne de fæce (vt dicitur) duodecim tab. hausisse aliquid videntur, id est de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum de liquido tantum & nitido promere volunt, aridiora proculdubio volumina, nec sitim quorundam satis explentia, reliquerūt: prorsus vt in Pandectis sequendis dormitasse verius credantur, quàm rectè aliquid & compendiose digessisse. Iustinianus anno ex quo imperare cœpit, quadragesimo, vel vt aliis placet, vndequadragesimo, cum annum agens quadragesimum imperij habenas suscepisset, amens & stultus iampridem factus, in ægritudinem tandem incidens. Iustinum ex filia nepotem, consortem imperij fecit. capútque eius diademate ornauit, fortunæque fauentis signum in eius cubiculum misit: nec multò post ingrauescente morbo non sanus mente decessit. Qui ex quo Augustalem adeptus est sedem, veterem Romani imperij gloriam inclinatam iam propè & lapsam, in pristinam vindicauit maiestatem eámque mirum in modum auxit, & firmiorem quàm antea reddidit, maximus certè & augustissimus princeps nisi auaritiæ & delitij Eutychiani reus fuisset. Nam licet in ipso principatus sui limine orthodoxus in primis fuerit atque Christianissimus, auctoribus Suida Græco, ac Ioanne. ij. Pontifice Maximo in epistola, inter claras.in fi.C.de summa trinitate & fide catholica. & eius nomen Ioan. Fab. in sanctorum catalogo apud históricos scriptum se legisse dicat, vulgóque id multis iam seculis in Aureliorum, alijsque iuris ciuilis scholis receptum sit, (earum videlicet Bidellis Iustinianum inter diuos relatum palā proclamantibus) graui tamē postea hæresis Eutychianæ infamia respersus est, cum prius Chalcedonense concilium (quo ipsius Eutychetis opinio dānata est) probare se asseruisset, literis hac de re vnà cum muneri-

bus ad

Marginal notes (left): Codices duos fecit Iustinian⁹. Codex alter abrogatus. — Codex vetus. — Digesta. — Institutiones. — Codex nouus. — Nouellæ. — Iustinianus scripsit de incarnatione Christi. — Suidas. — Iustinianus inter porcos genitus & educatus. — Tribonianus iuris architect⁹. — Iustinianus nec bellum gessit vllū, nec legem nouit. — Tribonianus.

Marginal notes (right): Proclus. — Iustinianus amens interit. — Iustinianus hæreticus.

bus ad Ioannem, eum quem nuper dixi secundum, publicè missis. Quod & ipsemet testatur in l.iiij. ad finem.C.de summa Trinitate & fide catholica,& in Authen.de Eccl. tit. coll.ix.A quo Anapetus primus pontifex maximus ad eum à Theodato Gotthn ad excusandam Amalasunthæ mortem oratur missus, de Eutychiana hæresi diu tentatus, constantissimè renuendo dixisse fertur: Ego ad Christianissimum principem venire optaui, sed Diocletianum inueni. Qua sermonis libertate effecit, vt permotus princeps ad sanitatem redierit, Anthemiumque eius auctorem mali, Constantinopolitanum præsulem, in exilium miserit,& Memnam catholicum in eius locum suffecerit. In quam tamen hæresim haud ita multò post relapsum esse eum in confesso est, instigante præsertim Theodora Augusta, & Triboniano eius quæstore, viro à Christiana religione prorsus alieno. Hæc siquidem Theodora cùm Syluerio pontifici,mortuo Agapeto, iussisset, vt pulso Memna Constatinopolitano antistite, Anthemium ab exilio reuocaret, idque negasset Syluerius se facturum, quòd pontificia dignitate incolumi præstari nun posset, excanduit fœmina insolens, & quæ sibi nihil non licere arbitrabatur: scripsitque ad Belisarium, vt Syluerio pulso Vigilium diaconum(cuius impulsu Anthemium restitui Theodora petebat)In eius locum substituat. Belisarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negocium dat:quæ subornatis à Vigilio testibus(qui Syluerium dicerent consilia agitasse de vrbe Romana Gotthis prodenda)hominem cogit se dignitate abdicare,palliòque deposito monastica se cucula induere:sicque in Pontiam relegatus insulam, breui post tempore decessit, ac tandem in martyrum ordinem relatus est, cuius festum celebratur duodecimo Kalendas Iulias.Qui Syluerij legendam(quam vocant)scripsere, dicunt eum ab æmulis accusatum,quòd per litteras & nuncios Vitigi pollicitus esset,Asinariam se Gothis portam noctu patefacturum,Lateranensi domui,quam tum pontifex incolebat,proximam:eámque ob rem à Belisario appellatum:ibíque accidisse, vt cum Syluerius ad ducem veniret, assideret ille Antoninæ coniugis lecto, quæ ex Neapoli accersita languebat adhuc è via, & vt est mulierum in potestatibus intemperies, insolénsque & importuna loquacitas, vbi hæc Syluerium ad se venientem vidit, procul stolida voce correptum inclamat, Quo meo, bone vir, quóve Belisarij mei merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa. ac ne potestate quidem Syluerio diluendi criminis facta, pontificium ei cultum detraxit, ac seponi iubet. Et hæc quidem gesta sunt Iustiniano palàm non iubente,ne inconstantiæ argueretur, cum & ipse Anthemium in exilium misisset.sed conniuenter omnia ferente. Syluerio ergo adhuc modum Vigilij fraude & calúnia relegato, Vigilius ipse ex Theodoræ Augustæ & Antoninæ Belisarij coniugis sententia pontificiam sedem arripuit: qui cum in creatione sua Theodoræ imperatrici promisisset reuocaturum se Anthemium, Paulo ante (vt dictum est) ob hæresim Eutychianam à Constantinopoleos pontificatu pulsum, cœpit imperiosa mulier instare, vt Anthemium restitueret: quod se facturum Vigilius cum pertinaciter negaret, malis promissis standū non esse adserens:indignata Theodora Vigilium vi ad se adductum, & fœminæ mandata facere nolentem,ita cædi iussit,vt parum ab internecione absuerit:eumq; in Euphemiæ templum furtim elapsum, & inde à tortoribus violenter extractum, iniectóq; in eius collum laqueo, per totam vrbem ad vesperam vsque distractum,tandē in carceres mitti præcepit, vbi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autem qui eum secuti fuerant, partim in exilium acti,partim verò in metalla damnati sunt. Tam fœdam ignominiam, & verbera, & laqueos, & carceres passus est Vigilius in domo principali, Iustiniano ipso qui paulo ante venientem cum Constantinopolim summa cum veneratione exceperat,ac præcedente clero & populo ad angustissimum Sophiæ templum perduci iusserat(vt par est credere) audiēte,sed vidente etiam, & patienter ferente. Adde quòd cum alterum iam annum penè exactum in vinculis fuisset Vigilius, tentauit Iustinianus per Pelagiū, qui Roma ad eum venerat rogandum vt Totilam ab euertenda vrbe Romana auerteret,flectere eius animum vt Anthemium restitueret,ad postremum,quia sententiā mutare noluit, flagro adhibitus est permissu principis, ac per vrbem iterum laqueo distractus, & demū in carceres reiectus. inde plures annos in vinculis fuit Vigilius, nec priùs solutus,quā Narses extremā manum rebus Gotthicis imposuit. Hæc ideo scripsi, vt intelligat cupida legum iuuentus, non tam piū fuisse Iustinianum,quàm Ioannis Fab.scripta prædicant. Verùm fertur ipse Iustinianus inclinante iam & ingrauescente eius ætate parū fuisse,vt diximus mentis compos:quam nacta occasionem Theodora Augusta,vt est mulierum animus gloriæ & principatus appetens,magnam administrationis partē ad se trahebat. Inciderunt in Iustiniani huius principatū,administrationes pontificum Romanorum septem, quorum primus Felix quartus, qui vt morientes vngerentur instituit. Bonifacius item secundus,qui sanxit, ne Episcopus sibi sacerdotij successorem legeret, & prophanam à clero plebem,cum res fieret diuina,discreuit. Tertio loco Ioan. secundus, qui Anthemium hæreticum Constantinopoleos Archiepiscopū damnauit, cuius Iustinianus damnationem per literas publicè laudauit. l. iiij. §. suscipimus. ver. sic,& sanctorum patrum.C.de sum.Trini.& fide catholica.& grandia ad eum misit dona, aureum scyphum gemmis ornatum, & alia multi precij munera,quæ Vaticano templo illata sunt. Verum eo mortuo Iustinianus mutata mox voluntate in Eutychianam hæresim lapsus, eā constantissimè eatenus amplexus est,donec ipsum Agapetus ad veram reduxit fidem,quam nec ille diu integram seruauit. Hic est ille Ioannes,qui scripsit Epistolam, Inter claras. C. de sum.Trinit.& fide catho. Agapetus quoque primus, quem à Theodato Gotthorum rege ad Iustinianum imperatorem (qui Amalasunthæ reginæ vltioni imminebat) missum fuisse nuper diximus, eúmque ab hæresi Eutichiana ad orthodoxam reuocauit fidem :quo vita functo iterum desipuit Iustinianus. Ad hæc Syluerius primus, vir sanctus,qui calumniam passus est apud Belisariū accusante Vigilio diacono , vt paulo antè à nobis scriptum est. Dein & Vigilius ipse eius nominis primus,quem nuper memini varijs contumelijs verberibúsque iussu

Theodoræ

Theodora.

Syluerius pont. maxi.

Antonina Belisarij vxor, Syluerium pontificatu priuat.

Asinaria porta.

Mulierum intemperies.

Pelagius.

Mulier principatus appetens.

Vigilij mors.

Thendoræ fuisse affectum, quòd Anthemium hæreticum ab exilio reuocare nollet: in quibus & extioctum eum, veterem calumniæ culpam optimo fine compensasse scribit Raphael Volater. Alij non extinctum scribunt, sed longo carcere fuisse detentum, ac tandem Narsetis precibus liberatum, Romámque reuertentem calculi morbo Syracusis periisse. Ab hoc Vigilio synodus quinta Constantinopoli, Iustiniano adhuc in humanis agente celebrata est, vbi cõtra Theodorum coriarium statutum fuit, vt virgo Maria, θεοτόκος, id est Deipara seu Dei mater appellaretur, anno à Christi Natali. 540. Vnde & diuam Aonam Theotoci, id est Dei genitricis matrem esse rectè dicimus, licet in Ecclesiasticis illis libris, quæ breuiaria vulgò appellant, Theodoci matrem eam esse corruptè scriptum sit. Quòd si vera sunt hæc, quæ de quinta Synodo auctore eodem Vigilio sub Iustiniani principatu congregata scripsimus (sicuti certè verissima esse nemo nescit literat⁹) à fide haud dubiè abhorrent, ac velut ex diametro distant, quæ de eâdem re in literas misit Gratianus in decretis canonicis. Is namq; non Vigilij Pontificatu, sed Iulij, quintam ipsã Synodum vniuersalem fuisse coactam auctor esse fertur in c. sexta. & capite sequen. §. quinta. xvj. dist. Quod nulla ratione fieri potuisse, tam mehercle palam est, quàm cœli sidera clara. Nam duo tantum Pontifices maximi, Iulij nomen fuêre adepti, quorum vterque multis à Iustiniano distat seculis. de Iulio enim secundo nihil ambigitur, quippe quem vidimus ipsi nõgentis amplius post Iustinianũ annis. Priorem autem Iulium Constantini magni principatus habuit, qui longo temporis interuallo cum quẽ nuper dixi Iustinianum antecessit, inter quẽ & Iustiniani Imperij primordia viginti intercessêre Romani Pontifices. Ex quo constat quintũ concilium non Iulio præside (vt sentire videtur Gratianus) sed Vigilio Iustiniani contemporaneo fuisse indictum. Cæterum malim ego dicere textum in d. §. quinta. esse corruptum, & expuncta inibi dictione, Iulij, in eius locum, Vigilij verbum esse substituendum, quàm fateri tantum virum tam fœdè in re maximè aperta fuisse lapsum. Simili errore laborauit Paulus diaconus, in Iustiniano minore quintã Synodum tempore Iulij factã fuisse falsò adserens. Vigilio ita vt proximo est loco à nobis proditũ vita functo, Pelagius primus extremis Iustiniani temporibus sacram Romæ tenuit sedem: qui vt clerici septem horas canonicas (pensum seruitutis Ecclesiasticæ) quotidie obirent, constituit, & vt hæretici secularium manu coercerentur, si ad sanitatem trahi aliter non possent. Coniiciuntur in principis huius tẽpora viri ingenio & eruditione illustres, Cassiodorus Rauenas, qui ex consule monasticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis scipsit, cùm multa prius De republica scripsisset senator. Priscianus Cæsaricosis, qui in Gramatica arte tam multa scripsit, quã nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus euangelicam est historiam complexus. Iustinianus Valeotianæ Ecclesiæ antistes, rerum diuinarum studio nõ obscurum nomen adeptus. Dionysius Abbas, qui Romę paschalem calculum mira arte composuit. Probantur & Facundi scripta ea tempestate in Eutychianos edita. Adde & Amalasiuntham Athalarici Gottorum regis matrem, cui tantam fuisse indolem scribit Cassiodorus, vt sine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquentem, cum Græcè Latinéque sciret egregiè, & linguas omnium gentium teneret, quibus aliquid adhuc commercij fuit cum populo Romano: quæ cum filium bonis artibus moribúsque instituere conata esset, optimo eius consilio nihil æquè obstitit, ac eorum qui puerum regebant, auaritia. nihil minus ad suas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quàm frugi & moderatum habere principem, Habuit illud Iustiniani seculum & viros sanctitate claros, Benedictum monasticæ vitæ institutorem in Cassino monte. Maurum eius discipulum in Gallia. Germanum & Genouefam Parisiis. Apud Scotos Brigidam. In Italia Syluerium Pontificem martyrij lauream sub eodem Iustiniano adeptum. ac demũ Clodoueum primum Gallorum Regem Christianum, qui sub ipso ineuntis Iustiniani principatus articulo fatalem obiit diem.

Synodus quinta.

Correctus locus in vita diuæ Annæ.

Gratianus quibusdam videtur lapsus.

Pauli Diaconi lapsus.

Viri illustres tempore Iustiniani.

Amalasuntha sermonis Græcè Latinéque docta.

Auaritia adsecorũ principi periculosa.

INSTITVTANE VOCANDA SINT HÆC LEGVM cunabula (vt Iustinianus appellat) an Institutiones.

Etsi inter multos iamdiu obtinuerit Instituta vocari hæc iurisprudentiæ elementa, quippe cùm & Sypontinus instituta interdum decreta legum atque sanctiones dici affirmet, & ita Iustinianum opus suum elementorum inscripsisse (id quod & ipse agnoscit Sabellicus) & in Pandectis Græcis legatur, τὰ ἰνστι- τὰ ἰνστιτοῦτα (id quod in Budæanis Institutionibus adnotatum vidi) nos tamen Laurentium Vallensem, atque alios humanitatis professores magis sequimur: qui instituta interpretantur bonos mores consilio & ratione sumptos, domesticámque disciplinam: quæ literis non mandantur, sed obseruantur communi opinione virorum bonorum per quandam consuetudinem. vnde & apud Valerium Maximum titulus est De institutis antiquis, quasi de moribus antiquis. & Quintilianus lib. 1. institutionum oratoriarum, Nam is, inquit de Chrysippo loquens: quanquam triennium nutricibus dederit tamen ab illis quoque formandam quam optimis institutis mentem infantium iudicat. cur autem ad literas non pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet? eandem rem appellans instituta & mores. Hæc Quintil. Institutiones autem sunt præceptiones quibus instituimur & docentur homines: vt sunt libri ab eodem Quintiliano inscripti Institutiones oratoriæ, à Lactantio Institutiones diuinæ, ab Erasmo Institutio principis Christiani, ab Aldo Institutiones Grammaticæ, & ita ab aliis multis auctoribus: vt hinc scilicet hoc opus Institutiones dici intelligas, quòd præceptiones ac documenta quædam seu elementa totius legitimæ scientiæ contineat, quibus iam inde ab initio cupida legum iuuentus imbuatur. Quarum & Politianus Miscellaneorum cap. 84. commeminit, his verbis: Institutiones hæ, quæ vocantur in iure ciuili, Iustiniani principis nomine editæ, sed à Triboniano tamen doctísque aliis viris compositæ, etiam Græcè scriptæ sub eodem prorsus intellectu reperiuntur, nisi quòd ritus quidam consuetudinésque Romanorum veteres vberius aliquanto & laxius in Græco ipso quàm in Latino codice referuntur, vt peregrinis hominibus, atque à Romanorum more consuetudinéque alienis, res tota penitus innotesceret. Hactenus ille. Quorum te volumus monitum, humanissime lector, vt cum iurisprudentia, verborum quoque peritiam tibi adsciscas. Vale.

FINIS.

IN NOMINE DOMINI. Ista rubrica[a] diuiditur in quatuor partes. ¶ Primò ponitur inuocatio diuini nominis, per quã Deus veneratur: ibi, In nomine domini. ¶ Secũdò ponitur descriptio imperialis culminis proprij & appellatiui, tanquã causa efficiens: ibi, Imperator Cæsar. ¶ Tertiò ponitur cui pręsẽs liber dirigitur, ibi, Cupidæ legũ iuuẽtuti. ¶ Quartò ponitur quędam rubrica particularis, ad nigrum proximè sequens: ibi incipit procemiũ. Angel. Are.

Non continuatur ista rubr. quia continuatio debet fieri ad proxima. l. y. ff. de sic. barn. ¶ Vnde cum sit principium, nihil ante se habere potest, sed quod cõtinuetur. §. discipuli. in procemio Digestorum & l. proximus de ver. significatio. Christoph. Porcus.

a ¶ Jesu Christi. ex hoc no. quòd Christianus fuit: aliàs non[b] posset imperare, i. imperij iurisdictionem exercere: vt in Auth. iusiu quod præstatur. in prin. ibi, & communicator ecclesiæ col. y. vbi dicitur quòd quilibet administrator debet iurare se esse communicatorem sanctæ catholicæ ecclesiæ. hic & aliàs incipit: vt C. de offi. præf. prat. Afri l. in nomine domini. & in Auth. de armis. ae prin. col. vj ex hoc enim sequitur bonum initium, melius medium & optimus finis: vt in Auth. quomo opor. episc. § j. vers. bene autem. col. j. & gl. j. in Auth. de here. & Fal. in prin. coll. j.

b ¶ Imperator Cæsar. à Cęsare Augusto, qui regnabat tempore natiuitatis Christi: iuxta illud. Exijt edictũ à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. i. vt quilibet æstimaret bona sua. & exinde quilibet Imperator dictus est Cæsar. 2 Vel dicit Cęsar, quia fuit cęsus de vẽtre matris suæ. ADDITIO. 3 Vel quia iam mag. à cæsariem pilorum habebat, vt hic per Io. Fa. Et no. q. debet coronari triplici corona. s. ferrea, argentea, & aurea: de qua glo. in cle. j. de iuram. & an gesta per ipsum ante coronationẽ teneant, cõmuniter determinatur quòd sic: vt per Ang. & doct. Christoph. hic.

c ¶ Flauius. quia erat de familia Flauiorum[d]. 2 Vel quia deuicit Flauios, vt dixi. ff. eo. in prin. ¶ Alij habent flauus: quia talis erat coloris nam erat rubens. sed melior prima sententia.

d ¶ Iustinianus. quia fuit filius[e] Iustini. vt j. de donatio. § est & aliud. & j. quibus non est per fac. testa. §. pen. Sed in decret, contra distin. xvj. habeo librum, vbi dicitur quòd fuit filius Constantini. ¶ Sed fortè ibi loquitur de alio[f] Iustiniano, quàm hic. 2 Vel dic quòd fuit filius Constantini, quia successit ei in regno. 3 Vel dictus à iustitia, quam semper coluit, & subditis iniunxit colendam: vt C. de sum. tri. & fide cath. l. j.

e ¶ Alamannicus. hoc nomen, & omnia sequentia nomina sunt ab euentu sibi imposita, vt putà quia vicit Alamannos: & sic de alijs: vt in Auth. de her. & Fal. in prin. col. j. & hæc nomina sunt nomina prouinciarum quas deuicit.

f ¶ Pius. à Pio Antonino: vt in Auth. vt li. de cætero. col. vj §. hoc simile. vers. sciendum autem. Accur. ADDITIO. Vel prius à pietate animi: vt C. de sum. tri. & fide cath. l. j. in prin. & Cod. de nupt. l. imperialis in prin. & C. de cadu. toll. l. vni. a. vlti. vers. pen.

g ¶ Felix. à virtute animi. 2 Vel felix, i. prosper: quia omnia sibi ad votum succedebant.

h ¶ Inclytus. à gestis magnificis Accursius.

i ¶ Victor. in fugando hostes. Accursius.

k ¶ Triumphator. post victoriam: gloriosus enim erat ob magnifica gesta sua.

l ¶ Semper Augustus. quia huius debet esse propositi quilibet imperator, vt augeat: licèt[g] hoc nõ semper faciat. sic in definitione matrimonij: vt j. de pa. po. in prin. licèt interdum dirimatur: vt C. de repu. l. consensu. sic in definitione iustitiæ: vt j. de iust. & iur. in prin. sic Io.

m ¶ Cupidæ legum iuuentuti. s. mittit suam gratiam seu salutem, & hunc librum.

n ¶ Procemium. More rectè scribentium præmittit procemium, in quo reddit lectorẽ attentũ, docilẽ & beneuolũ. Attentum, cũ dicit, summis vigilijs. nã per hoc quòd ipse vigilauit, reddit nos attentos vt vigilare debeamus. nã ius ciuile vigilantibus scriptum est. vt ff. quæ in frau. cre. l. pupillus. in fi. & j. eod. proce. §. ibi summa prouidentia. ¶ Docilem, cum dicit, & cum sacratissimas constitutiones antea confusas &c. vt j. eo. § omnes. Docilẽ enim facit, qui summam rei breuiter cõprehendit. nã per hoc quod ipse abbreuiauit, poterant amodo facilius edoceri. ¶ Beneuolũ, i. bonæ voluntatis ad addiscendum, vbi dicit, & quod in priori tempore. & ibi, summa itaque ope. vt j. eo. §. cumque in sia. & §. summa itaque &c.

Institut.

In nomine domini nostri Iesu Christi,[a] Imperator Cæsar [b] Flauius [c] Iustinianus [d], Alamannicus [e], Gotticus, Francicus †, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vãdalicus, Africanus, pius [f], felix [g], inclyt[h], victor[i] ac triumphator [k], semper Augustus[l], cupidæ [m] legum iuuentuti.

PROOEMIVM,[n] [DE CONfirmatione] Institutionum.

ARGVMENTVM.

Imperatoriã. Diuiditur in tres partes principales totũ hoc procemiũ vsq; ad finẽ: licet Ioannes de platea diuidat in quinq;, nam ¶ Primò ponit in quib. debet versari Imperator. ¶ Secundò ponit qualiter Iustinian' illud adimpleuit. ¶ Tertiò nos ad studiũ exhortatur ostendẽdo fructus qui sequũtur ex assiduo studio. Secũda ibi in §. Quorũ. Tertia ibi, Sũma itaque. Iterũ prima diuiditur in duas partes: quia primò ponit dictum. Secũdò ponit tres casus. Secunda ibi, Vt vtrunque.

Imperatorem non solùm decent arma, sed leges: quò belli pacisque tempore Respublica rectè gubernetur.

IMperatoriã maiestatẽ[o] nõ solũ armis decoratã[p], sed etiã legibus oportet[q] esse armatã[r]: vt vtrũq; tẽp', & bellorũ[s], & pacis[t], rectè possit gubernari[u], & princeps[x] Romanus nõ solùm in hostilibus[y] prælijs victor existat, sed etiã p legitimos tramites[z] calũ-

CASVS. Quidam iuuenis instabat coram Imperatore, dicens: Domine Imperator, valde miror. & omnes etiam mirantur: vos estis miles & quilibet Imperator est miles. vt ff. de mili. testa. l. j. vbi Imperator alios milites appellat cõmilitones. Ex quo ergo estis miles, armis debetis intendere, & non legibus. & tamen contrariũ facitis: quia legibus tantũ intenditis. Fecistis enim fieri vnum codicẽ ex antiquis tribus codicibus, sed. Hermogeniano, Theodosiano, & Gregoriano: & ex alijs extrauagantibus constitutionibus. Item fecistis cõpilari librum Digestorum seu Pandectarum ex antiquis voluminibus desperatis. hic præcepistis tribus viris peritis, s. Triboniano, Theophilo, & Dorotheo, vt librum Institutionum componerent. Dicite ergo mihi quare hoc facitis. & quare intẽditis legibus tantùm, & nõ armis, cũ sitis miles. & sic armis debeatis intendere. vt C. de iur. delib. l. fi. circa prin. Ad hoc respondet benignè Imperator assignãs duo tempora: s. tẽpus belli, & tempus pacis. & dicit, Fili mi, sic tibi respõdeo: decẽs est, vt quilibet imperator munitus sit his duobus tẽporibus. s. armis & legibus. & hoc ideo, quia si his duobus tẽporibus est munitus Imperator: vtrũque tempus poterit rectè gubernare, & tẽpus belli, & tempus pacis. Nam tempus belli gubernabit, per arma, & vsum armorũ & sic efficietur victor & triumphator. ¶ Tempus autem pacis gubernabit per legẽ & vsum legis: & sic puniet maleficia delinquentium. & per hoc fiet religiosissimus & sanctissimus maleficia puniendo, quia valdè religiosum est & sanctum puniri maleficia seu malefactores. Et hoc vsque ibi, Quorum.

o ¶ Imperatoriam maiestatem. i. Imperatorem qui[a] est in maiestate: vt C. de leg. & const. l. digna. Similis est loquẽdi ornatus. j. quib. modis nat pot sol. § filius ibi, imperatoriam celsitudinem. ¶ Et no. quòd anthypophorizat[b] respondendo ad tacitam quæstionem, hanc, s. quare Imperator non facit quod suum est, scilicet armis intendere: cum milites magis arma scire, quàm iura oporteat: vt C. de iu. delib. l. scimus §. arma. Ad quod respondet, Imperatoriam maiestatem &c.

p ¶ Armis decoratam. Quæritur, quare quod erat armorum, attribuit legibus, & econtra? Respondetur: vt ostenderet alterum alterius auxilio semper egere: [c] vt C. de Iusti. co. confir. in prin. & ff. de rei vind. l. qui restituere. in prin. 2 Vel dic propriè poni; nam arma sunt ad decorem, leges sunt ad armandum. vnde dicitur: Militant nanque &c vt C. de aduoc. diuer. iudi. l. aduocati. Et leges dicuntur armare homines: vt C. ad leg. Iul. de adul. l. cum vir nubit. 3 Vel[d] ideo posuit, vt euitetur malus sonus verborum, scilicet cacophaton[e], i. turpis sonus.

q ¶ Oportet. i.[f] opportunum est.

r ¶ Armatam s. ad hanc vtilitatem quæ sequitur. Accursius.

s ¶ Et bellorum. & sic quo ad vsum armorum.

t ¶ Et pacis. sic quo ad vsum legum. Accursius.

u ¶ Gubernari. alterum legib. s. tempus pacis: alterum armis, s. tẽpus belli. ADDITIO. Vnde Io. Fab. saluando Glo. dicit, quòd tẽpore[g] belli non seruantur iura. C. de facto: sanctius tamen esset quòd iustitia illo tempore fieret, quàm alio tempore. Dicit tamen quòd illo tempore belli non debet rigor seruari omnino: vt extra de transact. c. fin. & xxix. distinct. c. serendum.

x ¶ Et princeps i Imperator. ADDITIO. Intellige strictè & propriè, secundùm glo. magnam in cle. j. de bap. vel in dubio, secundùm Ange. hic, aliàs secus vt na. gl. in cap. fundamenta. §. proinde. de ele. lib. vj.

y ¶ In hostilibus. qui sint hostes. dicitur ff. de capt. & postli. reuer. l. hostes & ff. de ver. sig. l. hostes. Accursius.

z ¶ Per legitimos tramites. i.[h] leges[i] quæ sunt via gradiendi: sicut tramites eũdi, secundũ Io. ¶ Bene dico calũniãtes puniri[k] p leges. nã in criminib. siue ordinarijs siue extraordinarijs ad similitudinẽ supplicij puniẽ calumniator: vt C. de acc. l. fi. & ad Turp. l. & in priuatis. vbi dicitur: & in priuatis & in extraordinarijs[l] criminib. omnes calumniatores extra ordinẽ pro qualitate admissi plectuntur. ¶ Item

a Rubricam si in coniunctio si perfecte, (vt in ...) quod ... alleg. posse ... alias non posse allegari ...

† Anno Christi ... Tarento ...

b Sic nõ Christianus censetur ab aduocandi munere, l. vt. C. de aduocat. diuers. iud.

c Imò à Iulio Cæsare ... Ioan. Fab. Christoph. hic.

HH

in ciuilibus modo pecuniaria pœna: modo sacramento calumniæ. modo nota infamiæ: *vt j. de pœ.te litig. per totum. & infra de accus. §. si quis agens. & Cod. de plus pet. l. vnica. & de iudic. l. properandam. § & si quidem.* vbi punitur contumax in expensis. 2 Vel dic quòd septem genera pœnarum vocat legitimos tramites: *vt ff. de pœn. l. vj. in fin. & l. vij. & viij.* 3 Vel dic quòd magistratus vocat tramites per quos iura redduntur. nam parum valeret iura esse in ciuitate, nisi essent qui ea executioni mandarent: *vt ff. de origine iuris. l. ij. §. post originem.* qui puniunt in criminalibus: puniunt & in ciuilibus, in expensis, & in viatico: *vt ff. de iud. l. eum quem.* quæ vltima verior[a] est. Accursius.

niantium [a] iniquitates expellat & fiat tā † iuris religiosissimus [b]: quàm victis hostibus triumphator magnificus.

Quantis vigiliis quantisve sudoribus sese circa arma & leges habuerit, ab ipso effectu probat.

1 ¶ Quorum vtranque [c] viā cū summis vigiliis [d], summáq; prouidentia [e] annuente Deo [f] perfecimus. Et bellicos [g] quidem sudores nostros Barbaricæ [h] gentes sub iuga nostra redactæ [i] cognoscunt: & tam Africa [k], quàm Asia, & aliæ numerosæ prouinciæ [l] post tanta temporum spatia, nostris victoriis à cœlesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostróque additæ imperio, protestantur. Omnes verò [m] populi legibus tam à nobis promulgatis [n] quàm compositis [o] reguntur. 2 ¶ Et cum sacratissimas constitutiones antea confusas [p] in luculentam ereximus consonantiam [q], tunc nostram [r] extendimus curam [s]

a ¶ *Calumniantium.* Calumniator[b] est, qui falsa crimina scienter intendit: *vt ff. ad Turpill. l. j. in princip. & facit ad hoc. ff. de his qui notan. infamia. l. athletas. §. calumniator.* [c] Quid autem sit præuaricator, & tergiuersator, dicitur in prædictis legibus. Accursius.

A D D I T I O. Tamen hic calumniantium, capitur generaliter pro omnibus delinquentibus.

b ¶ *Religiosissimus.* ¶ Nota quem [d] fieri religiosum per leges: nam ipsæ sunt sacræ: *vt Cod. de legibus & constitu. l. leges. ij.*

¶ Item nota hic quatuor proportionalia: scilicet arma, vsus armorum, victoria, triomphus. Item leges, vsus legum: calumniæ repulsio, & iuris religio.

[*Quorum.* Diuiditur in duas partes. ¶ Primò dicit quòd Imperator perfectè se habuit circa arma & circa leges. ¶ Secundò hoc suum dictum probat ab effectu. Secunda ibi, Et bellicos. Item secunda subdiuiditur. nam primo exēplificat qualiter se habuit circa arma. Secundo circa iura. Secunda ibi, Omnes verò populi.

C A S V S. Adhuc stabat iuuenis ante principē: & iterum quæsiuit: Domine Imperator dixistis. s. quòd quilibet Imperator debeat esse munitus his duobus temporibus, s. armis, & legibus: & vos domine Iustiniane qualiter estis munitus his duobus temporibus? Respondet: mixtim certè sum vtroque tempore munitus. sc. armis & legibus. Nam circa arma probè me habui: & circa leges diutius vigilaui. & huc vsque ibi, Et bellicos.

c ¶ *Quorum vtranque.* Si ista debent esse in principe, tu Iustiniane quid fecisti? Respon. quorum vtranque.

d ¶ *Cum summis vigiliis.* i. cum summo labore quo ad leges. nam ius[e] ciuile vigilantibus & non dormientibus scriptum est: *vt ff. quæ in fraudem creditorum. l. pupillus. in fin.* Accursius.

e ¶ *Prouidentia.* s. quo ad arma. ¶ Et nota tres[f] esse hominis status: memoriam præteritorum, scientiam præsentium, prouidentiam futurorum.

f ¶ *Annuente Deo.* Deo gratias refert, cuius auxilio triumphum meruit obtinere: *vt C. de offic. præfecti prætorio Afri. l. j. in prin.*

[*Et bellicos.*] C A S V S. Instabat adhuc iuuenis coram Iustiniano Imperatore, & dicebat: Dicite mihi, qualiter circa arma vos probè habuistis: quia dixistis. s. *proxi. §. quod circa arma vos habuistis probè.* & qualiter circa leges, quia s. *proxi.* dixistis quòd circa leges diutius vigilastis. Iustinianus respondet, dicens primo qualiter circa arma se habuit. ¶ Et dicit. Si vis scire qualiter circa arma me habui, quæras ab inimicis meis, quos subiugaui, & superaui, & deuici. Et quæras ab omnibus de prouincia quæ appellatur Africa: quia debes scire quòd antiquissimo tempore illa prouincia, sci. Africa. & aliæ innumerabiles prouinciæ erant subiectæ imperio Romano: & Romani perdiderunt illas prouincias: & steterant illæ prouinciæ longissimo tempore extra iurisdictionem Romanorum, scilicet per spatium centum quinque annorum: & tandem ego Iustinianus per meam probitatem, valentiam, & sapientiam recuperaui eas, & subieci imperio Romano. & hoc vsque ibi: Omnes verò.

g ¶ *Et bellicos.* Quod coniunctim dixerat dicendo, quorum vtranque viam &c. nunc diuidit, dicendo primo qualiter se habuit circa arma. Accursius.

h ¶ *Barbaricæ.* Barbari[g] sunt, qui extra Romanum imperium sunt, & maximè hostes.

i ¶ *Redactæ.* de nouo.

k ¶ *Tam Africa* sub qua multæ prouinciæ cōtinentur. A D D I T I O. Dic quòd sunt septem: *vt Cod. de offic. praef. præto. Africa. l. j. §.* Deo itaque auxiliante. Ange. *Numerosæ.*] Tot scilicet vt vix adnumerari queant: *vt in l. C. in quib. causis in integ. restit. non est necess.* numerosis scriptis. sic namque & in eo loco legendum est, & in hac significatione vsi sunt hac voce alij authores quamplurimi. Cuiacius.

l ¶ *Prouinciæ.* Sic construe: tam Africa, quàm aliæ numerosæ prouinciæ iterum additæ, id est adiunctæ ditioni Romanæ, id est iurisdictioni nostróque imperio post tanta &c. protestantur,[a] nostris victoriis à cœlesti numine præstitis. nam istæ prouinciæ prius fuerunt de Romano imperio: post defecerūt: & post centum quinque annos redierunt: vt hic: & hoc innuit quando dicit iterum.[b] & quando dicit post tanta temporum spacia &c. *vt Cod. de officio. præfecti prætorio Africæ. l. prima.*

[*Omnes.*] C A S V S. Quæsiuit iuuenis ab imperatore: Domine Imperator: dixistis quomodo vos habuistis probè circa arma: nunc quæro qualiter vos habuistis circa leges? Et respondet imperator: Fili mi, circa leges sic me habui, quòd quasi omnes homines de mundo vtuntur legibus aliorum Imperatorum, quas leges in melius reformaui. Ecce enim erant olim tres Codices, scilicet Hermogenianus, Theodosianus, Gregorianus, & aliæ constitutiones extrauagantes sparsim positæ per quaternos & leges prædictorum trium Codicum, & aliarum constitutionum extrauagantium, quæ valde erant confusæ: sed ego Iustinianus ex illis tribus Codicibus, & ex aliis extrauagantibus constitutionibus feci fieri vnum Codicem clarum & elucidatum. Secundo loco ego Iustinianus habui respectum ad aliqua volumina desperata & immensa, seu prolixa & infinita: & ex illis voluminibus desperatis compilari feci librum Digestorum seu Pandectarum: & quasi per medium profundum vadens, iam per Dei gratiam adimpleui illud opus Digestorum seu Pandectarum. & hoc vsque ibi, Cúmque. Franc. de Arer.

m ¶ *Omnes verò.* Vsque huc dixit qualiter bellicam curam habuit: nunc qualiter legalem. Accursius.

n ¶ *Promulgatis.* scilicet à nobis, id est nouo factis. Et est promolgare,[c] æquitatem rudem & naturæ occultam iuris laqueis innudare. Componere[d] autem est difficile promolgata, in ordinem compendiosè redigere: vt in componendo socius fuerit, in promulgando solus.

A D D I T I O. Vel dic quòd promulgare legem, est eam condere, & conditam recitare, proferre, pronuntiare, patefacere, prodere, vel manifestare, sed componere propriè est disponere, constituere, quasi simul ponere: vt patet in glossa sequenti.[e]

o ¶ *Compositis.* scil. ab aliis. quas reformauimus in melius. Vel dic, compositis à nobis: quasi diceret, compilatis à nobis: quasi simul positis à nobis: quales sunt leges Digestorum & C. & aliorum Imperatorum. suas enim & promulgauit & composuit.

A D D I T I O. Et hanc differentiam notant Ioannes de platea & Ioannes Faber hic pro statutis quæ debent propriè & strictè intelligi.

Et cum sacratissimas.] Primùm omnium Iustinianus Codicem fecit, tum Digesta, deinde Institutiones, ad extremum Codicem repetitæ lectionis. Prior codex valet ex xvj. kalend. Maij. Indictione vij. Digesta, Institutiones ex iij. kalend. Ianu. Indictione xj. Posterior Codex ex die iiij. kalend. Ianu. Indictione xij. Ergo dum ait, Et cùm dicit Sacratissimas, priorem Codicem intellegit, non posteriorem. At nouellarum libet diem non haber. Sunt earum sententiæ quædam ab Tribuniano in Pandectas relatæ, vt in l. vxores D. diuort. quæ tota, paucissimis verbis exceptis, sumpta est ex No. Iustiniani xxij. ipsúmque orationis genus satis per se [illegible] prodit. sunt & posterioris Codicis decisionū quinquaginta. Cuiacius.

p ¶ *Confusas.* scilicet in tribus Codicibus positas, Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano: *vt C. de nouo Codice fac. l. j. in principio.*

q ¶ *Consonantiam* s. in vnum Codicem, quem non habemus sed ex eo factus est iste quem habemus. Vel dicimus consonantiam, vt nulla possit ibi contrarietas reperiri, nulláque superuacua similitudo. *vt C. de vete. iu. enunc. l. j. circa princ.*

r ¶ *Tunc nostram.* id est statim post compositionem illius Codicis fecimus Digesta.

s ¶ *Curam.* Et sic ex paucis & tenuioribus releuati, ad summam & plenissimam iuris emendationem peruenire properauimus: *vt C. de*

† Hic dicendi rationem non admisit Valla [illegible]

f Status hominis tres.

g Barbari qui dicantur.

e Promulgare. d Componere.

e Dic promulgo. i. diuulgo, publico. [illegible]

vt C.de vete.iure enucle.l.j.circa princip. Accursius.

a ¶ *Ad immensa.* Nam erant tricies centena milia versuum, (id est legum, vel paragraphorum, vel responsorum) & duo milia librorum. & aliæ multæ leges: *vt C.de vete.iu.enu.l.ij.§.sed cum omnia. & in proœmio digestorum.§.& antea.* b

a Versus pro legibus paragraphis vel responsis. ut hic sponsis pro ... positus pro ...
b Hodie verò sunt tantùm 61. libri 150 Digestorum, qui C. sunt autem solum leges 12707. nam ff. verus habet leges 1958 Infort. 2434. ff. nouum 2583. C. 3608. tres lib. C. 960. Aegid. Bos.

b ¶ *Desperatum.* scil. à Constantino. nam & Cōstātinus voluit hoc facere, sed non potuit.

c ¶ *Profundum.* reperit enim omnium legum tramitem (qui ab vrbe Romana cōdita & Romuleia descendit temporibus) ita esse confusum, vt in infinitum extēderetur, & nullius humanæ naturæ capacitate concluderetur. *C.de vete. iur. enu. l. j. in prin.* Accursius.

d ¶ *Cælesti fauore.* subaudi mediante.

e ¶ *Adimpleuimus.* Post digesta ergo & post

ad immensa[a] veteris prudentiæ volumina: & opus desperatum[b], quasi per medium profundum[c] euntes, cœlesti[d] fauore iam adimpleuimus[e].

Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus viri illustres, Iustiniani mandato, pro faciliori iuuenum eruditione, Institutiones composuerunt.

3 ¶ Cúmque hoc[f] Deo propitio[g] peractum[h] est, Triboniano[i] viro magnifico, magistro, & exquæstori[k] † sacri pa-

† Quæstori legendum: cùm ... Iustiniani quæstor fuerit: & § ... de labor. ... § & ... dicitur Triboniano viro excelso Quæstore nostro &c. Vide Cuiacium lib. de benef. disse. ... cap. xxj.

primam compositionem Codicis, quem non habemus, factus fuit hic liber: sed tamen ante compositionem secundi Codicis, quem habemus. vnde & quod hic dicitur, quandoque per C. corrigitur: vt facit de anno vtili; qui obtinet secundum hunc librum in restitutione minorum & maiorum *vt j.de actio.§.rursus.* secus est per Codicem in dictis restitutionibus. *vt C.de temp.in integ resti.l.fi.* Item in secunda eius compositione facit mentionem Institutionum iam compositarum: *vt C.de emend.Iusti.Co. & secunda eius editione.l.j.§.fi.* Accursius.

a Dic, quòd Iustinian. fecit primò Codicem, quem nō habemus, ex trib. veteribus: Secundò fecit digesta. Tertiò has institutiones. & Quartò Codicem quē habemus. Aegid. Bos.

Cumque.] Diuiditur in duas partes. ¶ Primo ponit qualiter mandauit fieri hunc librum. ¶ Secundo ponit causas per quas. Secunda ibi, vt liceat. CASVS. Quæsiuit iterum iuuenis ab Imperatore. Domine Imperator, nonne aliter adhuc vos habuistis circa leges? Et respondet Imperator, audi fili mi: condito Codice, & Digestorū volumine, nolui adhuc quiescere: sed misi pro trib. sapientibus curiæ meæ, scilicet pro Triboniano, qui erat doctor legum & in dignitate quęstoria tunc positus. Item misi pro Theophilo & Dorotheo, qui erant illustres viri, & antecessores nostri: quia fortè fuerant cum præcedentibus Imperatoribus: qui tres viri de tribus poterant commendari. ¶ Primo de solertia: quia valde intenti & solliciti erant circa artem legalem. ¶ Secundo de scientia: quia valde erant sapientes. ¶ Tertio de fidelitate: quia præcepta mea efficaciter suscipiebāt, & ad effectum fideliter perducebant: sicut iam multoties vidi, & exemplo cognoui. & cùm fuerunt in præsentia mea, ego rogaui eos, & præcepi eisdem, vt mea auctoritate & meis suasionibus librū Instit. i. instituta componerent: quod fecerunt. ¶ Et hic liber Institutionum fuit bonus triplici ratione. ¶ Primò fuit bonus ad hoc, vt rudes scholares qui proponunt audire iura, cum primi studeāt in istis Institutionibus à me Iustin. compositis, non autem studeant in antiquis Institutionibus, quæ fabulas continent. ¶ Istæ enim Institutiones vtiles sunt: quia nihil inutile continent: & nihil perperam, i. malè positum vel iuri contrarium: & nihil inusitatum, sed cōtinent solummodo ea quæ sunt vtilia, & iuri cōsonantia, & quotidie emergentia seu euenientia & accidentia. ¶ Secundò bonum fuit hunc librum Institutionum componere: quia scholares rudes volentes studere in his Institutionibus, plus scient & addiscent in vno anno, quàm olim addiscebāt vsque ad quadriennium, quādo ab antiquis Institutionibus suum studium inchoabant siue incipiebāt. ¶ Tandem in fine huius partis quintæ dirigit sermonem suum Imperator Iustinia. iuuenibus siue scholaribus rudibus, occasione quorum istum lib. Institu. fieri fecit, dicens: O iuuenes, principium legalis scientiæ habetis à me Iust. s. librum Institutionū: & finem legis scientiæ similiter à me habetis, scil. Codicem, quem feci fieri ex tribus Codicibus & aliis extrauagantibus constitutionibus: quia primo anno studij leguntur Instituta, & vltimo anno studij legitur C. & ambo sunt libri Imperiales, seu imperatoris, & à me Iusti. compositi. Et sic debetis vos iuuenes valde gaudere de tanto honore: quia principium & finem studij habetis à me Iustiniano. & hoc vsque ad §. igitur. Fran. de Aret.

f ¶ *Hoc.* s. volumen Digestorum & Codicis.

g ¶ *Deo propitio.* i. Deo coadiuuante.

h ¶ *Peractum.* i. completum.

i ¶ *Triboniano.* hoc nomen & sequentia sunt datiui casus: & etiam dictio conuocatis, construitur cū illo verbo inferius, mādauimus.

Magistro. Magistro officiorū curæ sunt, scholæ fabricensiū & agētiū in reb. disciplina palatij, cursus vehicularis. Quęstori leges, preces, laterculum minus. *& vt est in No.Th.de hom.ca.fac.* Quæstor custos est iustitiæ. Ex Quæstoribus sunt Codicillares, aut qui verè Iustitiæ.

Quæstores fuerunt. Cuiacius.

k ¶ *Exquæstori.* pro suo simplici ponitur. s. quæstori. Not. q. tribus modis dicitur quæstor. ¶ Primò ille[b] qui quærebat pecunias tributorum per mundū, & seruabat. Secundò ille qui præerat capitalibus causis. Tertiò, qui stabat vt legeret libros principales: qui candidatus principis dicebatur. & ita hoc tertio modo accipitur hic; *vt ff.de offic.quæst.l.j. in fi. & de orig.iur.l.ij.§.* deinde cū ærariū. 2 Vel dic secūd. Ioan. q. iam fuit in illo officio, sed nunc non est. Vnde exquæstor. i. extra quæsturam positus. 3 Vel dicas terriò esse nomen dignitatis, vt exconsul: *vt C.de aduo. diuer.iudi. l. petitionum, ibi,* egredientem. ADDITIO. Illæ tamen expositiones recidunt in vnum: quia extra administrationem positis quis retinet dignitatem. *Cod.de digni. or. ser. l. q. li. xij.* secundùm Ioan. Fa. & Ang. hic.

a Quæstor tribus modis dicitur.
b Et hic in tertia ... minibus nuncupatur: scilicet susceptor & opinator. vt C. de exact. trib. l. missi ... ad ... antecessoribus, ab antesedeo, id est prasideo, vt antesess..., olim fortè qui præsident.

latij nostri, necnon[l] Theophilo & Dorotheo viris illustribus[m] antecessoribus[n] † nostris (quorum[o] omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iussiones fidem, iam ex multis rerum argumentis[p] accepimus[q]) conuocatis specialiter mandauimus[r], vt ipsi nostra auctoritate, nostrisque suasionibus[s] Institutiones[t] componerent, vt liceat vobis[o] prima legum cunabula[x] non ab antiquis fa-

l ¶ *Necnon.* No. quòd duæ[c] negationes faciunt vnam affirmationem. *vt hic & ff.de verb.sig.l.duobus.* ADDITIO. ¶ Tu dic, hoc verum si sint circa idem, neque resultet sensus iuri cōtrarius: aliàs secus *vt in §.si vero.in Auth. de his qui ingre.ad ap.col.v.* Itē plures negationes in numero pari affirmant, in dispari negant, nisi aliter constet de mente proferentis: secundùm Ioan. Fab. & Ang. hic.

c Negationes duæ ... modo affirmant et ne...

m ¶ *Illustribus.* Quatuor[d] sunt ordines dignitatū. Maximi: vt superillustres. Magni, vt illustres. Medij, vt spectabiles. Minimi, vt clariss. quos specifica: *vt in Auth. de app.§.j.v.iij. & tit. col.iij. & in Auth. vt ab illustrib. & qui s. eam dignitatem sunt. col.v.* Sunt & infimi. & defensores ciuitatū, & magistratus municipales: & illi[e] non habēt merū imperium, sed superiores sic. Accur. ADDITIO. Vnde versus.

Illustris primus, melius spectabilis imus.
Vt lex testatur, clarissimus esse probatur.
Et superillustris præponitur omnibus istis.

d Dignitatum varij ordines, alij maximi, magni, medij, minimi, infimi.
e Merū imperium qui non habēt (vt sunt potestates & rectores ciuitatū) non possunt iudicare pœnam sanguinis: quod contrarium de facto obseruatur: vt hic per Ange.

n ¶ *Antecessoribus* scientia vel ætate, vel quia fuerīt cū præcedentibus Imperatorib. Aut certè (vt vult Erasmus) antesessores dicti sunt ab antesedendo, quòd putà ante Imperatorē pro tribunali sedentem sederēt. Vide si libet Alciatum libro dispunctionū tertio, cap. xij. qui ambigit assessoréśne legendum sit, an antecessores.

o ¶ *Quorum.* hic est interpositio vsq; illuc, cóuocatis &c. ¶ Et no. quòd in tribus hic cōmendātur, qui sunt huic arti intenti. ¶ Primò in solertia. i. in[f] cautela. vel ingenij scientia: *vt l.j.C.si ma.fac.alie.fac. sint decre.re.ba.* Dicitur[g] autem solers à solum, quòd[h] est totum, & ara artis: quasi totus ex arte consistens: vt est doctus aduocatus, qui sępè publicis ac priuatis in rebus lapsa erigit sua industria: causam perditā restaurās: fatigata reparans: litib. multo tempore protractis finem imponēs. & quemadmodum miles strenuus clypeis & thoracibus rempublicam, sic aduocatus peritus gloriosa voce & solertia patriam parentésque saluat & protegit: *C.de aduo.diuer.iud.l.aduocati.* 2 Item in legum magistra scientia. Eligendus est enim talis magister, qui in se laudabilem vitam probis moribus mōstrauerit & docendi peritiam, facūdiam dicendi, interpretandique subtilitatem, & copiā differendi se habere patefecerit: *vt C. de profess. qui in vr.Con.l.j.li.xij.* 3 Item in fidelitate. Nam ex quo hactenus fideles extiterunt, præsumitur ex eis *ff.de re mili.l. non omnes. §.à barbaris.* de præterita enim sumimus coniecturam ad futura *ff. de accu.l.si cui. §.iisdem.* & quandoque occultam coniecturam sumimus ad præteritum: *vt C.ad leg.Iul.de adul.l.si hi qui adulterij.* vide glo. fi. in c. scribam. de præsum.

f Solertiæ pro cautela & ingenij scientia.
g Solers vnde dicatur.
h Sollo Osce dicitur id quod nos totū. Vnde sollers, in omnibus prudens. Festus.

p ¶ *Ex multis rerum argumentis.* i. ex multis[i] rebus vel negotiis, quæ sunt argumēta. Accur. ADDITIO. Vnde dicit prouerbium, Opus laudat magistrum *sic in Auth.de monachu.§.sancimus.col.j.*

q ¶ *Accepimus.* i. recepimus. Accursius.

r ¶ *Mandauimus.* i. præcepimus.

s ¶ *Suasionibus.* in[k] bonā partem accipe. aliàs in malam accipitur: *vt ff.de ser. cor.l.j.§.persuadere. & C.de fur. & ser. cor.l.si quis ser. alieno suaserit.*

t ¶ *Institutiones.* Ideo sic dictas, quia in statum Romani iuris nostram erigunt intelligentiam: *vt j.tit.j.§.his igitur.*

o ¶ *Vobis.* loquitur iuuenibus.

x ¶ *Cunabula* per simile loquitur: q. a sicut in cunis infantes primò morātur, ita iuris acceptor Institutiones primò legere debet. *sic ff. de offi.præf.pr.et.l.j.§.his cunabulis. Nō ab antiquis fabulis.*] Ammia. Marcel. lib. xxx. Iurisperiti vt altius videātur iura callere, Trebatiū loquuntur, & Cascelliū, & Alfenū, & Aoruscorū Sicanorūq; iādiu leges ignotas, cum Euādri matre abhinc seculis obrutas multis. Cu-

i Præsumi nō debere quenquem ex vno actu bonū vel malū seu mercatorem: sed ex pluribus. hinc colligunt: vt si aliquis pluries bene & correctè impressit librū, præsumitur quòd adhuc bene & correctè imprimet: vt ... Pet. de Bell. Per. & alios.
k Suasio in bonam & malam partē sumitur.

a ¶ *Fabulis*. quia in antiquis Institutionibus erant fabulæ, quæ fabulæ nec veri nec verisimilia continebant secūdùm Tullium lib. j. de Inuentione. ADDITIO. Et ideo tangit hic Ang. quibus libris sit fides adhibenda.

b *ab imperiali splendore*. ab imperatore qui splendet.

c ¶ *Nihil inutile*. quo ad animum, vel nihil inutile id est inusitatum: *vt patet in eo quod dicit* j. *praxi. ver. & quod circa.*

d ¶ *Perperam positum.* quo ad aurea. a Vel dic, i. malè positum, & contra ius.

e ¶ *In ipsis*. i. in ipsa ro veritate: vel in his, quæ quotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea quæ non possunt euenire: quia de his non curant legislatores: *vt in Authen. vt sine prohib. ma. debi. & cre. §. quia vero, col. vij. & ff. de legib. & senatuscon. l. nam & l. sequen.*

[*Quod est.*] in vsu. *l. vlt. C. de in. don. impen. §. pen. j. de satisd.* Cuia.

f ¶ *Legerent*. Nam & olim à principio legebant Imperiales cōstitutiones. sc. Institutiones antiquas, *vt in proœmio Digestorum. §. discipuli.* Accur.

g ¶ *Primordio*. i. tātum primo anno proficietis, quantum proficiebatis in quatuor. ¶ Et no. quòd adulatur nobis imperator. Accursius.

bulis [a] discere, sed ab imperiali splendore [b] appetere, & tam aures, quàm animi vestri nihil inutile [c], nihilque perperam positum [d], sed quod in ipsis [e] rerum obtinet argumentis, accipiant. Et quod priori tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, vt tunc constitutiones Imperatorias legerent [f], hoc vos à primordio [g] ingrediamini, digni [h] tanto honore, tantáque reperti felicitate, vt & initium [i] vobis & finis [k] legum eruditionis à voce Principali [l] procedat.

Secta sunt institutiones in libros quatuor, quibus quod olim in vsu erat, quidve hodie imperiali lima emendatum fuerit, traditur.

4 ¶ Igitur [m] post libros quinquaginta [n] Digestorum [o] seu Pandectarum [p], quibus omne ius antiquum collectum est, quos [q] per eundem virum excelsum Tribonianum, necnon cæteros [r] viros illustres & facundissimos confecimus; in nos quatuor libros easdem [s] Institutiones partiri iussimus [t], vt sint totius legitimæ scientiæ prima [u] elementa. 5 ¶ In quibus [x] breuiter expositum est & quod antea obtinebat [y], & quod postea desuetudine [z] inumbratum, ab Imperiali remedio illuminatum est.

Institutiones compositas legit inprimis Iustinianus, ac recognouit, recognitis demque plenum robur accommodauit.

6 ¶ Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipuè ex commentariis Gaij [a] † nostri tam institutionum, quàm rerum quotidianarum [b], aliisque multis commentariis compositas, cùm tres [c] prædicti viri

h ¶ *Digni*. vos dico digni &c.

i ¶ *Initium*. s. liber iste.

k ¶ *Finis*. i. Codex. Nam primò anno Institutiones legi debent: in v. legitur Codex: *vt in proœmio Digestorum. § pro responsis.* ibi, quibus si bene Accursius.

l ¶ *Principali*. i. principis. ¶ Et no. quòd hæc scientia caput habet & finem: licèt in aliis artibus hoc non sit, licèt vilissimæ sint: *vt in proœmio Digestorum. § sed quia.* Accursius.

m ¶ *Igitur*. Iste §. diuiditur in duas partes. ¶ Primò ponit qualiter mandat diuidi hunc librum in quatuor libros. ¶ Secundò ponit, quid continetur in his quatuor libris, Secūda ibi, in quibus. Item prima subdiuiditur in duas partes. Nam primò ponit dictum: secundò eius causam. Secunda ibi, vt sint. CASVS. Dicit Imperator Iustinianus in hoc. §. quasi se commendans: Quid feci ego post omnia prædicta, & post compositionem Codicis, & post opus Digestorum seu Pandectarum, (quam compilationem Digestorum feci per Tribonianum, & sapientes alios) & post librū Institutionum? Ego præcepi prædictis tribus, scilicet Tribon. Theop. & Doro. vt volumen Institu. quod fecerant, in quatuor libros diuiderent: quod fecerūt. Primus liber durat vsque, De rerum diuisione. Secundus, De hereditatibus ab intest. Tertius, De obligationibus. Quartus abinde vsque ad finem huius voluminis. & hoc fieri feci, scilicet lib. Institut. in quatuor libros partiri, ad similitudinē quatuor elementorum, scilicet aquæ, terræ, ignis, & aëris: quia sicut ex his omne corpus gubernatur humanum: ita ex hoc volumine Institu. per quatuor libros partito seu diuiso iuuenes sustentantur, i. adiuuantur, vt postea possint securè accedere ad libros legales: ex quo in istis Institut. primū studuerint. Et hoc vsque ad §. in quibus. Francis. Arez.

[*Igitur*.] Ita continua secundùm Io. quia prædictorum virorum scientiam & auctoritatē probauimus, nec per alios poterat commodius expediri, igitur mandauimus, per eos diuidi: vel quia ab imperiali splendore approbatur. & ideo mandat diuidi, vt melius possit intelligi *ff. de ver. sig. l. ij. §. cuiusque.*

n ¶ *Quinquaginta*. qui comprehenduntur intra ff. vetus & infortiatum & ff. nouum.

o ¶ *Digestorum*. Ideo dicuntur [a] digesta, quia omnia ibidē dicenda digeruntur & soluuntur. Accursius. ADDITIO. Dicebant quidā, quòd olim Digestum scribebatur per duplex dd. vel per d. & g. & postea per vitium scriptorum corruptum fuit. sed hoc non est verum, imò debet [b] scribi per duplex. ff. quia ille liber fuit digestus secundariò per duos Fridericos Imperatores: à quorum cuiuslibet nomine sumpta est prima litera f. & sic erunt duo. ff.

a Digesta vnde dicantur

b Digesta cur scribantur per duplex ff mul to aliter Alcia. lib. j. dispun. c. xij. & aliter. Valla.

p ¶ *Pandectarum*. à pan, [a] quod est totum, & dectein quod est doctrina: quia ibi est doctrina omnium iurisconsultorum: *vt C. de vete. iure enucle. l. ij. §. sed cum omnia in fi.* vt hic sequitur.

a Pādecta vnde dictur. v. Bud. ad l. j. § de iusti. & iur. in fin.

q ¶ *Quos*. s. quinquaginta libros Digestorum. Accursius.

r ¶ *Nec non cæteros*. scilicet xv. ex permissu Iustiniani electos: *vt C. de veter. iur. enu. l. j. §. ij. & l. ij. §. quæ omnia.*

s ¶ *Easdem Institutiones*. id est eadem instituta. vnde collige hūc librum sumptum ex volumine Digestorū. s Vel [b] propriè dicit institutiones, quas mādauit fieri: nunc mandat partiri. nam partitio [c] animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè reformat: *vt infra de legat. §. sed non vsque. & ff. de doli. ma. excep. l. j.*

b Non verior secundō Ang. quia ille liber ex iure digestorum ex cōstitutionibus Imperatoris cōfectus est, vt patet j. proœ.

c Partitionis vtilitas.

t ¶ *Iussimus*. q. d. Institutiones iussimus fieri ex libris antiquorum: ita vt continerent quidquid rebus quæ in præsenti æuo in vsu vertuntur, consentaneum est: *vt Codic. de vet. iur. enuc. l. j. §. sed cum prospeximus.* Accursius.

† Hic Caius fuit Hadriani temporibus. *l. verum. ff. de reb. dub.* Cuia.

u ¶ *Prima elementa*. quia sicut ex quatuor elementis omnia corpora conficiuntur, vt terra & aqua & igne & aëre. i. ex viribus horum quatuor elementorum totus mūdus gubernatur: ita hic liber comprehendit omnia iura. ¶ Et not. quòd terra [d] est frigida & sicca: aqua frigida & humida: ignis calidus & siccus: aër calidus & humidus. Primum habet naturam melancholiæ: secundum, scilicet aqua, phlegmatis. ignis choleræ, sanguis respondet aëri.

d Elementorum qualitates sunt quatuor.

[*In quibus*.] CASVS. Quidam quæsiuit ab Imperatore: Domine Imperator, quæ est materia istarum Institutionum? Et ipse respon. sicut ex auro & argento seu ex materia auri fit annulus: ita istæ Institutiones factæ sunt ex eo quod olim erat in vsu ex legib. antiquis, & ex eis legibus antiquis, quæ in vsu esse desierant. Sed ego Iustin. eas illuminaui, & ad vsum reduxi, in hoc lib. Instit. eas componendo, siue faciendo eas componi. *h. d. vsque ad §. quas ex omnibus.*

x ¶ *In quibus*. s. Institutionibus.

y ¶ *Obtinebat*. i. erat in vsu, & nunc desiit. Accursius.

z ¶ *Desuetudine*. ¶ No. legem [e] tolli per desuetudinem: [f] vel per contrariam consuetudinem: & iterum eandē consuetudinem per superuenientem legem tolli: *sic ff. de sepul. viola. l. iij. §. diuus Hadrianus. in glo. iij. & in Auth. de here. & Fal. §. j. alias. §. sed quoniam. collat. j.* Et subiicit, Ab imperiali &c. & est optimum exemplum. *C. de iudi. l. rem non nouam*

e Lex tollitur per desuetudinem, vt hic. Quod verum si in tali via non sit implicata vsus contrarius: aliàs secundùm quosdam. *j. tit. x. §. ex non scripto, secundū Ang. & est de mente, Pet. de Bel. Pere. & Ia. de Pla. &c.*

f Quotidiana & in vsu posita magis spectanda, vt docet tex. *ff. de lib. leg. l. legatis in prin. secundum Ang. &c.*

[*Quas ex omnibus*.] CASVS. Dicit Iusti. prædicti tres viri, scilicet Tribo. Theoph. & Doro. composuerunt has Institutiones ex antiquis Institutionibus, quas non habemus, ex commētariis. i. glossis Gaij. quas glos. fecit ipse Gaius ad expositionem prædictarum Institutionum antiquarum, & ad expositionē cuiusdam libri qui appellatur Liber rerum quotidianarū, etiam ex multis commentariis ab ipso Gaio factis. Et prædicti tres sapientes, scilicet Tribo. Theop. & Doro. qui hunc librum composuerunt, & ipsum compositum (sicut diximus) in quatuor libros diuiserūt, tā bene compositum & diuisum in nostra præsentia attulerunt: quem nos ipsi legimus, & bene compositum inuenimus, sic quòd illum librum Institu. approbauimus, & plenum robur ei accommodauimus, ita quòd volumus, ita tantum valeant leges istarum Institu. quantum valent leges in nostro Codice positæ extra casum: vel quantum valent leges positæ *in ff. & hoc vsque ad §. summa.*

[*Quas*.] scilicet Institutiones & accipe, legimus & recognouimus, sc. esse compositas ex omnibus &c.

a ¶ *Gaij nostri*. commentariis dico factis super libros Institutionum antiquarum.

b ¶ *Quotidianarum*. liber erat sic appellatus: eo quòd in singulis diebus gerenda à magistratibus continebat, qualiter iudicarent.

c ¶ *Cum tres*. interpositio est.

[*Summa itaque*.] CASVS. In hoc §. cōcludit Iust. & loquitur iuuenibus

nibus seu rudibus dicens: O iuuenes accipite hunc librum Institutionũ alacriter.& vtiliter in eo studete.& postquã ipsũ studueritis.& in ipso, & aliis libris legalib. seu alios libros legaliũ scieueritis: vos eritis gubernatores reipublicæ & nostrarũ ciuitatum seu prouinciarũ, propter sapientiã & doctrinã vestram: quia citius viri periti & docti eligũtur in rempub.regẽdã, quã laici.& h.d.tota ista cõstitutio. Fran.de Are.

a ¶ Ope. quantum ad corpus. Vnde Virgil. Labor omnia vincit Improbus. Accursius.

b ¶ Et alacri. Affectio enim operi tuo nomen imponit: vt Cod. ad l. Corn. de fica.l. j.ff. de fur. l.qui iniuria.in prin. a u-DITIO. Vnde Angel. ĩ.in proœmio ponit hos ver.

Si quis fortè velis iurisconsultus haberi:
Continuet studium, velit à quocunque doceri,
Inuigilet, nec vincat eum tortura laboris:
Fortiter insurgat, cunctisque recentior horis.

prudẽtes nobis obtulerũt: & legimus, & recognouimus, & plenissimũ nostrarũ Constitutionũ robur eis accommodauimus.

Alacri indefessoque studio huic disciplinæ incumbendum suadet: ac vberrimos fructus pollicetur.

7 ¶ Summa itaq; ope[a], & alacri[b] studio has leges nostras[c] accipite: & vosmetipsos sic eruditos ostendite[d], vt spes[e] vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere plecto[f], posse etiã nostrã[g] rẽpublicã in partib. eius[h] vobis[i] credendis[k] gubernari. Dat. Constantinop. XI. Kalend. Decemb. D. Iustiniano. PP. III. Cons.

c ¶ Leges nostras. s. Institutionum. Accursius.

d ¶ Ostendite. i. ita proficite in hoc libro, vel ita moribus informati sitis. Nam boni mores plus quàm diuitiæ operantur: vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. sane. §. cum reliquum, ibi, neque enim. ff. de verb. oblig. l. si quis stipulatus. in fi.

e ¶ Vt spes. i. hæc spes sit de vobis nostrã rẽpubl. posse gubernari.

f ¶ Perlecto. i. lectis aliis libris. vet. perfecto. Cuia.

g ¶ Nostram. aliàs vestram.

h ¶ Eius. reipublicæ. Accursius.

i ¶ Vobis. i. à vobis credendis. lectis etiã aliis libris. 2 Vel si habes credendã, i. cõmittendam vobis: dat iuè legitur. & hoc dicit legitimo opere perlecto. i. cum quinquennio legeritis. nam tunc opus consumatur, vt in proœm. ff. §. sed quia solitum. Et quod dicit in partibus eius, ideo est, quia multæ sunt partes eius: vt præfectura, consulatus, & aliæ multæ: vt patet ex tractatibus de offic. ff. & in C.

k ¶ Credendis. i. quia creditur. secundùm primam expositionem. vel si habes, credendam, dic vt in glo. ĩ. Accur.

Dn. Iustiniano PP. III. Cos. Legendum Dn. Iustiniano perpetuo. A. III. Cos. Ex hoc die confirmantur Institutiones, ex alio valent, ex quo Pandectæ etiam valent, quæ tamen ex vlteriori die cõfirmãtur, quemadmodũ apparet ex subscriptione Constitutionis de confirmatione Pandectarum. Pandectæ igitur confectæ sunt prius quàm Institutiones, posterius confirmatæ. Sic prior Codex confirmatur ex VI. Id. April. Indictione VII. posterior ex XVI. Kalen. Decemb. Indictione XII. ex aliis verò diebus valent. Cuiac.

DE IVSTITIA ET IVRE.

Iustitiam tractaturus iuris populi Ro. præmittit de iustitia, quia est mater iuris, & ideo ab ea incipit, sic obligatio mater est actionum. vt ff. de proc. l. licet. §. ea obligatio. *& ideo præmittitur in tractatu.* vt ĩ. de oblig. in prin. & de act. in prin.

ADDITIO. Aduerte hic in quantum glos. dicit, quòd iustitia est mater iuris. dic hoc verum si cõsideretur ius prout est in actu: secus si prout est in habitu hominis: quia ius & iustitia tunc fuerunt, & sunt simul omni tempore. Iason.

l ¶ Et iure. s. quod ius iustitiam prosequitur, vt minister vel filius. ¶ Sed quare de hoc ponitur in rub. cum in tex. nihil dicatur definiẽdo, licet diuidendo sic. Respondet quidam: ideo non ponit in textu de iure: ne grauaret rudes animos secundùm Py. quod nihil est. 2 Vel dic hoc plerũque fieri, vt aliquid ponatur in rub. quod in tex. non ponitur: vt C. de oblig. & sump. su. & de alea lud. nam nihil in tex. ibi dicitur de ludo aleæ. 3 Vel dic (quod est verius) vt definiatur: vt dicemus. ĩ. eod. §. iuris præcepta. in gl.

IVstitia. Totus iste tit. quinq; habet partes: nã in prima ponit definitionẽ iustitiæ. In secunda ponit definitionẽ iurisprudẽtiæ. In tertia declarat, quo ordine & qua via tractãdæ sunt leges. In quarta describit præcepta iuris, vel definit ius, secundũ opin. quam teneho. In quinta diuidit ius per membra. Secunda ibi, Iurisprudentia. Tertia ibi, His igitur generaliter cognitis. Quarta ibi, Iuris præcepta. Quinta ibi, huius studij. Chri Por.

¶ [Iustitia.] CASVS. In prima parte solùm dicitur de prima parte rub. s. de iustitia. & in ipsa prima parte definitur iustitia. ¶ Et est sciendum, quòd hæc prima pars in qua definitur iustitia, dupliciter potest intelligi: vno modo vt loquiť de iustitia diuina: alio modo vt loquiť de humana iustitia. Si vis intelligere de diuina iustitia, pone casum: Deus qui est iustus, habet volũtatẽ cõstãtẽ, i. firmam, stabilẽ, & perpetuã, i. non temporalem, sed semper duraturam, tribuendi vnicuique ius suũ. i. bene meritis paradisum, malè meritis infernũ. Si autẽ vis intelligere secũdo modo. s. de humana iustitia: sic pone casum: Homo iustus habet. i. habere debet voluntatẽ tribuẽdi vnicuiq; ius suũ. ¶ Et pone exẽplũ in iudice iusto, qui debet habere voluntatẽ absoluẽdi innoxios & inculpabiles, & puniẽdi criminosos. Et secundũ hanc secũdã expositionẽ, illa duo vocabula posita in definitione iustitiæ, scilicet constãs & perpetua, sunt abscienda, & remouenda ab ipsa definitione: quia iudex, qui est homo humanus, non est constãs in voluntate, nec perpetuus. In secunda parte incipit tractare de secunda parte rubricæ. s. de iure: in qua secunda parte sic forma casum. Ego quæsiui à Iustin. Imperatore: O domine, respondeatis mihi ad hanc quæstionem. Nos dicimus quotidie, quòd bonũ est habere iurisprudentiam. Dicite ergo mihi, quid est iurisprudentia: vel quis dicatur habere iurisprudẽtiã? Et certè Imperator respondet dicẽs, quòd ille dicitur habere iurisprudentiã: qui scit cognoscere res diuinas & humanas: & qui cognoscit iustũ & iniustum. Tertiò dicit, ex quo vidimus in prima parte quid est iustitia: & ex quo vidimus in secunda, quid est iurisprudentia: etiam videamus qualiter leges sunt docẽdæ & quo ordine. Et certè leges sunt docendæ hoc modo: quia scholares qui volũt audire iura ciuilia, primò debent incipere à leuibus. scil. ab hoc lib. Instit. postea debent ascẽdere ad grauiora. s. ad lib. Digestorum & Codicis. & redditur ratio quare sit incipiendum à leuibus: quia si incipiant à grauioribus. s. à libris Digestorum & Codicis: vnum de duobus malum eis accidet seu eueniet: quia aut rudis propter nimiam difficultatẽ deseret seu relinquet prorsus studium: aut si non deserat, hoc est si propter nimiam difficultatem non dimittat studium: cum magno labore ad hoc perueniet, quinetiam cum diffidentia: quia non habet spem, nec fiduciam, quòd vnquam aliquid sciet, seu perueniet ad fructum scientiæ: ad cuius fructum citius peruenisset, si à leuioribus studium suum inchoasset, h. d. Franciscus de Aret.

Institiæ & iurisprudentiæ descriptio.

IVstitia[m] est cõstans & ppetua volũtas ius suũ

Iustus est qui vult, non qui aut iusta facit, aut iniusta non facit, non qui iurisperitus est: nam iniusti quoque faciũt plerunque iusta, aut iniusta non faciunt, aut iurisperiti sunt. Sed neque iustus est qui vult modò, modò non vult ius suum cuique tribuere. Is verò demum iustus est qui sic ab animo comparatus est, vt perpetuò τὸ δίκαιον, id est, ius cuique suum velit tribuere, Cuiac.

m ¶ Iustitia. Hæc[a] iustitiæ definitio potest intelligi de diuina iustitia. q.d. Diuina iustitia est voluntas[b] constans & perpetua &c. & secundùm hoc hæc verba in ea posita sunt plana. Sed nonne[c] iniustum fuit, quod tantum datum fuit mercenario in sero venienti, quantum illi qui manè venerat: quod tamen Dei iustitia laudat: vt ff. de an. leg. l. ij. & de verborum significationibus. l. ij. §. iniustum. Respon. illud diuinum vel mysticè vel allegoricè debet intelligi. q. d. tantum habebit de paradiso ille qui decedit in hoc vltimo seculo, si faciat bonum, quantum ille qui decesserit in primo seculo, vt patet in his versibus: Vinea culta fuit, cultores præmia quærunt: Non labor æqualis, æqualia dona fuerunt. Sic Deus ostendit, quòd quandocunque venimus, Auspiamus iter, certi de munere simus. 2 Vel dic[d] secundùm Ioan. quòd de fragili hominis iustitia loquitur. q.d. iustitia humana, vel quæ est in homine, est voluntas constans &c. & secundùm hoc illa duo verba, constans & perpetua, abiiciuntur[e] extra: quia homini non possunt conuenire: cum scriptum sit, quòd septies in die cadit iustus. & illud: Nunquam in eodem statu permanet. vt in Auth. de non alie. aut perm. §. vt autem. col. ij. Item quod in fin. dicit, ius suum vnicuique tribuens: intellige quantum ad affectionem: quia ad actum non potest. q.d. habens affectum tribuendi: sicut. ĩ. in rub. proœmij dicitur de Augusto. sic & de matrimonio, quod est indiuiduum: vt ĩ. de pa. po. in prin. licèt interdum diuidatur, vt patet Cod. de repu. l. consensu. 3 Vel tertiò expono[f] vt in summa huius titu. vt voluntas, id est mens, constans. i. bona: quasi habitus mentis bonus. ¶ Sed Tullius sic[g] definit, Iustitia[h] est habitus animi, cõmuni vtilitate seruata, suã cuilibet tribuẽs dignitatẽ. ¶ Sed secũdũ Placẽ. Iustitia est virtus quæ plurimũ potest in his quæ minimum possunt. ¶ Vel prout ego credo, Iustitia[i] est animi cõgrua dispositio in singulis rebus rectè diiudicãs. Accursius. ADDITIO. Quæsiuit modum, in quo voluit emendare Iustinianum: & ideo vos dicite,

a Iustitia quæ hic definitur. b Id est intent. Ang. c Dicimus non fuisse, quia pater familias tanquam dominus ... e Nihil est intelligendum ... f Hoc dicendum est secundùm Per. de Bel. Per. hic. g Iustitiam ... definitionem. h Hæc potest esse vera secundum Per. de Bell. Per. hic. i Hæc displicet Per. de Bell. Per. hic.

Institut.

quòd hic iustitia definitur generaliter. ad argumēta verò breui distinctione facilè sic respōdebitis. Aliquando consideratur iustitia prout est in abstracto: & tūc iustitia est cōstans & perpetua. Aliquādo verò consideratur prout est in cōcreto: vt est posita in corpore hominū administrantium: & tūc dicitur corruptibilis: nō ratione essentialitatis iustitiæ, sed ratione mali cōtinentis, hoc est praui hominis. secundùm Christo. Por.

† Concor. ad hoc prin. ... cano. ... & Go. in c. ... super ... iustitia. extra de verb. signif.

cuique tribuendi [a]. † 1 ¶ Iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia [b], iusti atque iniusti scientia.

Leniora primùm, exinde altiora tradenda sunt: ne tyrones rei perplexitate & varietate perterriti, aut studia deserant, aut maiori cum sudore, tardiùs huiusce disciplinæ notitiam assequantur.

2 ¶ His igitur [c] generaliter cognitis [d], & incipientibus [e] nobis [f] exponere iura populi Romani, ita maximè videntur posse tradi [g] commodissimè, si primò leui [h] ac simplici [i] via, post deinde diligentissima [k] atque exactissima [l] interpretatione [m] singula tradantur. alioquin si statim ab initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi, multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterum, aut desertorum studiorum efficiemus, aut cum magno labore eius sæpe etiam cum diffidentia (quę [n] plerumque iuuenes auertit [o]) serius ad id perducemus, ad quod leuiore via ductus, sine magno labore, & sine vlla diffidentia maturius [p] perduci potuisset.

Tria sunt iuris præcepta, ad quæ quicquid in iure scriptum est, refertur. Publicum ius publicam vtilitatem respicit: priuatum verò singulorum peculiare commodum.

3 ¶ Iuris [q] præcepta sunt hæc, Honestè [r] viuere †, alterum [s] non lædere, ius suum [t] cuique tribuere. 4 ¶ Huius studij [u] duæ sunt positiones [x]: publicum, & priuatum. Publicum ius [y] est, quod ad statum rei Romanæ [z]

a ¶ *Tribuendi*. vt honestè viuat sibi: & sic alterum non lædat: imò proficiat. a Vel dic ius suum, id est hominis meritum.

b ¶ *Notitia*. Potest rectè legi, vt illa dictio scientia, sit ablatiui [a] casus: Vel econtra sit nominatiui casus, & hæc dictio notitia, sit ablatiui casus. *sic infra tit. j. in princip.* ¶ Sed nūquid secundū hoc oportet, quòd quicunque vult iurisprudens vel iurisconsultus esse, debeat theologiā legere? Respon. non. nam in corpore iuris hæc omnia inueniuntur: *vt Cod. de sum. trinit. & fid. catho. & C. de sacrosan. eccl. & episcop. & cle. in Authen. sub multis titulis*: vbi specialiter de diuinis tractatur. ¶ Item quæ est differentia inter iustitiam, & ius, & iurisprudentiam? Respon. Iustitia est virtus. Ius est eius virtutis executiuum: Iurisprudētia est scientia illius iuris. Item iustitia est summum [b] bonum: ius medium: iurisprudentia, infimum. Item iustitia vult tribuere vnicuique ius suum: ius verò coadiuuat: iurisprudentia docet qualiter illud fiat. Accursius.

a Imò virtum quę est anim... secūdum Christ. Por. quia punctum sub verbo notitia, ubi... vim copula.

Hoc commune est cum sapiētia, cum philosophia quod autem sequitur proprium est iurisprudentiæ. Cuiac.

b Hoc verum formaliter ... si considerētur hęc verba quo ad ordinem prioritatis & posterioritatis: & tunc dic primū, id est primum &c. ... de iure perso... in pr. aliàs secus ... An.

c ¶ *His igitur*. Nunc vult dicere, qualiter leges sunt docēdę. Accur.

d ¶ *Cognitis*. i. visa definitione iustitiæ, & iurisprudentiæ.

e ¶ *Et incipientibus*. Datiue potest legi cum verbo. j. videntur: vel ablatiue, vt superius respiciant. & hæc verior. Accursius.

f ¶ *Nobis*. loquuntur compilatores huius libri in persona Iustiniani, qui debet exponere per eos.

g ¶ *Tradi*. s. iura populi Romani.

h ¶ *Leui*. quoad [c] subtilia verba. Accursius.

c Faciliora ab ... in docenda, & discēdo.

i ¶ *Simplici*. quoad sententiam. ADDITIO. Et ideo positionibus debet sine plica responderi: nisi essent respondenti captiosæ, vel rei de qua agitur natura ipsam exigeret. Ange.

k ¶ *Diligentissima*. quo ad subtilia verba.

l ¶ *Exactissima*. quo ad subtilem materiam & sententiam. Accur.

m ¶ *Interpretatione*. i. facili sententia.

n ¶ *Quæ*. s. diffidentia.

o ¶ *Auertit*. No. contra inconstantiā. [d] *sic ff. de proc. l. in causa. in prin. & in Auth. de mona. § cogitandum. col. j.* vnde Salomon, Tria sunt mihi incognita, & quartū penitus ignoro. Via colubri super lapidem, Via auis volantis in aëre, Via nauis in medio maris: quartū difficilius. Via iuuenis in adolescentia sua, Vnde dantur in integ. rest. eorum facultatibus: *vt j. de here. quali. & diff. § extraneus.* Accur. ADDITIO. Et ista patent his versibus, Cum sit pœna grauis cognoscere, quæ via nauis, Vel colubri, vel auis: pueri grauior via quæuis.

d Inconstantia nō admittitur inter varios ... cōmunibus nominatis circa lapidem. si actus ... sunt diuersa si sint ... aliàs secus. Ang.

p ¶ *Maturius*. hic nota prouerbium. [e] Qui vadit planè, vadit sanè.

e Prouerbiū.

[*Iuris præcepta*.] CASVS. Hic incipit quarta pars, in qua dicitur quòd ius nostrū ciuile vno de tribus accipitur: aut præcipit vt quis honestè viuat: aut præcipit vt quis alterum non lædat: aut vt vnus homo ius suū vnicuique tribuat. De primo ponitur exemplum in glo. quæ incipit, Quantū ad se, &c. De secundo ponitur exemplū, quòd nō debet vnus alteri iniuriā inferre: *vt ff. eo. l. iv.* de quo ponit exemplum vt in iudice, qui vnicuique debet suum ius tribuere, prout supra dixi in definitione iustitiæ. Francis. de Aretio.

q ¶ *Iuris præcepta*. i. iura præcipientia, præcipitur aliquid quod pertinet ad aliquod istorum trium. Nam non [f] omne ius præcipit: imò quoddam punit, quoddam vetat, quoddam permittit: *vt ff. de legi. & senatuscon. l. legis.* quoddam consulit, *vt ff. de rei vind. l. is qui destinauit.* & quoddam hortatur: *vt C. de transac. l. ago.*

f Non omne ius præcipit, ... vetat, permittit, ... hortatur. g Honestas in matrimonio & mo... seruanda.

r ¶ *Honestè*. i. quantum ad se. quæ honestas & circa [g] matrimonia est, *vt ff. de rit. nupt. l. semper.* & circa mores seruatur: *vt ff. de tut. & cur. da. ab his l. sciendum oportet. § pen.* & vlti. ADDITIO. Et ideo dicit Ang. Aug. mulierē honestè viuere, quæ viuit secundùm mores loci. sed castè viuere nō intelligitur, quæ transit ad secunda vota. licet respectu mariti defuncti, vel filiorū eius, sed respectu aliorum secus.

s ¶ *Alterum non lædere*. vnde illud: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. *vt in Decret. in princip.*

t ¶ *Suum*. vt non solùm non lædat, sed etiam adiuuet. [a] Nam non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est: *vt argum. in decre. lxxxvj. dist. c. non satis.* ¶ Sed nonne hæc verba accipiuntur hic sicut s. in definitione iustitię, in fi. Respō. nō: imò ibi hæc tria comprehendit: hic autē illud solum, quod extra illa duo prima relinquitur. ¶ Et no. q in hoc reprobo [b] opi. Py. & aliorum qui dixerūt q in hoc titulo nō definiebatur quod est ars boni & ęqui: cuius meritò quis nos sacerdotes appellet. ¶ Nam dico, quòd hæc verba quæ hic sunt, tantundē præstāt. Nam quod hic dicit præcepta iuris, per hoc dicit ars. cum ars sit collectio multorum præceptorum. ¶ Item per hoc quod dicit honestè viuere, alterum non lædere, valet tantum, quantum boni & æqui. Itē per hoc quod dicit, ius suum vnicuique tribuere, colligo cuius meritò quis nos sacerdotes appellet, id est sacra vel iura sua cuilibet ministrantes: *vt hic, & ff. eo. l. j. v. respon.* [c]

a A simuere ... alium ... secundum ... in iure canonico ... verbis ... respondendo ... secundum leges ... non ... adiuuare ... sed ... Qui alterū nō ... in ... quā si ... defecit. An autem ... excommunicatione ... ipsum offendit vel lædat ... secundū ... Pet. de Bell. Perr. & Angel. hic.

b Sic bene secūdùm Porc. ... dubitet de iure naturali.

† Sic ... Decret. in Gl. honestè ... c Similiter sic in l. ... ff. de ...

[*Huius studij*.] Diuiditur in quatuor partes, sicut sunt quatuor dicta. Ang. CASVS. In hac quinta & vltima parte figura casum sic. Ex quo vidimus quid est iustitia: itē ex quo vidimus. quot & qualia iuris præcepta: est sciendum vltimo loco, quod ius nostrum ciuile in duas partes diuiditur: scil. in ius publicum, & priuatum. Et primo dicit, quid dicatur ius publicū. ¶ Et certè ius publicū dicit illa pars iuris nostri, quæ tractat de vtilitate totius mūdi. quod dic vt in glo. quæ incipit, Ex cōsilio. Secundo dicit quid dicatur priuatum. Certè ius priuatū dicitur illa pars iuris nostri, quæ tractat de vtilitate singulorū: putà vt fundus meus ab altero possessus restituatur mihi: vt putà vt debitor meus quod debet mihi soluat. & alia infinita exempla posses ponere: Tandē dicit: ex quo vidimus, quid est ius publicum. nunc videndum est, quid est ius priuatum. Et sciendum est quod ius priuatū est collectum ex pręceptis trium iurium, scilicet ex præceptis iuris naturalis. Item ex præceptis vel præcepto iuris gentium. Item ex præceptis iuris ciuilis. Et de his præceptis iuris naturalis, gentium, vel ciuilis, pone exemplum vt *in glo. quæ incipit, In iure enim.* Franc. de Aret.

u ¶ *Huius studij*. i. artis adipiscendæ per studium.

x ¶ *Positiones*. i. species, secundùm Pla. Sed secundùm Azo. sic, id est, super duobus generibus, non speciebus ponitur hęc ars studio legendi discenda. Nec enim placet, quòd ex multitudine rerum multa dicantur iura. sic enim diceretur ius aliud equinum, quod super equo tractaret, aliud asininum, & sic de singulis. sed ego credo, quod ille non fuit Py. intellectus, sed ille qui est præceptoris [d] mei. Acc. ADDITIO. Pro concordia dicendum est secundùm Porc. quòd species sumitur dupliciter. Vno modo dialecticè. & tunc sumitur pro specie prædicabili de pluribus differentibus numero, & hoc modo Pla. intellexit, quam speciem Azo genus appellauit. Alio modo capitur species legaliter pro vnoquoque indiuiduo. *l. cum qui ædes. ff. de vsucap. vt etiam nōt. in l. legato. ff. de legatis primo. & glo. in l. v. ff. si cert. petatur.*

d Azo fuit præceptor Accursij.

Alij tres fecēre iuris positiones, Sacrum, Publicum, priuatum. Auson. in Edyl. av.

Ius triplex tabulæ quod ter sanxēre quaternæ,
Sacrum, priuatum, & populi commune quod vsquam est.

Priuatum autem ius, & publicum dicimus, cùm ex aduerso ponimus pacta, vel vltimas voluntates, vel priuilegia. Cuiac.

y ¶ *Publicum ius*. & consistit in sacris, in sacerdotibus, & magistratibus. *ff. eod. l. j. § publicum. & in Authen. vt li. ana. & ana. § fin. versiculo quia verò ita collat. vij. & Cod. de summa trinit. & fid. catho. l. inter claras. & ff. de orig. iu. l. ij. § post originem. Glo. in dicto § publicum. in verb. in sacris.* *declarat hanc* Egidius Perrinus.

z ¶ *Rei Romanæ*. i. Romani imperij sic ponitur ... *in auth.*

Spectat

a ¶*Spectat.* s. principaliter. nam & singulorum est vtilitas rempublicam saluam conseruari. Accursius.

b ¶*Pertinet.* s. principia. secūdariò autē ad publicā vtilitatē ptinet expedit enim reip. &c. vt j. *de his qui sunt sui vel alie. iur. §. nam Anto.*

c ¶*De iure priuato.* Sed quid de publico? Rń. nō dicet in hoc libro, sed dicitur. *ff. de iure fisci. & C. eo. tit.* & in aliis titu. sequentibus. & ferè per omnes tres libros Codicis vbi de iure publi. tractatur. ¶Et nunquid illud est tripertitè collectū? Resp. sic: vt statim dicam, & ex eisdē præceptis. ¶Cū ergo eadem sint exempla publici & priuati, quare de priuato tantum dixit, quòd est tripertitè correctum? Respon. quia plura esse de eo priuato dicturus. Item cum fecisset hūc librum causa rudium, nolebat eos multùm aggrauare, quòd fecisset si tractasset de iure publi. in hoc libro.

d ¶*Tripartitè.* in iure enim priuato, vt in suo toto tripartita sūt præcepta naturalia: vt hoc Neminē cum alterius damno fieri locupletem.[a] *vt ff. de condict. indeb. l. nam hoc natura.* Item gentium: vt quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse existimetur: *vt ff. eo. l. j. ij. & iij.* Item sunt præcepta ciuilia, vt præcepta de vsucap. quia de priuata vtilitate est vsucapio: *vt j. de vsucap. in principio ibi,* ne dominia, &c. Et sic publicum est ex eisdem exemplis, & pone eadem exempla: vt ecce à iure naturali, vt non locupletetur cum iactura alterius respublica. A iure gentium, vt liceat reipublicæ propulsare iniuriam. Item à iure ciuili, vt respublica vsucapiat[b] sicut priuatus, quæ exempla posuimus supra statim in verbo, iure priuato.

e ¶*Naturalibus.* i. iuris naturalis.[c]

f ¶*Aut gentium.* i. præceptis iuris gentium.[d]

g ¶*Aut ciuilibus.* præceptis.[e]

a Hoc exemplū reprobatur per Bar. & Fau. hic. & per Bal. in §. t. j. in prin.

b Contrarium tenet Porc.

c Vt suū proli ē nutrire.

d Vt suo domino parere.

e Scilicet qđ promisit per stipulationem soluere.

spectat[a]. Priuatū est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet[b]. Dicendum est igitur de iure priuato[c], quod est tripartitè[d] collectum. Est enim ex naturalibus[e] præceptis, aut gentium[f], aut ciuilibus[g].

DE IVRE NATVRALI gentium, & ciuili.

TITVLVS II.

Quod naturalis instinctus omnia animalia docuit, ius naturale dicitur: ideo mares fœminas appetere, liberos procreare, procreatósque educare (quæ etiā cum brutis communia habemus) hoc iure impellimur.

IVs naturale[h] est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius[i] istud non humani[k] generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cœlo[l], quæ in terra[m], quæ in mari[n] nascuntur.

Hinc[o] descendit maris[p] atque fœminæ coniunctio[q] †, quam nos † matrimonium[r] appellamus. hinc liberorum procreatio[f], & educatio[t]. Videmus enim cætera[u] quoque animalia istius iuris[x] peritia censeri †.

Quod quæque ciuitas sibi ius statuit, ius ciuile dicitur; quasi ipsius ciuitatis peculiare: quod verò rationis iudicio ab omni populo custoditur, ius gentium vocatur.

DE IVRE NATVRALI &c.

Dictum est s. quòd ius priuatum est collectum ex naturalib. præceptis gentium, & ciuilibus: nunc de eis dicit: & primò de iure naturali.

I*Vs naturale est.* Totus iste tit. diuidit in quinq; partes ¶Primò ponit de iure naturali. ¶Secūdò de iure gentium & ciuili. ¶Tertiò ponit vnā diuisionē iuris ciuilis. ¶Quartò rediens ad ius ciuile & naturale ponit vnā differentiā inter ipsa iura. ¶Vltimò ponit circa quæ versatur ius ciuile. Secunda ibi. Ius autē ciuile. Tertia ibi Cōstat autē. Quarta ibi, Sed naturalia. Quinta ibi, Omne autē. Et hoc principium etiā diuiditur in tres partes. Primò ponit definitionē iuris naturalis. Secundò declarat illā. Tertiò probat per effectum. Secunda ibi, Nam ius. Tertia ibi, Hinc descendit. CASVS. Quidā scholaris rudis accipit ad principē Iustinianum, & corā eo talem proposuit quæstionē: Domine Imperator, dicite mihi, quid est ius naturale? Imperator respondit ei: Ius naturale est quoddā ius, quo iure omnia animalia sunt instructa & perita à natura. i. à Deo. Vel ius naturale est quoddā ius, quo iure, natura. i. Deus, omnia animalia instruxit & docuit. & in idē ꝑ omnia recidit hæc positio casus cum prima. Bene dico, omnia animalia: quia nō solùm habet locū in hominibus, sed in omnibus animalibus: siue in cœlo, i. in aëre nascantur, vt aues: siue in terra, vt alia animalia: siue in aqua nascūtur, vt pisces. Videmus enim. i. videre possumus, omnia animalia, nedū homines, esse perita huius iuris naturalis. hoc dicit vsque ad vers. Hinc descendit. in quo ponunt duo vel tria exēpla de hoc iure naturali. Mouetur enim masculus ad coniungendū fœmellæ: vel vir ad coniungendum se fœminæ: quę coniunctio vocatur matrimonium secundùm iura ciuilia. Secundum exemplum est tale. Iure isto naturali mouetur homo & fœmina ad procreandos & nutriendos liberos. i. filios. Nam isto iure naturali mouentur homines & fœminæ ad commiscendum se ad inuicem, quā coniunctionem faciunt ideo, vt liberos procreent, & eisdem liberis procreatis mouentur eodem iure naturali ad eosdem liberos alendos & nutriendos. Fran. de Ar. Ius in bruta non cadit: nam nec iniuria cadit. *l. j. §. si quadr. pau. fecisse dic.* deniq; vt rationis, ita & iuris bruta expertia sunt. At quæ bruta faciūt incitatione naturali, ea si homines ratione faciant, iure naturali faciunt. Quæ bruta nō faciunt ea si omnes homines ratione faciāt, iure gentiū faciūt quod & ipse Institut.

sum naturale ius dicitur, & bonum, & æquum, & naturalis æquitas, & naturalis ratio, & lex naturalis, & natura. Quæ non omnes, sed quædam hominum congregata in vnum locum multitudo vtilitatis publicæ causa facit, ea verò fiunt iure ciuili. Cuiacius.

h ¶*Ius naturale est, quod natura.* [i. Deus.[a]] & nominatiuè & ablatiuè potest legi. *sic j. tit. j. §. j.* ¶Et nota quia[b] quatuor[c] modis ius naturale ponitur. 1 Quādoque pro iure gentiū: *vt j. de re. diui. § singulorum.* 2 Quandoque ꝑ iure pactorū. & sic pro iu. prætorio: *vt ff. de pact. l. j.* 3 Quandoque pro eius cōtrario, scil. pro eo quod rescindit pacta: vt in restitutione minorū: *vt ff. de minorib. l. j.* ¶Quandoque pro instinctu naturæ, *vt hic, & ff. eod. l. j. §. ius autem naturale.* Sed secundùm cano. ius naturale dicitur, quod in lege Mosaica[d] vel in Euangelio continetur, vt in princ. Decreto. ¶Et istud (quod) hic est nominatiui casus, quandò hæc dictio (natura) est ablatiui casus: & econtra est accusatiui, quando (natura) est nominatiui, & tunc dic. natura. i. deus. ADDITIO. Dic secundùm Por. quòd hoc relatiuum (quod) erit accusatiui casus & verbū (natura) erit nominatiui. Nam hoc verbum (docuit) in textu positum potest regere duos accusatiuos diuersos: *vt in glo. ordina. in l. successores. C. ad l. Fal. & habetur in l. eam quā. C. de fideicommiss.*

i ¶*Nam ius* benè dico omnia animalia. Nam ius istud &c. non solùm est hominum, sed commune omnium animalium. Accur.

k ¶*Humani.* i. hominum.

l ¶*In cœlo.* i. in aëre: vt aues quæ in arboribus & aëre nascuntur, *vt j. de rerum diui. § apud.*

m ¶*In terra.* vt feræ bestiæ, quæ in suis lustris, id est cubiculis nascuntur & etiam quædam aues.

n ¶*In mari.* vt pisces. idem dico & si in qualibet alia aqua nascantur. Accursius.

o ¶*Hinc.* i. ab hoc iure naturali. s. Deo, qui primò Adam Euæ coniunxit, & in paradiso deliciarum posuit. Accursius.

p ¶*Maris.* i. masculi.

q *Coniunctio.* s. animorum, non corporum: *vt ff. de reg. iur. l. nuptias.* ADDITIO. ¶Est tamen differentia secundū Ang. quia secuto solo consensu possibilis est separatio per ingressum monasterij. *vt C. de episc. & cle. l. deo nobis circa prin. & in decretalib. ex publico. de conuers. coniugat.* secus autem secuta carnali copula.

r ¶*Matrimonium.* id est effectum matrimonij. ¶Et sic not. quòd[e] matrimonium quò[f] ad originē est de iure naturali. s. de Deo: vt hic dicitur. De iure gentiū etiam dici potest: quia ab eo receptum est. De iure ciuili etiam dici potest: quia formam ei adiunxit & solennitatem, secundùm Azo. *vt patet j. de nup. per totum titu.* cum dicit, à quorundam nuptiis abstinere necesse est: *vt ff. de ri. nup. per totum.* vnde debet dici de iure ciuili: *vt ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile.* ADDITIO. Intellige hoc nisi quo ad prohibitionem graduum lineæ ascendentis, vel descendentis, vel etiam collateralis in primo gradu, quia dicitur de iure diuino. *c. literas. §. sane. versi. o. pimon & §. seq. extra de restit. spo.* ¶Item quo ad formam verborum est de iure cano. Sed quo ad instinctum coniunctionis, seu causam finalem, s. conseruationem indiuidui, est de iure naturali, secundùm Chri. Por. hic.

f ¶*Hinc liberorum procreatio.* Nam Deus operatur ad liberorū procreationem, & naturalis instinctus.

t ¶*Et educatio.* Nam hoc[h] iure. s. naturali mouetur parens de educatione filiorum suorum potius, quàm alienorum: *vt ff. unde liberi. l. scripto herede in fin.* & ad hoc etiam tenetur parens: nisi pro se sit insufficiens: *vt ff. de lib. agn. l. si quis. §. sed & si filius. & §. denique.*

u ¶*Cætera.* s. animalia præter homines.

x ¶*Istius iuris.* s. naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim quòd auis volat, piscis natat, gallina oua calefacit, mouent isto iure naturali.

[*Ius autē*] Diuiditur in tres partes. ¶Primò ponit dictū bimembre. ¶Secundò ponit exēplum primi mēbri. ¶Tertiò ponit exemplum secundi membri. Secunda ibi, Nam quod. Tertia ibi, Quod vero. CASVS. Quidā scholaris accessit ad principē, & talē proposuit quæstionē: Domine Imperator, dicite mihi, quæ differentia est

a Hæc non est legis mentio: & natura hic accipitur pro virtute insita cuilibet rei. Baro. Nico. Fab. & Placen.

b Ius naturale quot modis dicatur.

c Placen. 1. & Porcius ponūt quinque, quos hic vide.

† Alias coniugatio.

† Nomine iuris. Cuiac.

† Cæteri qualiter hoc loco accipiendum sit, cū non explicet Accur. vide Budæum in annot. ad Pandec. ad l. 1. ff. de inst. & iur.

d Hoc verum in præceptis moralibus secus in mysticis seu figuratiuis, quia illa sunt mutabilia secundùm Christoph.

e Matrimoniū introductum iure naturali, gentium, & ciuili.

f Vel aliter secundum Ioan. Fab. nō patentes sint incerti de filiis quos alere tenentur, ratio naturalis dictat matrimonium.

g Vel quo ad substantiam consensus.

h Educatio si consideretur inspecto naturæ instinctu, est de iure naturali: si prout est redacta ad necessitatē est de iure ciuili. *l. si quis a lib. § fin. ff. de lib. agn.* nam potest cogi iure ciuili alere liberos, vt de Sophocle scribit Tul. in Cato.

inter ius gentium,& ius ciuile:& ideo quęro, quia volo vnũ ius ab alio scire discernere. Imperator respondit. Amice, dico tibi, quod omnes populi, qui vtuntur iure scripto,& iure non scripto. pro parte vtuntur suo proprio iure.s.ciuili, & pro parte vtuntur iure cõmuni omniũ hominũ. ¶Secũdò dicit scholaris. Domine Imperator, vos loquimini sic obscurè, quòd non intelligo vos. ¶Quid est hoc dicere, quod omnes populi, qui vtũtur iure scripto, & iure nõ scripto, pro parte vtũtur suo proprio iure, & pro parte vtuntur iure cõmuni omnium hominum? Dicit Imperator: Quod dixi tibi, quòd vtuntur pro parte suo proprio iure, sic intellige, quòd ius, quod sibi facit quilibet populus, illud est ius proprium illius populi, vel ciuitatis, id est appellatur ius ciuile, id est ius proprium illius ciuitatis, putà statut. municipalia, quæ in singulis ciuitatibus fiunt. ¶Tertiò dicit Imperator quòd illud ius quo vtuntur omnes gentes de mundo, naturali ratione.i. discretione est inductum: appellatũrque ius gentium, id est ius quo omnes gentes de mundo vtuntur. ¶Et sic amodo aperta est differentia inter ius gentium,& ciuile: quia ius ciuile: est propriũ cuiusque ciuitatis. ius verò gentium est commune omnibus.

† aliàs, à iure gentiũ distinguitur, quod omnes populi &c.
† Mores quo hic hoc loco pro pedis sint vide illud *ad l. ius ciuile ff de iust. & iur.*
† Ius sibi constituere quisque populus potest. *Et cons. s. quæ contra l. officiorum ingl. & imperator. de const. & in sa. veneraabilem, in Glo. super verb. Lotharius. an vr. de elec.*

1 ¶Ius autem ciuile †, vel gentium ita diuiditur [a]: Omnes populi, qui legibus & moribus [b] † reguntur, partim suo proprio, partim communi [c] omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit †, ipsius id proprium ciuitatis est: vocatúrque ius ciuile [d], quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio [e] inter omnes homines cõstituit, id apud [f] omnes populos peræquè custoditur: vocatúrque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur [g]. Et populus itaque [h] Romanus partim suo [i] proprio, partim communi omnium hominũ iure vtitur. Quæ singula [k] qualia sint, suis locis proponemus [l].

Ius ciuile à sua quodque ciuitate vel legislatore nomen sortitur: iuris tamen ciuilis simpliciter prolati appellatione ius Romanorum tanquã nobilius significamus.

2 ¶ Sed ius quidem [m] ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur [n]: veluti Atheniensium. Nam si quis velit Solonis [o] vel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensium, non errauerit [p]. Sic enim & ius [q] quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius Quiritum [r], quo Quirites vtuntur. Romani enim Quirites à Quirino [f] appellantur. sed quotiens non addimus nomen cuius sit ciuitatis [t], nostrum [u] ius [x] significamus: sicuti eum pœnam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus: *Virgilius.*

¶ Quartò dicit Iustinianus: Non solùm quidam alij populi vtũtur pro parte iure proprio, id est ciuili: & pro parte iure communi omnium hominum, id est iure gentium, sed etiam populus Romanus hoc facit: quia pro parte vtitur suo iure, id est suis propria statutis. & pro parte vtitur iure communi omnium hominum, id est gentium. ¶Quintò respondet Imperator cuidam tacitę obiectioni: quia possent aliqui dicere: Domine Imperat. vos fecistis mentionem nunc de iure gentium & ciuili, dicatis de natura vtriusque iuris. Dicit Imperator, excusando se: Ego hoc dicam in competenti loco.s.in §.pen. vbi dicit quòd ius gentium est immutabile, & ius ciuile mutabile, secundùm expositionem istius §. vel alio modo intellige istam quintam particulam, vt in gl. quæ incipit.s. Iura gentium. Et hoc totum in prima parte principali. In secunda parte adsignat Iustin. secundam differentiam inter ius gentium & ius ciuile quę secunda pars continet quatuor partes, vt supra dixit. ¶Quamuis ius gentium non habeat denominationem ab aliqua ciuitate, quia non dicitur ius gentium Romanorum, vel ius gentium Bonon. tamen ius ciuile habet denominationem ab ea ciuitate in qua factum est, vt ecce statuta quæ fiebant apud ciuitatem Athenarum per suos sapientes, scilicet Solonem & Draconem, possunt dici ius ciuile Atheniensium. ¶Secundò adducit simile, quòd statuta facta Romæ possunt dici ius ciuile Romanorum. vel ius ciuile Quiritum: quia Romani appellabantur Quirites à quodam rege eorum, qui Quirinus appellabatur. ¶ Tertiò dicit, Sed quid dicemus si simpliciter dicatur ius ciuile, nec addatur nomen ciuitatis in qua factum est illud ius, de quo iure intelligemus? Respon. per excellentiam intelligitur ius ciuile, de iure ciuili Romanorum, i. de statutis eorum. Quartò adducit simile. Ecce cùm dico, poeta, & ei non addo nomẽ proprium, per excellentiam intelligitur de Homero apud Græcos, vel de Virgilio apud Latinos. h.d. vsque ad §. ius autem gentium.

a ¶ *Diuiditur.* i. vnum ab altero sic dignoscitur. Accursius. Distinctio dicitur diuisio in hoc lib. sæpe. Ita ergo diuiditur, pòst distinguitur. Cuiacius.

b ¶ *Legibus & moribus.* Nam quidam sunt, qui reguntur tantùm moribus: & etiam quidam, qui nec moribus, nec legibus: vt homines syluestres: [a] etiam quidam, qui legibus tantum, & non moribus.

c ¶ *Communi.* i. eo iure, quod est in communi apud omnes: siue scriptum sit, siue non.

d ¶ *Ius ciuile.* vt [b] sunt statuta terrarum: quæ iura municipalia dicuntur: *vt C. de eman. lib. l. j.* & sic dicitur ad differentiã iuris naturalis. i. iuris gentiũ, & ita accipitur hic. 2 Secũdo modo dicitur ius ciuile lex xij. tabularum: *vt ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* 3 Tertiò dicitur ius ciuile omne ius quod nõ est prætorium, & sic accipitur. *ff. de iustitia & iure. l. ius autem ciuile. in princip. & §. ius prætorium.* 4 Quartò dicitur disputatio prudentum, quæ fuit facta super l. duodecim tabularum. *vt ff de orig. iur. l. ij. §. hæc disputatio.* secundùm Ioannem. 5 Quintò quidquid scriptum habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cùm dicitur, Est enim sanctissima res ciuilis sapientia, quæ pretio nummario non est æstimanda: *vt ff. de var. & extraor. cogn. l. j. §. proinde.* 6 Sextò dicitur quotiens [a] adiicitur aliquid iuri naturali, vt in matrimo. modò diximus: Vel detrahitur iure naturali, *vt infra de vsucapionibus: in princip.* [b] Vel additur [c] iuri gentium: vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter: *vt infra de tutel. in principio.* Vel detrahitur, vt in potestate seruorum restricta: *vt j. de his qui sui vel alieni iuris sunt. §. sed hoc tempore.* hoc enim ius ciuile dicitur: *vt ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile. j. respons.* & hęc exempla sunt ibi notata. Accursius.

a Omnes tamẽ sunt de familia Adæ. Io. Fab.
b Ius ciuile pro statutis terrarum, legibus xij. tabularum, iure non prætorio, disputatione prudentum, libris iuris ciuilis, pro iure quo adiicitur vel detrahitur iuri naturali vel [illegible].

a Iuri naturę quemadmodũ adiiciatur vel detrahatur.
b In hoc tit. quia eo iure omnia erant communia secundum Inst. hic aliàs si Gl. pro supponeret, quòd illo iure esset dicere meum & tuũ, esset falsum vt per Ia. de Aret. Bald & Alb. in l. ex conuē. ff de iust. & iur.
c Iuri gentiũ quẽadmodũ adiiciatur vel detrahatur.

e ¶ *Naturalis ratio.* No. quòd ius gentium naturali ratione est inductum, *vt hic, & infra de rerum diuisione. §. singulorum.* vnde est immutabile: *vt infra eo. § sed naturalia.* Accursius.

f ¶ *Id apud.* nunc soluit. Accursius.

g ¶ *Vtuntur.* vt est religio erga Deum, vt parentibus & patriæ pareamus. [d] Vt contra violentiam resistamus: *vt ff de iustitia & iure. l. j. in fi. & l. ij.* Item conuentiones siue pacta, quæ apud omnes gentes valent, *vt infra eod. §. ius autem gentium, & ff. de pactis l. iuris gentium in prin.*

d Vide Ias. in l. j. ff & grauiter ff de vi. in poss. vnus quo Bald. reputat singulare vel. matres. Cod. ab Tort. & corporis sit pariũ, vnde per Angel. hic.

h ¶ *Itaque.* quia omnis populus vtitur partim iure communi, & partim &c.

i ¶ *Suo.* quod pro se tantùm composuerunt: aliàs esset lex generalis: *vt j. eo. §. lex.*

k ¶ *Quæ singula.* sc. iura gentium & ciuilia, quibus vtuntur ciues Romani. & effectus eorum iurium dicetur *infra de rerum diuisione. §. singulorum.* vsque ad finem tituli, vbi dicitur qualiter acquiruntur dominia iure gentium. Item infra de vsucap. & in titulis sequentibus, in quibus dicitur qualiter acquiruntur dominia iure ciuili, & secũdùm hoc refertur ad proximum dictum, & illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. a Vel aliter dic. proponemus *infra eod. tit. §. penult.* vbi dicit alterum de iuribus variabile, vt ciuile: alterum non, vt gentium. & secundùm hoc non refertur ad proximũ dictum: sed ad id quod dicit supra. Nam &c. & etiam, Quod verò, &c.

l ¶ *Proponemus.* sed vbi? Resp. fortè. *j. de rer. diuis. §. singulorum.* & refertur non ad proximum dictum, [e] sed ad id quod dictum est: Nam quod quisque &c. & ibi, Quid verò, &c.

e Hæc Gl. contradicere videtur Glossæ præcedẽti: sed ambę sunt bonæ, vt referatur ad proximũ dictũ vel ad remotum: cum secundũ ambas expositiones loquamur de iure gentium vel ciuili secundũ Nicol.

m ¶ *Sed ius quidem.* &c. diximus populos commune aut proprium ius habere: sed &c.

n ¶ *Ciuitate appellatur.* i. nomen illius ciuitatis vbi factum est ius ciuile, debet ei imponi.

o ¶ *Solonis.* Nomina sunt compositorum statutorum in illis ciuitatibus, sicuti si appellaret quis ius ciuile Bonon. statutum à compositoribus inuentum, & consilio confirmatum.

p ¶ *Non errauerit.* imò bene dixerit.

q ¶ *Sic enim & ius.* quod pro se tantum composuerunt: aliter esset generalis lex: *vt j. eo. § lex est.* & de hoc. sc. iure ciuili naturali potest hic intelligi vel loqui. Accursius.

r ¶ *Ius Quiritum* pro eodem, licèt nomina mutet.

f ¶ *A Quirino.* id est Romulo qui [f] fuit eorũ rex, dictus à quiris, quod est hasta: quia magna hasta in bello vtebatur.

f Quirinus pro Romulo, & cur ita dictus.

t ¶ *Ciuitatis.* sed simpliciter dicitur ius ciuile.

u ¶ *Nostrum.* s. Romanorum per excellentiam.

ADDITIO. Et ideo dicit Io. Fa. quòd in supplicando pro præbenda ecclesiæ cathedralis, specificatio ipsius ecclesiæ vitiaret. quia sufficit quòd dicatur, in ecclesia Lugd. vel Parisien. & quòd ita de facto vidit obseruari.

x ¶ *Ius.* sc. ciuile Romanorum, si est proprium: vel generale, si est factum vt sit generale.

a ¶*Virgilius.* idem in Apostolo. nam Paulus in diuina scriptura intelligitur. Item vbi dicitur sapiens, intelligitur Salomon.

Diuiso.

[*Ius autem.*] ¶Primò ponitur vnum dictum. ¶Secundò ponitur ratio, quare ius gentium fuit inuentum. ¶Tertiò ponitur effectus, siue ponuntur inuentiones iuris gentium. Secunda ibi, Nam vsu. Tertia ibi, Bella. CASVS. Quamuis in superiori §. tractauerit de iure gentium & ciuili: quia tamē de iure gentium non tractauit ibi plenè: ideò hîc plenius tractat repetendo etiam de eo, quod dixerat. ¶Et diuidit hunc §. in tres partes: sicut suprà dictum est. In quarum prima parte dicitur, quòd ius gentium est commune omnibus hominib. de mundo. ¶Secundò reddit rationem, quare ius gentium fuit inductum, quæ ratio talis est. Homines indigebant aliquib. statutis, & ideò multa inter se statuerunt, quæ dicuntur ius gentium. & maximè bella, & captiuitates & seruitutes sunt à iure gentium: quæ seruitutes sunt contrariæ iuri naturali: quia de iure naturali omnes homines liberi nascebantur. ¶Tertiò dicit, quòd ex hoc iure gentium sunt introducti quasi omnes contractus. de quibus multa exempla ponit in textu. hoc dicit vsq. ad §. constat.

¶Gentium appellatione cōprehēdit mares & fœminas, ex hoc loco notat Paulus.

apud nos Virgilius [a].

Communis vsus, humanáque necessitas iuri gentium originem dedere. Ex hoc itaque iure orta sunt bella, secutæ captiuitates & seruitutes, ac contractus ferè omnes introducti.

Ius autem [b] gentium omni humano [c] generi commune est. Nam vsu [d] exigente, & humanis necessitatibus, gentes † humanæ iura quædam sibi constituerunt. Bella [e] etenim orta sunt, & captiuitates secutæ, & seruitutes, quæ sunt iuri naturali contrariæ. Iure enim naturali ab initio [f] omnes homines liberi nascebantur. Et ex hoc iure gentium omnes penè [g] contractus introducti sunt: vt emptio & venditio, locatio, & conductio, societas; depositum, mutuum, & alij innumerabiles [h].

Ius ciuile ex scripto constat, & non scripto. Iuris autem scripti partes sunt sex, quæ recta serie pertractantur.

b ¶*Ius autem.* autē pro sed. & repetit de iure gentiū vt aliquid addat.

c ¶*Omni humano.* Sed nunquid plura humana genera sunt? Respon. non. Expono [a] ergo, i. omnibus hominibus.

a Vel expone omni, i. toti, secūdùm Nico. & Io. Fab.

d ¶*Nam vsu.* ab initio enim pauci erant homines: indiguerunt tamen aliquo communi vsu: & quantò plures fuerunt, tunc magis suas consuetudines habebant & statuta: putà vt nullus vineam vel hortum alterius intraret, & hoc sequitur, & probatur: *ff. de iustitia & iure. l. ex hoc iure.*

e ¶*Bella.* Sed quomodo à iure descendit bellum, cùm sit à iure prohibitum: *vt ff. de vsufr. l. æquissimum?* Respon. loquitur de eo quod à [b] populo Romano est indictum hostibus: *vt ff. de cap. & postlim. reuer. l. hostes. §. in bello.* Item propulsare violentiam: quod est licitum: *vt ff. de iustitia & iure. l. vt vim. & ff. de vi & vi armata. l. j. §. vim vi* cum moderamine tamen: *vt C. vnde vi. l. j.* ADDITIO. In quo moderamine requiritur. ¶Primò debita instrumentorum proportio: quāuis secundū Io. Fab. aggrēdientē sine armis, possim cū armis repellere, si aliàs tutè me defēdere nequeo. ¶Secūdò, quòd fiat incōtinenti. i. in ipsa actus flagrantia, in defensione personæ, vel antequā diuertatur ad extraneos actus in defensione rerum. ¶Tertiò quòd nō ad vindictam: in quo attēditur modus facti, qualitas personarum, & potentia. Et nota secundùm Ial. quòd ipsa propulsio est de iure naturali: sed cum moderamine, est de iure gentium, secundùm Angel. hîc. Bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, manumissiones, vt sacrosancti sint hostium legati, regna, dominia, obligationes, acceptilationes, constitutiones sunt iurisgentium. Cuiac.

b Imò à quocunque etiam priuato pro suo recuperando. & de licentia superioris & per ipsum recuperare non valeat: & hoc nō modo contra suum detinentes, sed etiam eos iuuantes secundū Io. & doct.

f ¶*Ab initio.* Sed nunquid hodie? Quidā dicunt sic. nos contra: nā seruos nascitur: *vt j. de iure perso. §. serui. & ff. de statu. l. interdum.* Accursius. Omnes penè contractus. Omnes obligationes. Omnis enim obligatio pro cōtractu habetur: *l. omnem ff. de iudic.* atque ideò in *l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.* Hermog. obligationes dixit, non contractus. Cur autem ait penè? nempè quia sunt quædā cōuentiones & obligationes legitimæ: *l. conuentionum. l. legitima ff. de pact.* Cuiac.

g ¶*Penè.* Penè dicit [c] propter quatuor [d] contractus: vt propter stipulationem: *vt infra de actionibus. §. de constitut.* Item propter literarum obligationem: *vt j. de literarum obligationib.* Item propter contractum emphyteuticum: *vt j. de locat. & conduct. §. adeò.* Item sponsalitiam largitionem, id est, donationem propter nuptias: *vt in Authen. vt spon. larg. §. j. & ij. col. ix.* ¶Et nota quòd hîc dicitur omnes contractus esse de iure gentium: sed [e] non omnes obligationes. Nam quæ [f] ex maleficio vel quasi sunt, non sunt de iure gentium, sed vel à lege xij. tabularum, vel ab alia lege. ADDITIO. Prout glos. loquitur in quasi maleficiis approbatur: quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno. quòd ius gentium non considerat. sed prout loquitur in maleficiis. reprobatur per *l. j. ff. de fur.* vt per Ang. & Christoph. hîc.

c Idem Bar. & Nic. & vide gl. similem in l. ex hoc iure ff. de iust. & iure. & in l. legitima ff. de pac.

d Contractus qui & quot ex iure ciuili introducti.

e Cōtractuum & obligationum differentia. Omnes cōtractus sunt ex iure gentiū: non omnes obligationes.

f Obligationes ex maleficio vel quasi, non sunt ex iure gentium, sed à lege.

h ¶*Innumerabiles.* id est, non facilè ad numerandum habiles: *vt j. de reb. corpor. & incorp. in princip.*

[*Constat.*] Diuiditur iste §. in tres partes. ¶Primò ponit dictum bimembre. 2 Secundò ponit exemplum primi membri. 3 Tertiò exemplum secundi membri. Secunda ibi, Scriptum. Tertia ibi in §. Ex non scripto. Item secunda subdiuiditur in tres partes. ¶Primò ponit quid est ius scriptum. ¶Secundò ponit exempla. Secunda ibi, Lex.

CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius tituli. ¶Item vidimus de iure gentium. j. § prox. ¶Item vidimus de iure gentiū & ciuili mixtim. s. *§. ius autē ciuile vsque ad § ius autem gētium.* ¶Sed quia de iure ciuili non plenè tractatum est, ideò tractabitur *in hoc §. & seq. vsque ad §. sed naturalia.* ¶Et ideò diuide alter §. quàm §. secundùm Franc. de Are in sexdecem partes, vsque ad §. ex nō scripto. ¶In prima parte dicit, quòd ius nostrū ciuile diuidit in duas partes, s. in ius scriptū, & in ius non scriptū: & hoc ad similitudinē Græcorū, qui similiter iure scripto & iure nō scripto vtebantur. ¶Secundò dicit, quòd primò est videndū de iure scripto. ¶Et est sciendū, quòd ius scriptū constat ex sex partib. iuris. s. ex lege, & plebiscito, ex senatusc. ex principum placitis, prætorum edictis, & ex responsis prudentum. ¶Tertiò dicit quid est lex. Certè lex dicitur illa, quam Rom. populus faciebat consule senatorum interrogante populum: vt ecce quando emergebat aliqua quæstio, quæ non erat soluta per aliquam legem, populus pulsabatur cum campana, Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et sic congregabatur populus Romanus. & tunc loquebatur magistratus senatorum: & dicebat populo ibi congregato: Domini mei, talis quæstio emergit de nouo: quam quæstionem non reperimus decisam in nostro iure: placétne vobis, quòd ad decisionem illius ita & ita statuatur? Et populus simul vel diuisim clamabat, vel clamabant dicentes: Sic fiat, vel sic fiat. & sic illud taliter constitutum dicebatur lex. ¶Quartò dicit quid sit plebiscitum. Et certè plebiscitum dicitur illud ius, quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorum interrogante plebem. Ecce enim quando emergebat aliqua quæstio pertinens ad plebem seu plebeios, quę non erat soluta per legem aliquam: pulsabatur cum quadam alia campana: Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et sic congregabatur plebs Romana. Et sic tunc surgebat magistratus, s. tribunus plebis, & dicebat plebi. Talis quæstio emersit, placétne vobis, quòd ad decisionem illius sic vel sic statuatur? Et ipsi clamabant dicentes, Fiat sic & sic. ergo illud taliter constitutum appellabatur plebiscitum. ¶Quintò dicit, Diximus quòd lex sit à populo, & plebiscitum à plebe. Sed quæ differentia est inter populum & plebem? Respon. Populus est genus: quia appellatione populi omnes ciues Romani continentur; scilicet nobiles patricij, & senatores, & ignobiles. Plebs verò sine patriciis & senatoribus cæteros ciues significat. ¶Sextò respondet cuidam tacitæ quæstioni. nam posset aliquis dicere: Nunquid tantùm valent plebiscita quantum leges? Et dicit quòd sic, ex quo fuit facta quædam lex quæ appellabatur Hortensia: in qua continetur, quòd plebiscita obtinent vim legum. ¶Septimò quid est senatusconsultum? Et certè senatusconsultum est statutum à senatoribus compositum, siue leges à senatoribus promulgatæ. ¶Octauò respondet cuidam tacitę quæstioni. nam aliquis posset dicere: Senatusconsulta videntur superflua. Nonne sufficiebant leges & plebiscita? Respon. dicens quòd senatusconsulta non sunt superflua. Nam populus Romanus erat tantùm augmentatus, quòd erat quodam modo impossibile, quòd semper quando debebant fieri aliquæ leges nouæ, quòd populus & plebs congregari possent. & ideò vtile visum fuit populo, quòd senatores possent iura condere sine populo & plebe: & sic quando congregabatur populus, consul senatorum interrogabat vt suprà. ¶Nonò, quid est Principis placitum? Dicitur lex imperialis. nam quod principi placuit, pro lege seruatur. ¶Decimò respondet cuidam tacitæ quæstioni. Nam posset aliquis quærere: Quare princeps potest legem facere? Respon. quia populus Romanus transtulit in eum principem omne ius suum & imperium: & maximè potestatem legis condendæ. ¶Vndecimò dicit, quòd Imperator potest facere legem, vt dixi. ergo id quod instituit Imperator, seruatur pro lege, etiam si in modum epistolæ faciat: *vt infrà de his qui sui vel alieni iuris sunt. § fi.* Vel ita si inter litigantes cognouit, & definitiuè pronuntiauit, volens quod illa sententia esset lex: *vt C. de legib. & constitutionib. l. fin.* Vel etiam si apponat in lege quam facit hoc vocabulum, edictali vel edicto: *vt C. de secundis nuptiis. l. hac edictali.* ¶Duodecimò, quod leges Imperiales propriè appellantur constitutiones. ¶Tredecimò dicit, quòd legum siue constitutionum Imperialium quædam sunt personales, quædam generales. Personales dicuntur, quæ ad alias personas non extenduntur. Ecce si alicui ob meritum, id est, propter suum meritum princeps indulsit, id est, pepercit, quia deliquit contra principem, & princeps vi-

dens istum, quòd bene sibi seruierat, dat sibi suam gratiam: ista gratia quam dat sibi princeps, nō transit ad aliam personam. ¶ Ideò dicitur in textu, quòd priuilegium personale non transgreditur personam cui tale priuilegium conceditur. Aliæ verò generales constitutiones sunt in omnibus aliis hominibus. ¶ Quartodecimò dicit de magistratuum siue prætorum edictis: dicens quòd prætorum edicta obtinent vim legum. Etiam dicit, quòd hoc ius prætoriū potest etiam honorariū appellari, ab honore ipsorū prætorum, qui faciebant huiusmodi ius. ¶ Quintodecimò dicit, quòd isti prætores Romani erāt multi: & ex his erant quidam, qui appellabantur ædiles curules: qui similiter faciebāt suas leges super certis articulis, vel capitulis: quæ leges sunt pars iuris prætorij. ¶ Sextodecimò dicit, quæ sunt responsa prudētum. Et certè responsa prudentum dicuntur sententiæ & opiniones illorum sapiētū Romanorū, quib. permissū erat à principe iura cōponere, qui iurisconsulti appellabantur: quæ responsa eorum tantam habebant potestatem, quòd nullus iudex poterat contra eum responsa semel pronunciare. Franc. de Aret.

3 ¶ Constat autem ius nostrum[a] quo vtimur, aut ex scripto,[b] aut sine scripto: vt[c] apud Græcos[d] τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptum autem ius[e] est lex, plebiscita, senatusconsulta[f], principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. 4 ¶ Lex est[g], quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti[h] consule[i], constituebat. Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti[k] tribuno, constituebat.

Plebs autem à populo eo differt, quo species à genere[l]. Nam appellatione populi, vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam[m] patriciis[n], & senatorib.† Plebis autem appellatione, sine patriciis & senatoribus cæteri ciues significantur. Sed & plebiscita[o], lege Hortensia[p] lata non minùs valere quàm leges, cœperunt. 5 ¶ Senatusconsultum est, quod senatus iubet atque constituit[q]. Nam cum auctus esset populus Romanus in eum modum, vt difficile esset in vnum eum conuocare legis[r] sanciendæ causa, æquum visum est, senatum vice populi consuli[f].

Quod princeps animo legis condendæ statuit, legis vim obtinet. & constitutio dicitur, ligátque omnes, modò generalis sit: quod si ob certæ personæ meritum odiúmve emanarit, ad exemplum non trahitur: & cùm personalis sit, personam non egreditur.

6 ¶ Sed & quod principi placuit[t], legis[u] habet vigorem[x], cum lege Regia[y] quæ de imperio[z] eius lata est, populus ei[a] & in eum omne imperium suum & potestatem contulerit[b]. Quodcunque ergo Imperator per epistolam[c] constituit, vel cognoscens decreuit[d],

† *Cano. in ca. post electionem. in gl. super ver. immutatum. post princ. ibi sic nomine populi. extra de elec. & Gl. in ca. sedes. super verb. maiores, prope fin. ibi plebis autē appellatione. extra de rescr.*

a ¶ *Ius nostrum.* id est, ciuile Romanorum, de quo diximus *suprà eod. §. sed ius.* Largè vocatur ius ciuile, quicquid scriptum habemus de iure generali: *vt diximus suprà eod. in glos. vt sunt statuta terrarum &c. ibi, quanto &c.* Item quicquid habemus de moribus hîc comprehendi, scilicet generalibus: vt patet ex inferioribus.

b ¶ *Scripto* de hoc dicit vsque ad §. infra, ex non scripto, & de non scripto ibi dicet. Accur. ADDITIO. Non tamen est necessaria scriptura ad substantiam legis: sed ad probationem tantùm: *arg. l. contrahitur. ff. de pign.* secundùm Doct. hic.

c ¶ *Vt.* pro sicut.

d ¶ *Apud Græcos.* Nam Græci vtebantur iure scripto, & non scripto: *vt ǰ eod. §. & non ineleganter.* Accur. ADDITIO. Græcum quod in textu est, ita vertas: legum aliæ quidem scriptæ, aliæ verò non scriptæ. Budæus verò in annotationibus ad Pandectas hoc ipso tit. legit. ὧν μὲν ἔγγραφον, ὧν δὲ ἄγραφον, sed in idem recidit.

e ¶ *Scriptum autem ius.* s. ciuile Romanorum. de quo dixi *suprà eo. §. sed ius.* Accursius.

f ¶ *Senatusconsulta.* quare dicti sint consules: *not. ff. de origin. iuris l. ij. §. exactis.*

g ¶ *Lex est.* hæc[a] definitio quo[b] ad sententiam concordat cum ea quæ est *ff. de legibus & senatusconsultis. l. j.* licèt quo ad verba dissentiat. 2 Definitur & alio modo. Lex est sanctio sancta, iubens honesta, prohibens contraria. quæ sumitur ex lege Græca: *ff. de legibus & senatusconsultis. §. ij.* 3 Item definitur tertio modo vt in alia Græca colligitur *in eo. titu. de leg. & senatusc. l. j.* Accur.

h ¶ *Veluti.* exemplificatiuè ponitur: *vt ǰ. § prox.* Nam facta conuocatione populi Romani, magistratus, id est, senatus non totus, sed qui maior erat omnibus, interrogabat populum, s. consulendo, an[c] sic placeret, & sic ad libitum populi fiebat: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde. j.*

i ¶ *Consule.* nam consul vice omnium senatorum interrogabat populum, & sic ipsi senatores videntur interrogare. Nam qui[d] per alium facit, per se facere videtur: *vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. deiecisse. & ff. de admi. tut. l. tts autem. §. gessisse.* Nam rectè omnia nostra facimus, quibus à nobis auctoritas impertitur: *vt ff. de vete. iur. enucl. l. j. §. sed si quid ver. nouimus.*

k ¶ *Veluti.* exēplificatiuè ponitur: *vt ǰ. § proxi.* erat n. vnus numero tribunus, qui præerat plebeis & eorum magistratui: qui interrogabat plebeios: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. postea. versic. mox cum reuocata. & §. iisdem temporibus.* & multas leges habemus de his: *vt de leg. Aquil. vt inst. de leg. Aquil. §. ex hoc tamen capite.* & ne præsides accipiant nisi esculenta: *vt ff. de offi. procon. l. solent. §. fin. & ff. de offic. præsid. l. plebiscito.* ADDITIO. Sed hodie nec illa, si habent salarium, vt ibi: nec secus in delegatis. *extra de rescript. c. statutum. §. insuper libro sexto.*

a Legis tres definitiones, b una secund. Porcium sententiam ... iddirat & substantiam & per effectus qui ex ea sequuntur: hæc verò per causas efficientes seu in esse producentes.

c Inde notat Angelus non valere statutum in cuius cōfectione cōstitit, quòd non fuerit in consilio per priorum facta propositio. secus tamen in dubio Ang. Aret.

d Debet tamē in libello exprimi, quòd per se vel alium eius nomine tale quid ... nullum fuerit alias agendo contra se, & probando de alio suo nomine exspoliante, nō obtinetur, secū dum Fab. & Angel.

Ioannes Faber.

l ¶ *Species à genere.* est autem genus[a] quod prædicatur de pluribus differentibus specie: vt animalium illud rationale, illud irrationale. & sic se habet populus (vt sequitur) ad[b] nobiles & ignobiles. Species[c] autem est, quod prædicatur de plurib. differentib. numero vt hominū alius Titius, alius Seius. sic se habet plebs. nam minores tantùm comprehendit, vt sequitur. ADDITIO. Et sic valet arg. de specie[d] ad genus affirmatiuè: *vt l. ij. § dolo. ff. vi bonor. rapt.* non autē negatiuè *l. duob. §. si quis ff. de iureiu.* secundum Ias. hic.

m ¶ *Etiam.* quasi dicat. nō solùm populi appellatione viles connumerantur, sed etiā patricij.

n ¶ *Patriciis.* qui[e] erāt quasi partes principis: *vt ǰ. quib. mod. ius pat. pote. sol. §. filius.*

o ¶ *Sed & plebiscita.* videbātur minus valere, quasi ioco & argumento sumpto ab auctoritate: quia maior est patriciorū & senatorū auctoritas: *vt C. de leg. l. humanum. & ff. de eden. l. si quis ex argentarius. §. j.* Sed hoc sublatū est per legē latam ab Hortensio rege: vt sequitur, *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cùm esset. versi.* mox cum reuocata.

p ¶ *Lege Hortēsia.* sic dicta ab Hortēsio, qui pacē cōposuit inter nobiles & plebeios & inter eos sic statuit, quòd valeret plebiscitum. Lege Horatia primū deīde leg. Hortēsio, hæc cū plebs in Ianiculū secessisset, illa, cū in Auētinū: auctores sunt T. Liui. & C. Pli. Cuia.

q ¶ *Constituit.* Nam poterat facere legem. *vt hic, & ff. de legib. & senatusc. l. non ambigitur.*

r ¶ *Legis.* Nam idem est si ex alia: quia difficile erat tot homines conuenire. Accursius.

f ¶ *Consuli.* i. interrogari. Nā antea populus interrogabat. *vt ǰ. eo. tit. §. plebiscitu.* & sicut populus interrogabatur prius: sic[f] postea senatores (qui cērū erāt numeru) interrogabātur à cōsule: *vt C. de pet. her. l. fi. in prin. & ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde quia difficil.* [Stdet.] Ille §. diuiditur in quatuor partes. Nā primò ponit dictū. ¶ Secundò eius rationē. ¶ Tertiò ponit illationē. ¶ Quartò dictū modificat & declarat. Secūda ibi, Cum lege. Tertia ibi, Quodcūque. Quarta ibi. pla.

t ¶ *Placuit.* causa faciendi communem legem[g] & generalē: aliàs non esset lex communis, vt sequitur: *& C. de senten. & interlo. om. iud. l. ex stipulatione.* ¶ Nam ibi dicitur, non omnis vox iudicis est sententia & sic non omnis vox principis est lex.

u ¶ *Legis.* quam non habemus.

x ¶ *Habet vigorem.* id est lex est, & pro lege seruatur.

y ¶ *Lege regia.* Hac[h] lege cautū fuit, vt potestas leg. faciēdæ trāsiret de populo ad principē. *vt hic & ff. de orig. iur. l. ij. §. nouissimè. & facit ad hoc ff. de consti princ. l. j.* vbi sunt hæc eadē verba. Et hanc legē regiā nō habemus. Nā facta fuit super regno. i. imperio transferēdo.

z ¶ *Imperio.* transferendo de populo ad principem.

a ¶ *Ei.* i. Principi, quo ad honorē: & in eū, quo ad on[us]. ¶ Sic auctore Accursio, ait vices populi datas esse principi, & in principē, vt *in l. est receptum ff. de iurisd.* dici maiori & in maiorem: nec verò vllo alio distat popul[us] à princ. quàm quòd pop. sola legi tenetur, princeps legi. solutus est. cæterùm vt suis, ita & princ. legi populus tenetur. Principē igitur pop. cū vice sua cōsti. & se prin. leg. obligāt. Cuia.

b ¶ *Contulerit.* i. trāstulerit, sic vt ipse popul[us] amodò nō habeat hoc ius sic. *C. de vet. iur. enu. l. ij. §. hoc autē. & de leg. & consti. l. fin.* Sed alij dicūt, quòd & adhuc[i] populus facere potest legē. & quod dicitur solū principē hoc posse: verū est, solus. i. null[us] alius solus. secūdùm Ro.

c ¶ *Per epistolam.* vt ǰ. *de his qui sunt sui vel alie. iuris. §. dominorum. & ff. de consti. princip. l. j.*

d ¶ *Decreuit.* s. sedens pro tribunali dando sententiam diffinitiuā: *vt C. de leg. & consti. l. fi.* Nam interlocutio principis non habet vim legis, nisi hoc expresserit[k] a Princip. *vt ead. l. fi. C. de legi.* Accursius. ADDITIO. Dic hoc verum esse, scilicet diffiniendo præsentibus, & præsentibus partibus: aliàs non. vel etiam interloquendo: dummodo in corpore iuris claudatur, secundùm Angel. hîc.

a Genus prædicatur de pluribus specie differentibus.

b Reciprocum tamen clerici. vbi de eorum præiudicio agitur secundū Panorm. cap. curam de vita & honest. cleric. & Ias. hic.

c Species prædicatur de pluribus differentiis numero.

d Argumentū à specie ad genus valet affirmatiuè.

e Patricij qui dicantur vide Bud. ad l. vlt. ff. de senator. & Alcia. ad l. C. de contr. & com. stipu.

f Dicit tamen Ange quòd quãuis loco senatorum hodie successerint consiliarij seu decuriones, non tamē possent super principis reseruatis statuere, puta ad famam seruus genitum aliquē restituere, spurios legitimare, aut veniam ætatis concedere.

g Dummodo sit iustum & honestum, secundū Ang. & Ias. hic per ea, quæ pulchriè not. Bald. in l. quod ex liberis. C. de que. tab.

h Legis regiæ sententia quænam fuerit.

i populus hodie legē facere possit subaudi tamen, quādò sit princeps, vt dicitur § omnes, seu particularem, non autem generalem: vt per Ioan. Fab. & Angel. Aret.

k Legendū expressum esse.

Edicto.

vel edicto [a] præcepit, legem [b] esse constat. Hæ sunt [c], quæ constitutiones appellantur. Planè ex his quædam sunt personales [d], quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc princeps vult. Nam quod ob meritum [e] indulsit alicui [f], vel si cui pœnam irrogauit [g], vel si cui sine exemplo [h] subuenit [i]: personam non transgreditur [k] †. Aliæ autem cùm generales sint omnes proculdubio tenent [l].

Prætorum edicta vim legis habent: ædilitiumque edictum pars est iuris prætorij.

7 ¶ Prætorum quoque edicta [m] non modicam [n] iuris obtinent auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium solemus appellare: quòd [o] qui honores gerunt, id est, magistratus [p], auctoritatem huic iuri dederunt [q]. Proponebant & ædiles curules [r] edictum de quibusdam causis [s]: quod & ipsum iuris honorarij [t] portio est.

Iurisconsultorum sententia, (quibus à Cæsare iura interpretandi facultas data erat) responsa prudentum dicuntur: quæ vsque adeò iuris pondus obtinebant, vt nec cuiquam iudicum his recedere fas esset.

8 ¶ Responsa prudentum sunt sententiæ [u] & opiniones [x] eorum quibus permissum erat iura condere. Nam antiquitus institutum erat, vt essent qui iura publicè [y] interpretarentur: quibus a Cæsare [z] ius respondendi datum est, qui iurisconsulti appellabantur: quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt iudici [a] recedere à responsis eorum non liceret: vt est constitutum [b].

Consuetudo moribus vtentium comprobata, vim iuris scripti habet: hoc tamen Athenienfibus, illa à Lacedæmoniis ortum habuit.

9 ¶ Ex non scripto † ius venit [c], quod vsus comprobauit †. Nā diuturni [d] † mores consensu [e] † vtentium comprobati, legē imitātur [f].

a ¶ *Edicto. vt C. de legi. & consti. l. ij. & de statu & imag. l. sine edictali.*
b ¶ *Legem.* generalem [a], quam potes cognoscere quatuor modis: *vt C. de legi. & consti. l. leges.* Vel specialem: vt sequitur.
c ¶ *Hæ sunt.* s. quas constituit Imperator. Accur.
d ¶ *Personales* dummodo [b] in iuris corpore non sint clausæ, [c] aliàs omnes sunt generales: *vt C. de Iustinianeo Codice confirmando. l. vnica in §. fin.* Accur.
e ¶ *Ob meritum.* quia multū seruierat principi. & ideò aliquam pœnam quam debebat ille pati propter delictum, quod fortè fecerat, ei remisit. Accursius.
f ¶ *Alicui.* pœnā merenti.
g ¶ *Irrogauit.* s. nō merēti, vel merenti, sed maiorē fortè, quā qua esset dignus: vt pœna eius metus fit multorum: *vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fi.* Accursius.
h ¶ *Sine exemplo.* i. vt alij non caperent exemplum. Accur.
i ¶ *Subuenit.* vt clericis, quibus indulta sunt specialia: *vt in Auth. vt cler. apud propr. epi. col. vj. & C. de episc. & cle. l. cum clericos. & l. omnes qui. & curia & alia: vt C. de legi. & consti. l. ij.* ¶ Sed nunquid intelligitur sine exemplo subuenire, si cui simpliciter rescribat? Respon. sic, dummodò non sit ibi aliquod signum ex his quatuor, quæ dicuntur. *C. de legi. & consti. l. iiij.*
k ¶ *Nō trāsgreditur.* Cōtra *ff. quod quisq. iur. l. j.* ¶ Sed [d] distingue, an ad sui postulationē sit cōcessum: quo casu trāsgreditur, vt ibi: aliàs nō vt hîc, *& ff. quod quisque iuris. l. ij.* Et sic soluitur aliud contra *C. de fruct. & lit. expens. l. fin.* 2 Vel dic ad vtrumque contra quod ad aliud extenditur: hoc est dicere vt alius habeat priuilegium. 3 Vel dic quàm illud est speciale in illa lege *Cod. de fruct. & lit. expens.* propter æqualitatem in iudiciis obseruandam, *argu. Cod. de postu. l. prouidendum.* 4 Vel melius: licèt egrediatur personam, non est tamen generale ius: hoc videtur alios, scilicet aduersarius prorsus: cùm sit contingens occasione controuersiæ.
l ¶ *Tenent.* i. ligant. Accursius.
m ¶ *Edicta.* quæ scripta erant in albo prætoris: *vt ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id quod in iurisdi.* Accur. ADDITIO. Et prætores hodie sunt præsides prouinciarum, habentes sub se officiales totius territorij: vt est potestas Florentiæ. An.
n ¶ *Non modicam.* sed magnam. Ius Honorarium. Aliud est ius prætorium, aliud ius honorarium. Ius ædilicium aut tribunicium, ius honorarium est: ius prætorium non est. Cuiacius.
o ¶ *Quod.* id est ideo quia.
p ¶ *Magistratus.* scilicet ipsi prætores: *vt ff. de iust. & iur. l. ius autem. §. ius autem prætorium.*
q ¶ *Dederunt.* vt *ff. de orig. iur. l. ij. § eodem tempore.*
r ¶ *Ædiles curules.* à curu dicti. Obseruabant enim ne ruina vel incendiis ædium deformaretur vrbis aspectus.
s ¶ *De quibusdam causis.* vt de morbis & morbosis & vitiosis animalibus: *vt patet ff. de ædil. edict. l. j.* ADDITIO. Dic hoc verum respectu actionis redhibitoriæ: secus respectu actionis quanto minoris, quæ durat per annum, secundùm Ange. hic.
t ¶ *Honorarij.* Qualiter? Respon. quia [e] ædiles erant ex prætoribus: *vt j. de diui. stip. § prætoriæ. & ff. de verbor. oblig. l. v. § prætoriæ.*
u ¶ *Sententiæ.* Sententia [f] est firma & indubitata responsio: secūd. Ioan.
x ¶ *Opiniones.* Opinio [g] est cum dubitatione responsio: secundùm Ioannem. Iura condere, Sic veteres libri. Id verò rectè ait Th. fieri κατὰ νόμων ἐξήγησιν Cuiacius.
y ¶ *Publicè.* id est, quorum interpretatio fiebat publica auctoritate concessa à principe, vt Vlpianus, Papinianus & similes, qui fecerunt leges. *ff. de orig. iur. l. ij. §. post originem. & § iuris ciuilis scientiā.*
ADDITIO. Hodie tamen sententia doctorum est probabilis, & non necessaria: *vt not. gloss. in l. j. circa fin. Cod. de legi.* & legendi seu interpretandi licentia in doctoratu collata: operatur vt hæc possint publicè fieri quod aliis non liceret. *l. j. C. de stud. li. vt Ro. libar.*
z ¶ *A Cæsare* Augusto: vt supra in prima rubrica ponitur. Accur.
a ¶ *Vt iudici.* scilicet nulli.
b ¶ *Vt est constitutum.* id est, sicut ipsi constituerunt.

[*Ex non scripto.*] CASVS. Vidimus de iure ciuili scripto §. à præcedenti vsque huc. Nūc hic sequitur videre de iure ciuili nō scripto. Et est sciendum quòd ille §. vsque ad § Sed naturalia. diuiditur in duas partes principales. ¶ In prima parte dicitur, quod ius non scriptum est illud, quod vsus populi Romani vel alterius populi approbat & obseruat: quod ius quamuis in scriptis nō sit redactum: tamen obtinet vires & vicē legis scriptæ. Secūdò reddit rationem quare ius ciuile in duas partes diuiditur, scilicet in ius scriptum, & in ius non scriptum: *vt s. §. constat.* Et est ratio: quia leges Romanæ habuerunt originem à duabus ciuitatibus Græciæ, scilicet Lacedæmonia, quæ vtebatur iure non scripto, id est, consuetudine, vel vsu. & habuerunt etiam ortū leges Romanæ ab Athenis, quæ vtebantur iure scripto.

c ¶ *Ex non scripto ius venit.* de iure scripto vidimus. quod in sex partes diuiditur. sequitur de non scripto: *vt supra eod. § constat.*
d ¶ *Diuturni.* Sed [a] quanto tempore vsus facit mores vel consuetudinem? Respon. x. an. *vt ff. qui & à quib. ma. li. non fi. l. si cum fideicommissaria. §. Aristo.* licèt secundùm quosdam exigatur tempus cuius non extet memoria: *arg. ff. de aqua plu. arcen. l. j. in fin. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. iij. §. ductus. & C. quæ sit longa consuet. l. consuetudinis. & C. de sacrosan. eccl. l. fin.* Item quia dicitur longa: *vt patet in rubric. C. e. & ff. eod.* Longa autem a. [b] ann. dicitur: *vt infrà de vsucap. §. j.* sequitur ergo quòd x. ann. sit robusta. ¶ Sed nunquid sufficit vt intra x. an. semel [c] secundùm eam iudicetur? Respon. non: imò debet ad minus bis secundùm eam iudicari: *vt C. de epis. aud. l. iij. in fin.* Vel querimoniam vel libellum prepositum contra consuetudinem talem spernere: *vt ff. de legi. & se. con. l. cum de consuetudine.* ¶ Nunquid ergo iudicatur [d] exemplis? Respon. non: *vt C. de sen. & interlo. om. iudic. l. nemo iudex. & facit ff. de offic. præ. l. sed licet.* Sed ex consuetudine, quę approbatur exemplis, & sic conceditur aliquid per obliquum [e], quod directò non conceditur. *fit & ff. quæ res pignori obligari possunt. l. ge. Aristo. in fine.* Sic econtra pero ex promissione, quæ promissio probatur ex longo vsu: *vt ff. de vsu. l. cum de in rem verso.*
e ¶ *Consensu.* aliàs non potest esse consuetudo: cùm dicatur [f] consuetudo, quasi communis assuetudo: & error [g] consuetudinem impediat: *vt ff. de leg. & senatuscon. l. quod non ratione.*
ADDITIO. Dic hoc verum, si error durauit, vel consuetudo sit potius rationabilis: purà contra fidem, ius naturale, vel diuinum, seu inductiua peccati. ¶ Sed si superuenit sciētia, vel error fuit circa causam impulsiuam, quamuis sit seuera, & minus rationabilis: tamen valet saltem in casu suo, vt ibi: nisi expressè per legem vel constitutionem reprobetur, secundùm communiter doct. hic.
f ¶ *Imitantur.* id est, tantum [h] valet consuetudo, vbi lex scripta non est, quantum lex vbi scripta est. ¶ Et nota [i] tres virtutes consuetudinis: imitandi legem, *vt hic.* Item interpretandi legem, vbi lex est dubia, *vt ff. eadem l. si de interpretatione in fin.* Item corrigendi, *vt ff. de legib. & senatuscon. l. de quibus in fin. & j. eod. §. ea verò.* ¶ Quod distingue aut [k] est generalis consuetudo per totum mundū. & tunc vincit legem vbique: *vt ff. de legibus & senatus. l. de quibus. § fin.* aut specialis, & tunc vincit legem in eo loco, vbi est: *vt ff communia prædiorum l. venditor. § si constat.* dummodò post legem fuerit inducta: aliàs vincitur à lege superueniente: *vt ff de sepulchro violato. l. iij. §. diuus.* in alio autem loco consuetudo specialis non vincit legem, sed vincitur à lege: *vt Cod. eod. l. consuetud. ius.* & hoc secundùm Ioan. & Py. licèt alij aliter distinxerunt. ADDITIO. Et sic glos. duplicite,

a Legem generalem quam voris ...
b Lex generalis ...
c Hanc Glo. & sequit. in verb. ...
d Personalis ... quibus ... rebus ...
e Hoc non remissit ... fecund.
f Sententia ...
g Opinio ...
† Sine scripto. &c.
† Consensu ...
† Tacito non expresso ...
a Consuetudo ... ductum
b Longum tempus est decennium.
c Consuetudo per decennium ...
d Exemplis non ... iudicatur.
e Obliquum quid conceditur quod non directò.
f Consuetudo vnde dicatur.
g Consuetudinem error impedit.
h Consuetudo tantum valet ...
i ...
k Consuetudo legem vincat.

restringit illam legem: & cum ea transeunt communiter dicto. sed c.fina.de consuetudin. videtur dictam legem intelligere, nisi consuetudo esset rationabilis, & legitimè præscripta. Iason.

a ¶ *Et non.* hic §. communis est ad duo supradicta: s. ad ius scriptum, & non scriptum, ideò bene est hic §.

b ¶ *Ius ciuile.* largè accipe: *vt not. in §. constat ã. eo. in glo. p.*

c ¶ *Origo.* i. lex. xij. tabu. quæ fuit origo totius iuris ciuilis & principium.

d ¶ *Institutis.* i. ordinamentis. Nam Romanus populus decemuiros pro isto iure misit: qui decem tabulas eburneas retulerunt tam de iure scripto Atheniensium, quam non scripto Lacedæmoniorum. sed quia postea aliquid deerat, vel emendationē desiderabat, data fuit potestas per vnū annum his decemviris, vt iura & leges corrigerent addendo & detrahēdo: & si opus esset, interpretarentur qui vt ea facerēt, duas tabulas addiderunt: & sic [a] lex xij. tabularum ex accidenti dicta est: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. j.*

a Lex xij. tabularum vnde nomen habuit.

10 ¶ Et non [a] ineleganter in duas species ius ciuile [b] distributum esse videtur. Nam origo [c] eius ab institutis [d] duarum ciuitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorum, fluxisse videtur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant, memoriæ mandarent: Athenienses verò ea quæ in legibus scripta deprehendissent, custodirent.

Ius naturali ratione apud omnes gentes obseruatum, & ciuile, in hoc discrepant: quoniam primum immutabile est, reliquum verò consuetudine, aut contraria lege mutatur.

11 ¶ Sed naturalia [e] quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent: ea verò quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit [f], sæpè mutari solent, vel tacito consensu [g] populi, vel alia [h] posteà lege lata.

Ius commune ad personas, res, vel actiones spectat: & à dignioribus sumendum exordium.

12 ¶ Omne [i] autem ius quo vtimur vel ad personas [k] pertinet, vel ad res [l], vel ad actiones [m]. Ac priùs de personis videamus. nam parum est ius nosse, si personæ [n] quarum causa constitutum est ignorent.

[*Sed naturalia.*] CASVS. Iste §. dupliciter potest intelligi. Vno modo vt faciat differentiam inter ius naturale, quod est commune omnibus animalibus, quod est immutabile: & ius ciuile cuiuscunq. ciuitatis, quod mutabile. Ecce enim ciuilia iura statuta alicuius ciuitatis Romanæ, vel alterius tolluntur per nouam consuetudinem contrariam. Alio modo potest intelligi, vt differentiam faciat inter ius gentium, quod est commune omnibus hominibus ex vna parte, & ius ciuile ex alia parte. hoc dicit vsque ad §. omne autem. Franciscus de Aretio.

e ¶ *Sed naturali.* hic §. potest intelligi de iure naturali primæuo, [b] quo mouentur omnia animalia ad aliquid faciendum: *vt sa. ã. eo. tit. in princip.* ¶ Sed quod dicit esse immutabile, est contra id quod de seruitute dicitur: quæ est contra ius naturale: & tamen præualet *vt ã. eod. § ius autem.* Sed dic, non [c] derogatur ob hoc, licèt non obseruetur in illo casu. nam nihilominus bonum & æquum est. Et eodem modo respondeo ad illud quod dicitur *ĩ. de cap. demi. §. quod autem. quod est contra.* 2 Vel vbi non tollitur cognatio, sed [d] ius succedendi. Item eodem modo vt priùs respondeo ad illud quod de vsucapione dicitur *ĩ. de vsucap. in princip.* quod constat esse contra ius naturale: *vt ff. de condi. indeb. l. nam hoc natura.* 3 Vel dic quòd iste §. loquitur de iure gentium, quod patet ex illa litera, Quæ apud omnes gentes. *& ã. eod. § quod verò naturalis.*

b Ius naturale primæuũ immutabile.

c Hoc est ius naturale quatenus in se est (scilicet in abstracto) viget semper vniformiter: sed quatenus est in concreto, potest in aliquo casu tolli. Ange. hic vel dic, lex naturæ quod ad effectum extinctos omnes tolli potest: quod ad essentiam, penitus tolli non potest.

d Ius succedendi & successio tolli potest, et non cognatio.

f ¶ *Constituit.* scilicet de consuetudine speciali, vel lege municipali scripta.

g ¶ *Tacito consensu.* s. contraria consuetudine: *vt ff. de legi. & senatusconsul. l. de quibus in fin.*

h ¶ *Vel alia.* i. contrario statuto: & sic redduntur singula singulis.

[*Omne autem*] CASVS. In hoc §. de iure ciuili tractatur, & sic de tertia parte rubricæ. Et dicitur quòd totum nostrum ius ciuile diuiditur in tres partes. In prima parte tractatur de personis, in secunda de reb. in tertia de actionibus. Secundò dicit, Primò videamus de personis, tanquam de pignoribus. ¶ Et redditur ratio quare primò de personis videndum. quæ ratio talis est, quia nihil prodest scire iura, nisi primò sciremus de personis & conditionibus personarum: quarum personarum causa seu gratia & earum fauore iura condita & composita sunt. hoc dicit vsque ad finem.

e Quæ sunt de necessitate naturæ, non mutantur, vt etc. sed quæ sunt de præceptis eius. (Nam lex naturæ [illegible] hominum secundo in quibus [illegible] magis [illegible]) Quod ind. [illegible] in [illegible] aliquos. puta seruitute concessas. vt per Ang. & Ias. hic.

i ¶ *Omne.* quid sit ius, & qualiter diuidatur dixit: nunc differentiam inter ipsa iura ponit.

k ¶ *Ad personas.* de hoc dicitur *infrà in toto primo libro vsque ad titul. De re diui.*

l ¶ *Ad res.* de hoc dicitur *infrà lib. ij. & iij. vsque ad tit. De oblig.*

ADDITIO. Et quid appellatione rei meæ contineatur, vide per Ange. Aret. hic.

m ¶ *Ad actiones.* de his dicitur infrà de actio.

n ¶ *Personæ.* nam homo [e] est dignissima creaturarum: *vt ff. de ædil. edict. l. vlt. & fin. in princip.* vnde Ouidius [a]: Pronáque cùm spectent animantia cætera terram: Os homini sublime dedit, cœlúmque videre Iussit & erectos ad sidera tollere vultus. Et Vergilius: [b] Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus.

f Homo dignissima creaturarum.

a Ouid. 1. Metamorph. b Virgil. lib. 6. Æneid.

o ¶ *Ignorentur.* & sic statim ponit de iure personarum. ¶ Et not. hic quòd digniora præponenda sunt, *sic ĩ. de bon. poss. §. aliam verò in glo. alioqui.* & per hoc facimus [e] multas formationes titulorum.

e Digniora præponenda.

DE IVRE PERSONARVM.

Quia [d] omne ius aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinet. l. j. ff. de stat. ho. §. j. tit. j. §. ij. *cum ergo personæ quibuscunque rebus digniores sint,* l. vltissimè in prin. ff. de ædil. edict. ¶ *ideò ab eis exordium facturus, subdit de iure personarum secundum Port.*

d Hanc con[illegible] quare Perso[illegible] de Rel. Pers. hic.

DE IVRE PERSONARVM.

TITVLVS III.

Prima personarum diuisio: & inde libertatis & seruitutis diuisio.

SVmma [p] itaque diuisio de iure personarum hæc est, quòd

S[*umma.*] Totus [v] iste titulus diuiditur in sex partes. ¶ Nã primò ponit diuisiones personarũ. ¶ Secundò definitionem libertatis, ibi, Et libertas ¶ Tertiò definitionem seruitutis, ibi, Seruitus. ¶ Quartò quare dicatur seruus: ibi, Serui autem. ¶ Quintò quot modis quis efficiatur seruus: ibi, Serui autem. ¶ Sextò ponit differentiam inter seruos & liberos: ibi, in seruorum. Aret.

v Diuisio.

[*Summa.*] CASVS. Ad euidentiam diuide hunc tit. aliter quàm ã. secundùm Franc. de Aret. in 7. partes. In quarum prima parte ponitur quædam diuisio personarum: quæ diuisio talis est. Dicitur. n. quòd omnis homo de mundo aut est liber, aut seruus. ¶ Secundò dicit quid est libertas. Vnde libertas est quædam potestas concessa hominibus à iure naturali, quæ consistit in hoc, vt ipsi homines possint facere quicquid voluerint. nisi efficiatur serui de iure gentium: vel nisi se faciant seruos de iure ciuili. ¶ Tertiò dicit quid est seruitus: & dicit, quòd cùm ius gentium multa statuerit: iuxta hoc est vnum statutum & vna constitutio ordinata à iure gentium, vt quis sit subiectus alteri, & subiiciatur dominio alieno. quæ cõstitutio siue statutum est contrariũ iuri naturali: quia secundùm ius naturale omnes homines liberi vocabantur, & nascebantur. ¶ Quartò dicit quare serui habeant hoc nomẽ seruus. Et certè serui dicuntur nõ à seruiendo, sed à seruãdo. Nã olim & in tẽpore præterito si aliquis capiebat aliquẽ hominem in prælio siue in bello, plerumq. Imperatores præcipiebant capienti. i. qui illũ hominem in bello ceperat, ne occideret illũ hominẽ captiuum, sed vẽderet, vel seruaret. ¶ Quintò dicit, quòd serui qui capiuntur in prælio possunt etiam appellari mancipia: quia manu capiuntur in prælio. ¶ Sextò dicit, quòd quidam non sunt serui ab ipsa natiuitate, sed posteà efficiuntur: quod accidit. i. euenit quandoque de iure gentium: vt quando aliquis capitur in prælio, tunc. n. efficitur seruus capiẽtis: quandoque de iure ciuili, vt quando liber homo patitur se vẽdi eo pacto, vt partem pretij habeat: vt si vado ad aliquẽm hominem, & ei dico: veni, ego sum liber, sed non habeo pecuniam. scio etiam quòd tu modicam pecuniam habes: sed scis quid faciemus? inueni emptorem: & dic quòd tu habes vnum seruum. & tu me vẽdes illi: sed tu iurabis mihi, quòd de pretio quod habebis de me, mediam partem mihi trades, & alius dicit quòd vult. iste talis liber homo, qui passus est se venundari, & accepit partam pretij de eo, ipse efficitur seruus de iure ciuili, & efficitur emptoris. ¶ Septimò dicit, quòd inter seruos nulla est differentia, quia tam est seruus vnus, quàm alter. Sed inter liberos multæ sunt differentiæ: quia quidam sunt ingenui, quidam libertini, quidam Latini, quidam dedititij: vt in duobus titulis sequentib. Franc. de Aret.

p ¶ *Summa.* i. [f] prima, quia & aliæ sequuntur: *vt infrà de his qui sunt sui vel alie. iu. in princip. & ĩ. de tut. in princip.* 2 Vel dic, summa. i. maxima, quia partim est de iure naturali, vt liberi: & partim de iure gentium, vt seruitus, quorum vtrumque, s. ius naturale & gentium, antiquius est iure ciuili: *vt ĩ. de rer. di. §. singulorum.* [g] Vel dic *summa.* i. breuis, *sic ĩ. de obli. §. j.* ADDITIO. Est & hæc bona, secundùm omnes, quia breuior esse non potest: *vt ff. de condi. indeb. l. in summa. & ff. de eo quod certo loco. l. quid si [illegible] in fine.* Prima

f Summa diuisio personarũ quæ dicatur.

g Hec falsa est secundùm Christianos quia etiam [illegible] à iure ciuili [illegible] S. pen. eod.

ma etiam communiter approbatur secundùm Christoph. hic.

a ¶ *Omnes homines.* Sed pone, quòd hic sint duo homines, vnus liber, & alius seruus. tunc hæc propositio est [a] falsa. Dic quòd pluralia [b] oratio conuertitur in singularem, & tunc est vera & non falsa: *vt ff. de condi. & demon. l. falsa. §. fi. & ff. de pet. hered. l. diuus. in fin. in glo. pen. & de orig. iur. l. ij. exactis. & de ver. sign. l. non est.* Econtra singularia ponitur pro plurali: [c] *vt eod. tit. l. in vsu. & ff. de test. tut. l. si quis ita. § j.* & dic has quæstiones positas. *ff. de stat. hom. l. ij.*

omnes homines [a] aut liberi sunt, aut serui [b]. 1 ¶ Et libertas [c] quidem est (ex qua etiam liberi vocantur) naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.

2 ¶ Seruitus autem est constitutio [d] iuris gentium, qua quis dominio [e] alieno contra naturam [f] subiicitur.

Serui à seruando dicti sunt; quòm magis intersit reipublica captiuos seruos viuere, quã mori ingenuos. mancipia verò quasi manu capta dicũtur.

3 ¶ Serui autem ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare [g], nec occidere solent. qui etiam mancipia dicti sunt, eo quòd ab hostibus manucapiuntur [h].

Seruorum quidam naturaliter serui, quidam iure gentium, quidam verò iure ciuili. Et qui ex ancilla nascitur, seruus nascitur.

4 ¶ Serui autem aut nascuntur, aut fiunt [i]. nascuntur ex ancillis [k] nostris, fiunt aut iure gentium, id est, captiuitate [l]: aut iure [m] ciuili, cùm homo liber maior [n] viginti quinque annis ad pretium partiendum sese venundari [o] passus est.

Inter seruos non est differentia, vt vnus sit magis seruus quàm alius: inter liberos verò differentia sunt multæ Ang.

5 ¶ In seruorum conditione nulla differentia est [p]: in liberis autem multæ [q] †. aut enim sunt ingenui, aut libertini.

DE INGENVIS. TITVLVS IV.

Qui liber nascitur ingenuus est, qui etiam quantum ad ingenuitatem pertinet, matris conditio spectatur. Ad hæc sufficit matrem aut conceptionis, aut natiuitatis, aut medio tempore liberam fuisse, vt quis ingenuus dicatur.

Ingenuus † est, qui statim vt natus est, liber est, siue

b ¶ *Aut serui.* ¶ Sed quid de statulibero? Videtur liber. *ff. si ex nox. cau. ag. l. fi.* Sed contra est: *vt ff. de sta. lib. l. statuliberum.* ¶ Itẽ quid de adscriptitio [a] vel censito? Videtur quòd serui sint: *vt C. de agri. & cens. l. ne diutius. in fi. & l. fin. li. xj. & C. in qui. cau. colo. dñ. at. pos. eo. lib. xj. l. fin.* Sed contra est secundùm Ioan. (licèt alij aliter distinxerũt) cùm possint fieri clerici & contra dominorum voluntatem, quod non est in verè seruis: *vt C. de episc. & cler. l. iubemus. §. seruos. & in Auth. de sanctiss. episc. §. adscriptitios. col. ix.* Itẽ in dubio pro libertate iudicandum est: *vt ff. de reg. iur. l. libertas.* & quod in contrarium legibus continetur, loquitur quo ad seruitia, quibus est adstrictus. quare poterunt prædicti & facere testamentum [l] & ferre testimonium [g], & alios actus ciuiles exercere, nec alienari possunt sine dolo: *vt de agri. & cen. l. quemadmodum. l. xj.* ¶ Item quid de monacho [h] vel vulgari canonico? Respon. liberi sunt, & ideò possunt reddere testimonium. [i] quod dic vt diximus *in Authen. de mon. §. cogitandum. col. j.* licèt quòd ad actus quosdam [k] finguntur mortui. *vt in Authen. de mon. §. aliud. & §. si quis autem. col. j. & in Authen. de nup. §. per occasionem. col. iiij.*

c ¶ *Libertas.* Hæc definitio tribus modis potest legi. ¶ Primò secundùm Io. vt definiatur libertas eo iure, quo inuenta est, i. naturali, & sic etiam serui secundùm hoc sunt liberi. nam & ipsi possunt facere quod volunt, nisi quòd vi, i. de facto vel iure, s. aliquo prohibentur. & hæc verba, ex qua etiam liberi &c. possunt esse de definitione. Nam & ipsi liberi vocantur secundùm idem ius: vt infra de li. ex prima vocantur, s. hodie liberi: non ex secunda, s. quam habent serui. Est ergo libertas alia in seruo, alia in liberto. & secundùm eius verbum vi, exponitur vt prius. [l] Sed nec prima nec secunda placet quòd serui sint aliquo iure liberi, cùm ius gentium in hoc derogauerit iure naturali: *vt ff. §. seruitus.* Et expone vi, id est, iure gentium: quod quadam necessitate induxit seruitutem. s. per captiuitatem: *vt ĩ. tit. j. §. ius autem.* & iure. s. ciuili, quando maior xx. ann. vendit se ad pretium partic. *vt j. §. serui q. d.* liber quilibet est, nisi fiat seruus iure gen. vel ciui. & hæc verba, ex qua etiam liberi &c. non oportet [m] quòd sint de definitione, sed quendam effectum libertatis demonstrant. Accursius.

d ¶ *Constitutio.* i. vnum de statutis iuris gentium: nam & alia multa statuit ius gentium: *vt ĩ. tit. j. §. ius autem.* Sed hodie dici potest seruitus de iure ciuili, formatione. [n] nam alia olim, & alia hodie est hæc potestas: *vt j. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. penult. & fin.* quare est de iure gentium inuentione, sed de ciuili, formatione: *vt ff. de iust. & iu. §. ius autem ciuile.* ADDITIO. Et dicit Christoph. quòd tunc forma dat esse rei, & ab ea fit denominatio, quando actus sine ea procedere non potest. quod non est in seruitute: & ideò denominatur à iure gentium.

[*Ergo.*] & dominatio constitutio est iuris gentium. *l. si id quod. D. de cond. ind.* Cuius legis sententia hæc est, vt libertas iure naturali contineretur, & seruitus iure gentium, quod & ipsum naturale est, ita & in condictionum quæstione, debitum & indebitum naturaliter accipitur. i. iure gentium, non ciuiliter: & indebitum quidem naturá condicitur, debitum natura non condicitur. Cuiacius.

e ¶ *Dominio.* Aliquando sine domino *vt ff. de te. d. l. j. §. j.* ibi, nam res. *& ff. pro derelict. l. si. id idem. ff. de stip. ser. l. quod seruus. & ff. de li. cau. l. si vsumfruct.*

f ¶ *Contra naturam.* i. contra ius naturale. cùm eo iure omnes liberi sint: *vt j. de lib. §. j. & ĩ. tit. j. § ius autem* Accursius.

g ¶ *Seruare.* No. seruum [a] dici à [b] seruando, & non à seruiendo, secundùm Isido. sed tabellio dicitur seruus publicus à seruiendo: *vt ff. de adopt. l. nec ei. & l. non enim aliter. & ff. rem pupil. saluam fo. l. ij.* qui [c] tamen seruus non potest esse: *vt C. de tab. l. generali. li. x.* Acc.

h ¶ *Capiantur. ff. de sta. ho. l. iiij. in fi.*

i ¶ *Fiunt.* ex accidenti.

k ¶ *Ex ancillis.* licèt patrẽ libe. habeant: *vt j. tit. j. & C. de rei vin. l. partum.* ¶ Quid si [d] ex adscriptitio & libera. Respon. sequitur ventrem: *vt in Authen. con. quæ ex adscript. & lib. na. § j. coll. v.* ADDITIO. Illã sequitur Ang. hic. & ratio diuersitatis est fauor ipsi[us] partus, cui matris conditio prodest vno de tribus tẽporibus s. conceptionis, natiuitatis, vel medio tempore: patris verò tempore conceptionis tantùm. quando est causa efficiens. & de cætero nihil habet secundùm eundẽ Angel.

l ¶ *Captiuitate.* quæ occasione belli cõtingit: quod est de iure gen. *vt ĩ. tit. prox. § ius autem.*

m ¶ *Iure ciuili* & est est tertius modus: *vt C. de adscr. tol. l. j. § pen.* est & quart[us]: vt per ingratitudinẽ reuocationis i seruitutẽ *vt in Auth. vt liber. de cætero. §. j. in fi. & § illud vero. col. vj.*

n ¶ *Maior.* in [a] quo facto sunt quatuor necessaria. s. quòd sit maior xx. an. *vt hic. & C. de lib. cau. l. si ministerium.* 2 Item & vt eo animo pretij accipiat partem: *vt hic, & C. de li. cau. l. non ideò.* 3 Item & quod verè habeat [f] partem: *vt ff. qui. ad lib. procla. non licet. l. j.* Itẽ quòd venditor ignoranti conditionem vendidit: *vt ff. de li. cau. l. liberum. § si quis sciens.* ¶ Item & quintũ, vt hic sciat conditionem suam: *vt ff. si lib. ingenuus esse di. l. ij.* & si quid horũ defuerit, iure communi prouocat in ingenuitatem, aliàs non poterat prouocare in ingenuitatẽ nec etiam si manumittatur: *vt ff. de statu ho. l. homo liber. & ff. de li. cau. l. cũ pacto.* nisi [g] redderet pretium, & dominus sponte acciperet. nec enim dominus pretium accipere compellitur. licèt quidam cõtra dicant: *vt ff. si lib. inge. esse dic. l. esse dic. l. ij. j. respon. & C. quando licet ab emp. disc. l. j. & j. tit. j. in fin.* Vnde versus: Annis viginti iuuenem, qui venditur esse Vult ius: & pretio quo venit participare. Rursus eũ seruum, qui venditur esse putare. Et propriam scire, qui venit conditionem. ¶ Sed nunquid habet in integrum restitutionem, cùm sit minor xxv. an. maior tamen. xx. Respon. non: quia non est mutanda tanta solennitas: quia non est locus restitutioni, vbi res mutat statum prorsus amittendo: *vt ff. de mi. l. si ex causa. §. Papinianus & ff. de in integ. restitu. l. diuus.* ¶ Sed nunquid patri vel affini permittitur reuocatio, vel per officium iudicis, vel per rei vindicationem vilem, cùm ad eorum ignominiam respiciat: *vt ff. de rei vin. l. j. §. j. & de lib. cau. l. j. ij. iij. iiij. & v.* Respon. non: *vt ff. de ta. de. l. tutelas. §. si libertate.* licèt quidam dixerint contra, argu. dictarum legum. Sed certè ibi non mutauerat statum, sed mutare volebat.

o ¶ *Venundari.* idem si quolibet alio titulo patiatur se transferri in alium. quod verum est. si aliquod lucrum sentiat: *vt C. de li. cau. l. si ministerium & ff. de lib. cau. l. si vsumfructum. §. j.*

p ¶ *Nulla differentia est.* Sed videtur contra. [h] nam quidam sunt in dignitate, [i] quidã nõ *vt j. de min. § sed pœna & ff. de vsuf. l. sed & si qd. §. j.* Itẽ quidã ordinarij, q dã vicarij *vt j. quid cu eo. § cũ autẽ.* Item alij veterani, alij nouitij: *vt ff. de æd. l. edict. l. si. §. fin. & ff. de pub. l. interdum. §. quoties.* vbi dicitur, qui sunt nouitij, qui veterani. Sed dic, quòd nullus [k] est magis seruus quàm alter. licèt quo ad actus, & quo ad militias, & similia sit differẽtia, licèt olim magis vnus quàm alter esset seruus: *vt C. de nudo iur. Quiri. tollen. l. vnica.* nã olim quidã habebant nudum dominiũ in seruis, quidã plenũ, quidam semiplenum.

q ¶ *Multæ.* Quidam ponunt hîc falsam notam, vt duo [l] sint multa: *arg. ff. ad Sila. l. j. § hoc rescriptum.* Sed certè ibi sunt tria appellata, non duo tantùm. Dic ergo, quòd quatuor [m] sunt differentiæ liberorum hominum, vt ingenui, libertini, Latini, Deditij: *vt hîc, & j. tit. j. de lib. §. libertinorum. ar. ff. vt bo. rapt. l. iij. §. j. ij. respon.* pro pri-

a Seruus à seruando, non à seruiendo dictus est.

b Etymologia seu allusio vocabuli sumitur ab eo quod fieri solet secundum Is. hic.

c Seruus tabellionis officio fungi non potest.

d Part[us] sequitur conditionem matris.

† Aliàs multæ differentiæ.

e Maior vt se iustè ac legitimè possit vendere, quinque necessaria sunt. f scilicet fictè. secundum Ioã. Pa. velcum effectu res quo lex voluit est de pretio participare, & ad [illegible]

g Imò et reddat pret [illegible] potest hoc casu ad ingenuitatem prouocare. Christoph.

h Seruitiũ an vna & eadem sit conditio. i Id est in meliori statu & opinione. k Seruum nõ recipit plus & minus. l Dominum aliquod vel aliquid continens plura [illegible] Augel. m Libertinorum non ius quæ tunc sunt differentiæ.

ma est *in Auth. de depo. & denunciationib. in princ. ibi, cùm & alia multa. col. vj.*

DE INGENVIS.

Quia[a] suprà dixit de iure personarum: quarum quædam sunt seruæ, quædam sunt liberæ, liberorum autem quidam ingenui, quidam libertini: ideò de his tractaturus præmittit de ingenuis tanquam de dignioribus.

a Hanc continuationem sequitur Pet. de Bel. Per. hic.

Ingenuus est is, qui statim vt natus est, liber est: siue ex duobus[a] ingenuis matrimonio editus est, siue ex libertinis duobus, siue ex altero[b] libertino & altero ingenuo. Sed & si quis ex matre nascitur[c] libera, patre verò seruo, ingenuus nihilominus[d] nascitur †: quemadmodum qui ex matre libera[e] & incerto patre natus est, quoniam vulgò conceptus est. Sufficit[f] autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur, licèt ancilla conceperit. Et è contrario si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum qui nascitur, liberum nasci †: quia non debet calamitas[g] matris ei nocere, qui in vtero est. Ex his & illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla facta postea pepererit, liberum, an seruum pariat. Et Marcellus † probat liberum nasci: sufficit enim ei qui in vtero est, liberam matrem[h] vel[i] medio tempore[k] habuisse, vt liber nascatur. quod & verum est.

b Diuisio. † Quò ad statum filius matrem sequitur, quò ad originem & honorem, patrem. Ratio, quia quoad libertatis leges inspexere quod certius est, sed mater semper est certa, ideo eius conditio inspicitur. Cy. Ægid. Pere.

† Et sic spectatur initiũ facti c. 1. cum Gl. super verb. conceptio. contra quę sijs sunt ingiss.

† Martianus.

Ingenuus.] Diuiditur[b] in duas partes. Nam in prima tractat qualiter quis dicatur ingenuus. In secũda, qualiter ingenuitas perditur. Secũda ibi, Cùm autẽ. Prima subdiuiditur in quinque. Nam in prima ponitur dictum. In secũda illud declaratur. In tertia respõdetur tacitæ quæstioni. In quarta alteri quæstioni respondetur. In quinta dacidit incidens quæstio. Secũda ibi, Siue ex duob. Tertia ibi, sed & si quis. Quarta ibi, Et ecõtrario. Quinta ibi, Ex his. CASVS. Pro clariori euidentia diuide hunc titu. aliter quàm ẽ. secundùm Franc. de Areti. in septem partes. ¶ In prima parte dicitur, quòd si aliquis nascatur ex patre & matre ingenuis, siue ex patre & matre libertinis, siue nascatur ex vno ingenuo & altero libertino, quòd nihilominus ingenuus est ab ipsa natiuitate. ¶ Secundò dicit idem. i. quod est ingenuus, si nascatur ex patre seruo, & matre libera, i. ingenua vel libertina: quia ingenuus est idem quod liber. Etiam libertus est seruus effectus liber per manumissionem. ¶ Tertiò dicit idem, s. quòd quis est ingenuus si nascatur ex libera matre, & incerto patre: vt is qui nascitur ex meretrice, ille est ingenuus: quia nascitur ex matre libera, si libera sit: & incerto patre: quia ignoratur quis sit eius pater, quia cui pater est populus, pater est sibi nullus. ¶ Quartò dicit, q si mater fuerat libera tempore quo peperit: quamuis fuerit ancilla tẽpore quo grauida erat: tamẽ is qui ex ea nascitur, est ingenuus, i. liber, quia ingenuus est, qui statim vt natus est, liber est. Et ratio dubitandi erat, quia videbatur q natus ex ea, esset seruus: quia quando ipsa illum cõcepit, erat serua. sed decidit in cõtrarium. ¶ Quintò dicit, quòd idem est econtrà: vt si quando ipsa illũ pariebat, erat libera, & quando ipsa illum concepit, erat serua: quòd nihilominus ipse est liber. ¶ Sextò dicit, quid autem dicemus, si tẽpore quo concepit, erat ancilla, & tunc fuit manumissa. & aliquo tẽpore stetit in libertate: postea facta est ancilla de nouo: ita quod tẽpore partus inuenitur similiter ancilla: an is puer, qui nascitur ex ea, erit ingenuus, i. liber? Et dicitur quòd sic, quia sufficit ei, qui in ventre est, &c. vt in tex. ¶ Septimò dicitur in §. cùm autem. quòd si aliquis liber homo possidetur tanquam seruus, & postea manumittitur: talis manumissio nõ nocet ei, vt ob hoc (i. propter seruitutem aliquam) fiat quin sit ingenuus: quia nec primò verè seruus erat, sed ingenuitatem suam retinebat h. d. vsque ad fin. Franc. [*Ingenuus.*] quandoque aliter: quia per sententiam: *vt ff. de sta. homi. l. ingenuum.*[c] Item per restitutionem natalium: *vt ff. de nata. resti. l. ij. & l. patro. §. fin.*

c Idem si quis lãrauis se ingenuum aduersario defectente. *ff. de re... eõdemque. l. ff. libertum.* Ægid. Per.

a ¶ *Ex duob.* sic construe: siue ex matrimonio, subaudi, constante ex duob. ingenuis editus, &c. Et sic expone omnia sequentia capitula. ADDITIO. Quandoque tamen ex duobus seruis nascitur liber: *vt in l. cum inter. C. de fideicom lib. & ff. eod. in l. cum verò. §. apparet. & l. si quis rogatus.* secundùm Ioann. Fab. & Angel. hic. Item in alio casu. *in l. cum Silationum. C. de his qui. vt indig.*

b ¶ *Ex altero.* sic *C. de ope. lib. l. quod ex liberta.*

c ¶ *Nascitur.* secundùm se. Accur.

d ¶ *Nihilominus.* quia ventris[d] status semper consideratur: *vt hic, & in Auth. de constitutio quæ ex adscrip. §. j. col. v. & C. de rei vin. l. partum.* nisi in casu: *vt C. de ser. fug. l. fin.* & nisi in murilegulo: *vt C. de murile. l. qui aut patre. & l. ingenuæ. & l. si quis. li. xj.* & hoc iure Romano: secus iure Longobardorum. quia semper in deteriorem statum trahitur vbi sit matrimonium. aliud si concubinatus: nam tunc seruatur ius Romanum, quòd sequatur ventrem. Accursius.

d Partus ventrem sequitur quo ad libertatem innet: quo ad ad originem & honorem patrem: Quid si vulgò sit quæsitus, & ... ventrem ... sequitur.

e ¶ *Libera.* puta meretrice.

f ¶ *Sufficit.* quantum ad conditionẽ: secus quantum ad honorem: *vt ff. de sena. l. filiam. & l. liberos. §. si.* & secus quo ad patriam: *vt ff. ad municip. l. assumptio. §. filius. & ff. manda. l. si procuratorem. & ff. pro soc. l. si id quod. §. si filius. & ff. de neg. gest. l. sed an vltro.* Placuit enim Qui nascitur. Placuit autem principibus contra iuris ciuilis regulam, vt in notis ad Vlpianum ostendi. Placuit verò ita Adriano & D. Pio. *l. imp. s. D. de stat. hom. l. si ante. C. de pæn.* Cuia.

Putatiua seruitus natalium splendori non officit: nec de facto secuta manumissio quicquam ingenuitati detrahit.

1 ¶ Cùm autem[l] ingenuus aliquis natus sit: non officit[m] ei in seruitute[n] fuisse, & postea manumissum[o] esse. Sæpissimè enim constitutum est, natalibus[p] non officere[q] manumissionem.

DE LIBERTINIS. TITVLVS V.

Libertini qui dicantur, quid manumissio, & quo iure introducta. Illud annotato, Priuationem nequaquam posse præcedere habitum. Ad hac nouiter emergentia, nouo egere auxilio.

g ¶ *Calamitas.* quasi[a] cadamitas, quia iterũ facta fuit ancilla: & sic quodammodo rursus cadit in seruitutem. ADDITIO. Et est ratio secundùm Christoph. hic, quia partui iam cõcepto est ius ingenuitatis quæsitũ quod non debet tolli, &c. per regulam iuris, id quod nostrum. Et sic procedit in natis tantùm, vel cõceptis anteà: secus si pòst, nisi adhuc viueret auus: quia etiam tunc parentũ macula non noceret filiis, secundùm Ioann. Fab. hic, de quo Ange. se remittit. Acc.

a Calamitas vnde.

h ¶ *Liberam matrem.* facit ad hoc. *C. si man. ita fue. alie. vt ma. l. si ius a.*

i ¶ *Vel.* pro saltẽ. Acc.

k ¶ *Medio tempore. ff. de acquir. rer. do. l. adeò cùm quis.*

l ¶ *Cùm autem.* ẽ. dixit qualiter contingat ingenuitas: nunc qualiter perseueret. Accursius.

m ¶ *Non officit.* nisi post manumissionem talum quinquennio im steterit: *vt ff. si liber ingenuus esse dicatur. l. ij.* a Sed illud hodie correctum est: *vt hic. & C. vbi causa sta. agi debeat. l. fin.*

n ¶ *In seruitute.* i. in statu serili. Accursius. Seruum esse, & in seruitute diuersa sunt: vno proprietas, altero poss. significatur. Cuiac.

o ¶ *Manumissum.* s. de facto. ADDITIO. Dic quòd ratio dubitandi potuit esse: quia manumissio tanquã priuatio præsupponit habitũ: *vt l. decem. ff. de ver. oblig.* Sed ratio decidendi fuit: quia ex quo interuenit de facto, etiam præsupponitur seruitutem de facto præcessisse: q nõ præiud. ingenuitati, secũdùm Ang. & Christoph. hic.

p ¶ *Natalibus.* i. ingenuitati, quæ probatur per natales. Erant autem natales[b] scripturæ cum annis domini, & præconiatæ. quæ dicebant Lucium esse natum, & ingenuum. & deinceps sic erat, nisi tunc contradiceretur. vnde & in legendis[c] sanctorum intitulatur natalis sancti Nicolai, quando moritur, quasi tunc nascatur nunquam moriturus: & scribuntur gesta in vita. a Vel dic, quòd natale appellatur prima natiuitas, quæ est de iure naturali, & omnem hominem dicit esse liberum vnde benè dicitur, seruus iste restituitur natalibus, id est, illi libertati quam habet de iure natu. *ff. de nata. resti. l. ij. & ff. de statu homi. l. Imperator.*

b Natales scripturæ quid. Verũ dic natales hic sumi pro statu in quo quis nascitur vt hic. l. 2. ubi non in quibus, aliter sumitur hoc verbum in e. l. ibi. illic enim nominibus. Ægid. Perr.

c Legendæ aut probent.

Inde Paulus libris senten. veritati, inquit, & origini ingenuitatis manumissio quocunque modo facta, non præiudicat. Cuiac.

q ¶ *Officere.* nisi vendiderit se: *vt ẽ. tit. j. §. penult.* tũc enim non redit in statũ pristinũ. *vt ff. de statu homi. l. homo liber.* quę est contra. Acc.

DE LIBERTINIS.

Hic ponitur secunda pars diuisionis posita in textu. ẽ. tit. ij. §. fi. & ista est continuatio huius rubricæ. Arctinus.

Libertini.] Totus iste tit. diuiditur in quinque partes. Primò ponit qui sint libertini. Secundò quid sit manumissio. Tertiò quot modis serui manumittãtur. Quartò q serui inuiti possũt manumitti. Quintò qualiter de iure antiquo status libertorũ erat tripartitus, & correctiones status libertinorum: Secunda ibi, Manumissio. Tertia ibi, multis. Quarta ibi, Serui verò. Vltima ibi, Libertinorũ. Aret. CASVS. Principium huius tituli vsque ad §. libertinorum, diuide aliter quàm ẽ. secundùm Franciscum in octo partes. ¶ In prima dicitur, quòd libertini sunt illi, qui verè erant serui, & manumissi sunt per dominos suos. ¶ Secundò dicit quid est manumissio: de qua in prima parte habita est mẽtio. Et certè manumissio dicitur quando dominus dat libertatem seruo. nam antequam manumittatur seruus, est in potestate domini sui. Sed postquam ipse seruus est manumissus, ipsa liberatur ab illa potestate. ¶ Tertiò autem dicit, quòd manumissio est primitus, id est primò inuenta à iuregentium: non autem à iure naturali: quia ius na-

surale

turale priùs fuit, quàm ius gentium. ideò secundùm ius naturale homines erant liberi: & sic non erat cognita seruitos. & per consequens nec manumissio. sed posteà per ius gentium seruitus & manomissio est inuenta. ¶ Quartò dicit, quòd ex prædictis, quæ superiori parte diximus, patet quòd secundùm ius naturale vnum erat genus hominũ,

Libertini sunt, qui ex iusta[a] seruitute[b] manumissi sunt. Manumissio autem est de manu missio, id est, datio[c] libertatis. Nam quandiu quis in seruitute est, manui[*] &[d] potestati[e] suppositus est: & manumissus liberatur à domini potestate. Quæ res[f] à iure gentium originem sumpsit: vtpote cùm iure naturali omnes homines liberi nascerentur: nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita. Sed postquam iure gẽtium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis. Et cùm vno cõmuni nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera[g] esse cœperunt: liberi, & his contrarium serui: & tertium genus libertini, qui desierant esse serui.

Multimode tam inter viuos quàm in vltima voluntate manumissio exercetur.

1 ¶ Multis autem modis manumissio procedit. aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis[h] manumittuntur, aut vindicta[i], aut inter amicos[k], aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet[l] vltimam voluntatem. Sed & aliis[m] multis modis libertas seruo competere potest, qui[n] tam ex veteribus[o], quàm ex nostris[p] constitutionibus introducti sunt.

Manumissio (cùm voluntariæ sit iurisdictionis) vbique & quocunque tempore fieri potest.

2 ¶ Serui[q] verò à dominis semper manumitti solent, adeò vt vel in transitu[r] † manumittantur[s]: veluti cùm prætor aut præses aut proconsul in balneum[t] vel in theatrum[u] eant.

s. quia erant omnes homines liberi: sed postea per ius gentiũ cœperũt esse tria genera hominum, s. ingenui, siue liberi, serui, item libertini: s. illi qui primò fuerunt serui, & postea manumissi sunt. ¶ Quintò dicit in § multis, quòd manumissio seruorũ potest fieri quinque modis. Nam quãdoq; potest fieri manumissio in ecclesia corã episcopo & populo: *vt C. de his qui in ecclesia manumittuntur per totum tit.* quandoq; potest fieri manumissio vindicta, i. cũ quadam virga percutẽdo ter supra illũ quẽ manumittit: dicendo ter: Aio te liberũ: aio te liberum: aio te liberum: & ista manumissio fit causa cognita coram iudice, & in iudicio. quandoque potest fieri manumissio in præsentia amicorum: vt quando dominus manumittit seruum suum conuocatis amicis suis, & in præsentia eorum. ¶ Quandoque potest fieri manumissio per epistolam seruo suo missam: vt quando dominus mittit literam siue epistolam seruo suo, in qua epistola continetur. quòd ipse emit seruum, quem manumittit, & dat sibi libertatem; vel in qua epistula dicitur: volo serue mi quòd de cætero sis liber, tunc valet talis manumissio. ¶ Quandoque manumissio relinquitur in testamento, vel in codicillis, vel alia quacunque voluntate. ¶ Sextò dicit, quòd serui non solùm efficiuntur liberi quinque modis, sed etiam sine manumissione: qui modi in veteribus & nouis constitutionibus continentur. & ponit exẽpla vt in glo. ¶ Septimò dicit, quòd solis dominis licitum est seruos suos manumittere. ¶ Octauò dicit, quòd quando manumissio fit coram iudice, non est opus tunc quòd iudex sedeat: sed etiam eo ambulãte ad balneum, ad spatiandum, ad theatrum, i. ad locum publicum ciuitatis, vel ad alium locũ, potest fieri coram ipso manumissio. hoc dicit vsque ad §. libertinorum. Franc.

[*] manus id est potestas. Psal. 48 Deus redimet animam meam de manu inferi. Ægid. Per.

a ¶ *Ex iusta.* i.[a] vera. sic econtra: *vt j. tit. j. §. semel.* 2 Vel[b] iusta, quia adeò iustè seruierunt domino, vt meruerint manumitti. 3 Vel dic iusta, quia est de iure gentium: *vt s. tit. ij. §. seruitus. & ff. de iust. & iure. l. manumissiones.*

b ¶ *Seruitute.* & huius manumissi filius est ingenuus: *vt s. titu. j. in princip.* licèt grammatici dicant eum libertinum: sed & manumissum libertinum dicunt.

c ¶ *Datio.* i. detectio[c], secundùm Ir. sic *ff. de acqui. re. do. l. adeò. §. cùm quis. in fi. ibi, cum enim grata.* 2 Vel dic secundùm Pla. Ioan. & Azo. quòd dat libertatem, quam priùs ille seruus non habebat. aliàs si diceremus dari illam quam antè habebat, non diceretur dari *vt j. de act. §. sic itaque.* Sed opponitur: aut quam habebat, et dabat: & sic illi quidem nulla remanet: cùm[d] non habeat nisi vnam, aut quam non habebat: quod est absurdum. Sed dic quòd dat quam[e] non habebat: & hoc plerũque cõtingit, quòd quis dat quod nõ habet[f]: *vt j. quib. a. ie. lic. §. j & §. de vsufr. l. quod nostrum. & ff. de acqui. re. do. l. non est.*

d ¶ *Et.* pro, id est.

e ¶ *Potestati ff. de iust. & iure. l. manumissiones. & l. ex hoc. & l. fin. & de iure codic. l. diui.* Accursius.

f ¶ *Quæ res.* i. manumissio.

g ¶ *Tria genera.* si erat vnũ, & addita sunt tria: ergo sunt quatuor. Respon.[g] non sequitur. Nam si habes tres filios, & nascatur hodie vnus, incipis habere quatuor filios. & priùs habebas tres, ergo septem: quod falsum est: quia quod primò erat, computatur in sequentem numerum. *sim. ex ff. quemadm. ser. amit. l. j.*

h ¶ *Ecclesiis.* s. sub aspectu populi & antistitis, & interueniente qualicunque scriptura vice actorum: *vt ff. de his qui in eccles. manu. l. j. & ij.* Accursius.

In sacrosanctis ecclesiis. Aureliæ pro valuis maioris ecclesiæ, in lapidem incisa est manomissio eiusmodi. Ex beneficio S.† per Ioannem Episcopum, & per Albertum S.† Cæsarom factus est Lembertus teste hac sancta ecclesia.

a Iusta seruit[*] quæ dicatur.
b Rectè quis si de facto manumissus fuisset, non esset libertinus, sed ingenuus: vt s. tit. ij. § fi.
c Hæ duæ expositiones displicent Porc. & Ang.
d Manumissione, en & quomodo libertas in manumisso.
e Hoc falsum secundùm Bar. quia vltimi distributa rei per incrementum: vt ff. de leg. ij. l. legatum. §. ornatricibus vel dic eam quã habet in potentia & sic non eundem numerum, sed species vt tot. Fab. Ang. & Christ.
f Hanc reprobant cõmuniter doct. hic per reg. l. 16. l. traditio. ff. de acq. rer. dom.
† Et bene secundùm P. r.

i ¶ *Vindicta.* i.[a] causa cognita coram prætore, quia tantummodo poterat antiquitus maior xx. annis manumitti: *vt j. tit. §. ead.* quæ ideò dicitur dari vindicta, quia Vindicius quidam seruus Vitellorum primo sic fuit manumissus. *ff. de orig. iur. l. ij. §. in initio. & §. tum placuisset. versic. sortium secessionis fuisse.* 2 Vel (vt quidam dicunt) secundùm Boethium in Topi. vindicta erat virga prætoris, qua ter percutiebatur manumissus: & dicebat prætor ter; Aio te liberum esse more Quiritom. *arg. C. si aduersus lib. l. ij. ibi vindictæ &c.* Accur.

a Vindicta manumissio quid.

k ¶ *Inter amicos.* & in hoc & sequen. casũ necessarij sunt quinque[b] testes: *vt C. de la. li. tol. l. j. §. sancimus. & §. sed & si quis.*

b Testes quinque requiruntur in serui manumissione, vt hic: & verum in vltima volontate, nam inter viuos sufficiunt duo, secundùm Fab. & Nic. Ægid. Per.

l ¶ *Quamlibet.* vt in codicillis vel in testamẽto minùs solenni; quod valet inter patrem & filios: *vt C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.* ADDITIO. Ac si dicat quòd manumissio facta in testamento non solenni, valet vt facta inter viuos, non vt in testamento *per gl. in l. j. §. j. C. de la. li. tol.*

† Id est dum vadunt: quia quia est actus voluntariæ iurisdictionis, ideo non requiritur quòd iudex sedeat: secus si sit contentiosa. Angel. s. Para. 58. Elegit Salomone, vt sederet in throno. Ægid. Pers.

m ¶ *Sed & aliis.* præter supradictos.

n ¶ *Qui.* s. modi.

o ¶ *Ex veteribus.* s. ex legibus aliorum Imperatorum: *vt C. quibus ex cau. ser. pro præ. li. ac. per totum.* Accur.

p ¶ *Nostris.* vt *C. communia de manu. l. fi. & in Authen. de man. prin. §. ij. col. iv. & in Authen. de mona. §. ij. col. j.*

q ¶ *Serui.* q. d. quandocunque etiam inuiti: *vt C. de testa. manu. l. fi. § si verò quidam.* licèt secus sit in filiis: *vt in Authen. quib. mo. na. effic. sui. §. generaliter. collatione vij.*

r ¶ *Transitu.* i. dum transit, & est ratio[a] quia sine eo fieri poterat: vnde aliud est quando manumissio non poterat fieri sine prætore: *vt j. tit. j. §. ead.* Item aliud est in contentiosa iurisdictione, quæ scilicet redditur in inuitum[d]: *vt ff. de verbor. obliga. l. inter stipulantem. §. j. & C. de dila. à præcedente.* Accur.

a Hanc Glo. sequitur Iason hic.

s ¶ *Manumittantur.* Nota quòd dicit instituere vel liberare, si prætermisit dationem libertatis.

d Hoc reprobat Iason, quia etiam manumissio redditur in inuitũ, & remittit ad no. per Bart. & Bal. in l. 2. ff. de offic. proconsul.

t ¶ *In balneum.* tunc enim videbatur non valere: quia præ gaudio cuilibet concederet.

u ¶ *In theatrũ.* i. in locũ vbi homines stant ad videndum: & dicitur a θεάομαι quod est videre, & idẽ moltò magis si alio quocũq. vadat.

[*Libertinorum.*] Iste paragraphus diuiditur in sex partes. ¶ Primò tangitur qualiter status libertinorum erat tripertitus olim. ¶ Secundò qualiter redactus est ad vnum. cum correctione facta per eũ. ¶ Tertiò id quod generaliter dixerat, specificat in Dedititiis, qui fuerunt expulsi. ¶ Quartò de Latinis. ¶ Quintò qualiter omnes libertos reduxit ad vnum ius. ¶ Sextò, quòd aliis etiam modis serui efficiuntur liberti. Secunda ibi, Sed Dedititiorum. Tertia ibi, Et Dedititios. Quarta ibi, Latinos Quinta ibi, Et omnes. Sexta ibi, Multis. Aretinus. CASVS. Supra in princip. huius tit. est habita mentio de libertinis: ideò adhuc prosequitur, & est sciendum quòd iste §. diuiditur in sex partes, sicut supra in diuisione Aretini dictum est. In prima dicitur quòd iure antiquo erant tria genera libertinorum. ¶ Nam quidam erant serui manumissi, qui plenam consequebantur libertatem: & illi fiebãt ciues Romani. quidam minorem consequebantur, & illi appellabãtur Latini. Et isti Latini fuerunt inducti per legem Iuniam Norbanam: quorum talis erat status seu conditio, quòd in vita seu dum viuebant, erant liberi: & in morte, seu dum moriebantur, fiebant serui. ¶ Quidam consequebantur inferiorem libertatem: & illi appellabantur Dedititij, quasi dediti & dati seruituti. seruiebant enim quandiu viuebant, id est, durante vita eorum erant serui, morte fiebant liberi, & peculium eorum remanebat heredibus & isti fuerunt inducti per legem Æliam Sentiam. & hanc legem statuit consul Romanorum qui Ælius Sentius dicebatur. Latinos autẽ fecit cõsul

Romanorum, qui dicebatur Iunius Norbanus: qui statuit quòd quicunque subiugaretur de nouo imperio Romano, esset in vita sua liber: & in morte esset seruus: & peculium ipsius Romanis adsignaretur. Dedititiorum autem pessima erat conditio: & propter hoc abiit in desuetudinem, id est, recessit à consuetudine: & amplius non est consuetudo quòd fiant talea homines dedititij. Latinorum autē conditio parum frequentabatur in orbe, vel in vrbe. Et propter hoc Iustinianus volēs omnia augere & augmentare, & reducere in meliorem statum, fecit duas constitutiones vnam s.c. *de Lati.liber.tol.l.vnica.* aliam. *C. de dedi. liber. tol.l.vnica.* ¶ In quibus constitutionibus cauetur, quòd hodie Dedititij & Latini nō habeant locum, nec sint in vsu: sed quilibet qui manumittitur, efficiatur eodem modo. Et dominus qui manumittit appellatur patronus: & ille qui manumittitur, appellabatur libertus: quasi à seruitute liberatus.

Libertinorum multiplici statu exploso, vnica omnium hodie est conditio: quandoquidem omnes ciues Romani efficiuntur.

3 ¶ Libertinorum [a] autem status tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebātur: modò [b] maiorem & iustam libertatem consequebantur, & fiebant ciues Romani: modò minorem [c], & Latini * ex lege Iunia Norbana fiebant: modò inferiorem, & fiebāt ex lege Ælia Sentia de dedititiorum [d] * numero. Sed quoniam dedititiorū quidem pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinē abierat, Latinorū verò nomē non frequentabatur: ideò nostra pietas [e] omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus [f] hoc emendauit, & in pristinum statum reduxit, quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna atq. simplex libertas competebat [g], id est, eadem quam habebat manumissor: nisi quòd scilicet libertinus [h] fit, qui manumittitur, licèt manumissor ingenuus sit. Et dedititios [i] * quidem per constitutionem nostram expulimus, quam promulgauimus inter nostras decisiones: per quas suggerente nobis Triboniano viro excelso quæstore nostro, antiquiiuris altercationes [k] placauimus. Latinos autem Iunianos [l], & omnem quæ circa eos fuerat obseruantiam, iam alia constitutione per eiusdem quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes [m] libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec domini manumissoris, nec in manumissionis modo discrimine [n] habito (sicut iam antea * obseruabatur) ciuitate Romana [p] decorauimus [q] *: multis modis additis [r] per quos possit libertas seruis cum ciuitate Romana, quæ sola [s] est in præsenti [t], præstari.

* id est fiebāt ciues Romani quo ad priuilegia tantum: sicut Latini erant non autē quo ad honores & magistratus Romæ consequēdos. Ægid. Per.

* De dedititiis vid. Ange. Politianum miscellaneorum c. 80. & Alciat. lib. 4. disput. c. 1.

¶ Et hoc quidem erat iure antiquissimo, antequam veniret prædicta praua conditio, s. Latinorū & Dedititiorū. ¶ Tertiò dicit Dedititios esse sublatos per prædictam constitutionē. *C. de ded. li. tol. l. vnica.* quæ constitutio est vna de quinquaginta decisionibus: quam constitutionem cumposuit etiam Iustinianus s. ex concilio Triboniani peritissimi viri quæstoris sui. ¶ Quartò concludit dicens, quòd omnes manumissi plenam libertatem hodie consequuntur: nec refert, id est, non est differentia, cuius ætatis sit manumittens, id est, ille qui manumittis. nec etiam refert per quem fiat manumissio: cùm multi sint modi manumittendi: *vt* *j. eod tit. § multis. in principio.* ¶ Vltimò dicit (quod nos habemus: *j. eo § multis.*) quòd multis modis potest fieri manumissio. hoc amplius est sciendum, quòd hodie suos multimodi siue casus in quibus serui plenariè efficiuntur liberi, quandoque etiam sine manumissione: in quibus casibus olim, id est, tempore præterito fiebant Latini. hoc dicit vsque in fin. Franciscus.

Vide Val. in Ant. Randen. Ægid. Per.

a ¶ *Libertinoru.* id est erat de seruis: *vt C. de no. iu. Quiri. tol. l.* j. § j. Acc.

b ¶ *Modo.* i. aliquando.

c ¶ *Minorem.* i. mediam: *vt j. de cap. demi.* § j. *& ff. de aur. & arg. leg. l. qui laacem.* secundùm Ioan.

d ¶ *De dedititiorum numero.* i. vocabantur Dedititij & erant inducti hac lege Ælia Sentia: quæ & multa alia induxit. Et erant hi toto tempore vitæ suæ serui: & tunc fiebant liberi cùm moriebantur: quod proderat, quia bona (vt peculium) à domino non occupabantur: sed in Latinis aliter fiebat: vt colligitur hic ex eo quòd minus habebant Dedititij, quàm Latini: *vt j. de suc. lib. § fina.* Accur. ADDITIO. Facit *l. j. § illud. C. de la. li. tol.* & facit secundùm Io. Fab. contra illos qui se faciunt milites vel fratres minores in mortis articulo. *ff. de mili. testa. l. si. & ff. de vsufruct. & quemadmod. l. Titio cùm morietur.* Ang. Are.

e ¶ *Pietas.* i. nos qui sumus pij.

f ¶ *Constitutionibus.* vt *C. de Lati. li. tol. l. j. & C. de Dedi. li. tol. l. j.*

g ¶ *Competebat.* s. manumissis. secundùm hoc nota tria tempora. in primo & vltimo deinceps idem iuris est: sed in medio hoc ius pessimum fuit inductum: *vt j. de suc. lib. § vlt.*

h ¶ *Libertinus.* Ex quo contingit multiplex effectus, in primis circa obsequiales * operas. s. quæ sunt in faciendo: vt de adsurgendo, & seruiendo: siue in non faciendo: vt de non vocando in ius sine venia: quæ ipsa natura patrono debentur etiam sine impositione: *vt C. de in ius voc. l. venia. & ff. de condi. inde. l. si non fortem. § libertus.* Et si vocauerit in ius patronum sine venia, punitur in quinquaginta aureis: *ff. de in ius voc. l. penult. & vlt.* qui aurei accipiuntur quilibet pro vno solido *vt j. de pan. tem. lit. § fin.* ¶ Et ex his iuribus sumitur arg. quòd aureus pro solido accipitur in iure nostro. Sed ex quo pro eodem delicto tales sententiæ promulgantur, eædem iunguntur esse dandæ filio emancipato, si sine venia patrem in ius vocauerit: *vt C. de in ius voc. l. fin.* Item contingit reuocatio in seruitutē propter offensam *vt C. de liber. & eorum libe. l. si manumissi* & alia multa. [a] Sed hodie hæc omnia tolluntur, præter ea quæ ipsa natura debentur: *vt in Auth. vt liberti de cætero. § j. col. vj. quæ est contra.* [b] Tu dic vt nota. *in d. l. si manumissus.*

* Liberti quas operas debeant patrono.

a De quibus v. Gl. in l. fin. C. de bonis lib.

b Sed hoc reprobant doctor. hic. nisi patrono renūtiet expressè.

i ¶ *Dedititios.* quod dixerat in genere, nūc per species ponit. 2 Vel quod coniunctim dixerat nūc diuidit Ac.

k ¶ *Altercationes.* quas non habemus. ¶ Sed quare non erant serui sicut illi qui penitus sunt serui cum toto tempore vitæ suæ seruire cogerētur: Resp. secundùm Io. quòd erant liberi, licèt seruire cogerentur: *vt D. communia de manu. l. j. § sin autē proprietarius.*

* Aliàs donauimus.

l ¶ *Iunianos.* i. ex l. Iunia Norbana inductos: *vt j. eo. § libertinorum.*

m ¶ *Omnes.* sic [c] construe: & omnes libertos decorauimus. i. honorauimus ciuitate Romana. i. plena libertate: *vt j. c. § libertinorum.*

c Ordo litteræ.

QVI, ET EX QVIBVS causis manumittere non possunt.

TITVLVS VI.

Manumissio facta inter viuos in creditorum fraudem, iure non subsistit: licèt tamen domino quantumuis oberato seruum suum liberum heredémque facere, modò nemo alius ex testamento exiturus sit heres.

n ¶ *Discrimine.* i. nulla differentia habita: nec ætatis manumissi: vt etiā infans possit manumitti, imò etiā in ventre: cū quantū ad hoc habeatur pro iā nato: *vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero.* nec domini manumittentis: dum tamen habeat xx annos: *vt j. tit. § ead.* nec in modo manumittendi. s. in testamento, seu inter viuos quoquo modo: *vt j. eo. § multis.* ADDITIO. quòd licet verba sint generalia, restringi tamen possunt & debent per aliam l. specialiter loquentem. concur. *l. quamuis. ff. de in ius voc. l. vt gradatim. § sed si lege ff de munc. & ho. per Bar. in l. j ff. quod vi aut clam per cano. in c. item cum quis. extra de restit. spol.* & ideò si statutum disclauerit, quòd contra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio: potest tamen opponi, si alio statuto permittatur: secundùm Christoph. Porc.

o ¶ *Antea.* s. quàm veniret ista priuata conditio.

s ¶ *Postea.* scil. post natiuitatem istorū. & sic aduerbium postea, determinat dictionē contracto. ADDITIO. Vel dic, quòd determinat verbum, habeant. & dic contracto, scilicet prius[f]. Nam qui ex eo matrimonio, scilicet maiorum nascūtur, fratres sunt ex parte matris illi qui natus est vel nata prius ex fœmina. ¶ Idē dicas econtra, quòd erit frater vel soror ex parte patris illi qui fuerat ex illo

f Intellige prius scilicet quàm isti duo contraherēt matrimoniū. Ias. May.

patre natus: & tamen isti nullo iure sibi adinuicem iungūtur. viro enim cognati vxoris iunguntur, & non aliis cognatis viri. Idē econtra: quia cognati viri vxori iunguntur, non autem aliis cognatis vxoris[a]. Vnde reprobatur quorundam opinio, qui dicebāt, quòd nullus de arbore ducit aliam. Nam in ea continentur cognati viri & vxoris: & tamen iunguntur, vt hic dicitur. ¶ Nec inter se ante matrimonium inter duos cognatos viri & vxoris contractum succedunt: *vt C. commun. de success. l. amita.* nec postea, nisi sicut facit vir vxori deficiente omni parentela, & excluso fisco[b]: *vt Cod. vnde vir & vxor. l. ȷ. & in Authen. ibi adsignata.* Accur.

a Facit c. pe. & cap. quod super his, extra de co. san. & adfi.

t ¶ *Priuigna.* quia illa est priuigna mea, quæ ex mea vxore est nata antequàm esset vxor. & fœminæ ille est priuignus, qui ex marito natus fuit antequàm suus esset maritus *vt supra eodem §. adfinitatis. & §. socrum.*

b Hīc reprobant Io. Fa. & Ang. hic: quia non reperitur iure cautum. & contrarium ibi not. quamuis Io. de Pla. eam sequatur.

u ¶ Sed hæc postea fuit nata. Tamen dicit Iulianus abstinendū ratione honestatis[c]: *vt subiicit: & ff. de ritu nupt. l. si qua. § si vxor. & l. semper,* & ad hoc inducit duo argumenta. Nam &c. Accursius.

† Idē in sponsa alterius, quam nullus cōsanguineorum sponsi potest ducere vxorem: vt in c. *sponsam, extr. de spon. & matr.*

o ¶ *Nurum esse.* Licèt sit sponsa, tamen non est nurus antequàm eius fiat vxor[d]. & econtra licèt sit sponsa patris, quia tamen nō est vxor patris adhuc, ideò nō est filij nouerca: *vt hic, & ff. de ritu nupt. l. e. si qua. §. ȷ.* & tamen licèt nulla sit adfinitas, est abstinendum: vt subiicit, Rectius &c.

c Quæ oritur etiam ex sponsalibus de iure & de facto contractis: vt non possit contrahi cum aliquo primo contrahentis consanguineo: vt c. vnico de sponsal. impub. in 6. Angel.

d Sic per sola sponsalia non cōtrahitur adfinitas, sed per nuptias sequendum. Ang. hic.

x ¶ *Rectius.* A simili concludit in casu proposito primo in hoc §.

y ¶ *Facturos.* scimus, vel constat.

[*Illud certum.*] CASVS. Domine iam vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus tam ratione cognationis, quàm etiam ratione adfinitatis: nunquid adhuc sunt plura impedimenta nuptiarū? Resp. Iusti. quòd sic. Non solùm enim impeditur nuptiæ ratione cognationis inter liberas personas, sed etiā inter seruos. Nam seruiles cognationes præstant impedimentū nuptiis: veluti si pater & filia manumissi fuerint, & frater & soror. Nā inter istas personas obstante cognationis impedimento, licèt ad libertatē peruenerint, nuptiæ consistere non possunt. Sūt & aliæ personæ multæ quæ propter diuersas causas inter se matrimonium cōtrahere prohibentur: quas quidem personas in latioribus libris Digestorum seu Pandectarum enumerari permisimus. hoc dixit vsque ad §. si aduersus. Franc.

z ¶ *Seruiles.* i. dum durant serui.

a ¶ *Cognationes.* i. consanguinitates, quæ sunt inter seruos, & impediunt nuptias inter eos. Item adfinitates: *vt hic: & ff. de ritu nupt. l. adoptiuus. §. seruiles.* ¶ Sed quomodo hoc, cū nulla cognatio sit inter eos: *vt ȷ. de cap. demi. §. quod autem?* Sed illud in iure succedendi & in tutela vel hæreditate dicitur: hoc autem in iure sanguinis, quod nullo iure ciuili tolli potest: *vt hic. & ff. de reg. iur. l. iura sanguin.* & per consequens etiam in prohibitione matrimonij. ¶ Sed nónne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur: quia sunt serui: *vt s. e. §. ȷ. ȷ. respon. & C. de incest. nup. l. cum ancillis?* Respon. durante seruitute hæc sunt duo impedimenta[e]: & eis manumissis durat hoc vnum, vt sequitur.

e Scilicet de iure ciuili, secus de iure canonico, per ca. i. extra de coniu. ser.

b ¶ *Manumissi fuerint.* vel ambo: & tunc tantum est impedimentum sanguinis: vel vnus tantum, & tunc duo sunt quæ impediunt: vt modò diximus.

f Idem gl. Nouella 89. in fin. in verbo partecipem.

c ¶ *Enumerari.* Possunt autē enumerari quatuordecim[f] modi cū his, quos in hoc titulo habemus. ¶ Primus[g] est ratione seruitutis: *vt s.*

g Nuptiarum prohibitarum variæ causæ, & quæ illæ sint.

vt supra eod. §. ressum. & C. de incest. nupt. l. cum ancillis. 2 Secundus est ratione ætatis: vt mares minores quatuordecim annis: fœminæ minores duodecim: *vt supra eod. §. j. ressum.* [a] Tertius est ratione sanguinis: quod in tria diuiditur, ascendentes, descendentes & collaterales: *vt l. eo. §. ergo. & §. inter eas. & §. fratris. & §. item. & §. duarum.* 4 Quartus ratione adoptionis: *vt l. eod. §. ergo. & §. inter eas. in fi. vtriusque.* 5 Quintus ratione affinitatis præsentis, præteritæ & futuræ: *vt l. eod. §. affinitatis. & §. socrum. & §. si vxor.* 6 Sextus rationu matrimonij. Nā si habet vnam, non debet habere alteram eodem tempore: aliàs est infamis: *vt supra eod. §. socrū. in fin. & §. affinitatis. in fin. C. ad l. Iul. de adulter. l. eum.* 7 Septimus per senatusconsultū, quod vetat fieri matrimoniū inter tutorem & curatorem, & filios eorum, ad quondam pupillam & adultam suam vel patris[b]: *vt C. de interdic. matri. inter tut. l. prima.* 8 Octauus per l. Papiam & Iuliam, scilicet inter senatores & eorum liberos & libertas, vel alias vilis conditionis fœminas. *vt ff. de ritu nupt. l. Papia. & Cod. de nup. l. si libertam.* quod capitulum hodie correctum est: *vt in Authen. vt lib. dec. §. si quis autem coll. vj.* 9 Nonus est, vt inter præsidem & sibi subiectam ratione iurisdictionis: *vt Codex de nup. l. & si contra. & C. si quacunque præ. po. l. prima.* 10 Decimus est per cōstitutionem principis: vt cum ea quam quis de sacro fonte leuauit *vt C. de nuptiis. l. si quis alumnam. in fin.* Idem seruatur du ipsa commatre: licèt nostro iure cautum non reperiatur[c]. 11 Vndecimus est ratione honestatis *vt supra eod. §. si vxor. & D. eodem l. si quis.* 12 Est & duodecimus ratione ordinis annexi: vt cum clericis in sacris ordinibus constitutis: *vt in Authen. quomodo oport. episcop. §. neque autem. colla. j. & in Authen. de sanct. episcop. §. si quis. coll. ix*[d]. 13 Est & tertiusdecimus, vt in monialibus, & conuersis monachis: licèt non sint in sacris ordinibus constituti: *vt in Authen. de monachis. § antepen. col. j. & in Authen. de nuptiis. §. per occasionem*[e]. *col. iiij.* 14 Est decimusquartus in muliere rapta, quæ propriu nubit raptori. quod prohibetur[f]: *vt in Authen. de rap. mulie. quæ raptoribus. §. j. col. ix.* ADDITIO. Isti autem modi possunt comprehendi his versibus: Ætas, conditio, numerus, monachatus & ordo, Optio, nobilitas, sanguis, tutela, potestas, Fons sacer, adfinitas, raptus, repugnat honestas. Irrita quæ faciunt connubia legibus, hæc sunt. Ang.

a Sed de iure canonico non inspicitur numerum annorum, sed potentiæ.

† Rationē huius etymi reddit, Plutarch. in Romanis quæst. ita scribēs: Quum veteres, inquit, Romani complura nomina vnis literis aut binis cerossve signarent, vt Sex. hoc est, Sextus P. Publium, Cn. Cneum, Ser. Seruium & Sextos. quo parum fere ē prænomina. Spurium eodem binis literis notabant Sp. quæ describo & orba tus parentibus ita iudicabat: quoniam si quos sine parentibus ducerent Sp tantū scriptitabant. Quo factū est, vt spurios eos vocarent eos qui incerto genere procederent. Hæc ille. vide & libei Criminum lib de hona. disc. 10. c. 5. & Catelliano Cotta in suo dictione Sp.

b Secus de iure canonico *vt not. pe extra de fen. nup. fiduum decē ins.*

4 Hic modus superfluus est, secūdū Iu. quia positus est supra in quinto.

d Secus in cō. si. autē in non facere vel minoribus ordinibus: quia incedant in habitu & tonsura, gaudent priuilegio *can si quis suadere 17. q. 4.* priui legio fori: *ut c. 1. de cle. coniu. 6.*

e *Alias & vers. sub §. de his abuntur.*

f Secus est hodie de iure canonico. *vt in c. fin. extra de rap.* & alios modos quibus impeditur matrimonium. vide per Ang. & Ias. fin.

nuptiarum, neque viri, neque vxoris, neque dotis vllum ius erit, vel appellatio: ad hæc contrahentes, pœnas hic traditas, aliásque plures incurrunt.

12 ¶ Si aduersus ea quæ diximus[a], aliqui coierint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimoniū, nec dos intelligitur. Itaq;[b] hi qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt quantum ad patriā potestatem[c] pertinet, quales sunt hi quos mater vulgò[d] concepit. Nam nec hi[e] patrem habere intelliguntur, cùm & his pater incertus sit[f]: vnde solēt spurij †appellari, vel à græca voce[g], quasi σποράδην concepti: vel S.P. quasi sine patre[h] filij. Sequitur[i] ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni[k] locus sit. Qui autem prohibitas[l] nuptias contrahunt, & alias pœnas[m] patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur.

Naturales liberi curiæ oblati, legitimi fiunt: & patris potestatem subintrant. Item ex ea nati, cum qua instat contrahere nuptias licebat, connubio subsecuto, dotalibúsque instrumentis confectis, æquè legitimi censentur, atque qui ex matrimonio nati sunt.

13 ¶ Aliquādo autē euenit, vt liberi qui statim vt nati sunt, in potestate parentum non sunt[n], postea redigātur in potestatem patris: qualis est is, qui dum naturalis[o] fuerat, postea curię[p] datus, potestati patris subiicitur.

[*Si aduersus.*] Iste §. cum §. seq. diuiditur in sex partes. ¶ Primò ponit dictā suū annullās. ¶ Secundò infert. Tertiò rationem adsignat. Quartò infert aliū effectum quoad nomē ¶ Quintò infert alium effectum quoad exactionem dotis, & donationis propter nuptias ¶ Sextò addit alias pœnas. Secunda pars ibi, Itaque. Tertia ibi, Nam nec Quarta ibi, Vnde solent. Quinta ibi, Sequitur ergo. Sexta in §. sequen. scilicet ibi, Qui autem. CASVS. Domine, iam vidi satis de impedimentis nup. dicatis modò mihi: qualiter puniuntur illi qui contra præcepta legum iniustas nuptias contrahunt? Ad hoc respon. Iustinianus, dicens, quòd si aliqui aduersus præcepta legum tradita superius egerint: nec erit ibi vir, neque vxor, neque matrimonium, neque dos ibi intelligetur: nec filij ex illo coitu illicito potestati patria subiicientur. Sed quantū ad potestatē patris pertinet, tales erunt quales sunt hi quos mater vulgò concepit ¶ Nam nec hi vulgò concepti patrem habere intelliguntur quoniam pater eorum incertus est. vnde solent filij spurij appellari, à Græca voce sic dicti: vel quasi vulgo concepti, vel quasi sine patre filij. vnde dissoluto tali illicito coitu, dos per actionem ex stipulatione repeti non poterit ¶ Cùm enim ibi nullum intelligatur matrimonium, neque dos ibi esse poterit: & si dos ibi non sit, sequitur quod repetitioni dotis locus esse nō poterit. Et non solùm istas pœnas patiuntur illi qui prohibitas nuptias contrahunt, sed innumeræ aliæ pœnæ, quæ in sacris constitutionibus continentur, eis infliguntur. & hæc dicuntur vsque ad §. aliquando. Franc.

a ¶ *Diximus.* vt *supra eodem. per totum.* & etiam adiecimus in proxim. §. ADDITIO. Vide *Clemen. j. de consanguin. & adfini.*

b ¶ *Itaque.* bene infertur: *vt §. eit. j. in princ.*

c ¶ *Ad patriam potestatem.* propter hunc casum posuit de nuptiis post titulum de patria potestate.

d ¶ *Vulgò.* s. qui patrem demonstrare non possunt, vel[a] illicitum: *vt ff. de statu hominum. l. vulgo.*

a Hoc verum est, ex quo scilicet masculus & fœmina vel alter ipsorum ignorauerit: quia tunc filij sunt legitimi. *c. 2. in fin. qui fi. sint legi.* & succedunt parenti etiam scientibus, ex tenore extra eo. & ideo qui eos dicit spurios debet probare *secundum* Ang. hic.

e ¶ *Nec hi.* scilicet vulgò concepti. a Vel dic, hi de quib' loquimur, scili. illicitè concepti.

f ¶ *Incertus sit.* Qui pater est populus, pater est sibi nullus: & omnis, Cui pater est populus, non habat ille patrem. & secundùm hoc dic his, s. vulgò cōceptis. a Vel dic his, scilicet incestuosis. & tunc dic iuris fictione est incertus.

g ¶ *A græca voce quasi σποράδην concepti.* id est vulgò, passim, & sparsim: & ita legi vult Alciatus li. prætermissorum, j. in dictione, spurius. nec perperam, vt video: cùm in vetustis meis exemplaribus eius dictionis vestigia inuenerim.

h ¶ *Sine patre.* iure certo i inspecto.

i ¶ *Sequitur.* bene infert. cùm enim sine matrimonio esse non potest, scilicet dos: & vbi non est dos, actio dotis non est. *vt C. de donatio. ante nup. l. si ubi.* Sicut enim, &c.

k ¶ *Exactioni* s. per actionem ex stipulatu, quæ datur pro dote: *vt j. de actionibus. §. fuerat.* ¶ Sed nunquid per condictionem sine causa vel ob causam, quasi ob causam datū fuerit, nec causa fuit secuta? Resp. Placen. quòd sic: siue ignorans siue sciens dederit: *vt D. de con. sine causa. l. fin.* sed Ioan. dat talem condictionē ignoranter non scienter danti: *vt C. de condi. ob cau. da. l. j. & D. de cond. cau. da. l. j. §. si & l. ij.* nec immeritò: cùm turpiter dati nulla sit repetitio: *vt D. de condic. ob tur. cau. l. si ob turpem.* & hęc omnia locum habent, quando non fuit secutum matrimonium.

l ¶ *Prohibitas.* per aliquem de quatuordecim modis. licèt Imre: has pœnas imposuit tantùm eis, qui incestas nuptias faciunt, vel nefarias, non qui aliàs inutiles; *vt in Authen. de incest. nuptiis. §. j. collat. ij.*

m ¶ *Alias pœnas.* vt est amissio bonorum, & incursio infamiæ: *vt C. de incest. nup. l. qui contra. & l. si quis incesti.* hodie verò & confiscatio bonorum, & exilium, & cinguli siue dignitatis depositio, & verberatio simul eis imponitur: *vt in Auth. de ince. nup. §. sancimus. qui est §. primus. colla. ij.*

[*Aliquando.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi supra ti. proximo præcedenti, quòd illi sunt in potestate parentū, qui ex iustis nuptiis procreantur: nunquid sunt aliqui, qui statim vt nati sunt, in potestate parentū non fiunt? Et dicit Imperator, quòd sic. ¶ Contingit enim quòd licèt aliqui in potestate patris beneficio natiuitatis ab initio non fuerint, postea tamen legis auctoritate potestati patria subiiciūtur, vt in tali casu: pone qđ aliquis habeat tantum filium naturalem: si pater iste filiū naturalem seruitio principis vel præsidis prouinciæ det, vel curiæ alicuius ciuitatis offerat, per istam oblationem filius patris potestati subiicitur, & ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis in omnibus consequitur. ¶ Item pone, qđ aliquis habeat licitam concubinā, ad quam consuetudinem habeat: cuius matrimonio legibus non sit interdictū: & ex ipsa in concubinatu prolem procreauerit. posteà maritali affectione ductus vit contrahat matrimonium, & dotalia conficiat instrumenta: secundùm nostræ cōstitutionis tenorem, non solùm filij post dotalia instrumenta procreati, sed etiam ante matrimonium celebratum nati, tāquam legitimi patris potestati subiiciuntur, & iura legitimorum in bonis patris beneficio nostræ constitutionis obtinebunt. h d. vsque ad fi. Frañ.

n ¶ *Parentum non sunt.* hoc mirabile per duo probat exempla.

o ¶ *Naturalis.* s. tantùm.

Postea curiæ datus. Hic modus faciendi legitimi manat ex constitutione Theodosij *in l. iij. C. de natur. lib. & Leonis in l. iiij. eodem.* in qua & exemplum Philocali ponitur, à patre oblati curiæ nostræ ciuitatis: sic enim in Leonis constitutione legendum est, non nostræ Cuiac.

p ¶ *Curiæ.* cùm enim vult aliquis naturalem filium tantùm quī in potestate patris non est (*vt hic, & supra n. t. j. in princ.*) facere in

potestate, detur in seruitium Imperatoris vel præsidis prouinciæ. Nam in potestate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij[a]: *vt hic, & in Authen. qui. mo. natu. effi. sui. § si quis igitur. col. vj.* Accursius.

a Quod Aug. intelligit, verum filiis non veré quod nocia pro statutis: *vt est text. in l. j. C. de nat. lib.* & quare succedunt vide hic per eum.

a ¶ *Necnon is.* nunc ponitur aliud exemplum.

Nec non is[a] qui à muliere libera procreatur, cuius matrimonium minimè legibus interdictum[b] fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione[c] dotalibus instrumentis[d] compositis, in potestate patris efficitur. quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio[e] præbuit.

b ¶ *Interdictum.* nam aliam vxorem non habuit tempore concubinatus: aliàs contra: *vt C. de concub. l. j.* ANDREAS: Et tunc quod si cum ea per dispensationem matrimonium contraxerit: vide Christop. & Ias. hic.

c ¶ *Constitutione* *vt C. de natu. libe. l. cum quis.*

d ¶ *Instrumentis.* sed nunquid sine instrumentis est matrimonium tale? Dicunt quidam quòd non: vt Plac. & Azo: quando decorati maximis dignitatibus faciunt matrimonium: *vt in Authen. vt lic. matri & auiæ. §. quia vero legem dam. colla. viij.* melius autem. *ff. quibus mod. natu. effi. legi. §. illud quoque. versi. hoc ergo castra. colla. vj.* ¶ Sed dic quòd matrimonium nudo consensu perficitur sine scriptura: *vt in Authen. de nupt. §. nuptias. colla. iiij. & ff. de regul. iur. l. nuptias.* Sed filij primogeniti non sunt legitimi, si dotalia instrumenta non sunt facta[b]: *vt hic. & facit ad hoc C. de natural. libe. cum quis. & l. nuper. & l. fin. & in Authen. de hered. quæ ab intesta. defer. §. j. colla. ix. & in Authen. de filiis ante dota. instru. natu. circa medium. coll. iiij. & in Authen. de incest. nup. §. fi. colla. ij. & de trien. & semisse. §. fi.*

e ¶ *Constitutio.* *vt C. de natu. liberis l. nuper.* ¶ Sed si non fecerit eam sibi vxorem: adhuc tamen huiusmodi naturales sunt alendi à patre. Item succedunt ex testamento in totum, si pater vult, legitimis non existentibus, vel parentibus iam defunctis: aliàs liberi in vnam vnciam tantùm permittunt naturales succedere. superiores quando ipsi tantùm supersunt, non impediunt eos, nisi in sua legitima, quæ superioribus debetur ab intesta. verò duas habent vncias paternæ substantiæ cum matre eorum viriliter diuidendas, quando non sunt ascendentes nec descendentes. ¶ Alòt & ipsi patrem. & hoc in licitè natis. sed non si illicitè nati sunt, imò ab omni beneficio sunt exclusi: *vt in Authen. quib. mo. natu. effi. sui. § discretis vsque in finem constitu. colla vj*[c].

b Dic quod hodie de iure canonico etiā in terris imperij sine dictis instrumentis manet matrimonium & sic filij efficiuntur legitimi *vt habetur in c. tanta qui filij sint legit.* secundum Ange. & Ias.

c Dic quod de iure canonico debentur eis alimenta. de *hoc est tex. sing. in c. cum haberet. extra de eo qui cogno. consan.*

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLVS XI.

Potestas patria etiam adoptione constituitur, cuius duæ sunt species: altera arrogatio dicitur: altera adoptio. illa principis auctoritate eos qui sunt sui iuris arrogamus. hac vero in alterius potestate existentes imperio magistratus adoptamus.

NOn solùm autem naturales[f] liberi secundùm ea quæ diximus, in potestate nostra sunt, verumetiam hi quos adoptamus[g].

1 ¶ Adoptio[h] autem duobus modis fit: aut principali rescripto[i], aut imperio magistratus[k]. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos eásve, qui quæve sui iuris sunt: quæ species adoptionis dicitur arrogatio[l]. Imperio magistratus adoptamus eos eásve, qui quæue in potestate parentum sunt, siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia, siue inferiorem[m], qualis est nepos, neptis: pronepos, proneptis.

DE ADOPTIONIBVS.

Quia supra dixit de nuptiis, ex quibus acquiruntur filij legitimi & naturales: ideo nunc de adoptionibus, ex quibus acquiruntur filij legitimi tantum. Vel sic, Supra qualiter filij nostri sunt in nostra potestate, dixit: nunc autem, qualiter alieni efficiantur potestatis nostræ. Angelus Aretinus.

NOn solùm.] Iste titulus diuiditur in nouem partes principaliter. ¶ Primò ponit quòd adoptiui sunt in potestate adoptantis. ¶ Secundò qualiter fiat adoptio & arrogatio. ¶ Tertiò primū dictum limitat & declarat. Quartò de impubere, qui se arrogandum dedit. ¶ Quintò quòd adoptans debet saltē adoptatū præcedere xviij ann. ¶ Sextò, quando aliquis vt nepos vel pronepos adoptatur. ¶ Septimò in quibus adoptatos æquiparatur naturali. ¶ Octauò in quibus conueniūt, & in quibus nō, adoptio & arrogatio. ¶ Nonò, quòd serui adoptati à dominis sunt liberi. Secūda ibi, adoptio. Tertia ibi, sed hodie. Quarta ibi, Cùm autē. Quinta ibi, minorem. Sexta ibi, Licet autē. Septima ibi, in plurimis. Octaua ibi, illud. Nona ibi, Apud Catonem. CASVS. Accessi ad dominum Iustinianum: & ita proposui coram eo: Domine, vos vultis tractare de adoptionibus: pro Deo, quæ ratio mouit vos ad tractandum hic de adoptionibus? Ad hoc respōd. Iustinianus dicēs. Amice, suprà tractauimus de his qui sunt in patria potestate, & quia non solùm naturales liberi & legitimi, de quibus suprà diximus, sunt in parentum potestate, sed & adoptiui: idcirco de adoptiuis hic tractare intendimus. Et hęc vsque ad § adoptio autē.

Duobus casibus adoptio filios facit, si fœmina adoptauerit iussu principis, si extraneus à patre filium in adoptionem acceperit: cæteris filiosfamilias. Cuiacius.

f ¶ *Naturales.* subaudi[d] & legitimi: quare distingue, quia filiorum alij sunt naturales & legitimi, vt ex legiti. matrimonio nati: *vt hic, & supra de pa. po. in princip.* Alij naturales tantùm, vt nati ex concubina: *vt supra titu. j. §. finali.* Alij legitimi tantùm: vt adoptiui, de quibus hic titu. loquitur. Alij nec naturales nec legitimi iuris præsumptione, vt incestuosi, vel aliàs illicitè nati: *vt in Auth. quibus mod. nat. effic. sui. §. si. colla. vj.* Alij sunt, qui prius non fuerunt legitimi, sed nunc sunt, id est, efficiuntur duobus modis: *vt in Authen. quibus mod. natu. effic. sui. § j. & 2. tit. j. in fin.*

d Io. dic quòd iste text. possit stare sine subauditione si referretur ad §. tt. prece. den tamē ad vetere, quia ibi non loquitur de naturalibus tantum: quia ibi naturales tantū nō sunt in potestate, vt ibi dicit, sed quando sunt legitimati. Ias.

g ¶ *Adoptamus.* f. in potestate nostra sunt, & hoc iure veteri: *vt hic & ff. in l. j.* Sed hodie distinguitur: *vt j. eo. § sed hodie.*

[*Adoptio autem*] Diuiditur iste §. in tres partes. ¶ Primò ponit in genere dictum bimembre. ¶ Secundò exemplificat, & ponit exemplū primi mēbri. ¶ Tertiò exēplum secundi membri. Secunda ibi, Imperatoris. Tertia ibi, Imperio. CASVS. Domine iam videmus quę ratio mouet nos ad tractandum de ado. dicatis ergo mihi, si placet, quot modis fiat adoptio: Respō. Iusti. quòd adoptio fit duobus modis, scilicet rescripto principis, aut imperio alicuius magistratus. Sed domine, ponatis mihi exemplū quādo fit adoptio rescripto principis, & in quo casu fit imperio magistratus alicuius. Ad hoc respō. Iustinia. quòd quando aliquis adoptat eum qui sui iuris est, tūc necesse est fieri adoptionem auctoritate siue rescripto principis. & hæc species adoptionis, quando scilicet ille qui sui iuris est, alienæ potestati subijcitur, est primo & speciali nomine arrogatio. Imperio autem magistratus adoptantur illi, qui sunt in potestate parentum: siue obtineant primum gradum liberorū, qualis est filius & filia, siue inferiorem gradū obtineant, vt nepos neptis, & deinceps pronepos & proneptis. Et hæc vsque ad §. sed hodie.

h ¶ *Adoptio.* est autem adoptio secundùm Placen. & Ioan. legalis actio ad solatium eorum qui liberos non habent, penè id est ferè naturam imitans. ¶ Sed certè & ab his qui liberos habent, fit adoptio: *vt ff. eodem l. nec in. § præterea. & infra eodem. §. hert.* quare sic potest simpliciter definiri: Adoptio[a] est legitimus actus per, quem fit filius, qui non est, penè naturam imitans. & hæc est veritas: *vt ff. eodem l. prima. & infra eodem. §. minorem.*

a Hanc definitionem sequitur Io. de Placa hic.

i ¶ *Rescripto.* hòc est, vel ante ipsum principem, vel ante alium magistratum delegatione facta per rescriptum à principe: *vt C. eo. l. ij. au fin. & l. arrogationes*[b]. ¶ Sed quid si Imperator non est? Resp. non potest fieri[c], licèt imperium semper sit: *vt in Auth. quomodo oporteat epis. § si colla. j.*

b Et sic est delegabilis: quia competit iure magistratus. l. j. ff. de off. eius cui man. est iur. nec plenā causæ cognitionē requirit, vt per Bartol. in l. nec quidquam. §. vbi decre ff. de off. procons. & lega. 1a.

k ¶ *Magistratus.* f. cuiuscunque ordinarij, etiam defensoris ciuitatis: qui minimus est: *vt in Authen. de defenso. c. § nulli. colla. iij.* Nec mirum, cùm sit de voluntaria iurisdictione: *vt ff. de offic. procons. & lega. l. ij.*

c Sed de iur. canoni. fieret auctoritate apostolica cum mortuo Imperatore succedat ecclesia in administratio ne vt cap. licet. extra de foro compe. secun. Ang. & Ia. hic.

l ¶ *Arrogatio.* quia adoptator interrogatur, an velit eum quem adoptat, sibi iustum filium esse, & adoptatus an id fieri patiatur: *vt ff. eod. l. ij*[d]. Vnde versus.

Arrogo qui suus est, sed habet meus esse necesse.
Patris adopto suum sed patris permanet idem. Accur.

d Nota quòd in matrimonio cōtrahendo sponsus debet prius interrogari quā sponsa, de quo in Glo. in l. 2. in prin. ff. eod.

m ¶ *Inferiorem.* i. sequentem.

[*Sed hodie.*] Diuiditur in duas partes. ¶ Primò ponit quādo pater dat filium in adoptionem extraneo. ¶ Secūdò quādo dat auo materno vel paterno. Secunda ibi, Si verò pater. CASVS. Domine, vos dixistis mihi suprà, quòd illi qui adoptantur, sunt in potestate patris adoptiui. nunquid hoc indistinctè est verū? Ad hoc respondet Imperator, dicens: Amice, certè secundùm iura antiqua omnes adoptiui indistinctè transibant in potestatem patris adoptātis hodie autem secundùm iura noua secus. ¶ Nam hodie statutū est in nostra constitutione, cùm filius naturalis à patre suo naturali alicui extraneæ personæ in adoptionem datur: si pater naturalis filiū suum naturalem dederit in adoptionē auo filij sui materno, vel etiam proauo materno: vel si ipse pater naturalis à patre suo emancipatus fuerit, & filium auo vel proauo paterno in adoptionem dederit, in hoc casu quando iste filius datur in adoptionem

ptionem alicui de ascendentibus in linea directa: quia in vnã personam cócurrunt naturalia & adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui: vtpotè naturalis cognationis vinculo copulatũ, & legitimo adoptionis nodo annexum: & ideò in familiam & potestatem huiusmodi patris adoptiui amodo efficietur. & hæc vsque ad illum §. Cùm autem impubes. Fran.

Filiusfamilias extraneo in adoptionem datus, extranei potestatem minimè subintrat, quamuis illi intestato succedat: Datus verò cuiuis ascendentium, eius potestati subiicitur. Annotatio. Duo vincula vno fortiora esse.

2 ¶ Sed hodie ex nostra constitutione[a], cùm filiusfamiliàs à patre naturali[b] extraneæ personæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur: nec quicquam ad patrẽ adoptiuum transit, nec in potestate eius est: licèt ab intestato iura successionis ei à nobis tributa[c] sint. Si verò pater naturalis[d] non extraneo, sed auo filij sui materno[e], vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus[f], etiã auo paterno vel proauo simili modo[g] paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt[h] in vnam personam & naturalia, & adoptionis iura[i], manet stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo constrictum: vt & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

a ¶ *Constitutione.* vt C. *de adop. l. cum in adoptiuis.*

b ¶ *Naturali.* & legitimo.

c ¶ *Tributa.* i. in prædicta constitutione[a] & facit ad hunc §. *infra de hereditat. quæ ab intesta. defer. §. sed ea omnia. versicul. maximus. & infra de exhered. lib. §. circa adoptiuos. & infra de inoffic. test. § j.*

d ¶ *Pater naturalis* & legitimus.

e ¶ *Materno.* in cuius potestate priùs non erat, sed modò efficitur, vt subiicitur: *vt supra de patr. potesta. in fine.* Accur.

f ¶ *Emancipatus.* aliàs cùm esset in potestate aui, quomodo adoptaret eum quem habet. ¶ Certè nõ potest plus esse quàm filius, vel nepos. *vt hic, & ff. eod. si paterfamilias. §. qui duos.* & intellige emancipationis tempore filium non esse conceptum, qui nunc datur in adoptionem. aliàs in potestate aui remansisset: *vt j. tit. j. § si.*

g ¶ *Simili modo* i. similem facias distinctionem. nã materno proauo indistinctè: paterno verò secundùm quod modò distinxit in auo, datur in adoptionem.

h ¶ *Concurrunt.* Sed si ego adoptẽ filiũ[b] fratris mei, nunquid potestati meæ subiicitur? Resp. secundùm Io. quòd non. & quod hic dicitur, naturalia, capoue, id est natiualia: quia ab eo auo contrahit natiuitatem & originem: quod non est in filiũ fratris mei.

i ¶ *Iura.* vnde præferendus est ei in quẽ vnum ius tantũ cócurrit. & sic duæ rationes vel plures præualent vni: *vt in Auth. de consan. & vter. fra. §. quia igitur. vers. vult autẽ. in Glo. meliores. col. vij. & C. de edic. di. Had. tol. l. si* nisi vna sit melior duabus. vt colligitur. *ff. de inoff. test. l. nam etsi. & ff. vnde lib. l. scriptio.* Accur.

k ¶ *Cùm autẽ.* Diuiditur in quinq; partes. ¶ Primò q arrogatio fiat causa cognita. ¶ Secundò, q sit iusta causa. ¶ Tertiò ponit modũ sub quo fiat. Quartò, q non potest arrogator ipsum emancipare sine causa. ¶ Quintò, q quartam partem bonorum suorum, eidẽ siue in vltima voluntate, siue inter viuos relinquat. Secũda ibi, Et exquiritur. Tertia ibi, Et cum, Quarta ibi, Item nõ aliter, Quinta, ibi, Sed etsi. Arer. e Aevs Domine, vos dixistis mihi, q illi qui sui iuris sunt, auctoritate principis arrogantur. Pone igitur, quòd sit aliquis impubes sui iuris, qui habeat opulentã hereditatẽ: nunquid poterit quilibet indistinctè auctoritate principis ipsum arrogare, & in potestatẽ suam redigere? Ad hoc respon. Imperator. q non. ¶ Cùm enim aliquis impubes arrogatur, in hoc casu arrogatio nõ indistinctè id est non inconsultè permittitur: sed quæritur causa arrogationis, an sit honesta, & an ipsi impuberi expediat. ¶Itẽ arrogatio fit cũ quibusdã conditionib. videlicet vt pater arrogator cautionem cum fideiussionibus promittat vt si ipse pupillus arrogatus ante pubertatẽ decesserit, restituat omnia bona sua integrè illis, qui si adoptio nõ esset facta, ad eius successionẽ fuissent venturi. ¶Item non aliàs poterit ipse pater arrogator istum impuberẽ auctoritate principis arrogatum emãcipare, nisi prius causa cognita dignus inuentus fuerit emancipatione: & tunc necesse habet eidem omnia bona sua restituere. ¶Itẽ si iste pater arrogator istum filium impuberem in testamẽto suo exheredauerit, vel inter ipsos viuos ipsũ sine causa emãcipauerit, iubetur

a Idem concurrentibus legitimis & naturalibus quia [illegible] se [illegible] habent parentela quod [illegible] secundum Ang. & ideo non transit in potestatem, quia per emãcipationẽ priuatur hereditate, vtcunque, secundũ communẽ opin. vt l. cum in adoptiuis. C. eo. sed cùm hodie nemo emancipetur inuitus & generaliter. in Authen. quib. mo. na. effic. sui videtur iste §. correctus. de quo vide Ias. hic.

b Vt filius in potestate paterna, per adoptionẽ transit in potestatem alterius, necesse est, quod detur in adoptionẽ adsint, qui sit de ascendentibus, proauo paterno vel materno, q. in nepos ab auo trahit originem, & sic exponitur naturalia i. naturalia. alias si detur affini collaterali, putà fratri patris, non transit. Secundum Glos. habes C. eo. l. pe. §. si vero pater. tamen contra hanc Glo. est tex. in §. in plurimis, in pr. in verbo, non extraneum. Ias. [illegible]

quartam partem patrimonij sui eidem arrogato relinquere, præter bona quæ ad patrem arrogatorẽ transtulit: & præter ea bona quorum vsumfructum post arrogationem patri arrogatori acquisiuit. h. d. vsque ad § minorem natu. Franc.

l ¶ *Rescriptum.* vt quia sui iuris est *vt s. eo. in princ.*

Impuberis arrogatio, causa cognita celebratur: cauetque arrogator se bona arrogati, si intra pubertatem obierit, illis restituturũ ad quos peruentura erant adoptione non facta.

3 ¶ Cùm autem[k] impubes per principale rescriptum[l] arrogatur, causa cognita[m] arrogatio[n] fieri permittitur, & exquiritur causa arrogationis, an honesta[o] sit, expediátque pupillo. Et cum quibusdam conditionibus arrogatio fit, id est vt caueat[p]: arrogator personæ publicæ[q] [id est tabulario] si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi[r] essent.

Arrogatus non nisi causa cognita emancipatur: cui propria bona restitui debent, iubeturque arrogator quartam bonorum suorum illi relinquere.

Item nõ aliter emancipare eũ potest arrogator, nisi causa[f] cognita dignus emãcipatione fuerit: & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedẽs pater eum exheredauerit[t], vel viuus sine iusta causa emancipauerit: iubetur[u] quartam[x] partẽ bonorũ suorum

m ¶ *Cognita.* quæ[a] autem in causæ cognitione vertuntur, per ordinem scripta sunt. *ff. eod. l. si patr. §. in arrogationibus. & l. sequenti vsque ad §. fin.* ¶ Et quædam etiam hic dicuntur in persona impuberis, quæ & ibi dicuntur. Aoditiu. De quibus vide Ang. hic, qui dicit quòd si fuerint quæ fiæ vel per delegatum à principe: *vt l. ij. C. eod.* Vel etiam per ordinariũ ipsius impuberis: quamuis non bene pronunciauerit, actus tamen tenebit: *vt no. Gl. in l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact.* Angelus Aretinus.

n ¶ *Arrogatio* vt quia sui iuris est: *vt supra eo. in princ.*

o ¶ *An honesta.* i. non eo proposito, vt eius res deuoret *vt ff. eo. l. nec ei. §. eorum.*

p ¶ *Vt caueat.* id est vt cautionem promittat, sine fideiussore tamen *vt Cod. de verbo. significa. l. sancimus.* Accursius.

q ¶ *Personæ publicæ.* hoc est tabellioni, qui seruus publicus dicitur: *vt C. eo. l. ij.* aliàs enim seruus purus tabellio esse non potest: *vt C. de tabul. l. generali lib. x.* Sed certè ideo sic dicitur, quia publicè seruit. [*Rectè*] in libris scriptis, personæ publicæ, id est, tabu. *vt in l. orphanotrophos C. de episc. & cler.* ne subaudiatur magistratus. § pe. j. de Attil. tut Curacius.

r ¶ *Venturi.* vel iure successionis ex testamento, vel ab intestato. Vel dic titulo vniuersali vel singulari, vt legatarius. omnib. enim consulitur hac cautione pupillo decedẽte in pupillari ætate. aliàs postea, pupillaris substitutio euanescit: *vt hic & ff. eo. tit.* non aliter *& l. his verbis. & j. de pup. subst. §. j.* ¶Sed nõne sine hac cautione facta admittuntur supradictæ personæ ex testamẽto? Resp. nõ, cùm testamentum sit ruptum minima cap. de. sarrogatione. *j. quibus modis test. infir. §. non tamen*[b]. Item nũquid legitimi sine hac cautione admitterentur? Resp. non: quia potest arrogator omnia iura peculij occupare: *vt ff. de cast. pecu. l. ij.*[c] Hæc tamen cautio omissa, pro facta habetur: *vt ff. e. l. his verbis. in fin. vt & aliàs. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. j.* ¶ Sed quare legitimi non stipulantur etiam vltra pupillarẽ ætatem: cùm & postea erant admittendi ad successionem si adop. facta nõ esset? Resp. illud est de fortuna, & aduentitiũ erat: vnde nõ fuit considerandũ: *vt ff. qui & à qui. l. Iul.* potuissent enim post pubertatem testamentum fecisse: *vt s. qui. ex cau. §. cum ergo.*

s ¶ *Nisi causa.* veluti si ita heres instituitur iste adoptatus, si emãcipatus fuerit. & tunc quartam perdit[d], quam tunc deberet habere de bonis arrogantis: *vt j. proxi. resp. & ff. si quid in frau. pat. l. si.* secundùm quosdam. a Vel dic quòd tunc nõ perdit quartam: *vt j. proxi. respon.* probatur: quod cum isto continuatur[e]: & quod in d. l. continetur, intelligitur quando erat iusta causa contra filium: vt quia prouocabat patrem ad iram, & in tantum, vt etiã exheredari potuerit, & beneficium collatum vel conferendum reuocari: *vt C. de reuo. do. l. si & in Auth. de de consan. § illud ver. quinetiam. col. vj.* & secundùm hoc intellige proxi. respon. quod seq.

t ¶ *Exheredauerit.* vel præterierit: *vt ff. eo. l. si arrogator.* Accur.

u ¶ *Iubetur.* Nota, non cauet sic se relicturum: hoc cuim nõ valeret: *vt C. de inut. stip. l. ex eo. & C. de inoff. test. l. si quando. §. j.* sed et iubetur per legem vt sic faciat.

a ¶ *Quartam partem.* Quid ergo si alios filios sex vel plures habeat,

a Adoptio cum causa cognita fiat & quæ ea causa cognitione obtinebitur.

b Et ideò in aliis substitutionibus, q. in non si j sed ponis testamentum continetur quod nõ sum piter per arrogationẽ filij peteretur ab arrogatore tamquam debitũ arrogantis, secundum doc. hic.

c Secus tamen si pr[illegible] moreretur arrogator ex quo etiam tribuli pupillares consulerentur vt hic per Ang.

d Hæc est vera si vera lo. de Pla. contra gl. & bal. in l. 2. C. eo.

e Et hæc vera est secundum doc. hic, qui dicunt hãc quartã deberi dari in vltima voluntate propter verbũ, relinquere, hic positum secus in aliis bonis propter verbum, tunc. Iason.

nunquid hic plus quàm alij habet? Respō. sic, secundùm Bal. quasi debeat imputari ei quare arrogauerit. a Vel dic (vt puto) quartam suæ partis per conditionem ex l. diui Pij petit: *vt hic: & ff. eo. l. si arrogator. & ff. de inoff. te. l. Papinia. §. si quis impubes.* Et hoc ad instar naturalium legitimorum: *vt ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. quoniam. & C. de inoffic. test. l. cum quæritur. & l. parentibus.* Absurdum[a] est enim hunc legitimum plus iuris habere, quàm naturalem & legitimum: *vt supra eo. §. sed hodie. in fin.* Accursius. ADDITIO. Et hanc approbant communiter doctores: & an sit hodie aucta hæc quarta per *authent. nouissima. C. de inoff. testa. vide glo. in §. hoc obseruandum. in Authen. de trien. & semiss.*

a Arrogatus plus iuris habere non debet, quàm naturalis & legitimus.

ei relinquere, videlicet præter bona quæ ad patrem adoptiuū transtulit, & quorum commodum[a] ei postea acquisiuit.

Quod natura fieri non potest, nec arte poterit. ars enim natura est imitatrix.

4 ¶ Minorem natu[b], maiorem non posse adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur[c]: & pro monstro est[d], vt maior[e] sit filius quàm pater. Debet itaque is qui sibi filium per adoptionem vel arrogationem facit, plena pubertate, id est decem & octo annis[f] præcedere.

5 ¶ Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat[g]. 6 Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotem in locum filij[h].

Quando quis adoptat aliquem vt nepotem ex filio suo legitimo & naturali, vel legitimo tantùm, debet interuenire consensus filij: sed non econtra quando auus dat in adoptionem nepotem suum ex filio. Aret.

7 ¶ Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio, quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo quem naturalem in sua potestate habet, in eo casu & filius consentire debet[i]: ne ei inuito suus heres adnascatur. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem: non est necesse filium consentire[k].

Adoptiuus pater adoptatum filium in potestate sua constitutum, vel arrogatum alteri in adoptionem dare potest, haud secus quàm naturalis pater possit.

8 ¶ In plurimis[l] autē causis adsimilatur is qui adoptat vel ar-

a ¶ *Commodum.* Repete, & præter ea bona, scilicet aduētitia: quorum commodum filius arrogatus post arrogationem acquisiuit patri: scilicet vsumfructum. nam & hæc acquisita restituit: non dico vsumfructum ipsum, quem[b] debet lucrari pater: *vt C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. §. si quis itaque.* ad instar mariti in rebus dotalibus: *vt ff. famil. erciscund. l. si filia. §. j.* Et sic hoc verbum, præter, non excludit: *vt hic. & ff. de pigno. act. l. j. in fin. & ff. de procura. l. sed & hæ. §. pen. & fatis. ff. de vulg. substi. l. sed si plures. §. in arrogato.*

b Dotalium rerum fructus maritus lucratur.

Minorem natu.] CASVS. Domine ego sum quidam iuuenis, & habeo amplum & magnum patrimonium meum: & habeo quendam vicinum valdè discretum & prouidum virum iam bene sexagenariū: cuius cōsilium in multis extitit mihi fructuosum: possumne ipsum arrogare vel adoptare in filium? nunquid licet mihi hoc facere? Respon. Impera. quòd nō: quia certè minor natu maiorem adoptare vel arrogare nō poterit: & hoc tali ratione: quia adoptio imitatur naturam. sed cōtra naturam, & pro monstro esset, quòd filius maior esset tēpore quā pater. vnde dico tibi, quòd ille qui per arrogationem sibi filium facere vult: debet plena pubertate, id est. xviij. an. filiū arrogatum vel adoptatum excedere. ¶ Item non solùm potest quis adoptare vel arrogare aliquem in filium, sed etiā in locum nepotis vel neptis pronepotis vel proneptis potest quis adoptare: quamuis etiam filium non habet. Et tam filium alienum potest quis adoptare in locum nepotis, quàm etiam alienum nepotem in locum filij. ¶ Sed si aliquis in locum nepotis aliquem adoptet quasi ex filio adoptiuo, aut filio naturali, quē habet in potestate: in eo casu filius patri adoptanti debet consentire, ne ipse nepos ipso inuito adoptatus, suus heres agnascatur. ¶ Si enim filius adoptioni à patre factæ cōsentiat, tūc mortuo auo ille nepos adoptatus in potestate patris, & suus heres efficiatur. sed licèt in hoc casu cōsensus filij requiratur, secus tamen est in casu conuerso. ¶ Nam si auus nepotem ex filio natum alij in adoptionem dederit, nō est necesse consensum filij interuenire. hoc dicit vsque ad §. in plurimis. Franciscus.

b ¶ *Natu.* i. natiuitate, *sic ff. de mino. l. j. §. j.*

c ¶ *Imitatur.* plerunque: quandoque tamen non: *vt j. eo. §. sed & illud. & §. j. in plurimis.*

d ¶ *Pro monstro est.* i. non secundùm naturam, sed cōtra naturam: *vt & aliàs. ff. de stat. homi. l. non sunt liberi.*

e ¶ *Maior.* scilicet tempore, non persona.

f ¶ *Decem & octo annis*[c]. i. tot annos debet habere plus adoptans quàm adoptatus, qui faciunt vnam plenam pubertatē tanti temporis. ¶ Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus vicibus præcedere in tanto tempore? Respon. non, vt puto. cùm secundùm naturam etiam in vno anno ex diuersis fœminis vel etiam vna possit habere filios plures. & in hoc adoptio imitatur naturā *vt hic.* ¶ Et nota pluribus[d] modis dici plenam pubertatem. nā interdum xiiij. ann. *vt j. qui. mo. ius. §. j. & s. ti. j. j. respon.* aliàs xv. ann. *vt in Auth. de tempo. non sol. pec. super dote. §. generaliter. col. vij.* aliàs xvij. ann. *vt supra qui. manu. non poss. §. fina. & ff. de postu. l. j. §. pueritia.* interdum xviij. annis[e]: *vt hic, & ff. de alimentis &ciba. leg. lege*

c Ætates sunt septem. infantia dicitur ad 7 annum, pupillaris ætas ad 14. in mare. pueritia seu pubertas ad 18 adolescentia seu plena pubertas ad 21 iuuentus se virilis ætas ad 50. & quam sequitur senectus ad 80. decrepita ad 100. annum Arg. & Per.

d Pubertas glo. na variis modis ait dicatur.

e Sed hec gl. aut male aut improbe loquitur, secundum Chrestophorum, qui nullum tempus plenā pubertatem cōstituit nisi 18. nouissime Ange.

Mela. Accursius.

g ¶ *Non habeat.* vel licèt vxorem non habeat: quo casu tamen est contra naturam: *vt ff. eo. l. & qui vxorem.* Accursius.

h ¶ *In locum filij.* Item nepotem ex vno quasi ex altero natum: *vt ff. eodem. l. fig. ... §. qui duos.* non autem loco fratris: *vt C. de here. institu. l. ... apud ...*

i ¶ *Consentire debet.* quod non est in aliis cognatis, qui possent sperare successionem: *vt ff. eodem. l. cum adopt.* ¶ Et si quidem filius consentiat, bene est: & recidet nepos adoptiuus in potestatem suam, scilicet filij mortuo patre: *vt ff. eo. l. si quis nepotem.* Si autem non consentiat filius, tunc agnascitur, id est, appropinquat, seu agnatus sit ei, id est auo hic nepos, & suus efficitur heres etiam filio inuito: nec recidit in potestatem eius. siue dicas eum succedere vt filium licèt non sit filius: siue vt nepotem, quasi ex altero filio præmortuo natū: quo casu æqualiter cum patruo admittetur: *vt j. de here. quæ ab intesta. §. cum autem.* Alij dicunt hoc totum, ei inuito, id est filio inuito. & agnascatur, id est iuxta eū quasi nascatur quo ad successionem. quod satis in idem redit. Alij hoc totum, ei inuito, id est auo inuito, qui voluntate filij proposuerat adoptare: nunc autem contra suum propositum facit: & sic dicitur inuitus ratione propositi primi. Et secundùm istos hic nepos inuito auo & filio adoptatus nō succedit vnà cum filio: sed demùm eo mortuo prima verior est. Sed quare hic filius impediret matrimonium sui filij etiam auo volente, & non impedit hunc ciuilem actum: *vt ff. de rit. nupt. l. oratione. §. j.?* Respond. quia matrimonium est vinculum magis indiuiduum. *vt s. de patr. po. j. respon.*

ADDITIO. Et sic ista Gl. intelligit hūc tex. tripliciter ibi, ei inuito. Primò diuisim, vt exponatur: ei scilicet auo, inuito scilicet filio. Secundò & tertiò cōiunctim, vt illa verba in totū referantur vel ad filium, vel ad auum. contrà quàm facit *d. l. si quis nep. in.*

k ¶ *Consentire.* sed videtur quòd sic. nam læditur filius in duobus, & in hæreditate siue in bonis, quæ ad filium suum proponebat ex voto transmittere: *vt ff. vnde lib. l. scripto herede.* quod non facit: *vt j. de heredita. quæ ab intesta. deferuntur. §. at hi.* & quia in potestatem illius transit, quare in patris sui naturalis potestatem non recidit iure isto veteri: vt supra eodem, primo responso. ¶ Ad primum respondeo, quia alio modo potest euitare, instituendo eum. ¶ Ad secundum dico, quòd non[a] potest æstimari patria potestas: *vt ff. de lego. j. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem*[b]. Sed hodie vterque timor cessat. nam & succedet: & in suam potestatem recidet: *vt C. de adoptionibus leg. cum in adoptiuis. §. scimus. & supra eodem. §. sed hodie.*

a Patria potestas est inæstimabilis.

b Sed facit cōtra Glo. secundùm Iac. quod si de inæstimabili agitur ex iudicio, videtur necessarius eius consensus.

[*In plurimis.*] CASVS. Dicit Iustinianus quod in plurimis ille qui adoptatus vel arrogatus est, assimilatur ei qui ex legitimo matrimonio procreatus est. ¶ Vnde si quis eū qui sui iuris est, auctoritate principis arrogauerit: vel eū qui in patris potestate est, non extraneum apud prætorem vel præsidem adoptauerit, poterit eundem ac si esset filius suus naturalis & legitimus, alij in adoptionem dare. ¶ Et non solùm prædicta in vtraque specie adoptionis communia sunt, sed etiam illud vtriusque speciei adoptionis commune est: quòd illi qui generare non possunt, nihilominus adoptare possunt, quales sunt spadones. ¶ Ab hoc tamen generaliter excipiuntur castrati, quibus natura beneficium generandi denegauit. ¶ Castrati enim adoptare non possunt. Et idem est in fœminis. Fœminæ enim neque adoptare neque arrogare possunt: & hoc ea ratione, quia nec naturales liberos habent in potestate: veruntamen ex indulgentia principis ad solatium liberorum pro repub. amissorum, eis adoptare permittitur. hoc dicit vsque ad §. illud proprium Franciscus.

l ¶ *In plurimis.* quandoque enim est contra: *vt infra de heredit. quæ ab intestat. §. minus. secundùm Azo.* ¶ Item in eo quòd adoptiuus pater non tenetur eum instituere: *vt infra de her. quæ ab intest. §. sed ea*

ſed ea omnia, Verſi.cùm neceſſitas.

a ¶ *Extraneum.* vt ſic tranſeat in ſuam poteſtatẽ: vt ĩ.eo.§.*ſed hodie.*

b ¶ *Vtriuſque.* quarum vna hodie vocatur arrogatio: alia adoptio vt ĩ.eo.§.*Imperatoris.*

c ¶ *Non poſſunt.* qui omnes eunuchi vocantur. ſed ab hoc genere detrahis caſtratos, qui generare non poſſunt, id eſt caſtè ſic natos, vt nunquam potuerint generare.

d ¶ *Spadones.* quibus teſticuli vel genitalia abſciſſa ſunt cultello, vel ſpatha. & eſt ratio: quia fortius[a] eſt impedimentũ naturę, quàm accidentis: *vt hic, & ff. de lib. & poſtu. l. ſed eſt quæſitum.* §.j. & ij. ¶ Et no. quòd vulgariter[b] promiſcuè appellãtur. Accur.

e ¶ *Non poſſunt.* ſed ipſæ arrogari poſſunt: *vt ff. eod. l. nam fœmina.* Accur.

f ¶ *Habent.* Nota fœminas[c] non habere filios in poteſtate. & facit ad hoc *ff. de ſuis & legiti. l. nulla. & j. de hered. qua. & differ.* §.*cæteri. & ff. de contra tab. l. illud.* §.*ad teſtamenta.* Accur.

g ¶ *Sed ex indulgentia.* de nouo iure concedenda[d]: *vt C. eod. l. mulierem.*

h ¶ *Amiſſorum.* in acie principis: vt hic innuit. & *infra de excu. tut.* §. *ſed & ſi in bello. & ff. de inoffic. teſta. leg. ꝓ ſuſpecta.* §.*fin.* ¶ Sed nunquid & tunc habebit in poteſtate? Videtur quòd ſic, cùm beneficia principũ ſint extẽdẽda: *vt in Auth. conſtit. quæ de digni.* §.*pen. colla. vj. & ff. de conſtit. prin. l. fin.* Sed tamen contra dico ad inſtar ſcilicet naturalium. nam naturam imitatur adoptio: *vt ff. eo. in* §. *minorem*[e]. *& facit ad hoc C. eod. l. mulierem.* Accurſius.

rogatus eſt, ei qui ex legitimo matrimonio natus eſt: & ideò ſi quis per imperatorẽ, ſiue apud prętorem vel pręſidem prouincię non extraneum[a] adoptauerit, poteſt eundem in adoptionem alij dare.

Qui ſecundum naturam liberos generare nequeunt, ſecundum artem ſibi parare queunt.

9 ¶ Sed & illud vtriuſq;[b] adoptionis cõmune eſt, quòd & hi qui generare non poſſunt[c], quales ſunt ſpadones[d], adoptare poſſunt: caſtrati autem nõ poſſunt.

Fœmina non poteſt adoptare, niſi eidẽ propter amiſſos liberos ex principis indulgentia concedatur.

Adnota fœminas filios in poteſtate non habere: quo fit, vt iuribus poteſtatis patriæ minime fruantur.

10 ¶ Fœminæ quoq; adoptare nõ poſſunt[e]: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habẽt[f], ſed ex indulgentia[g] principis ad ſolatium liberorũ amiſſorum[h] adoptare poſſunt.

Arrogatus non ſolùm in arrogatoris conuolat poteſtatem, ſed etiam liberi quos in poteſtate habebat.

11 ¶ Illud proprium eſt adoptionis illius quæ per ſacrum oraculum[i] fit, quòd is qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe arroga-

a Natura fortius impedimentum eſt quàm accidentis.
b Vide Alc. lib. ... paret. ... de fictis ... §.ſ. & ... ad C. ... ſpa & ... ſpa ... ff. de ver. ... ſignif.
c fœminæ nõ habent in poteſtate liberos.
d Scilicet à principe: non autem à comite palatino ſecundũ Ang. qui idẽ quod hic, dicit etiã in baſtardo per eum legitimando.
e Et ad cõtrarium reſpondent hic doctores quòd imò debẽt moderari ſecundum ius commune. *l. ex facto in pr. ff. de vulgar. & pup. ſub.*

[*Illud proprium.*] CASVS. Domine, iam vidi in quibus ſpecies adoptionis & arrogationis conueniunt, & in quibus differũt. Nũquid eſt adhuc alia differentia inter eas? Reſp. Imp. quòd ſic. Nã illud eſt proprium & ſpeciale adoptionis illius quæ per ſacrũ oraculũ, id eſt per principẽ & reſcriptũ principis fit: vt ſi ille qui ſe in arrogationem dederit, liberos in poteſtate ſua habuerit: nõ ſolùm ipſe in poteſtatẽ patris arrogatoris tranſeat, ſed etiam omnes liberi eius, quos in poteſtate habet, poteſtati arrogatoris tanquam nepotes vnà cum eo ſubijciantur. & hoc factũ fuit in perſona diui Auguſti quendam Germanicum in filium arrogare volentis: & ille Germanicus nolebat cõſentire vnde nõ potuit procedere arrogatio ſua: ſed diuus Auguſtus cuidam nomine Tiberio iniunxit, vt ille Germanicum arrogaret. quo facto princeps arrogauit Tiberium, & ille habuit Tiberium in filium & per cõſequens Germanicum filium adoptiuum Tiberij habuit in nepotem. Et hæc dicuntur vſque ad §. apud Cat. Franc.

i ¶ *Oraculum.* i. per principem, vt de eo qui ſui iuris eſt: & ideò tranſit etiam hodie in poteſtatem arrogatoris, *vt ſupra e. in prin.* ideò ſic dictum, quia oramus ſiue deprecamur eum, vt in ſalibus præſtet eũ auctoritatem.

k ¶ *Liberi.* omnes nati. & naſcituri, & etiam reuerſuri ab hoſtibus *vt ff. eo. l. ſi paterfamiliae in prin. fall. t hoc. ff. de ope. lib. l. opera.*

l ¶ *Diuus Auguſtus.* Hic Impe. volebat adoptare quendam nomine Germanicum. & hic Germanicus noluit conſentire: vnde nõ poterat procedere adoptio *vt j. tit. j.* §. *ſed ſi pater & ff. de le. j. in prin.* vnde Auguſtus callidè iuſſit cuidam nomine Tiberio, vt illum Germanicum adoptaret, quod fecit: & hunc Tiberium poſtea arrogauit princeps: quare & per conſequens habuit German. loco nepotis.

m ¶ *Is.* Tiberius.

f Dic quòd oraculum eſt quod ad orationem alicuius vel precem cõceſſum eſt: vel eſt diuina voluntate ore hominis expreſſa. per Gl. in l. digna vox. C. de leg. Aug. ſer.

n ¶ *Protinus.* id eſt ſtatim.

o ¶ *Adoptione facta* à principe.

[*Apud Catonem.*] CASVS. Domine iam video quid iuris quando aliquis adoptat liberum hominem: dicatis mihi ſi placet, quid iuris eſt ſi aliquis dominus adoptabit ſeruum ſuum? Reſpond. Imper. dicens, Amice, antiqui reſ. ſũt in hoc caſu ſe meminiſſe benè ſcriptum apud Catonem, vt ſi ſerui fuerint adoptati, ex hoc poſſe eos conſequi libertatẽ. Vnde nos auctoritate Catonis eruditi, illos ſeruos, quos dominus actis interuenientibus in filios adoptauerit, in conſtitutione noſtra liberos eſſe conſtituimus, licèt hoc eis ad ius filij conſequendum non poſſit ſufficere. & hæc ſunt quæ dicuntur vſque ad finit. Fran. de Are.

dũ dederit, nõ ſolũ ipſe poteſtati arrogatoris ſubijcitur, ſed etiã liberi[k] eius in eiuſdẽ fiunt poteſtate, tãquã nepotes. Sic etenim Diuus Auguſtus[l] nõ antè Tiberium adoptauit †, quàm is[m] Germanicũ adoptaſſet: vt protinus[n] adoptione facta[o] inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem nanciſcitur.

12 ¶ Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos ſi à domino adoptati[p] ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione[q] etiam eum ſeruum quem dominus actis[r] interuenientibus filium † ſuum nominauerit †, liberum eſſe cõſtituimus: licèt hoc ad ius filij accipiendum ei non ſufficiat.

† Hi ſunt adoptionis ... Tiberij Cæſare.

p ¶ *Adoptati.* ſ. à domino. ab extraneo autem nõ poteſt etiã libertus: *vt ff. eo. l. ſi pater. in fin.*

q ¶ *Conſtitutione.* vt C. *de lati. li. toll. l. vnic.* §. *ſimili quoque modo.*

r ¶ *Actis.* id eſt coram iudice: dicendo hęc verba, veni huc fili, ſecũdùm Azo.[a] Vel vt puto, coram iudice agebatur vt filius fieret adoptiuus & inde facta fuit ſcriptura, non tamen res peruenit ad perfectionem: vt differat[a] proximo caſu ſuperiori. Aliud ſi extra iudiciũ talia fierent, vel agerentur: *vt C. de li. cau. l. pen.* ¶ Et ſic collige ex hoc & ſuperiori reſpon. quòd ſi[b] id quod ago, non valet vt ago, valet tamen vt valere poteſt: *ſic C. de La. li. toll. l. vnic.* §. *ſimili quoque modo.* Ar. contrà *ff. de ver. ob. l. j. & ff. de pact. l. ſi vnus.* §. *ſi acceptilat.* Auditio Reſpon. doct. quòd ibi conſtabat teſtantem nolle codicillari. Angelus.

† Probãs ſe filiũ alicuius, videtur probare ſe legitimum. ... Roman.
† Et ſic ex nominatione aliquis acquirit ... *Gl. ſuper ver. appellamus* ... ſunt ...
a Idem ſi huiuſmodi verba blanda & adulatoria proferantur in teſtamentis: quia diſponunt *l. Pamin.* ... *ff. de ſtatu liber.* ... debeant verificari ... Angel.
b Actus ſi nõ valet, vt agitur, valet vt valere poteſt.

QVIBVS MODIS IVS poteſtatis ſoluitur.

TITVLVS XII.

Mortuo patrẽ, mox ſui iuris filius efficitur mortuo verò auo, ita demùm nepos ſui iuris euadit, ſi non ſuperſit et pater, in cuius recidat poteſtatem.

VIDEAMVS nunc quibus modis hi qui alieno iuri

QVIBVS MODIS IVS POTESTATIS ſoluitur.

Ius poteſtatis. Vulgò ſcriptum eſt malè, Patriæ poteſtatis: nam & de poteſtate dominorum in initio agitur. denique vox, patriæ, abeſt à veter. lib. Cuiac.

V*ideamus.*] Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes. ¶ Primò qualiter diſſoluatur patria poteſtas morte naturali. ¶ Secũdò qualiter morte ciuili ex delicto proueniẽte. ¶ Tertiò qualiter propter dignitatẽ à filio acquiſitã. ¶ Quartò qualiter propter captiuitatẽ patris vel filij. ¶ Quintò qualiter emãcipatione. ¶ Sextò qualiter per dationẽ in adoptionẽ auo paterno vel materno. Secunda ibi, Cùm autem. Tertia ibi, Filiusfamilias. Quarta ibi, Si ab hoſtibus. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & ſi pater. Item hoc principium ſubdiuiditur in quatuor: quia. ¶ Primò poſſit de quo tractaturus eſt. ¶ Secundò qualiter aliàs ſupra dixit de ſeruis. ¶ Tertiò qualiter filij liberentur à patria poteſtate, generaliter reſpondet. ¶ Quartò dictam reſponſionem diuidit. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Hi verb. Quarta ibi, Sed hoc.

CASVS. In principio iſtius tituli dicit Iuſtinian. continuãdo proceſſum ſuum. ¶ Videamus nũc de illis qui alie. iuri ſubijciunt, qualiter à nexibus illius iuris liberentur. Sed tamẽ de liberatione ſeruorũ, qualiter à domi. po. lib. nihil in hoc titu. dicetur. ¶ Qualiter enim ſerui de poteſta. dominorum eximantur, per ea quæ in titu. de liberti. & de manumiſſ. ſer. diximus, expoſitus. Sed quid domine Impe. video quòd vultis tractare in tit. iſto qualiter liberẽtur liberi à poteſta. parent. ¶ Dicatis ergo mihi ſi placet, aliquẽ modũ tollendi pa. po. Ad hoc reſpon. Imper. dicens Amicè, liberi in poteſtate paren. exiſtentes, per mortem naturalẽ parentis, ſui

iuris fiunt. hoc tamē non est sine distinctionis remedio accipiē-dum. Nam mortuo patrefamiliâs, liberi in primo gradu existen-tes, vtpote filius vel filia generaliter sui iuris efficiuntur. sed per mortem aui, nepotes, qui in eius potestate fuerunt, non omnino sui iuris fiunt: sed ita demùm, si post mortem aui in patris sui naturalis potestatem nō sunt recasuri. Vnde si tempore mortis ipsius aui pater ipsorum nepotum vixerit, & in patris sui naturalis potestate sit, nec ante mortem eius de potestate sua exiuit: in hoc casu nepotes ex eo post mortem aui in potestatem eius recidunt: nec per mortem aui, sui iuris efficiuntur. sed si moriente auo pater nepotum aut mortuus fuerit, aut per emancipationem de patris sui potestate liberatus: tūc nepotes ex eo, qui in potestatem patris iam mortui vel emancipati recidere non possunt, per mortem aui, sui iuris fiunt. hoc dicit vsque ad §. Cùm autem. Franc.

sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem[a] quemadmodum liberentur serui à potestate[b] dominorum, ex his intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superiùs exposuimus: Hi verò qui in potestate parentis[c] sunt, mortuo eo[d] sui iuris fiunt. Sed hoc[e] distinctionem recipit. Nam mortuo patre[f] sanè omnimodò filij filiæve sui iuris efficiuntur: mortuo verò auo non omnimodò[g] nepotes neptésque sui iuris fiūt: sed ita[h] si post mortem aui in potestatē patris sui recasuri non sunt. Itaque si moriente auo pater eorum[i] viuit, & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui in potestate[k] patris sui fiunt. Si verò is[l], quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est[m], aut per emancipationem exiit de potestate patris, tunc hi qui in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris[n] fiunt.

a ¶ *Et quidem.* quasi dicat: quid sit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus *ī. de liber. §. j & §. multos.* Accursius.

b ¶ *A potestate.* subaudi dominica.

c ¶ *Parentis.* strictè accipe pro his tantùm, qui sunt superiores ex linea masculina. Nam fœminæ[a] non habent in potestate filios. vt *ī. tit. j. §. fœminæ.* generalius accipitur *ī. tit. x. §. j.*

a Fœminæ nō habent in potestate filios.

d ¶ *Eo.* scilicet parente.

e ¶ *Hoc.* s. quod dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

f ¶ *Patre.* s. familiâs subaudi. ī. quē nullus est ratione potestatis.

g ¶ *Non omnimodo* id est generaliter.

h ¶ *Sed ita.* scilicet fiunt sui iuris.

i ¶ *Eorum.* scilicet nepotum.

k ¶ *In potestate* & non exiuit. nam si exiuit, & postea rediit, quia est arrogatus: non recideret filius in potestatem eius. vt *ff. de adop. l. si pater filium* & est ratio: vt ibi notatur. ADDITIO. Scilicet quòd ius semel quæsitum nepoti non debet tolli per arrogationem: per regulam iuris, ius nostrū. Alia enim ratio ibi posita reprobatur. quod facit vt post impetrationem vacaturæ nubens non obtineat: etiam si vxor moriatur. Angelus[b].

b Facit circa graduatū nominauū quod vxore postea defuncta, & ea demùm mortua, promotus nominationibus non obtineat. Egid. Per

l ¶ *Is.* scilicet filius prædictus.

m ¶ *Mortuus est.* scilicet filius prædictus.

n ¶ *Sui iuris.* nisi in casu: vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset: vt in *Authen. constit. quæ de digni. § illud. col. vj.*

[*Cum autem.*] Diuiditur in[c] quinque partes. Primò de deportatione patris. Secundò de deportatione filij. Tertiò de indulgentia principis. Quartò de relegatis. Quintò de seruis pœnæ. Secūda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed si ex indulgentia. Quarta ibi, Relegati. Quinta ibi, Pœnæ. Aret. CASVS. Domine, laudabiliter video qualiter morte naturali tollitur pat. pot. nunquid pluribus modis tolli poterit? Respondet Imperator quòd sic. Nā nō solùm morte naturali, sed etiam ciuili tollitur patria pot. Si quis enim ob aliquod maleficiū perpetratum per sententiam deportationis ciuitatem amiserit: sequitur vt liberi eius qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorū, perinde desināt in sua potestate esse, ac si morte naturali in potestate eius esse desinerent. Eadem ratione & si liberi in potestate existētes deportati fuerint: per deportationē desinunt in potestate parentum esse. Et hæc sunt vera durāte deportatione. Nā si ex indulgētia principis restituti fuerint: per omnia pristinū statū recipiūt. Et hæc omnia vera sunt in deportatis. secus tamē est in relegatis. Nam parentes relegati nihilominus retinent in potestate liberos suos: & similiter in casu cōuerso liberi relegati in parētū potestate nihilo min' remanēt. Et non solummodò prædictis casibus morte ciuili tollitur patria potestas, sed etiā in hoc casu. Nam si aliquis pœnæ seruus effectus fuerit, desinit habere liberos in potestate. Sed domine, dicatis mihi quis intelligitur fieri seruus pœnæ? Ad hoc respond. quòd illi serui pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnātur, & qui bestijs subijciuntur. Et hæc vsque ad illum §. Filiusfamilias. Franciscus.

c Diuisio.

Deportatio patris aut filij, patriæ potestatis vinculum soluit: restitutio verò principis, id est in pristinum statum reponit.

1 ¶ Cùm autem is qui ob aliquod maleficiū in insulam deportatur[o], ciuitatem amittit: sequitur, vt qui eo modo[p] ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde ac si eo mortuo[q], desinant liberi in potestate eius esse. Pari[r] ratione & si is qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit: desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia principis[s] restituti fuerint, per omnia pristinū statum[t] recipiunt. 2 ¶ Relegati autem patres in insulam, in potestate liberos suos retinent[u]. Et ex contrario liberi relegati in potestate parentum remanent.

[*Cùm autem.*] Dictum est suprà qualiter soluitur patria potestas morte naturali: nunc ponit quando morte ciuili. Accur.

o ¶ *Deportatur.* Hic not. quòd hæc sententia deportationis vt valeat, id est, vt statum & ciuitatem perdat, non potest dari nisi[a] à quatuor iudicibus, scilicet ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat: & à præfect. præt. & à præfe. vr. *ff. de pæ. l. ij. §. j. & de leg. iij. l. j. §. à præfecto. & ff. de interd. & releg. l. inter pœnas. §. j.* Idem credo in senatoribus, qui parem sententiam, id est parem habent effectū principis, vel maiorem quàm prædicti: *vt ff. à quo app. non licet. l. j. §. j.*[b] Si autem alius iudex talem sententiam det: non valet, nec mandatur executioni nisi princeps approbet eā vel insulam siue locū assignet: *vt ff. de leg. iij. l. j. §. j. & §. deportatos. & ff. de iniust. rupt. & irr. test. l. j. §. quo. §. eius. in Glo. j.* Quæ autem sint delicta[c] pro quibus in insulam debeant deportari, dicemus *ī. de pu. iudi. per totum titulum.* Sed relegare[d] potest quilibet qui habet merum imperium: *vt ff. de inter. & releg. l. relegatorū. j. respon.* ¶ Et no. quòd primò de media, secundò de relegatione, tertiò de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam potestatem. sed relegatio non sic, cùm status non sit mutatio, nec cap. deminutio.

a Deportandi ius quibus competat, secundū Glos. Nouella de Neapoli. in c. 2. §. sed etiam in verbis eo decreto.

b Sed nunc videtur ob iure. l. v. C. de sen. præf. præt. præter Imperatori sol. iud. dubitari dicit à Constantino senatorū super ea non posse ab supplicium.

c Deportatio ob quæ delicta fiat.

d Relegare qui possint. v. Gloss. sententiā in verbo remotus. in ff.

p ¶ *Eo modo.* i. per istam deportationem in insulam. ADDITIO. Et ex isto tex. no. Ang. quòd dictio perinde[e], importat similitudinem: sed non omnimodam, maximè in pœnalibus: *vt per Bart. in l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecu.*

e Perinde, dictio similitudinis nota est.

Hoc commune est tum sapientia, cum philosophia. quod autē sequitur, proprium est iurisprudentiæ. Cuiac.

q ¶ *Mortuo.* No. deportatum[f] mortuum, s. ciuiliter. *sic ff. de contra tab. l. prima. §. quidam filium. & ff. pro socio. l. verum. §. societas. verb. intereunt.*

f Deportatus pro mortuo ciuiliter censetur. Effectus deportationis mors ciuilis.

r ¶ *Pari.* Hic no. vbi[g] est eadem vel similis ratio, idē ius cōstituatur. *sic ff. de verb. obl. l. à Titio. circa fi. & ī. quod tam eo qui in alie. po. §. si igitur sa fi. & ff. de edi. l. quædam. §. nummularios. in Gl. quia. & ff. ad l. Aquil. l. illud.* Arg. contra *ff. de col. bo. l. j. quæ in fi. j. resp.* ibi, hæc in patre. ADDITIO. Solue secundùm Ioan. Fab. & Ang. hic quòd ibi non erat eadem ratio per omnia.

g Ratio vbi eadem, ibi ius idem esse debet.

s ¶ *Principis.* alias principali. ¶ Sed nunquid per aliū poterit restitui? Reip. non nisi fortè per senatorem, qui restituere ad statum: *vt ff. de postulan. l. 3. §. eum qui. versi. de qua. & § an autem.*

Restituti fuerint. Aut specialis est restitutio aut generalis. hæc strictè accipiēda est, vt pœnæ tantū gratiā faciat, & reditū in patriā restituat. *l. autor. §. ademptas. l. si generalis. C. de sent. pass. l. aliq. C. de bon. proscrip.* Illa si concepta sit in infinitum, nempe hoc modo, restituo te in integrū, plenissima & latissima est. *l. 3. d. vlt. §. vlt. C. de sent. pass. l. j. d. eo.* & ideo patriam potestatem cæteráque omnia restituit. secus si fracta sit, *vt in specie l. j. & l. in insulam. C. e. l. 7. d. eo.* Cuiac.

t ¶ *Statum.* i. quantum ad honores vel ordines & similia: *vt C. de sen. pass. l. j. et gn.* & patriam potestatem. & hoc vult dicere. Sed cōtradicit tex. *C. de sen. pass. l. in insulam. & l. si pater.* Solutio. hic specialiter ad omnia fuit restitutus, secundùm M. & sic facias punctum ibi, per omnia. hanc reprobo: quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi contradixerit expressim. nam verbum, scilicet restituo, generale est: *vt ff. de vsu. l. videamus, § in Fauiana.* Alij hoc intelligunt ad patrē reuertentē eorū referendum, cui debet restitui filius in potestatem: sed filio restituto non sic: quia sic noueret ei restitutio, *arg. C. de legib. & constitutionib. l. quod fauore.* Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus & restitutus in libertatem redit: *vt ff. de iure patro. l. siue libertus.* Dic ergo interesse vtrum princeps dicat hæc verba, restituo te. & tunc ad omnia restitutus videtur, vt hic. an hæc, indulgeo tibi. quo de casu de pœna tantùm remittenda cogitasse videtur: vt in contrarijs. *ar. C. de sen. pass. l. generalis. & l. autor. & l. non indulgentia. & C. de gene. abol. l. fin.* Accur.

u ¶ *Retinent.* Nota differentiā[h] inter deportatū & relegatū quo ad fami-

h Deportati & relegati summaria inter eos differentia.

ad familiam^a: *vt hic, & §. prox.* §. Item hic^b bona retinet, ille non: *vt ff. de interdi. & releg. l. j.* Item hic ciuitatem retinet, ille non: *vt ff. de interdic. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. siue ad tempus. & §. ad tempus.* Item quòd hic ad tempus vel in perpetuum: ille autem tantùm in perpetuum deportatur: *vt ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum.* §. hæc est differentia. Sed in libertate^c non est differentia. nam vterque liber remanet: *vt ff. de bonis damna. l. sed & si alia.* §. j. ¶ Sed bannitos^d nostri temporis, quibus comparabimus? Resp. si tantum est maleficiũ, vt etiam cum ciuitate bona sua publicentur vel de iure, vel de consuetudine ciuitatũ: tũc^e deportato comparabo, aliàs relegato: *vt arg. ff. de bonis damna. l. j.* ¶ Non autem dico quòd possit deportari^f à præside de iure: *vt suprà §. proxi. diximus*, nec relegari^g aliquis potest à defensore ciuitatis, cum sit de imperio mero^h relegatio: *vt in Authen. de defen. ciui. §. nulla. in fin. §. collat. iij.* ACCVRTIO. Vnde versus;

Qui deportantur, semper pœna cruciantur:
Pœna relegatis est temporis, absque perennis.

nent. 3 ¶ Pœnæ^a seruus effectus, filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiũtur, qui in metallum^b damnantur, & qui bestijs^c subijciuntur.

Sola patriciatus dignitas filium à patria potestate eximit.

4 ¶ Filius familias si militauerit^d, vel si senator vel consul factus fuerit, remanet in potestate patris. Militia enim vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat^e. Sed ex constitutione^f nostra summa patriciatus^g dignitas illico^h Imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat^i. Quis enim^k patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum quem sibi patrem † elegerit^l, ab aliena eximere potestate?

Captiuitate patris aut filij pẽdet magis quàm intereat ius patriæ potestatis propter postliminij ius. Retrò enim fingitur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus regressus est.

5 ¶ Si ab hostibus^m captus fuerit parens, quamuis seruus

a ¶ *Pœnæ.* i. supplicij. supplicium enim suus dominus est, nõn fiscus: vnde ei nihil quæritur: *vt ff. de his quæ pro non scrip. ha. l. iij.* Sed nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio: *vt in authent. de nup. §. quod autem. & §. si verò. collat. iiij.* ACCVRTIO. Dic illud esse verum si remanet viuus: secus si in eo fiat executio mortis naturalis: vel saltem præsens ab habẽte potestatem capitaliter condemnetur: quia eius testamentum non valet, nisi in malè ablatis restituendis. sed in absente secus: quia valet testamentum, secundùm Angelum hic.

b ¶ *In metallum.* i. in opus metalli, ad fodiendum metallum, vel etiam deportandum. & hi ne fugerent, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur, vt ferro vel alio modo. Alij verò erant, qui dicebantur damnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur & qui hinc fugiebant, in metallum ponebantur. Alij verò erant qui in ministerium vel in seruitium metallicorũ tantùm ponebantur. & hoc si perpetuo fieret, erant serui, aliàs contra: *vt ff. de pœn. l. aut damnũ. §. inter eos. & §. quisquis. & §. in ministerium.* ¶ Sed quid si prouincia non habeat metalla aliqua vel ferri, vel alicuius similis conditionis? Respon. in vicinã prouinciam mittebantur^i: *vt ff. de pœn. l. aut damnum. §. est pœna.* Alij sunt in opus publicum perpetuò dati vel ad tempus, qui sunt similes relegatis: *vt ff. de pœnis l. quidam.* Sed huiusmodi pœnæ non sunt in vsu hodie. Accur.

c ¶ *Bestijs.* deducendis fortè, vel etiam vt comederet cum eis, vel alia bestialia faceret. de hac pœna dic vt no. *ff. de pœn. l. quæ vltima.*

[*Filiusfamilias.*] Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò reddit rationem. Tertiò excipit à dicto. Quartò assignat rationem. Secunda ibi, Militia. Tertia ibi, sed ex constitutione. Quarta ibi, Quis enim. CASVS. Domine, pono quòd aliquis filiusfamilias factus fuerit miles & senator vel consul: nũquid liberatur à patria potestate? Respon. Imperator quòd non. Nam militia vel consularis dignitas filium à pat. potestate non liberat, sed ex cõstitutione nostra summa dignitas patriciatus filiũ à vinculis patriæ potest. liberat. Quis enim patiatur patrem quemlibet posse filium suum à nexibus suæ potestatis per emancipationem relaxare, & Imperatoriam celsitudinem non valere eum, quem sibi elegit patrem, ab aliena eximere potestate? q. d. hoc nullatenus est tolerandum: & ideo prædictæ dignitatis adeptione filius incontinenti à pa. po. liberatur. Et hoc vsque ad illum §. *sed si ab hostibus.* Franc.

d ¶ *Militauerit.* i. miles factus fuerit, ad quod multa sunt necessaria: *vt in Authen. de mon. prin. §. fin. ver. si quidem. in glo. j. collat. iij.* diximus etiam in *l. pen. ff. ex quibus cau. ma.* vbi sex^k requiruntur ad hoc quòd quis sit miles. Vel dic militauerit, id est, in exercitio militiæ fuerit.

e ¶ *Non liberat.* hoc est iure isto. nam nulla dignitas præter patriciatum releuat filium à potestate patris, vt subijcit. Sed hodie, xij.^l sunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem curialem à curiali conditione: *vt C. de decur. l. fin. lib. x.* & illæ eædem liberant à patria potestate: *vt in Auth. constitut. quæ de digni. §. j. & §. generaliter Institut.*

coll. vj. vnde cùm sit ibi cõsul, corrigitur quod de eo hic dicitur.

f ¶ *Constitutione.* vt *C. de consul. l. fi. lib. xij.*

g ¶ *Patriciatus.* erat^a enim patricius quasi principis pater. vnde Salustius. O patres conscripti. nam scripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel aliàs.

[*Summa.*] patriciatus. Cassiodorus in formula patriciatus. Leges, inquit, tãtam patricijs reuerentiam detulerunt, vt in sacris positus cum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur, nisi contrà specialiter à principe caueatur. Cuiacius.

h ¶ *Illico.* Hoc est speciale in patricio & consule, hodie etiam vt solà collatione, id est, datione codicillorum, id est dignitatis scriptæ, vel per aliquod priuilegiũ habent sua iuris etiam sine administratione in alijs. x. tunc demũ cum cœperint administrare: *vt in Authent. consti. quæ de digni. §. j. in glo. codicillos. collat. vj. quæ vel. Cod. de episco. & cleric. Authen. sed dignitas. Cod. de decur. l. fi. lib. x.* Item in tertio casu cum ordinatur episcopus: qui est etiã vltra supradictos casus: *vt in Authent. consti. quæ de dignita. §. palati. col. vj.* ACCVRTIO. ¶ Et no. quòd vbi electio est necessaria ex parte vtriusque, vt quia eligentes coguntur eligere, & electus consentire: quæritur ius ex sola electione etiam absenti & ignoranti: *l. illud. ff. de tuto. & curato. da. ab his.* Sed si nõ sit necessaria ex parte electi, vt in episcopo: non quæritur ius ante acceptationem. *c. si tibi absenti. de præben. lib. vj.* Item vbi fit electio per viam facultatis: vt à populo vel à domino. Sed est speciale in patricio & consule: vt hic. Angelus.

i ¶ *Liberat.* i. dignitas.

k ¶ *Quis enim.* quasi dicat, si quilibet pater etiam vilissimus filium suum emancipat quando vult: *vt infra eodem. §. admonendi, & § præterea.* quare hoc Imperator non poterit facere? Vel dic in casu electi patricij. q. d. cum ipse pater patricij possit emancipare, & ad hoc compellatur cum alapis & verberibus: *vt in Authent. constitut. quæ de digni. §. respon. col. vj.* quare & ipse Imperator &c.

l ¶ *Elegerit.* quod ratò fit: *vt C. de consul. l. fin. lib. xij. secundũm* [illegible] Accursius.

[*Si ab hostibus.*] Diuiditur^b in tres principales. Primò loquitur quando pater fuit captus. Secundò quando filius. Tertiò declarat quid sit postliminium. Secunda ibi, Ipse quoque. Tertia ibi, Dictum est. Aretinus. CASVS. Domine, vos dixistis mihi quòd per mortem ciuilem tollitur pat. pot. nũquid generaliter est verum? Respondet Imperator, quòd non. Nam si aliquis paterfamilias ab hostibus captus fuerit quamuis seruus hostium efficiatur: tamen pat. pot. omnino non extinguitur; sed propter ius postliminij in tempus futurum suspenditur. Illi enim qui ab hostibus capiuntur, si in ciuitatem reuertantur, omnia pristina iura iure postliminij recipiunt. Vnde & iste pater ab hostibus captus, si reuersus fuerit, liberos in potestate habebit: quia ius postliminij eum qui ab hostibus captus est, si postea reuersus est, fingit in ciuitate semper fuisse. Si verò apud hostes decesserit: filij sui iuris effecti sunt. Si ipse quoque filius aut nepos ab hostibus captus fuerit: ius patriæ potestatis in suspenso erit iure postliminij. Sed domine dicatis mihi, si placet, vnde dicitur postliminiũ? Ad hoc respon. Imperator quòd postliminiũ dictum est à limine & post. Nam eum qui ab hostibus captus est, cum postea ad fines nostros redierit, postliminio reuersum rectè dicimus. Sicut enim limina in domibus quendam finem faciunt: ita finem imperij, limen esse omnes veteres voluerunt. vnde etiam limen dictum est, quasi finis & terminus quidam. & hac ratione est, vt qui ab hostibus vltra limen, id est vltra metam & finem imperij ducebatur, postea eodem limine reuertebatur, quo amissus fuerat. Sed pone quòd aliquis sit captus intra fines imperij, & ibidem victis hostibus recuperatus: nunquid censetur ipse postliminio reuersus? Et videtur, quòd non, cùm non fuerit vltra limen, id est, metam vel finẽ imperij. Respondet imperator quòd iste postliminio redijsse censetur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. *præterea.* Francis. de Aretino.

m ¶ *Ab hostibus.* Hostes^c sunt quibus populus Romanus bellũ indixit: vel ipsi populo Romano: *vt ff. de cap. & postlim. re. l. hostes.*

a Deportatus & relegatus in familia, bonis, ciuitate, pœnæ duratione differunt.
b Relegatus bona sua retinet, vt hic. nisi relegatus in perpetuũ, pars bonorum ad tempus fuerit. l. relegati in fi. & relegatorum. §. ad tempus ff. de interdictis & releg.
c Deportatus & relegatus libertate non differunt: neutro enim si bertas amittitur.
d Banniti nostri temporis quibus comparentur.
e Hæc reprobatur hac parte à doctoribus, Iacob. de Arena: Federico de Senis: Bar. & Bald. & Angel. hic.
f Deportandi ius qui iudices habeant v. gl. [illegible]
[illegible] Vide in bonis [illegible]
[illegible] et vtrumque ex [illegible] Accursium [illegible] interpretatione [illegible]
g Relegandi ius quibus iudicibus competat.
h Relegandi ius meri imperij est. similiter Gl. in ver. deportatur. in fin. l. sed.
i Vide Gl. [illegible] ff. [illegible] de sup. [illegible] lib. 6.
h Miles vt fit aliquis sex requiruntur.
l Dignitates xij. liberant à patria potestate. adde Episcopalem & Monachismũ. Authen. Episcopus in dignitatibus C. de Episcopis Glo. in l. si in causa. § pe. ff. de minorib.
a Patriciatus summa dignitas quæ. Gl. in l. vlt. ff. de senatoribus & in rubricam eiusdem tituli.
† Patrem. i. senatorem, [illegible]
b [illegible]
c Hostes [illegible]

a ¶*Pendet.* hinc colligitur quoddam hominum genus esse in pendenti: vt diximus *supra de his qui sunt sui vel alie. iuris.* §. j. ¶Sed certè quòd hic dicit pendere, verum est propter iuris fictionem. nam quo ad[a] veritatem sui iuris est filius. *vt ff. de test. l. lege Cornelia in fi. & ff. de libe. & posthu. l. pen. & C. de sen. pass. l. fin. ibi*, quod maximè &c. *& ff. ad Macedo. l. j. §. j.*

Nā pater seruus est hostium *vt §. de iure perso. §. seru.* ergo aliū in potestate habere non potest: *vt ff. ad leg. Iul. de adult. l. si euenict.* ¶Dic ergo quòd nulla præterita vel præsentia pendent inspecto statu præsenti, sed futuro: *vt j. de verb. obligat. §. conditiones.* ADDITIO. Etiam quo ad testamentū vel contractus filij super aduētitiis acquisitis ante captiuitatem, nec in alium translatis quouis titulo præterquam hereditario: aliàs secus secundùm Angelum Aretiu. sed secundùm Iasonem non pendent cōtractus filij, nisi patris præiudicium concernāt.

hostiū fiat, tamē pendet[a] ius liberorū ꝓpter ius postliminij[b]: quia hi qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. idcirco [c] reuersus parens etiam liberos habebit in potestate, q̄a postliminium fingit eum qui captus[d] est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit: exinde ex quo captus [e] est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius nepósve si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminiū à limine, & post. † Vnde eum qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminiò reuersum rectè dicimus. Nam limina sicut in domibus finem quendam faciunt: sic & imperij finē esse limen veteres voluerūt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus. Ab eo postliminium dictū est, quia† ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus, victis hostibus recuperatur, postliminio redisse existimatur.

a Fictio capti ab hostibus non veritate est sui iuris.

b ¶*Postliminij.* Est autem postliminium ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus constitutum: vt colligitur. *ff. de cap. & postlimi. reuer. l. postliminium j. respon.* Accur.

† Seruius tamen vt in Topicis ad Trebatium testatur Cicero, dici vult à post. & liminium illud productionem esse verbi: sicut in finitimo, legitimo, editimo, non plus est cimū quā in medicullio tullium.

b Excepta possessione retā ... *l. denique & l. nec in ... ff. ex quibus cau. ma. in.*

c ¶*Idcirco* quia reuersi omnia iura recuperāt[b].

d ¶*Captus.* & reuersus: *vt ff. de cap. l. retro.*

e ¶*Captus.* intra fines nostros, nec vltra deductus[c]. & ita impropriè reuersus dicitur postliminio. a Vel dic captus fuerat vltra fines: & tūc dicitur etiā redisse antequā ad limina redeat: quia sic recuperat statū, licèt impropriè. & facit ad hunc. §. *ff. de capti. l. in bello. §. j. Item ad idem ff. de vi & vi arma. l. qui possessionem.*

† Aliàs, quia eodem limine reuertebatur quo amiserat.

c Quia fuit receptus antequam excederet fines. Ægid. Per.

[*Præterea.*] Diuiditur in sex partes. Primò qualiter, per emācipationem liberatur filius à patria potestate. Secundò qualiter fiebat emancipatio de iure antiquo. Tertiò, qualiter fiat hodie. Quartò, quòd pater habet legitimam in bonis emancipati, sicut patronus in bonis liberti. Quintò, quòd pater legitimus est tutor filij impuberis emancipati. Sextò, quòd nepotem potest emancipare retento filio in potestate, & econtra. Secunda ibi, Sed emācipatio. Tertia ibi, Nostra. Quarta ibi, Et tunc. Quinta ibi, Et præterea Sexta ibi, Admonēdi. Areti. CASVS. Domine, iam vidi, pluses modos, quibus tollitur pa. po. nunquid adhuc tolli poterit ploribus modis? respon. quòd sic. Nā certè post supradictos modos tollitur emancipatione pa. po. Sed domine, dicatis mihi qualiter fit emācipatio? Ad hoc respon. Imperator. quòd aliter olim fiebat emācipatio, & aliter hodie fit. Nā olim sut per antiquā legis obseruationē fiebat, quæ ꝑ imaginarias vēditiones & manumissiones ab imaginario emptore factas celebrabat, aut ꝑ imperiale rescriptū: sed nostra prouidētia hæc per quandā cōstitutionem in meliorem statū reformauit. statutū enim est constitutione nostra, vt antiquorū fictione sublata, parentes ad cōpetentes iudices vel magistratus directa via intrēt: & ibidē filios vel filias, & deinceps liberos cæteros à sua potestate dimittāt: & ex tempore emancipationis factæ eadem iura præstantur parenti in bonis liberorum ab ipso emancipatorū, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti: & etiam si aliquis eorū emācipatorū impubes fuerit, parens qui emancipauit, per emancipationem eius tutelam nanciscitur. Et hæc vsque ad §. Admonendi autem. Franc.

f ¶*Præterea.* non solùm supradictis modis, sed præterea &c.

g ¶*Liberi.* generale nomen est ad omnes inferiores: *vt j. tit. ij. §. finali.*

Per antiquam legis. Legis xij. tabul. quæ quidem, vt Hallicarnass. scribit, [Greek text, illegible]

est ergo alia emancipatio legitima, alia Anastasiana, quæ fit ex imperatoris rescripto, alia Iustinianea. Cuiacius.

h ¶*Procedebat.* i. ea demum ad effectum perducebatur. Accur.

i ¶*Per imaginarias.* id est fictitias[a] sic *ff. de reg. iur. l. imaginaria.* nam pater vendebat filium pro vno nummo fortè: & emptor eū manumittebat, *vt hic, & ff. de capit. demi. l. liberos. §. j. & C. eo. l. finali. j. respōsio. & facit ad hoc j. de test. §. j.* & propter hoc dicebatur filius capite minui.

a Quia venditiones, & ex consequenti manumissiones, licèt essent nullæ quo ad commodum contrahentium, l. nuda ff. de contrah. empt. & §. fi. l. et eq. tamen ad incommodū bene valebāt: vt hic per Iaso.

Emancipatio apud quemuis magistratum (etiā circa antiquam solennitatem) facta, patria potestatis vincula soluit: verum pater ex emancipati bonis sibi iure debitam portionem consequitur: illiúsque si impubes sit, legitimam tutelam.

6 ¶Præterea [f] emancipatione quoque desinunt liberi[g] in potestate parētum esse: sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis obseruationem procedebat[h], quæ per imaginarias [i] venditiones & intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto[k]. Nostra autem prouidentia etiam hoc in melius per constitutionem[l] reformauit: vt fictione[m] pristina explosa[n], recta via[o] ad competentes iudices vel magistratus[p], parentes intrent[q]: & filios suos, vel filias, vel nepotes vel neptes, ac deinceps à sua manu[r] dimittant. Et tunc[s] ex edicto[t] prætoris in bonis[u] huiusmodi filij vel filiæ, nepotis vel neptis, qui quæve à parente manumissus[x] vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono[y] in bonis liberti. Et

¶Sed cum hodie talia non fiant, vt sequitur, nunquid dicitur capite minui? Respond. sic: quia statum suum mutat ad minus: *vt j. de capi. demi. j. respon. & § nomina.*

k ¶*Ex imperiali rescripto.* & hoc modo etiam fiolt vēditione fiebat, vt puto. ADDITIO. Et erat ratio secundùm Ang. hic, quia frustra precibus imploratur, quòd datur à iure. *l. j. in gloss. fi. ff. ad munici.*

l ¶*Per constitutionem.* *vt c. de emancipat. liberorum. l. fi.*

m ¶*Fictione.* aliàs functione, id est vsu. aliàs. fictione, aliàs factione. ADDITIO. Quæ fictio non debet deduci in genere: putà quòd contractus sit simulatus, sed in specie. & qualiter præsumatur, vel probetur per testes, vide per Ange. hic.

n ¶*Explosa.* i. expulsa. *sic j. de fideicom. here. §. quia stipul.*

o ¶*Recta via.* vel indirecta: non curo. vel dic, id est recto iure.

p ¶*Vel magistratus.* quoslibet, etiamsi non habēt merum imperium vel mixtum. *vt in Authen. de defen. c. j. §. iusiurandum. versi. & quicquid aliud & ibi gloss. col. iiij.* & etiā extraordinarios: vt duo Bonon. coram iudice Mutin. *vt ff. de manu. vin. l. etiam. § si & C. de iudi. l. vlti. aliàs penul.*

q ¶*Intrent.* si iudex est in domo. idem vbicunque sit, dummodo non sit in loco turpi: *vt ff. de iusti. & iur. l. pen. & ff. de arbi. l. cum dies. §. penult.*

r ¶*Sua manu.* id est debet capere eum per manum, relaxare eum per verba ad hoc idonea[b]. a Vel dic manu, id est potestate: nam quandoque & non capta manu emancipatur: *vt C. de eman. libe. l. penult.* Accursius.

b Etiam solemniter obseruatur secundùm Ang. quando sit inter præsentes: secus si inter absentes vt hic sequit.

s ¶*Et tunc.* i. ex tunc. nam prius occuparet pater omnia iura peculij: *vt j. qui. non est per. fa. te. §. j. & est simile tunc ff. de condi. & demon. l. iiij. in fin. & ff. si cert. peta. l. lecta. circa princi. ibi*, tunc eo amplius. & io glo. tunc. *& ff. de vulg. subst. l. in pupillari. §. j.*

t ¶*Ex edicto.* s. posito. *ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. in fi. j. respon.*

u ¶*In bonis.* acquirendis vel acquisitis, vel à patre sibi nunc collatis.

x ¶*Manumissus.* i. emancipatos. impropriè enim ponitur: *vt ff. quando act. de pecu. est anna. l. j. §. alienatio.* ADDITIO. Quod est verum de stricto iure. *C. secus de iure digestorum secundùm Iason. propter. l. Pantonius. ff. si à pa. quis fue. manu.*

y ¶*Patrono.* patronus autem succedit liberto in totum ab intestato, filiis non extantibus: ex testamento in tertia parte bonorū liberti: liberis extitentibus, in nihilum: licèt olim esset aliter: *vt j. de succes. liber. §. j & y. §. sed nostra.* Sic erit hic in patre. ¶Sed hæc similitudo[c] interdum fallit. nam interdum habet totum pater, vt si filius turpem personam instituit heredem: *vt ff. si à parent. quis fuerit manu. l. Pantonius. in principio.* Interdum nihil ea successione, vel alio modo: vt in sex casibus, scilicet quando pretium emancipationis accepit pater à filio. Item quando filius est miles, & habet castrensis: *vt ff. si à pa. quis fue. man. l. j. §. si parens. & §. est & alius. & ff. de mili. test. l. si à milite. §. si & l. seq.* Item filiis aliis patris, licèt heredibus, non datur: *vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. §. fina.* secus est in filiis

paupe ...

c Patris filium emancipantis & patroni fuerit manumittentis in emancipatum & libertū, tunc in multis dissimilia sunt.

a Actio Caluisiana.

patroni. Itē quādo emācipauit coactus: *vt ff. si à pa. quis fue. manumiss. le. j. §. si.* Itē Caluisiana[a] nō ita patri vt patrono datur: *vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. §. si parentes. & l. non vsque.* Item nec operas à filio vt à liberto patronus habet, vel potest habere: *vt ff. si à paren. quis fue. manu. l. penul.* licèt hęc prædicta specialia in patrono vera non sint: *vt colligitur ex generali capite illius tituli, si à pa. quis fue. ma. leg. j. j. respon. & ij.* & in specialibus casibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictum est. Sed secūdùm hoc semper videtur pater amittere: cùm semper præmium emancipationis habeat hodie: *vt infra per quas perso. no. acquir. §. hoc quoque. & Codice de bo. quæ li. le. cum oportet. §. penult.* Sed dic istud legale, non cōuentionale præmium esse. & ideo licitum, nec puniendum. *vt Codice de admi. tut. le. sancimus creationem.* ibi, non enim debet. & *C. ad legem Iul. de adul. l. Gracchus. versi. quod legitimè.* ADDITIO. Dic quòd de consuetudine aliter obseruatur: quia pater in emancipationē donat aliquid filio: secundùm Ang. & Ias. hic.

præterea si impubes sit filius vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione[a] tutelam eius nanciscitur[b].

7 ¶Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse[c] ei qui filium & ex eo nepotem vel neptem in potestate habet[d] filium quidem de potestate dimittere, nepotem verò vel neptem retinere: & econuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere[e], vel omnes[f] sui iuris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta esse intelligantur.

Adoptatus ab ascendente, si præsens adoptioni non contradicat, à patris naturalis soluitur potestate, & in adoptantis potestatem transit.

8 ¶Sed & si pater filium quem in potestate habet, auo vel proauo naturali secūdùm nostras constitutiones[g] super his habitas, in adoptionē dederit: id est si hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifestauerit, præsente eo[h] qui adoptatur, & non contradicente[i], necnon eo præsente qui adoptat: soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit[k] autem in huiusmodi parentem adoptiuum, in cuius persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus[l].

Conceptus prius quàm pater emanciparetur, aut cuipiam ascendentium in adoptionem daretur, in auita remanet potestate: non ita si postea conceptus sit.

9 ¶Illud autem scire oportet, quòd si nurus tua ex filio[m] tuo conceperit, & filium postea emācipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur[n], in potestate tua nascitur. Quod si post emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit: patris sui emancipati, vel aui adoptiui potestati subiicitur.

10 ¶Et quidem[o] neque naturales[p] liberi, neque adoptiui vllo penè[q] modo possunt cogere parētes de potestate eos sua dimittere.

a ¶*Ex manumissione.* i. ex emancipatione.

b ¶*Nanciscitur.* cōcordat huic verbo. *j. de legi. pa. tu. & j. de fid. tu. in prin.*

[*Admonendi.*] CASVS. Dicit Iustinianus in hoc §. quòd si parens filium, & ex eo nepotem vel neptem in potestate retinuerit, vel econuerso: liberum erit arbitrium ei, à nexibus suæ potestatis nepotem vel neptem dimittere, & filiū in sua potestate retinere: vel in suo arbitrio erit omnes simul sui iuris efficere.

c ¶*Liberum arbitrium esse.* nisi in casibus: *vt j. eo. in §. diximus. &* facit ad hunc. § *ff. de adop. l. liberum.*

d ¶*Habet.* vt *j. de pa. po. §. qui igitur.*

e ¶*Manumittere.* i. emancipare.

f ¶*Vel omnes.* repete, liberum esse. Accur.

[*Sed & si pater.*] CASVS. Domine, iam vidi plures modos quibus tollitur pat. po. nunquid adhuc pluribus modis tolli poterit? Respond. quòd sic. Nam per translationem potestatis tollitur patria potestas quātum ad ipsum, quem post in potestate habuit pater. Si enim pater filium suum quem in potestate habet, auo filij sui, vel proauo paterno vel materno secundùm tenorem nostrarum constitutionum in adoptionem dederit, & hoc ipsum coram iudice competente actis interuenientibus manifestauerit, præsente filio, qui in adoptionem datur, & non contradicente huiusmodi adoptioni, & etiam eo præsente cui in adoptionē datur: in hoc casu quia in vnam personam concurrunt & naturalia, & adoptionis iura: ius potestatis naturalis patris omnino dissoluitur, & in huiusmodi patrem adoptiuum transfertur: in cuius persona constituimus adoptionem plenissimam esse, quando ea quæ diximus, concurrunt. Et hæc vsque ad illum §. illud autem Franc.

g ¶*Constitutiones.* vt *C. de adop. l. cum in adoptiuis. & j. de adop. §. sed hodie. & §. si verò.*

h ¶*Præsente eo.* nisi sit infans: *vt C. de emancip. li. l. pen.* Accur.

i ¶*Non contradicente.* Nota patientiam[b] consensui comparari. sic qui tacet[c], affirmat. *sic ff. de pignor. leg. fideiussor. §. pater in fin. & ff. sol. mat. l. ij. §. fin.* Argu. contra *ff. de adopt. leg. xj. §. j.*[d] *& de procura. l. filiusfamilias. §. j.* Accursius. ADDITIO. Sed ibi erubescentia tacuit, quo casu non videtur consentire: secundùm Ias. per text. *in leg. penultima. ff. de fur.* vel pro solutione distingue vt per Ange. Aret. hic.

b Patientia consensui comparatur. c Tacens affirmat. d Secus ibi secundùm Christophorum [illegible] requiritur [illegible] expressus [illegible] forma.

k ¶*Transit.* ergo non tollitur patria potestas, sed transfertur. Ad quid ergo hic casus in hoc titulo ponitur? Respond. quia etsi non tollitur incommutabiliter, tollitur tamen quo ad primum. idem Institut.

dicit in eo qui iudicatur in potestate mea non esse. nam non efficitur sui iuris: cùm sententia nōn faciat ius, imò tenet in potestate: licèt quo ad me pro emancipato habeatur: *vt ff. de condi. indebiti l. Iulianus. in prin. & l. vlti.*

l ¶*Diximus.* vt *j. tit. j. §. si verò.* Accur.

[*Illud autem.*] Diuiditur[a] in tres partes. Primò dicit de filiis ante emancipationem patris conceptis. Secundò de conceptis postea. Tertiò quòd filius non potest cogere patrem ad emācipandum eum. Secunda ibi, Quòd si post. Tertia ibi, Et quidem. Aretin.

a Diuisio.

CASVS. Ponamus quòd aliquis habeat filium in potestate: & vxor istius filij ex eo conceperit: & postea eundem filium emancipauerit, vel in adoptionem dederit. modò quæritur, verum partus ante emācipationem conceptus & postea editus, nascatur in potestate aui nihilo minus? Respond. Iustinia. quòd sic. sed si post emancipationem conceptus fuerit, secus erit: quia tunc partus ex ea editus, in potestate parentis emancipati vel aui adoptiui erit. Et sciēdum quòd in parentum potestate existentes nullo modo possunt compellere parentes eos de sua potestate dimittere. Et hæc vsque in finem tit. Fran. de Aret.

[*Illud.*] Hic §. tradit duo præcepta: *vt supra de adoptio. §. sed hodie.* Accursius.

m ¶*Ex filio.* s. naturali & legitimo. secus in legitimo tantum, vt in adoptiuo. nam tunc filio emancipato etiam nepos ex eo emancipatus videtur, secundùm quosdam: *vt ff. de ca. de. l. libertis. §. emancipato. & ff. de adop. l. sed etiam nepos.* s Vel melius dic in eo idem quod in naturali, *vt in fine huius tit. & ff. de adopt. l. liberum. & ff. de ca. & postli. reuer. l. si me tibi.* Accursius.

n ¶*Ex eo nascitur.* secus[b] in ancilla prægnante manumissa vel alienata: *vt supra de inge. § sufficit. & ff. de acquir. rerum do. l. fin. & C. de proba. l. matrem.*

b Ratio est [illegible] nos libertatis vt l. qui in vtero. ff. de statu hom.

o ¶*Et quidem.* hoc est secundum præceptum: & repete, scire oportet, quòd neque &c.

p ¶*Naturales.* subaudi, & legitimi. nam naturales tantum non sunt in potestate: *vt j. de nup. §. si.*

q ¶*Penè.* ¶Hic not. talem regulam, quòd nullus filius potest cōpellere patrem vt emācipet eum. quòd fallit[c] in quatuor casibus: & ideo dicit, penè. 1 Vt si pater agnouerit legatū sibi relictum hac contemplatione, vt liberos emanciparet. nam tunc compellitur extra ordinem emancipare: *vt ff. de cond. & demon. l. si cui legatum.* 2 Item si Titius adoptauit priuignum suum, compellitur emancipare eum eo pubere facto, si probauerit sibi non expedire esse in potestate: *vt ff. de adop. l. nonnunquam. & l. sequen.* Item in quolibet adoptiuo: *vt ff. de mino. l. iij. §. si quis minor.* 3 Itē si filiæ peccandi necessitatem imponat: *vt C. de episc. au. l. si lenones.* 4 Item si filium malè & contra pietatem affecerit: *vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. si.* Item econtra filius non potest compelli vt emancipetur[d]: *vt in Auth. qui mo. na. effi. sui. §. generaliter. col. vij.* ADDITIO. Nisi[e] ex prędictis causis, secundùm Bar. *in l. quidam. cum filium. 132. ff. de verb. obli.*[f] & Ias. hic. Sed Ange. tenet contrarium: nisi quando filios agnouisset legatum sibi relictum contemplatione emancipationis. & no. in dict. l. quidam. ex eisdem causis quem posse inuitum emancipari, ex quibus potest exheredari.

c Emancipatē filium patrem cogi in quatuor casibus.

d Idem si pater malè tractet &c. secundùm Ioan. de Pla. & Ang. hic Ang. Pero. e Aliud putat Gloss. Nouella quibus modis natur. eff. §. j. in verbo non est. Et ind. Nouell. 89. §. generaliter nunc ij. f Consentit.

DE TVTELIS.

Imperator continuat hanc rub. Vel sic: Dictum est. supra de quadam diuisione personarum: quia quædam sunt sui iuris, quædam alieno iuri subiecta sunt. Verum quia est reperire aliā diuisionem: quia quædā sunt in tutela &c.

ideo sequitur videre de tutelis.

a Diuisio.

T[a]*Ranseamus nunc*] Iste titulus diuiditur[a] in quatuor partes. Primò subdiuidit primum membrum personarũ positum supra in tit. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Secundò definit quid sit tutela. Tertiò qui sunt tutores, & vnde dicantur. Quartò, qui sunt illi qui possunt tutores ex testamento dare. Secunda ibi, Est autem. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permissum. Aretinus. CASVS. Iustinia. dicit hic continuãdo processum suum. Nunc transeamus ad aliam diuisionem personarum. Nam ex his personis quæ in potestate non sunt: quædam sunt in tutela, vel in cura: quædam neutro iure tenentur: vnde videamus de illis personis quę sunt in tutela vel cura. Nam cognitis illis personis quæ sunt in tutela vel cura: cæteras quoque personas illas videlicet quæ neutro iure tenentur, simul intelligemus. Prius enim inspiciamus de illis personis, quæ sũt in tutela. & hæc dicuntur vsq; ad illũ §. est autem tutela. Franciscus.

a ¶*Ad aliam.* nam diximus duas *vt* *s. de iur. perso. in prin. & supra de his qui sui vel alieni iuris sunt. in princip.*

DE TVTELIS. TITVLVS XIII.

Ponit triplicem speciem personarum. Et cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. hoc dicit Aretinus.

TRanseamus nunc ad aliam[a] diuisionem personarum. Nam ex his[b] personis quæ in potestate non sunt[c], quædam vel in tutela sunt, vel in curatione: quędam neutro[d] iure tenentur.

Videamus ergo de his quæ in tutela vel in curatione sunt: ita enim[e] intelligemus cęteras personas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his quæ in tutela sunt[f].

Illud ex tutelæ definitione nota, tutorem primariò personæ tuendæ causa datum, secundario bonorum.

b Omnis qui in tutela vel cura est, sui iuris est.

c Curator an & quomodo filiofamilias dari possit.

d Nisi in his in quibus patris authoritas vel consensus non sufficit: vt quia non de ipsius sed filii commodo vel incommodo tractatur: quo casu datur curator bonis: vt l. si § fin. autem in secunda. C. de bon. quæ lib. cuius sola auctoritate in criminalibus vel actionibus personalibus potest filius esse in iudicio, vt per Ange. & Io. hic.

e Dic quod hęc solutio nõ procedit quantum ad versum si, ibi possum qui est contra, sed dic ita quod ille casus est singularissimus secundũ Bar. ibi.

f Tutela duobus modis dici potest esse vis & potestas.

g Tutela violenta potestas, quia datur inuito: etiam inuitus.

h Potestas tutelæ à patria & domini ica differt.

i Tutor datur inuito, at non curator.

k Hanc Glo. reprehendit communiter doct. hic.

b ¶*Ex his.* not. ergo quòd hic subdiuidit illud membrum: quædam sui iuris sunt: quod est oppositum illi, quædam alieno iuri subiectæ sunt: vt supra de his qui sui vel alieni iuris sunt.

c ¶*Non sunt.* Qui ergo in tutela vel cura sunt, sui iuris sunt. ¶Filiusfamilias[c] ergo non potest habere tutorem vel curatorem: *vt hic, & C. de cura. furio. l. fin. in prin.* [d]Sed contra. *Cod. de senten. pass. l. fi. §. j.* quia filius eius qui est apud hostes, est in tutela: & tamen non est sui iuris: *vt* *s. tit. j. §. si ab hostibus.* Sed ibi[e] verè non erat in potestate, cùm pater deportatus esset: vt diximus *s. tit. j. §. cum autem.*

d ¶*Neutro.* nec tutela nec cura.

e ¶*Ita enim.* quia contrariorum eadem est disciplina: *vt hic, &* *s. de his qui sui vel alieni iuris sunt. in princ.*

f ¶*In tutela sunt.* de aliis dicetur *j. de cura.*

[*Est autem.*] CASVS. Domine, iam video quòd vultis de illis tractare, qui sunt in tut. Dicatis ergo si placet, quid est tutela? Respon. Iustin. definiendo tutelam. Tutela (prout Seruius iurisconsultus definit) est vis ac potestas &c. Et definitionis partes in casu mutari non possunt. & hęc vsque ad illum §. tutores autẽ sunt. &c. Sed domine, iam video quid est tutela: dicatis ergo, qui sunt tutores? Ad hoc respon. Iustin. quòd tutores sunt, qui eam vim & potestatem acceperunt: ex qua vi & potestate nomen suum acceperunt. Nam dicuntur tutores à tuendo, quasi tuitores, id est defensores: sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Et hæc vsque ad illum §. permissum.

g ¶*Seruius.* nomen est iurisconsulti. & facit *ad hunc §. ff. eod. l. j.*

h ¶*Vis ac potestas.* i.[f] violenta potestas. Nam[g] datur tutor inuitus (cùm enim sit munus publicum, *vt* *j. de excu. tuto. & cura. in prin.* ibi, exemplo cæterorum munerum. ergo inuitus datur: *vt C. de decu. l. nullus lib. x.*) Item inuito datur; *vt ff. de tut. & cura. da. ab his l. nemo. & ff. de tute. l. ij.* Vnde patet quòd hic est alia[h] potestas quàm patris in filium. & domini in seruum: cùm illa ad commodum sit: *vt* *j. per quas perso. no. acqui. §. j. &* *s. de his qui sui vel alie. iuris sunt. §. ij.* hæc verò ad onus. tenetur enim de dolo & lata culpa: *vt C. arbit. tut. l. ij.* Itẽ per hoc quòd datur inuito, differt[i] à curatore, qui volẽti datur *vt* *j. de cura. §. item inuiti. & ff. eod. l. ij. §. si pupillus.* s ¶Vel dic, vis ad cogendum, potestas ad imperandum.

i ¶*Libero.* nam nisi sit liber pupillus, non potest habere tutorem, cum si seruus sit, nõ sit sui iuris, quod est necesse: *vt* *s. eod. in prin.* [k] Item & si dubius est, potest habere tutorem: *vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. ei qui.* est tamen casus vbi seruo datur tutor. *vt ff. de tut. & curat. da. ab his. l. si impubere. j. respon.* cui tamen legi signatur contra. *ff. ad Treb. l. si res aliena. §. si seruus. & leg. cogi. §. fi.* & his duabus est alia contra *ff. eo. tit. leg. mulier §. non ex.* Quæ legum contrarietas ita soluitur, cùm libertas fideicommissaria & hereditas relinquitur ab eodem præstanda: poterit seruus cogere vt institutus hereditatem adeat, & tunc datur etiam seruo tutor. vbi verò ab vno hereditas, & ab alio libertas relicta est: non potest nisi priùs præstita ei libertate: tunc enim coget alium heredem hereditatem adire, & sibi restituere, secundùm Ioan.

k ¶*Ad tutelam.* per hoc etiam remouet patriam potestatem, quæ non est ad tuendum[a], sed ad gubernãdũ prout vult, & sibi acquirendum.

1 ¶Est autem tutela (vt Seruius[g] definiuit) vis ac potestas[h] in capite libero[i] ad tuendum[k] eum † qui per ætatem[l] se defendere nequit iure ciuili[m] data[n] ac permissa.

Ille est tutor, in quem cadit definitio tutelæ. Aretinus.

2 ¶Tutores autem sunt, qui eam vim[o] ac potestatem habent: ex qua re[p] ipsi nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores[q]: sicut æditui dicuntur, qui ędes[r] tuentur.

Concessum est patri impuberibus filiis quos in potestate habet testamento tutorem dare: item nepotibus: modo eò mortuo non sint in eorum patris recasuri potestatem.

3 ¶Permissum est itaq;[f] parentibus, liberis impuberibus[t]

l ¶*Per ætatem.* ad differentiam curatorum, qui dantur furiosis, & mente captis, qui propter morbum se defendere non possunt. *vt infra de cura. §. furiosi.* Accur.

m ¶*Iure ciuili.* No. tutelam esse de iure ciuili[b], licèt omnes ferè contractus sint de iure gentiũ: *vt supra de iure natur. §. ius autem.*

n ¶*Data.* scilicet à lege vel iudice: permissa verò à testatore dicitur: *vt infra eod. §. permissum.*

a Vel dic data personæ personaliter: permissa secundariò rebus: *vt supra titulo j. §. certa. & infra de excusa. tutorum §. datus.*

[*Data ac permissa.*] Datur legitima, Permittitur testamentaria. Datiua ex aliis legibus descendit. Cuiacius.

o ¶*Eam vim.* quæ est dicta *s. proxi. §.*

a Scilicet principaliter: sed in consequentiam: l. §. hac necessitate. Cod. de bon. quæ liber. vnde non obsideatur. l. i. ff. de auct. tut. vt hoc per Corn.

† Per hoc differt à patria potestate, à qua filius non liberatur pubertate, vt pupillus à tutela, secundum Nic. Æg. Per.

b Et ideo differt à tutela propriè personæ, & item propriæ. Huiusmodi enim fuit summum item tutela, item est gentium, non ciuilis. l. vt vim. ff. de iust. & iure & l. j. ff. ad l. Aquil. secundùm Corn.

p ¶*Ex qua re.* i. vi & potestate.

q ¶*Defensores.* & secundùm hoc etiam curatores sunt tutores: secundùm Ioan. & plerunque sic appellantur: *vt ff. de leg. iij. l. cum filio. §. j. & ff. de mi. l. j. §. ij.* ADDITIO. Hanc glo. probat Ias. quia licèt allusio vocabuli conueniat, non tamen procedit: quia repugnat definitio: vt not. Bart. *in l. j. ff. de testa.*

r ¶*Qui ædes.* vt est præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt. *vt ff. de offic. præfect. vigi. l. iij. §. sciendum.* Accursius.

[*Permissum est.*] Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò illud modificat. Tertiò modificationem exemplificat. Secunda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaque Aretinus. CASVS. Domine, ex quòd vultis tractare de tutelis, & testamentaria tutela, quæ dignior est: dicatis ergo in primis, qui possunt dare tutores in testamento, & quibus? Ad hoc respon. Amice, permissum est parentibus, qui liberos tempore mortis in potestate habent, liberis suis impuberibus in testamento suo dare tutores. & hoc in filiis & filiabus generaliter locum obtinet: sed secus est in nepotibus & neptibus & cæteris liberis in remotiori gradu constitutis. Nepotibus enim & neptibus ita demum possunt parentes in testamento suo tutores dare, si post obitum eorum huiusmodi nepotes in patris sui potestatem recasuri non sunt. vnde si in tempore mortis me filium tuum, & ex me nepotes & neptes in potestate tua habeas, nepotes & neptes in testamento tuo tutores accipere non poterunt: licèt in potestate fuerint: quia statim post mortem tuam in potestatem patris sui sunt recasuri. Sed pone: Domine, iam video quòd parentes in testamento suo liberis suis impuberibus tutores dare possunt: sed nunquid permittitur parentibus dare postumis suis tutores in testamento? Respon. Imperator quòd sic. Nam cum pluribus aliis causis postumi pro iam natis habeantur, statutum est in hac causa non minus postumis, quàm etiam iam natis tutores à parentibus in testamento dari posse. & hoc est verum, si in hac causa sint postumi, vt si viuis parentibus essent nati, in eorum potestatem caderent. Et hæc vsque ad illum §. sed & si emancipato filio. Franciscus.

f ¶*Permissum est itaque.* quia quædam generaliter vidimus de tutelis. & omnis tutela est vel testamentaria, vel legitima, vel datiua: itaque prius de testamentaria, vt pote de digniore videamus in hoc titulo, & sequenti. De legitima autem dicetur infra *de legiti. agnat. tut. vsque ad ti. de Atti. tut.* de datiua dicetur *infra de Attil. tut. per totum.*

[*Permissum est. itaque parentibus.*] Vt verò parentes, instituere liberis tutores possunt, an & substituere? sic videtur. *l. verbis. D. de verb. sign.* Cuiacius.

s ¶*Impuberibus.* etiam inuitis[c]: *vt ff. de tut. l. muto.* hoc etiã prætori & præsidi

c Inuito tutor à patre & iudice dari potest.

& præsidi licet: *ut ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. nemon. & l. nec mandante. §. fin.*

a ¶*In potestate.* naturalibus etiam dare possunt in his quæ sibi relinquuntur.[a] *ut C. de confir. tut. l. fi.*

b ¶*Testamento.* vel codicillis testamento confirmatis: *ut ff. de test. tuto. l. iy.*

c ¶*Tutores.* sed non curatores: *ut j. de cur. in prin.*

d ¶*Tua sit.* & nunquam exiuit, alioquin non recidit: *ut ff. de adopt. l. si pater filium. & de hoc dixi. s. ti. j. §. j* Accursius.

e ¶*Non poterunt.* licèt miles sit testator: *ut ff. de testa. tu. l. ij.*

f ¶*Tutores.* si autem filius vel emancipatus est vel mortuus: tunc nepotes ex eo sunt sui iuris mortuo suo: *ut s. tit. j. §. j. in fi.* vnde ex testamento aui possunt habere tutorem vt hic innuitur.

g ¶*In compluribus.* vt quotiens de commodo eorũ quæritur: *ut ff. de sta. ho. l. qui in utero.* non si de cõmodo aliorum: *ut ff. de verb. sig. l. quod dicimus.* vel si de incõmodo matris: *ut ff. de sta. hom. l. Imperator. ij.* quo casu non habetur pro iam nato.

h ¶*Fierent.* vt quia ex vxore nasciturus erat vel nuru: aliud si ex concubina, nisi in his quæ sibi dimitteret *ut C. de confir. tu. l. fi.* tales enim tunc nõ nascerentur in potestate. *s. de nupt. § fin.*

[*Sed & si emancipato.*] CASVS. Domine, iam video quòd permissum est parentibus liberis suis impuberibus in sua potestate existentibus in testamento suo dare tutores. sed pone quòd pater in testamento filio emancipato dederit tutorem: nũquid valet in casu isto tutoris datio? Respon. quòd non: sed tamen licèt in casu isto de iure non teneat tutoris datio: si tamen de facto pater in testamento suo filio emancipato tutorem dederit, iste tutor à patre de facto datus, ex præsidis sententia confirmandus est omnimodo i. sine inquisitione. Et hæc dicuntur vsque in fi. titu. Franc.

a Et est ratio, quia tunc nõ dicitur dari tutor personę, sed hereditati siue rebus *l. pater §. 1 ff. de testa. tut.* Et si diceretur, nonne tunc datur personæ? Respon. verũ, quando datur à lege vel à iudice qui habet subditos in potestate: vel à testatore. i. habente pupillum in potestate. secundum Christoph.

quos in potestate[a] habent, testamẽto[b] tutores[c] dare: & hoc in filios filiásque procedit omnimodo. Nepotibus verò neptibúsque ita demum parẽtes possunt testamẽto tutores dare, si post mortem eorum in patris sui potestatem non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit[d]: nepotes ex eo nõ poterunt[e] ex testamento tuo tutores[f] habere, quáuis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in patris sui potestatem recasuri sunt.

Postumo quoq; (qui si viuo patre natus esset, in eius potestate futurus fuisset) testamento tutor dari potest.

4 ¶Cum autẽ in compluribus[g] alijs causis postumi pro iã natis habeantur, & in hac causa placuit non minus postumis quam iam natis testamẽto tutores dari posse, si modò in ea causa sint, vt si viuis parẽtibus nascerentur, sui heredes, & in potestate eorum fierent[h].

Emancipato, inutiliter testamento datur tutor: datus tamen, etiam sine inquisitione à iudice confirmandus est.

5 ¶Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento: confirmandus[i] est ex sentẽtia præsidis omnimodũ, id est sine inquisitione[k].

QVI TESTAMENTO tutores dari possunt.

TITVLVS XIIII.

Filiusfamilias etiam tutor testamento rectè datur. Item proprius seruus cum libertate: qui etiam si non facta libertatis mentione tutor datus sit, tacitè libertas data videtur in errore: quasi liber datus sit.

Dari autẽ tutor potest testamento nõ solũ paterfamilias[l], sed etiã filiusfamilias[m]. 1 ¶Sed & seruus proprius testamento[n] cum libertate rectè tutor dari potest. Sed sciendum est eum & sine libertate[o] tutorem datum, tacitè libertatem directam[p] accepisse videri, & per hoc rectè tutorem esse. Planè si per errorem, quasi liberum eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo casu nec liber nec tutor erit.

alienus potest in testamento tutor dari. Tertiò quando furiosus vel minor tutor datur. Quartò quãdo ad certum tempus, vel sub conditione, vel certæ rei datur. Quintò quando filiis vel filiabus datur: quibus datus videatur. Secunda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, Furiosus. Quarta ibi, Ad certũ tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principiũ subdiuiditur in quatuor partes. Primò, quòd paterfamilias & filiusfamilias potest tutor dari. Secundò quando seruus proprius datur cum libertate. Tertiò, quòd si sine libertate, tunc tacitè videtur sibi data libertas. Quartò, quando credebatur lib. Partes de se patent. CASVS. Domine, iam vultis tractare qui possunt tut. dari in testamento. Ad hoc respond. Imp. Amice, tutor in testamento dari potest non solùm paterfamilias, sed etiam filiusfamilias & non solùm liberi homines in testamento tutores dari possunt, sed etiam serui. Nam quis seruum proprium in testamento suo cum libertate tutorem dare potest. & nõ solùm si libertatem expressesit, tenebit tutoris datio: sed etiam si propriũ seruum sine libertate in testamẽto tutorem dederit. Ex ipsa enim datione tutelæ ipse seruus videtur directam libertatem accepisse: & per hoc administrationem consequitur. & hoc verum est quando testator qui dedit eum in tutorem, serui conditionem non ignorauit. Nam si per errorem quasi liberum eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo casu nec liber nec tutor erit. Et hęc vera sunt in proprio seruo. Sed si seruus alienus purè in testamento datus tutor fuerit, cum liber erit: putà testator ita dixit, Stichum seruum Petri cum liber erit, tutorem do: vtiliter datus videtur. & hoc est verum in seruo alieno. Sed si proprium seruum eo modo dederit tutorem, videlicet cum adiectione, cum liber erit: inutiliter dedisse intelligitur. Sed pone, quidam satis inconsultè prouidens liberis suis, dedit eis quẽdam furiosum tutorem, vel fortè minorem xxv. ann. quid iuris est in hoc casu: Ad hoc respon. Imp. quòd si furiosus vel minor xxv. annis tutor datus fuerit: tunc demum tutor erit, cùm furiosus compos mentis factus fuerit, aut maior xxv. ann. extiterit. Et hæc vsq; ad illum §. ad certum tempus. Franciscus.

a Scilicet ppl n tot allăs ff. cat. l. fin. ff de leg. tut. Item hoc verum in personali ut: ut hoc etiam si talis morbus superuenerit: quia desinit ipso iure: et si ad motus liberum intelligerent ut hic per Bald. Secus tamen in muneribus patrimonialibus. l. omnes. §. 1. ff de muner. & hono.

i ¶*Confirmandus.* non ergo valebat datio per se: cum non esset in potestate: *ut s. eo. § permissum.* ¶Sed nunquid hic tutor cõfirmatus dicitur testamentarius: quòd si esset, præferretur legitimo: *ut j. tit. ij. in princip.* an datiuus quod potest admitti.[b] & facit pro hoc *ff. de verb. sig. l. lege.* & *in Auth. de defen. ci. § si de cætero. col. iij.* ita legitimus tutor huic præfertur: *ut j. de Atil. tut. in prin.* & ideo glossauit, i. sine inquisitione. non quòd vellet eum confirmari, si alius esset legitimus sed quia non quæritur an sit locuples, vel non. Sed arg. contra. *ff. de tut. fa. l. si furioso puberi.*

k ¶*Sine inquisitione.* i. quis non satisdat, s. rem pupilli saluam fore. Item locuples sit, vel non. hoc enim non quæritur: *ut ff. de confir. tut. l. j.* Sed aliud in matre dante tutorem filio. ibi enim & si non satisdetur, tamen cum inquisitione datur: *ut d. l. dicitur & C. de confir. tu. l. j.* Sed quare diuersum in matre dante tutorem filio? Resp. in memoriam præcedentis potestatis: *ut ff. de quæst. l. unius §. seruus j. & ff. qui pet. tutores l. fin.* facit ad hoc. *j. de satisd. tuto. & cura. in prin. & ff. de liber. agno. l. j. § Infantus & C. de episco. audien. l. de creationibus.* Sed arg. contra. *ff. de in lit. iuran. l. videamus.*

Sine.] inquisitione. A patre tutor emãcip. datus sine inquisitione cõfirmatur. naturali datus nõ itẽ, nisi ei aliquid relictum sit. A matre nunquã datur, nisi instituto. *l. pater D. de testam. tut.* ex qua in *l. iiij. C. eod. tit.* tollenda est negatio in eo loco, quando autem eos. & is quidem ex inquisitione etiam confirmandus est. Cuiacius.

b Tutor confirmatus est datiuus, & nõ testamentarius. n imò non fuit secundùm DD quia dare non videtur qui ex necessitate confirmat: ut hoc in verbo, omnino. arg. l. rem legatam. ff de adi. le. Sed melius probatur in l. j ff. de confir. tu. vbi eum assimilat testamentario, patet quod non est adde. l. quod Nerua. ff depo. Dic qd communis opin. est in contrarium propter ordinem textus.

QVI TESTAMENTO TVTORES dari possunt.

Dictum est s. in § permissum. tit. j. quibus dantur tutores. Restat videre, qui possunt dari tutores: ideo ad hoc videndum ponitur hic hæc rubrica. Aret.

D*ari autem.*] Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò qui possunt tutores dari. Secundò quomodo seruus institur.

l ¶*Paterfamilias.* nisi sit mutus vel surdus[a]: quia tutor & loqui & audire debet: *ut ff de tut. l. j. § pen. & § fi.* ADDITIO. Et ideo taciturnitas seu patientia tutoris non haberetur pro auctoritate: *ut no. glo. in l. iij. ff. de auct. tut.* posset tamen esse procurator ad negocia, sed non curator. vt per Ang. & alios hic.

m ¶*Filiusfamilias.*[b] cum enim tutela sit ius publicum: *ut infra de excu. tut. in prin.* nõ curatur ius pa. po. *ut ff ad Trebellia. l. nam quod j. respon. & ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. filiusfamilias.* quo casu pater de peculio tenetur, nisi agnoscat. tunc enim. scilicet quia agnouit in solidum. *ut digestis de tu. l. si filius. & ff. de adm. tu. l. Lucius Titius.*

n ¶*Testamento.* sed à præside tutor dari non potest seruus: *ut C. qui dari tut. pos. l. in seruili.*

o ¶*Et sine libertate.* non expresso hoc quòd sine libertate dat, sed omisit libertatis dationem: *ut s. qui ma. non pos. § licet. in fi. & C. de necess. ser. l. quidam § illo.* Accur.

p ¶*Directam.* Imò videtur quòd fideicommissariam: *ut Cod. de fideicom. li. l. & si non adscripta.*[c] contra. ¶Sed certè hic testamento: hoc fit ibi alia voluntate, putà codicillis vel per epistolam. a Vel dic quòd ibi alienũ credebat, hic suũ sciebat. Item alia ratione nõ videtur valere datio: quia ille solus datur tutor, qui testamẽti habet factionẽ: *ut ff. de testa. tut. l. testamento tutores.* Resp. illud intellige in passiua significatione: in qua etiam seruus dicitur habere testamenti factionem. *ut j. de heredum qualit. & diff. § testamenti.*

b Nam in his quæ sunt publici iuris filius habetur pro patre, maximè in his quæ repræsentant duplicem personam, vt sunt magistratus: sed in his in quibus repræsentat simplicem personam, vt in testamenti factione, non habetur pro patre, secundùm Nic. Ægi. Pet. e Rag. e not. qd promotus ad dignitatem sciẽter inhabilem: videtur cum eo dispẽsare si potest, non alias. l. 1. C. ff. seruus aut liber ad decur. aspira. lib. 10. secundùm Ange.

rotem quasi liber tutor datus sit[a]: aliud dicendum est[b].

Alienus seruus sub conditione libertatis futuræ tutor in testamēto creari potest. proprius autem sub cōditione prædicta tutor inutiliter datur.

Seruus autē alienus purè inutiliter[c] testamento datur[d] tutor: sed ita, *cum liber erit*, vtiliter datur. Proprius autem seruus inutiliter eo modo[e] tutor dat̃

Tutor creatus, qui est inhabilis ratione alicuius accidentis connexi temporale impedimentum præstantis. ea cessante tutor efficaciter erit. Aretinus.

2 ¶Furiosus, vel minor vigintiquinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum compos[f] mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.

Ad certum tempus ex certo tempore, vel sub cōditione, & ante heredis institutionem tutor dari potest: secus autem ad rem certam, vel causam. Aretinus.

3 ¶Ad certum tempus[g], vel ex certo[h] tempore, vel sub cōditione, vel ante heredis[i] institutionem posse dari[k] tutorem non dubitatur. 4 ¶Certè autem[l] rei vel causæ[m] tutor dari non potest: quia personæ[n], nō

a ¶*Datus sit.* s. proprius seruus, licèt hoc non sit verisimile: vt *C. de rescin. ven. l. quisquis.* Sed fortè ex causa hereditaria nouiter habeat: *vt ff. de reg. iur. l. qui in alterius. & j. de vsucap. §. quod autem.*

b ¶*Dicendum est.* scil. vt neque liber, neque tutor sit. idem multo magis in alieno, *vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis tutorem. & ff. de testa. tutel. §. si quis tutorem.*

c ¶*Inutiliter.* scili. vt statim sit: sed cum liber erit.

Purè. inutiliter. Imbò inest semper hæc conditio cùm liber erit, vel exemplo serui proprij data ei potius per fideicommissum libertas videtur. Potest defēdi hæc non esse contraria *arg. l. qui tutelam. §. j. & §. vl. D. de test. tut.* Cuiac.

d ¶*Datur.* quia directò non erit liber, sed[a] per fideicommissum: *vt ff. de test. tute. l. si hereditas. §. finali. & Cod. de fideicommiss. liber. l. & si non adscripta.*

a Dic quòd testator videtur rogare heredem vt seruū hūc emat & manumittat secundum Nico. Æg. Pete.

e ¶*Eo modo.* scilicet cum liber erit. nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiam stipulatio propter inutilem adiectionem: *vt ff. de stipu. ser. l. sed si sibi.* [b] vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta habetur: & erit tutor, ac si non esset adiecta: *vt & aliàs. j. de hered. institu. §. impossibilis.*

b Imbò ibi vitiatur inutilis adiectione secundum Angel. hic.

a Vel die tertiò secūdùm P. non erit tutor nunc. sed cōditione extante. hæc non placet: quia sic non esset differentia inter suum & alienum[c]. sed prima verior est: *vt ff. de regulis iur. l. actus.* ADDITIO. Quæ lex procedet etiam in testamētaria tutela, quādo s. conditio est prohibita, vt hic. aliàs secus: *vt j. proxim. §.* secundùm Ioan. Fab. & alios hic.

c Quamuis pi. Pla. sit reprehensibilis hæc tamen ratio reprehensionis est falsa per *l. sed si hereditas. §. fin. ff. de testa. tu.* secundùm Ang.

f ¶*Compos.* siue hoc dictum fuerit à testatore, siue non: *vt ff. eod. l. si here. §. si furiosus. & facit ad hoc ff. de iudi. l. cum furiosus. j. respon.*

[*Ad certum.*] CASVS. Domine, quidam sub conditione dedit tutorem. nunquid tenet datio in isto casu? Respon. Imp. quòd sic. Nam ad certum tempus, & ex certo tempore, & sub conditione, & ante heredis institutionem tutorem dari posse non dubitatur. Certæ autem rei vel causæ tutor dari non potest: quia tutor principaliter personæ, & non causæ vel rei datur. & hoc in secunda parte vsque ad illum §. si quis filiis. Franc.

g ¶*Ad certum tempus.* vsque ad pascha.

h ¶*Ex certo.* i. à paschate in antea. *vt ff. de act. & ob. l. obligationum. §. j.*

i ¶*Vel ante heredis.* cont. videbatur. *j. de leg. §. antè heredis.* Accur.

k ¶*Posse dari.* à testatore, non à iudice: *vt ff. de reg. iur. l. actus.* Accursius.

l ¶*Certæ autem rei.* sci. Africanæ vel Syriacæ vtiliter datur: *vt ff. de test. tu. l. si tamen tutor.*

m ¶*Causæ.* s. certæ: vt ad rei vind. sed videtur contra. *Cod. de in lit. dan. tu. l. ad litem.* sed ibi tutor pro curatore ponitur. Item videtur contra. *ff. de testa. tut. l. si tamen tutor.* sed ibi vniuersitati rerum datur, non rei certæ.

n ¶*Personæ.* s. pupilli principaliter: vt[d] eum instituat bonis moribus, & etiam salaria præstet magistris eius: *vt ff. de adm. tuto. l. cum plures. §. cum tutor. & C. de alimen. præstan. l. fi.* ad hoc enim principaliter datur: secundariò autem rebus datur: *vt j. de excu. tuto. §. datus.* sed in curatore ecōtra, nam principaliter rebus, secundariò personæ datur: *vt C. de nup. l. in copulandis.*

d Tutor quem in finem detur pupillo.

[*Si quis &c.*] CASVS. Ponamus, Titius in testamento dedit tutorem liberis suis in hoc modum. Filiis & filiabus meis Mæuium tutorem do. & postea decessit vxore prægnante relicta: deinde procedente tempore peperit postumum & postumam: nunquid in casu isto istis postumis tutor datus videtur? Ad hoc respond. Imper. quòd sic. Nam ex quo filiis & filiabus tutorē dedit: & postumo & postumæ intelligitur dedisse. filij enim vel filiæ appellatione postumus & postuma continentur. ¶Sed pone quòd nepotes postumi nati sunt ex vxore filij, quam pater tempore mortis habuit in potestate: nunquid huiusmodi postumis nepotibus tutores dati intelliguntur? Respon. Imperat. quòd refert quibus verbis vsus est testator dando tutorē. Nam si testator dixit sic: liberis meis tutorem do: tunc non solùm filiis, sed etiam nepotibus postumis dedisse intelligitur. Cæterum si pater dando tutorē ita dixit filiis meis tutor. do: in hoc casu filiorum appellatione nepotes non continebantur. Aliter enim nepotes, & aliter filij appellātur. Sed si pater ita dixit postumis meis tutorem do: postumorū appellatione nō solùm filij postumi, sed etiam cæteri liberi in remotiori gradu nasciturī cōtinebūtur. hoc dicit vsque ad fin. Franciscus.

causæ vel rei tutor datur.

Filiorum appellatione, postumi quoq; primi gradus cōtinentur, non etiam vlterioris. liberorum autem appellatio etiam nepotes cæterósque descendentes includit: postumi verò nomen quoscunque liberorum gradus complectitur.

5 ¶Si quis filiis suis vel filiabus tutores dederit, etiam postumæ vel postumo[o] dedisse videtur: quia filij[p] vel filiæ appellatione & postumus & postuma cōtinentur. Quid si nepotes sint: an appellatione filiorum † & ipsis tutores dati sint? Dicendum est vt & ipsis quoque dati videantur, si modo liberos dixerit. Cæterùm si filios[q], non continebuntur[r]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur[s]. Planè si postumis † dederit: tam filij postumi, quàm cęteri[t] liberi continebuntur.

† Vide in hac rem Alciat. in Paradox. ca. 14.

† postumis.

DE LEGITIMA AGNAtorum tutela.

TITVLVS XV.

Cessante testamentaria tutela, locus est legitimæ: quæ quidē ad pximos defertur agnatos, nō etiā ad cognatos. Agnati autē sunt per virilis sexus cognationē coniūcti: cognati verò p fœminei sexus personas.

o ¶*Postumo.* s. filio.

p ¶*Quia filij.* hæc dictio filij, comprehendit postumum & postumam: cum masculinum possit cōcipere fœmininū. sed hæc dictio, filiæ, non cōprehendit vtrumque: & sic nec postumum, cum fœmininū non cōcipiat masculinum: *vt ff. de leg. ij l. si ita scriptum. in prin. & ff. de leg. iij. qui duos. & l. seruus legatus.*[a] ¶Item not. quòd appellatione[b] natorum etiam non nati continētur, cùm de eorum commodo tractatur: *vt ff. de stat. ho. l. qui in vtero. & j. titu. j. § cum autem. & facit ff. de test. tu. l. si quis ita. §. j. & l. si quis filiabus. & l. quad si.*

a Vide Glo. in eo. generali. de elec. lib. 6.

b Natorum appellatione continentur nondum nati.

q ¶*Si filias.* s. dixerit. Accursius.

r ¶*Non continebuntur.* s. nepotes.

s ¶*Appellantur.* ab omnibus in vsu vel consuetudine. sed secundùm veram significationem verbi, quia filius dicitur à[a] philos, quod est amor, etiam nepos dicitur filius. & etiā quilibet quem aliquis diligit paterna dilectione: *vt ff. de verb. sig. l. liberorum. §. sed & Papyrus.* quæ videtur contra.

a Filius vnde dicatur.

t ¶*Cæteri.* etiam nati secundùm quosdam. quod falsum est: *vt ff. de verb. sign. l. nomen.* Dic ergo cæteri, scilicet ex filiis nascituri, qui sui postumi sunt per legem Vell. *vt ff. de iniu. rup. te. l. postumorum. & j. de exhere. li. §. postumi. & ff. de li. & postum. l. Gallus. j. responso.*

DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA.

Supra[d] duobus titulis præcedentibus dictum est de tutela testamentaria: hic autem ponitur de tutela legitima, quæ sequitur testamentariam. Angelus.

d Continuatio.

Q[*Vibus autem.*] Totus[e] iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter lex xij tabul. dat agnatos in tutores pupillis, deficientibus tutoribus testamentariis. Secundò, qui sunt agnati, & qui non sunt. Tertiò qualiter intelligenda sunt illa verba posita hic in principio: videlicet, quibus autem in testamento tutor datus non sit. Quartò qualiter ius agnationis perimitur. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, Quòd autem. Quarta ibi, Sed agnationis. Et subdiuiditur hoc principium in tres partes: quia primò dicit qualiter deficiente tutela testamentaria vocantur legitimi. Secundò, qui sunt agnati. Tertiò, qui cognati. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi. At qui. CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de legitima agnationis tute. dicatis ergo mihi, quando locum habet huiusmodi tutela? Respon. Imp. quòd deficiente testamentaria tutela, locum habet legi. agna. tutela. Nam quibus impuberibus li-

e Diuisio.

Q Vibus[a] autem testamento tutor datus non est, his ex lege duodeci tabularū[b] agnati sunt[c] tutores, qui vocātur legitimi. 1 ¶Sunt autem agnati † cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi à patre cognati[d]: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepósve ex eo[e]: item patruus[f], & patrui filius, nepósve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione iungūtur, agnati[g] nō sunt, sed aliàs naturali iure cognati. Itaq; amitæ[h] tuæ filius non est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicē tu illi eodem iure[i] cōiungeris: quia qui nascuntur patris, non matris familiam[k] sequuntur. †

Quantum ad tutelā pertinet, is intestatus decessisse videtur, qui etiam cùm testatus sit tutorem testamēto non dedit, aut datio effectum sortita non fuit.

b us liberis tutor in testamento à parente datus non fuerit: his ex leg. xij. tab. agnati sunt tutores: & iste agnati ex leg. xij. tab. ad tutelam vocati, legitimi tutores apellātur ¶Sed pone, domine, iam video quando legi. agna. tut. habet locum. & vnde descendit: dicatis modo mihi qui dicuntur agnati? Resp. Imp. quòd agnati sunt cognatis per virilis sexus cognationem coniuncti. & dicitur agnati, quasi à patre connati: quia ab eodē patre natus, tibi agnatus est, vt fratris filius, & etiā nepos ex eo. Item patruus est tibi cognatus, & filius patrui, & nepos ex eodem filio patrui natus. Sed qui per fœminini sexus cognationes iūguntur, non sunt agnati, sed aliàs naturali iure cognati. vnde amitæ tuę filius non est tibi agnatus: sed tantum naturaliter cognatus: quia per fœmininā lineam. s. per amitam tuam tibi coniungitur: & tu inuicem illi eodem iure coniungeris: quia qui agnascūtur, patris, nō matris familiam sequūtur. Et hęc vsque ad §. quod autem lex Franc. de Aret.

† Adgnati vt sic aliquis, si ponet vt habeat commune stipitem masculum. gene sic: vt patruus meus & pater fuis ex eodē patre. Item si ipse nō habent maiorem fœmi. generis à quo descēdat, & s. filius amitæ meæ nō est mihi agnatus. Agid. Per.

† Contra sa. eu parte M. cum Gl. vnoc in pro extra de appel. c. 10. iuncta Gl. super ver. perplexe. de cōnet in fide.

a ¶*Quibus*. sc. popillis.

b ¶*Duodecim tabularum*. quos ipsa lex vocat verbis & sententia: & nisi gerant eorum periculo agitur: *vt ff. eo. l. legitimos.* aliàs autem quandoque ex sentētia legis dantur: non ex verbis: *vt* ī. *tit. ij. & iij.* ADDITIO. Qui facto inuentario & præstito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittēdis inutilibus promittendo etiam expressè ipsum pupillum defendere, & satisdare rē pupilli saluā fore: nō ante administrabūt, quā sibi per iudicem administratio decernatur. *l. iij. § si ff. de admi. tut.* Ang.

c ¶*Agnati sunt*. si sint maiores xxv. annis. *vt* ī *de satis. tu. in fi.* & minores lxx. an. aliàs excusantur: *vt* ī. *de excu. tut. § item maior.*

d ¶*Cognati*. Nomē[a] ergo cognationis generale est: agnationis nomen speciale. nam omnis agnatus est cognatus. sed non conuertitur: *vt hic, &* ī. *de leg. agn. suc. § respon. & ff. eo l. sunt autem.*

a Cognatio & agnatio se habent sicut genus & species.

e ¶*Ex eo*. filio fratris.

f ¶*Patruus*. repete, si fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioquin est cognatus: *vt C. de legit. here. l. fi. § sed nec. & § cum autem.*

g ¶*Agnati*. etiam si masculus interueniat: vtputà si sint duo fratres vterini: filius vnius fratris filij fra. sui patris non erit agnatus, sed cogna. inspecto fœminino sexu propter quem adinuicem sunt cognati: secundùm Ioan.

h ¶*Amita*. sed ipsa amita est tibi agnata: quia per patrem tuum tibi coniungitur.

i ¶*Iure*. s. cognationis.

k ¶*Familiam*. i. agnationem: licèt & alias multas habeat significationes hæc dictio familias: *vt ff de ver. sig. l. pronunciatio. § familiæ. & fac. C. de ver. sig. l. fi. &* ī. *de pat. pote. § fi.*

[*Quod autem.*] CASVS. Domine, Titius laborans liberis suis impuberibus, quos in potestate habuit tempore mortis, Mæuiū tutorē dedit: sed viuente adhuc Titio testatore decessit Mæuius: isti impuberes adhuc tutore carent. Agnati autem proximi ab onere administrationis se nituntur excusare tali ratione. Dicūt enim q̄ legitima agn. tu. ex l. xij. tab. locū habet, cum tutor in testamento datus non est. Cū autē in testamēto patris sui istis impuberib. tutor datus fuerit: dicūt se ab onere excusari. Domine, pro Deo dicatis mihi, quid iuris est in hoc casu? Ad hoc resp. Imp. dicēs: Amice, isti agnati frustra nitūtur se excusare in hoc casu ab onere tutelę. malè enim intelligunt § l. xij. tab. qui ab intestato proximos agnatos ad tutelā vocat. Nō enim hāc significationē habet tantū, vt si ille qui tutorē in testamēto dare poterat, omnino testamētū nō fecerit, tunc demum vocentur agnati: sed etiam si quàtum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tātum valere poterit, si is qui in testamento datus fuerat, viuente testatore decesserit. cùm igitur in hoc casu proposito id contigerit, manifestū est quòd agnati ab onere tutelæ non poterunt prædicta ratione excusari. Et hæc vsque ad illum §. sed agnationis. Frac. de Aret.

l ¶*Significationem*. s. tantum.

Institut.

2 ¶Quòd autem lex duodecim tabularū ab intestato vocat ad tutelā agnatos: nō hanc habet significationē[l], si omnino[m] nō fecerit testamentum is qui poterat tutores dare: sed si quātum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tūc quoque accidere intelligitur, cum is qui datus est tutor, viuo testatore decesserit.

Agnationis ius (cū ciuile sit vinculū) capitis deminutione tollitur: cognationis verò nō ita. Adnotato, Nil tā naturale esse, quàm eo genere quodque dissolui, quo ligatū est.

3 ¶Sed agnationis[n] quidem ius omnibus modis † capitis deminutione plerunque perimitur. Nam[o] agnatio, iuris nomē est[p]. Cognationis verò ius non omnibus modis commutatur, quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia[q] verò non vtique[r].

m ¶*Si omnino*. vel aliud contingat, quod tantundem valeat, quod diximus. ī. *de here. quæ ab intest. § respon. & facit. ff quod cuiusque vniuer. no. l. j. § & quidem.* ADDITIO. Et ille propriè dicitur intestatus, qui potuit testari, & non est testatus, sed dicitur intestabilis, qui testari non potest. quod not. pro statutis, secundùm Christopho. & Iaco. hic. Et deficiente testamentario legitimo vel datiuo, quis in locum deficientis admittatur, an legitimus, an datiuus, vide Ang. hic.

[*Sed agnationis.*] CASVS. Domine, iam video quādo habet locum leg. agnato. tutela, & qui sunt agnati. & etiam quomodo intelligantur verba leg. xij. tab. quibus agnati vocantur ad tutelam. nunquid est aliqua differentia inter ius agnationis, & ius cognationis? Respon. quòd sic: quia i[s] agnationis omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur. Nam nomen agnationis à iure ciuili deriuatum est: sed ius cognationis quod ab origine nomen sumpsit, & à iure naturali descendit, non omni cap. demi. mutatur. Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrumpere potest: naturalia autem nequaquam. hoc dicit vsque ad finem. Franciscus.

† Id est, per omnem capitis deminutionē.

n ¶*Sed agnationis quidem ius.* ¶No. diligenter hunc §. Est autem ius agnationis, & ius cognationis siue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, scilicet[a] vt præferantur in hereditatibus agnatorum mortuorum: *vt infrà de legi. agn. suc. § respon.* Item præferuntur in tutelis agnatorum paruulorum: *vt suprà eod. tit. § respon.* his autem deficientibus, in hereditatibus & tutelis cognati suo iure admittuntur: Inter quos etiam agnati vocantur, qui desierunt esse in iure agnatorum, vel desierunt habere iura agnatorum, vt per cap. de. *vt infrà de hered. quæ ab intesta. § admonendi.* Illud autem ius prærogatiuum quod habent agnati, quia vltra iura communia habent per l. xij tabul facilè perdunt: vt omnibus modis capitis demi. i. per omnem cap. de. vt per maximam, vel per mediam: de quibus duabus non est dubium: cùm & iura cognationis perdantur: *vt infrà tit. j. § quod autem.* Item per minimam tollitur ius agnationis, vt hic dicitur, *& ff. de capit. demi. l. tutelas.* nisi[b] in duobus casibus tantum, vt inter fratres, licèt alter emancipetur: *vt C. de legit. tute. l. iij. & iiij.* Item inter patrem & filium: *vt* ī. *de leg. agnat. suc. § fin.* & propter hos duos casus, qui de minima cap. de. excipiuntur, dicit hic plerunque at iura cognationis non commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima cap. demi. & est ratio, vt subiicit.

a Agnati præferuntur cognatis in duobus, hoc est in hereditatibus & tutelis.

b Hæc Gl. refertur ad ius nouū, de quo in l. 4. ff. eod. tecus de iure antiquo. Angel.

Plerumque.] Quid hic facit plerumque? Nempe vt intelligamus non semper ius familiæ perimi minima capitis deminutione. Est Anastasij constitutio, ex qua fratres emancipati ad fratrum legitimam successionem, tutelam, curationem vocantur. § j. ī. *de succ. cogn. § vlt.* ī. *de grad. cogn. l. frater. Cod. de leg. tut. l. ne luctum. C. de cur. fur.* Est Iustiniani constitutio, ex qua & fratrum emancipatorum filij vocantur. *l. vlt. Cod. de leg. hered.* Est rursus alia Anastasij constitutio, qua cautum est, vt ne iura familię amittant, qui Anastasiana emancipatione fuerint liberati, videlicet si ita nominatim id in Imperiali rescripto comprehensum sit. *leg. si ab eo. Cod. de leg. here.* Cuiacius.

o ¶*Nam* pro quia.

p ¶*Nomen est*. i. à lege xij. tab. est inducta hæc prioritas agnatorū: sed ius cognationis est naturale nomen[c]: nam ratione sanguinis hoc nomen impositum est. vnde & suum ius ciuile potest per aliud facilè tolli. *vt hic. & ff de reg. iur. l. nihil est.*

c Et ideo si statutum attendat verbis naturalibus, putà filius, pater, mater, frater & soror non attendimus ius ciuile, sed solùm naturale, vt sic comprehendantur etiā naturales & spurij & etiā seruus vt in d. l. tutelas secundùm Ang. hic.

d Cognatio alia ciuilis tantum, alia naturalis tantum, alia naturalis & ciuilis simul.

q ¶*Naturalia*. i. iura cognationis, sic dicta, quia ex quis consequitur per natiuitatem: *vt* ī *de adop. § sed hodie. in fin.* §. non sic de facili tolluntur.

r ¶*Vtique*. id est certè non tolluntur capitis deminutione: cùm sint immutabilia hæc iura: *vt* ī. *de iur. nat. § sed naturalia.* Item nec ea quæ naturalem æquitatem habent: *vt ff de cap. de leg. eas. & l. legatum.* ¶Item no. quia quædam[d] cognatio est ciuilis tantùm: vt per

iuris fiunt. hoc tamē non est fine distinctionis remedio accipiendum. Nam mortuo patrefamiliâs, liberi in primo gradu existentes, vtpote filius vel filia generaliter sui iuris efficiuntur. sed per mortem aui, nepotes, qui in eius potestate fuerunt, non omnino sui iuris fiunt: sed ita demum, si post mortem aui in patris sui naturalis potestatem nō sunt recasuri. Vnde si tempore mortis ipsius aui pater ipsorum nepotum vixerit, & in patris sui naturalis potestate sit. nec ante mortem eius de potestate sua exiuit: in hoc casu nepotes ex eo post mortem aui in potestatem eius recidunt: nec per mortem aui, sui iuris efficiuntur. sed si moriente auo pater nepotum aut mortuus fuerit, aut per emancipationem de patris sui potestate liberatus: tunc nepotes ex eo, qui in potestatem patris iam mortui vel emancipati recidere non possunt, per mortem aui, sui iuris fiunt. hucusque dicit vsque ad §. Cùm autem. Franc.

sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem[a] quemadmodum liberentur serui à potestate[b] dominorum, ex his intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superiùs exposuimus: Hi verò qui in potestate parentis[c] suor, mortuo eo[d] sui iuris fiunt. Sed hoc[e] distinctionem recipit. Nam mortuo patre[f] sanè omnimodò filij filiæve sui iuris efficiuntur: mortuo verò auo non omnimodò[g] nepotes neptésque sui iuris fiūt: sed ita[h] si post mortem aui in potestaté patris sui recasuri non sunt. Itaque si moriente auo pater eorum[i] viuit, & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui in potestate[k] patris sui fiunt. Si verò is[l], quo tempore auus moritur, aut iam mortuus est[m], aut per emancipationem exiit de potestate patris, tunc hi qui in potestatem

a ¶ *Et quidem.* quasi dicat: quid sit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus ī. *de liber.* §. j *&* §. *multos.* Accursius.

b ¶ *A potestate.* subaudi dominica.

c ¶ *Parentis.* strictè accipe pro his tantùm, qui sunt superiores ex linea masculina. Nam fœminæ[a] non habent in potestate filios. *vt* ī. *tit.* j §. *fœmina.* generaliùs accipitur ī. *tit.* y. §. j.

d ¶ *Eo.* scilicet parente.

e ¶ *Hoc.* s. quod dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

f ¶ *Patre.* s. familiâs subaudi. ī. quē nullus est ratione potestatis.

g ¶ *Non omnimodo.* id est generaliter.

h ¶ *Sed ita.* scilicet fiunt sui iuris.

i ¶ *Eorum.* scilicet nepotum.

k ¶ *In potestate.* & non exiuit. nam si exiuit, & postea rediit, quia est arrogatus: non recideret filius in potestatem eius. *vt ff. de adop. l. si pater filium* & est ratio: vt ibi notatur. ADDITIO. Scilicet quòd ius semel quæsitum nepoti non debet tolli per arrogationem: per regulam iuris, ius nostrū. Alia enim ratio ibi posita reprobatur. quod facit vt post impetrationem vacaturæ nubens non obtineat: etiam si vxor moriatur. Angelus[b].

l ¶ *Is.* scilicet filius prædictus.

m ¶ *Mortuus est.* scilicet filius prędictus.

n ¶ *Sui iuris.* nisi in casu: vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset: *vt in Authen. constit. quæ de digni.* § *illud. col* vj.

[*Cum autem.*] Diuiditur in[c] quinque partes. Primò de deportatione patris. Secundò de deportatione filij. Tertiò de indulgentia principis. Quartò de relegatis. Quintò de seruis pœnæ. Secunda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed si ex indulgentia. Quarta ibi, Relegati. Quinta ibi, Pœnæ. Aret. CASVS. Domine, laudabiliter video qualiter morte naturali tollitur pat. pot. nunquid pluribus modis tolli poterit? Respondet Imperator quòd sic. Nā nō solùm morte naturali. sed etiam ciuili tollitur patria pot. Si quis enim ob aliquod maleficiū perpetratum per sententiam deportationis ciuitatem amiserit: sequitur vt liberi eius qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorū, perinde desināt in sua potestate esse, ac si morte naturali in potestate eius esse desinerent. Eadem ratione & si liberi in potestate existētes deportati fuerint: per deportationē desinunt in potestate parētum esse. Et hęc sunt vera durāte deportatione. Nā si ex indulgētia principis restituti fuerint: per omnia pristinū statū recipiūt. Et hæc omnia vera sunt in deportatis. secus tamē est in relegatis. Nam parentes relegati nihilominus retinent in potestate liberos suos: & similiter in casu cōuerso liberi relegati in parētū potestate nihilo min' remanēt. Et non solummodò prædictis casibus morte ciuili tollitur patria potestas, sed etiā in hoc casu. Nam si aliquis pœnę seruus effectus fuerit, desinit habere liberos in potestate. Sed domine, dicatis mihi quis intelligitur fieri seruus pœnæ? Ad hoc respond. quòd illi serui pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnātur, & qui bestiis subiiciuntur. Et hæc vsque ad illum §. Filiusfamilias. Franciscus.

a Fœminæ nō habent in potestate filios.

b Ficti adeo graduatū nominadū quod vxore post e deducti, & ea demùm mortua, pontificus nominationibus vel atqueas. Egid. Per.

c Diuisio.

[*Cùm autem.*] Dictum est suprà qualiter soluitur patria potestas morte naturali: nunc ponit quando morte ciuili. Accur.

o ¶ *Deportatur.* Hic not. quòd hæc sententia deportationis vt valeat, id est, vt statum & ciuitatem perdat, non potest dari nisi[a] à quatuor iudicibus, scilicet ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat: & à præfect. præ. & à præse. *vt. ff. de pœ. l.* y. §. j. *& de leg.* iy. *aul.* j. §. *à præfecto. & ff. de interd. & releg. l. inter pœnas.* §. j. Idem credo in senatoribus, qui parem sententiam, id est parem habent effectū principis, vel maiorem quàm prædicti: *vt ff. à qui. app. non licet. l.* j. §. j.[b] Si autem alius iudex talem sententiam det: non valet, nec mandatur executioni nisi princeps approbet eā vel insulam siue locū assignet: *vt ff. de leg.* iy. *l.* j. §. y. *&* §. *deportatos. & ff. de iniust. rupt. & irr. test. l.* j. *si quis.* §. *eius.* in Gla. j. Quæ autem sint delicta[c] pro quibus in insulam debeant deportari, dicemus ī. *de pu. iudi. per totum titulum.* sed relegare[d] potest quilibet qui habet merum imperium: *vt ff. de inter. & releg. l. relegatorū.* j *respon.* ¶ Et no. quòd primò de media, secundò de relegatione, tertiò de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam potestatem. sed relegatio non sic, cùm status non sit mutatio, nec cap. deminutio.

eius cadere non possunt, sui iuris[n] fiunt.

Deportatio patris aut filij, patriæ potestatis vinculum soluit. restitutio verò principis, id in pristinum statum reponit.

1 ¶ Cùm autem is qui ob aliquod maleficiū in insulam deportatur[o], ciuitatem amittit: sequitur, vt qui eo modo[p] ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde ac si eo mortuo[q], desinant liberi in potestate eius esse. Pari[r] ratione & si is qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit: desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia principis[s] restituti fuerint, per omnia pristinū statum[t] recipiunt. 2 ¶ Relegati autem patres in insulam, in potestate liberos suos retinent[u]. Et ex contrario liberi relegati in potestate parentum remanent.

p ¶ *Eo modo.* i. per istam deportationem in insulam. ADDITIO. Et ex isto tex. no. Ang. quòd dictio perinde[e], importat similitudinem: sed non omnimodam, maximè in pœnalibus: *vt per Bart. in l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecu.*

Hoc commune est tum sapientia, cum philosophia. quod autē sequitur, proprium est iurisprudentiæ. Cuiac.

q ¶ *Mortuo.* No. deportatum[f] mortuum, s. ciuiliter. *sic ff. de contra tab. l. prima.* §. *quidam filium. & ff. pro socio. l. verum.* §. *societas. vero intereunt.*

r ¶ *Pari.* Hic no. vbi[g] est eadem vel similis ratio, idē ius cōstituatur. *sic ff. de verb. obl. l. à Titio. circa fi. &* ī. *quod cum eo qui in alie. po.* §. *si ignorauit fi. & ff. de edan. l. quædam.* §. *nummularios. in Gl. quæ. & ff. ad l. Aquil. l. aliud.* Arg. contra. *ff. de col. bo. l. si quis. in fi.* j. *resp.* ibi, hæc in parte. ADDITIO. Solue secundùm Ioan. Fab & Ang. hic quòd ibi non erat eadem ratio per omnia.

s ¶ *Principis.* aliâs principali. ¶ Sed nūquid per aliū poterit restitui? Resp. non nisi forte per senatorem, qui restituere ad statum: *vt ff. de postulan. l.* j. § *eum qui. versi. de qua. &* § *an autem.*

Restituti fuerint. Aut specialis est restitutio aut generalis, hæc strictè accipiēda est, vt pœnæ tantū gratiā faciat, & reditū in patriā restituat. *l. tutor. si ademptus. l. si generalis. C. de sent. pass. l. si* iy. *C. de bon. proscrip.* Illa si concepta sit in infinitum, nempe hoc modo, restituo te in integrū, plenissima & latissima est. *l.* y. *l. vlt.* §. *vlt. C. de sent. pass. l.* j. *d. ea.* & ideo patriam potestatem cæteráque omnia restituit. secus si finita sit *vt in specie l.* y. *& l. in insulam. C. e. l.* y. *d. e.* Cuiac.

t ¶ *Statum.* s. quantum ad honores vel ordines & similia: *vt C. de sen. pass. l.* j. ergo & patriam potestatem. & hoc vult dicere. Sed cōtradicitur. *C. de sen. pass. l. in insulam & l. si pater.* Solutio. hic specialiter ad omnia fuit restitutus, secundùm M & sic facias punctum ibi, per omnia. hanc reprobo: quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi contradicerit expressim. nam verbum, scilicet restituo, generale est: *vt ff. de usu. l. videamus.* q. §. *in Fauiena.* Alij hoc intelligunt ad patrē reuertentē tantū referendum, cui debet restitui filius in potestatem: sed filio restituto non sic: quia sic noceret ei restitutio, *arg. C. de legib. & constitution. l. quod fauore.* Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus & restitutus in libertatem recidit. *vt ff. de iure patro. l. siue libertus.* Dic ergo interesse verum princeps dicat hæc verba, restituo te. & tunc ad omnia restitutus videtur, vt hic. an hæc, indulgeo tibi. quo de casu de pœna tantùm remittenda cogitasse videtur: vt in contrariis. *ar. C. de sen. pass. l. generalis. & l. tutor. & l. cum indulgentia. & C. de gene. abol. l. fin.* Accur.

u ¶ *Retinent.* Nota differantiā[h] inter deportatū & relegatū quo-
ad fami-

a Deportandi ius quibus competat, similis Glos. Nouella de Nuptiis, in c. 1. § sed etiam in verbis eo decreto.

b Sed tunc videtur ob fore, l. 1. C. de sin. pro fess. prout vero tot sit dubitat: dico à sententiis Senatorū super nō posse esse supplicari.

c Deportato ob quæ delicta fiat.

d Relegare qui possint. ad Gres. ſi. dem. in verbis remouere ff.

e Perinde, dictio similitudinis nota est.

f Deportatus pro mortuo ciuiliter censetur. Etenim deportatio mors ciuilis.

g Ratio vbi eadem, ibi ius idem esse debet.

h Deportati & relegati ius millis iure differentia.

a Deportatus & relegatus in familia, bonis, ciuitate, & qualitate differunt.
b Relegatus bona sua retinet, vt hic. nisi relegatus in perpetuum, pars bonorum adempta fuerit. l. relegati in ff. & relegatorum. §. ad tempus ff. de interdictis & releg.
c Deportatus & relegatus libertate non differunt: neutro enim libertas amittitur.
d Banniti nostri temporis quibus comparentur.
e Hac reprobatur hac parte à doctoribus. Iacob. de Arecio: Federico de Senis: Bar. & Bald. & Angel. hic.
f Deportandi ius qui iudices habeant v. Gl. ...
† Vide in bonis Alc. ... lib. Co. ... de consu. & non ... Accursium ... in interpretatione de ... patri ...
g Relegandi ius quibus iudicib. competat.
h Relegandi ius meri imperij est. similiter Gl. in ver. deportatur. in fin. l. eod.

ad familiam[a]: vt hic, & §. prox. §. Item hic[b] bona retinet, ille non: vt ff. de interdi. & releg. l. j. Item hic ciuitatem retinet, ille non vt ff. de interdic. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. siue ad tempus. & §. ad tempus. Item quòd hic ad tempus vel in perpetuum: ille autem tantùm in perpetuum deportatur: vt ff. de interdict. & releg. l. relegati. & l. relegatorum §. hæc est differentia. Sed in libertate[c] non est differentia. nam vterque liber remanet: vt ff. de bonis damna. l. sed & si alia. §. j. ¶Sed bannitos[d] nostri temporis, quibus comparabimus? Resp. si tantum est maleficiū, vt etiam cum ciuitate bona sua publicentur vel de iure, vel de consuetudine ciuitatū: tūc[e] deportato comparabo, aliàs relegato: vt arg. ff. de bonis damna. l. j. ¶Non autem dico quòd possit deportari[f] à præside de iure: vt suprà §. proxi. diximus, nec relegari[g] aliquis potest à defensore ciuitatis, cum sit de imperio meo[h] relegatio: vt in Authen. de defen. ciui. §. nulla in fin. §. collat. iij. AUDITIO. Vnde versus;

Qui deportantur, semper pœna cruciantur:
Pœna relegatus est temporis, isque perennis.

nent. 3 ¶Pœnæ[a] seruus effectus, filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiūtur, qui in metallum[b] damnantur, & qui bestiis[c] subiiciuntur.

Sola patriciatus dignitas filium à patria potestate eximit.

4 ¶Filius familias si militauerit[d], vel si senator vel consul factus fuerit, remanet in potestate patris. Militia enim vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat[e]. Sed ex constitutione[f] nostra summa patriciatus[*][g] dignitas illico[h] Imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat[i]. Quis enim[k] patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum quem sibi patrem † elegerit[l], ab aliena eximere potestate?

Captiuitate patris aut filij pēdet magis quàm intereat ius patriæ potestatis propter postliminij ius. Retrò enim fingitur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus regressus est.

5 ¶Si ab hostibus[m] captus fuerit parens, quamuis seruus

a ¶Pœnæ. i. supplicij. supplicium enim suus dominus est, nō fiscus: vnde ei nihil quærit: vt ff. de his quæ pro non scrip. ha. l. iij. Sed nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio: vt in Authent. de nup. §. quod autem. & §. si verò. collat. iiij. AUDITIO. Dic istud esse verum si remanet viuus: secus si in eo fiat executio mortis naturalis: vel saltem præsens ab habēre potestatem capitaliter condemnetur: quia eius testamentum non valet, nisi in malè ablatis restituendis: sed in absente secus: quia valet testamentum, secundùm Angelum hic.

b ¶In metallum. i. in opus metalli, ad fodiendum metallum, vel etiam deportandum. & hi ne fugerent, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur, vt ferro vel alio modo. Alij verò erant, qui dicebantur damnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur. & qui hinc fugiebant, in metallum ponebantur. Alij verò erant, qui in ministerium vel in seruicium metallicorū tantùm ponebantur. & hoc si perpetuo fieret, erant serui, aliàs contra: vt ff. de pœn. l. aut damnū. §. inter eos. & §. quisquis. & §. in ministerium. ¶Sed quid si prouincia non habeat metalla aliqua vel ferri, vel alicuius similis conditionis? Respon. in vicinā prouinciam mittebantur[l]: vt ff. de pœn. l. aut damnum. §. est pœna. Alij sunt in opus publicum perpetuò dari vel ad tempus, qui sunt similes relegatis: vt ff. de pœnis. l. quidam. Sed huiusmodi pœnæ non sunt in vsu hodie. Accur.

l Vide Gl. in c. si episcopus à paganis de sup. neg. præla. lib. 6.

c ¶Bestiis. deducendis fortè, vel etiam vt comederet cum eis, vel alia bestialia faceret. de hac pœna dic vt no. ff. de pœn. l. quia vltimo.

[Filiusfamilias.] Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò reddit rationem. Tertiò excipit à dicto. Quartò adsignat rationem. Secunda ibi, Militia. Tertia ibi, sed ex constitutione. Quarta ibi, Quis enim. CASUS. Domine, pono quòd aliquis filiusfamilias factus fuerit miles & senator vel consul: nūquid liberatur à patria potestate? Respon. Imperator quòd non. Nam militia vel consularis dignitas filium à pat. potestate non liberat, sed ex cōstitutione nostra summa dignitas patriciatus filiū à vinculis patriæ potest. liberat. Quis enim patiatur patrem quemlibet posse filium suum à nexibus suæ potestatis per emancipationem relaxare, & Imperatoriam celsitudinem non valere eum, quem sibi elegit patrem, ab aliena eximere potestate? q. d. hoc nullatenus est tolerandum: & ideo prædictæ dignitatis adeptione filius incontinenti à pa. po. liberatur. Et hoc vsque ad illum §. sed si ab hostibus. Franc.

k Miles vt fit aliquis sex requiruntur.

d ¶Militauerit. i. miles factus fuerit, ad quod multa sunt necessaria: vt in Authen. de mandat. prin. §. fin. ver. si quidem. in glo. j. collat. iij. diximus etiam in l. pen. ff. ex quibus cau. ma. vbi sex[k] requiruntur ad hoc quòd quis fit miles. Vel dic militauerit, id est, in exercitio militiæ fuerit.

l Dignitates xij. liberant à patria potestate. adde Episcopalem & Monachismū. Authen. Episcopus ... digni. C. de Episcopis Gl. ... in l. si in causa. § pe. ff. de minorib.

e ¶Non liberat. hoc est iure isto. nam nulla dignitas præter patriciatum releuat filium à potestate patris, vt subiicit. Sed hodie, xij.[l] sunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem curialem à curiali conditione: vt C. de decur. l. fin. lib. x. & illæ eædem liberant à patria potestate: vt in Auth. constitut. qua de digni. §. j. & §. generaliter Institut. coll. vj. vnde cùm sit ibi cōsul, corrigitur quod de eo hic dicitur.

f ¶Constitutione. vt C. de consul. l. fi. lib. xij.

a Patriciatus summa dignitas quæ ... l. vn. ff. de senatoribus & in rubrica eiusdem tituli.

g ¶Patriciatus. erat[a] enim patricius quasi principis pater. vnde Salustius. O patres conscripti. nam scripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel aliàs.

[Summa.] patriciatus. Cassiodorus in formula patriciatus. Leges, inquit, tātam patriciis reuerentiam detulerunt, vt in sacris positus cum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur, nisi contrà specialiter à principe caueatur. Cuiacius.

† Patrem. i. ... inquit ... verbo ...

h ¶Illico. Hoc est speciale in patricio & consule, hodie etiam vt sola collatione, id est, datione codicillorum, id est dignitatis scriptæ, vel per aliquod priuilegiū fiant sui iuris etiam sine administratione in aliis: & tunc demū cum cœperint administrare: vt in Authent. constit. quæ de digni. §. j. in glo. codicillos. collat. vj. quæ est Cod. de episco. & cleric. Authen. sed dignitas. Cod. de decur. l. fi. lib. x. Item in tertio casu cum ordinatur episcopus qui est etiā vltra supradictos casus: vt in Authent. consti. quæ de dignita. §. palati. col. vj. AUDITIO. ¶Et no. quòd vbi electio est necessaria ex parte vtriusque, vt quia eligentes coguntur eligere, & electus consentire: quæritur ius ex sola electione etiam absenti & ignoranti. l. illud ff. de tuto. & curato. da. ab his. Sed si nō sit necessaria ex parte electi, vt in episcopo: non quæritur ius ante acceptationem. c. si tibi absenti. de præben. lib. vj. Item vbi fit electio per viam facultatis: vt à populo vel à domino. Sed est speciale in patricio & consule: vt hic. Angelus.

i ¶Liberat. i. dignitas.

k ¶Quis enim. quasi dicat, si quilibet pater etiam vilissimum filium suum emancipat quando vult: vt infra eodem. §. admonendi, & §. præterea. quare hoc Imperator non poterit facere? a Vel dic in casu electi patricij. q. d. cum ipse pater patricij possit emancipare, & ad hoc compellatur cum alapis & verberibus: vt in Authent. constitut. quæ de dignit. j. respon. col. vj. quare & ipse Imperator &c.

l ¶Elegerit. quod rarò fit: vt C. de consul. l. fina. lib. xij. secundùm Ma. Accursius.

b Diuisio.

[Si ab hostibus.] Diuiditur[b] in tres principales. Primò loquitur quando pater fuit captus. Secundò quando filius. Tertiò declarat quid sit postliminium. Secunda ibi, Ipse quoque. Tertia ibi, Dictum est. Aretinus. CASUS. Domine, vos dixistis mihi quòd per mortem eiusdem tollitur pat. pot. nūquid generaliter est verum? Respondet Imperator, quòd non. Nam si aliquis paterfamilias ab hostibus captus fuerit quamuis seruus hostium efficiatur: tamen pat. pot. omnino non extinguitur; sed propter ius postliminij in tempus futurum suspenditur. Illi enim qui ab hostibus capiuntur, si in ciuitatem reuertantur, omnia pristina iura iure postliminij recipiunt. vnde & iste pater ab hostibus captus, si reuersus fuerit, liberos in potestate habebit: quia ius postliminij eum qui ab hostibus captus est, si postea reuersus est, fingit in ciuitate semper fuisse. Si verò apud hostes decesserit: filij sui iuris effecti sunt. Si ipse quoque filius aut nepos ab hostibus captus fuerit: ius patriæ potestatis in suspenso erit iure postliminij. Sed domine dicatis mihi, si placet, vnde dicitur postliminium? Ad hoc respon. Imperator quòd postliminiū dictum est à limine & post. Nam eum qui ab hostibus captus est, cum postea ad fines nostros redierit, postliminio reuersum rectè dicimus. Sicut enim limina in domibus quendam finem faciunt: ita finem imperij, limen esse omnes veteres voluerunt. vnde etiam limen dictum est, quasi finis & terminus quidam. & hac ratione est, vt qui ab hostibus vltra limen, id est vltra metam & finem imperij ducebatur, postea eodem limine reuertebatur, quo amissus fuerat. Sed pone quòd aliquis sit captus intra fines imperij, & ibidem victis hostibus recuperatus: nunquid censetur ipse postliminio reuersus? Et videtur, quòd non, cùm non fuerit vltra limen, id est, metam vel finē imperij. Respondet imperator quòd iste postliminio redisse censetur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. præterea. Francis. de Aretino.

c Hostes qui dicantur.

m ¶Ab hostibus. Hostes[c] sunt quibus populus Romanus bellū indixit: vel ipsi populo Romano: vt ff. de cap. & postlim. re. l. hostes.

a ¶ *Pendet.* hinc colligitur quoddam hominum genus esse in pẽdenti: vt diximus *supra de his qui sunt sui vel alie. iuris. §. j.* ¶ Sed certè quòd hic dicit pendet, verum est propter iuris fictionem. nam quo ad[a] veritatem sui iuris est filius. *vt ff. de test. l. lege Cornelia. in fi. & ff. de libe. & posth. l. pen. & C. de sen. pass. l. fin. ibi*, quod maximè &c. *& ff. ad Macedo. l. j. §. j.*

hostiũ fiat, tamẽ pendet[a] ius liberorũ, propter ius postliminij[b]: quia hi qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. idcirco[c] reuersus parens etiam liberos habebit in potestate, quia postliminium fingit cum qui captus[d] est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit: exinde ex quo captus[e] est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius nepósve si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminiũ à limine, & post. † Vnde eum qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina sicut in domibus finem quendam faciunt: sic & imperij finẽ esse limen veteres voluerũt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus. Ab eo postliminium dictũ est, quia † ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus, victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

Nã pater seruus est hostium: *vt s. de iure perso. §. seruus.* ergo a sũ in potestate habere non potest: *vt ff. ad leg. Iul. de adult. l. si euenit.* ¶ Dic ergo quòd nulla præterita vel præsentia pendent inspecto statu præsenti, sed futuro: *vt j. de verb. oblig. §. conditiones.* ADDITIO. Etiam quo ad testamentũ vel contractus filij super aduẽtitiis acquisitis ante captiuitatem, nec in alium translatis quouis titulo præterquam hereditario: alias secus secundùm Angelum Aretin. sed secundùm Iasonem non pendent cõtractus filij, nisi patris præiudicium concernãt.

b ¶ *Postliminij.* Est autem postliminium ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus constitutum: vt colligitur. *ff. de cap. & postlimi. reuer. l. postliminium j. respon.* Accur.

c ¶ *Idcirco.* quia reuersi omnia iura recuperãt[b].

d ¶ *Captus.* & reuersus: *vt ff. de cap. l. retro.*

e ¶ *Captus.* intra fines nostros, nec vltra deductus[c]. & ita impropriè reuersus dicitur postliminio. a Vel dic captus fuerat vltra fines: & tũc dicitur etiã rediisse antequã ad limina redeat: quia sic recuperat statũ, licèt impropriè. & facit ad hunc. §. *ff. de capti. l. in bello. §. j. item ad idem. ff. de vi & vi arma. l. qui possessionem.*

a Etiã in capti. a hostibus a veritate est sui iuris.

† Seruius tamen vt in Topicis ad Trebatium testatur Cicero, dicit vult à post, & liminium illud productionem esse verbi: sicut in finitimo, legitimo, edi[...]mo, non plus est. sime qui le meditullio tullium.

b Excepta possessione rerũ suarum. l. Denique & l. nec tutelam ff. ex quibus cau. ma. [...].

† Alias, quia eodem limine reuertebatur quo emissus erat.

c Quia fuit recuperatus antequam excederet fines. Aegid. Per.

[*Præterea.*] Diuiditur in sex partes. Primò qualiter, per emãcipationem liberatur filius à patria potestate. Secundò qualiter fiebat emancipatio de iure antiquo. Tertiò, qualiter fiat hodie. Quartò, quòd pater habet legitimam in bonis emancipati, sicut patronus in bonis liberti. Quintò, quòd pater legitimus est tutor filij impuberis emancipati. Sextò, quòd nepotem potest emancipare retento filio in potestate, & econtra. Secunda ibi, Sed emãcipatio. Tertia ibi, Nostra. Quarta ibi, Et tunc. Quinta ibi, Et præterea. Sexta ibi, Admonẽdi. Areti. CASVS. Domine, iam vidi, plures modos, quibus tollitur pa. po. nunquid adhuc tolli poterit pluribus modis? respon. quòd sic. Nã certè post supradictos modos tollitur emancipatione pa. po. Sed domine, dicatis mihi qualiter fit emãcipatio? Ad hoc respon. Imperator. quòd aliter olim fiebat emãcipatio, & aliter hodie fit. Nã olim aut per antiquã legis obseruationẽ fiebat, quæ per imaginarias vẽditiones & manumissiones ab imaginario emptore factas celebrabatur, aut per imperiale rescriptũ: sed nostra prouidẽtia hæc per quandã cõstitutionem in meliorem statũ reformauit. statutũ enim est constitutione nostra, vt antiquorũ fictione sublata, parentes ad cõpetentes iudices vel magistratus directa via intrẽt: & ibidẽ filios vel filias, & deinceps liberos cæteros à sua potestate dimittãt: & ex tẽpore emancipationis factæ eadem iura præstantur parenti in bonis liberorum ab ipso emancipatorũ, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti: & etiam si aliquis eorũ emãcipatorũ impubes fuerit, parens qui emancipauit, per emancipationem eius tutelam nanciscitur. Et hæc vsque ad §. Admonendi autem. Franc.

f ¶ *Præterea.* non solùm supradictis modis, sed præterea &c.

g ¶ *Liberi.* generale nomen est ad omnes inferiores: *vt j. titu. vj. §. finali.*

Per antiquam legis. Legis xij. tabul. quæ quidem, vt Hallicarnass. scribit [illegible]

est ergo alia emancipatio legitima, alia Anastasiana, quæ fit ex imperatoris rescripto, alia Iustinianea Cuiacius.

b ¶ *Procedebat.* i. ea demum ad effectum perducebatur. Accur.

i ¶ *Per imaginarias.* id est fictitias[a] sic *ff. de reg. iur. l. imaginaria.* nam pater vendebat filium pro vno nummo fortè: & emptor eũ manumittebat, *vt hic, & ff. de capit. demi. l. liberis. §. j. & C. eo. l. finali. j. respõse. & facit ad hoc j. de test. §. j.* & propter hoc dicebatur filius capite minui.

¶ Sed cum hodie talia non fiant, vt sequitur, nunquid dicitur capite minui? Respond. sic: quia statum suum mutat ad minus: *vt j. de capi. demi. j. respon. & §. nemini.*

Emancipatio apud quemuis magistratum (etiã circa antiquam solennitatem) facta, patriæ potestatis vincula soluit: verum pater ex emancipati bonis sibi iure debitam portionem consequitur: illiúsque si impubes sit, legitimam tutelam.

6 ¶ Præterea[f] emancipatione quoque desinunt liberi[g] in potestate parẽtum esse: sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis obseruationem procedebat[b], quæ per imaginarias[i] venditiones & intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto[k]. Nostra autem prouidentia etiam hoc in melius per constitutionem[l] reformauit: vt fictione[m] pristina explosa[n], recta via[o] ad competentes iudices vel magistratus[p], parentes intrent[q]: & filios suos, vel filias, vel nepotes vel neptes, ac deinceps à sua manu[r] dimittant. Et tunc[s] ex edicto[t] prætoris in bonis[u] huiusmodi filij vel filiæ, nepotis vel neptis, qui quæve à parente manumissus[x] vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono[y] in bonis liberti. Et

k ¶ *Ex imperiali rescripto.* & hoc modo etiam sine vẽditione fiebat, vt puto. ADDITIO. Et erat ratio secundùm Ang. hic, quia frustra precibus imploratur, quòd datur à iure. *l. j. in gloss. fi. ff. ad munici.*

l ¶ *Per constitutionem.* vt *C. de emancipat. liberorum. l. fi.*

m ¶ *Fictione.* aliàs functione, id est vsu. aliàs fictione, aliàs factione. ADDITIO. Quæ fictio non debet deduci in genere: putà quòd contractus sit simulatus, sed in specie. & qualiter præsumatur, vel probetur per testes, vide per Ange. hic.

n ¶ *Explosa.* i. expulsa, *sic j. de fideicom. here. §. quia stipul.*

o ¶ *Recta via.* vel indirecta: non curo. vel dic, id est recto iure.

p ¶ *Vel magistratus.* quoslibet, etiamsi non habẽt merum imperium vel mixtum. vt *in Authen. de defen. c. j. §. insiurandum. versi. & quicquid aliud. & ibi gloss. col. iiij.* & etiã extraordinarios: vt duo Bonon. coram iudice Mutin. *vt ff. de manu. vin. l. etiam §. si & C. de iudi. l. vlti. aliàs penul.*

q ¶ *Intrent.* si iudex est in domo. idem vbicunque sit, dummodo non sit in loco turpi: *vt ff. de iust. & iur. l. pen. & ff. de arbi. l. cum dies. §. penult.*

r ¶ *Sua manu.* id est debet capere eum per manum, relaxare eum per verba ad hoc idonea[b]. a Vel dic manu, id est potestate: nam quandoque & non capta manu emancipatur: *vt C. de eman. libe. l. penult.* Accursius.

s ¶ *Et tunc.* i. ex tunc. nam prius occuparet pater omnia iura peculij: *vt j. qui non est per. fa. te. §. j. & est simile tunc. ff. de condi. & demon. l. iiij. in fin. & ff. si cert. peta. l. lecta. circa princi. ibi*, tunc eo amplius. & in glo. tunc. *& ff. de vulg. subst. l. in pupillari. §. j.*

t ¶ *Ex edicto.* s. posito *ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. in fi. j. respon.*

u ¶ *In bonis.* acquirendis vel acquisitis, vel à patre sibi nunc collatis.

x ¶ *Manumissus.* i. emancipatus. impropriè enim ponitur: *vt ff. quando act. de pecu. est anna. l. j. §. alienatio.* ADDITIO. Quod est verum de stricto iure. *C. secus de iure digestorum secundùm Iason. propter. l. Pautonius. ff. si à pa. quis fue. manu.*

y ¶ *Patrono.* patronus autem succedit liberto in totum ab intestato, filiis non extantibus: ex testamento in tertia parte bonorũ liberti: liberis existentibus, in nihilum: licèt olim esset aliter: *vt j. de success. liber. §. j. & vj. §. sed nostra.* Sic erit hic in patre. ¶ Sed hæc similitudo[c] interdum fallit. nam interdum habet totum pater, vt si filius turpem personam instituit heredem: *vt ff. si à parent. quis fuerit manu. l. Pautonius. in principio.* Interdum nihil ex successione, vel alio modo: vt in sex casibus, scilicet quando pretium emancipationis accepit pater à filio. Item quando filius est miles, & habet castrensia: *vt ff. si à pa. quis fue. man. l. j. §. si parens. & §. est & alius. & ff. de mili. test. l. si à milite. §. fi. & l. seq.* Item filiis aliis patris, licèt heredibus, non datur: *vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. §. fina.* secus est in filiis

pato ni.

a Quæ venditiones, & ex consequenti manumissiones, licèt essent nullæ quo ad commodum contrahendi, fundo. ff. de contrah. empt. & §. fi. l. ad eg. tamen ad dolũ incommodã bene valebãt, vt hic per Ias.

b Etiam obmissa observatur secundùm Ang. quãdo sit inter præsentes: secus si inter absentes vt hic sequit.

c Patris filium emancipantis & patroni seruũ manumittentis in emancipatum & libertũ, iura in multis dissimilia sunt.

patroni. Itē quādo emācipauit coactus: vt ff. si à pa. quis fue. manumis. le. j. §. si Itē Caluisiana [a] nō ita patri vt patrono datur: vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. §. si parentes. & l. non vsque. Item nec operas à filio vt à liberto patronus habet, vel potest habere: vt ff. si à paren. quis fue. manu. l. penul. licèt hęc prædicta specialia in patrono vera non sint: vt colligitur ex generali capite illius tituli, si à pa. quis fue. ma. leg. j. j. respon. & ij. & in specialibus casibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictum est. Sed secūdùm hoc semper videtur pater amittere: cùm semper præmium emancipationis habeat hodie: vt infra per quas perso. no. acquir. §. hoc quoque. & Codice de bo. quæ li. le. cum oportet. §. penult. Sed dic istud legale, non cōuentionale præmium esse: & ideo licitum, nec puniendum. vt Codice de adm. tut. le. sancimus creationem. ibi, non enim debet. & C. ad legem Iul. de adul. l. Gracchus. versi. quod legitimè. ADDITIO. Dic quòd de consuetudine aliter obseruatur: quia pater in emancipationē donat aliquid filio: secundùm Ang. & Ias. hic.

a Actio Caluisiana.

præterea si impubes sit filius vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione [a] tutelam eius nanciscitur [b].

7 ¶ Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse [c] ei qui filium & ex eo nepotem vel neptem in potestate habet [d] filium quidem de potestate dimittere, nepotem verò vel neptem retinere: & econuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere [e], vel omnes [f] sui iuris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta esse intelligantur.

Adoptatus ab ascendente, si præsens adoptioni non contradicat, à patris naturalis soluitur potestate, & in adoptantis potestatem transit.

8 ¶ Sed & si pater filium quem in potestate habet, auò vel proauò naturali secūdùm nostras constitutiones [g] super his habitas, in adoptionē dederit: id est si hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifestauerit, præsente eo [h] qui adoptatur, & non contradicente [i], necnon eo præsente qui adoptat: soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit [k] autem in huiusmodi parentem adoptiuum, in cuius persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus [l].

Conceptus prius quàm pater emanciparetur, aut cuipiam ascendentium in adoptionem daretur, in auita remanet potestate: non ita si postea conceptus sit.

9 ¶ Illud autem scire oportet, quòd si nurus tua ex filio [m] tuo conceperit, & filium postea emācipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur [n], in potestate tua nascitur. Quod si post emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit: patris sui emancipati, vel aui adoptiui potestati subiicitur.

10 ¶ Et quidem [o] neque naturales [p] liberi, neque adoptiui vllo penè [q] modo possunt cogere parētes de potestate eos sua dimittere.

a ¶ Ex manumissione. i. ex emancipatione.

b ¶ Nanciscitur. cōcordat huic verbo. j. de legi. pa. tu. & j. de fid. tu. in prin.

[Admonendi.] CASVS. Dicit Iustinianus in hoc §. quòd si parens filium, & ex eo nepotem vel neptem in potestate retinuerit, vel econuerso: liberum erit arbitrium ei, à nexibus suæ potestatis nepotem vel neptem dimittere, & filiū in sua potestate retinere: vel in suo arbitrio erit omnes simul sui iuris efficere.

c ¶ Liberum arbitrium esse. nisi in casibus: vt j. eo. in si. dicemus. & facit ad hunc. § ff. de adop. l. liberum.

d ¶ Habet. vt s. de pa. po. §. qui igitur.

e ¶ Manumittere i. emancipare.

f ¶ Vel omnes. repete, liberum esse. Accur.

[Sed & si pater.] CASVS. Domine, iam vidi plures modos quibus tollitur pat. po. nunquid adhuc pluribus modis tolli poterit? Respond. quòd sic. Nam per translationem potestatis tollitur patria potestas quātum ad ipsum, quem post in potestate habet pater. Si enim pater filium suum quem in potestate habet, auo filij sui, vel proauo paterno vel materno secundùm tenorem nostrarum constitutionum in adoptionem dederit, & hoc ipsum coram iudice competente actis interuenientibus manifestauerit, præsente filio, qui in adoptionem datur, & non contradicente huiusmodi adoptioni, & etiam eo præsente cui in adoptionē datur: in hoc casu quia in vnam personam concurrunt & naturalia, & adoptionis iura: ius potestatis naturalis patris omnino dissoluitur, & in huiusmodi patrem adoptiuum transfertur: in cuius persona constituimus adoptionem plenissimam esse, quando ea quæ diximus, concurrunt. Et hæc vsque ad illum §. illud autem Franc.

g ¶ Constitutiones. vt C. de adop. l. cum in adoptiuis. & j. de adop. §. sed hodie & §. si verò.

h ¶ Præsente eo. nisi sit infans: vt C. de emancip. li. l. pen. Accur.

i ¶ Non contradicente. Nota patientiam [b] consensui comparari. sic qui tacet [c], affirmat. sic ff. de pignor. leg. fideiussor. ij. §. patet in fin. & ff. sol. mat. l. ij. §. fin. Argu. contra. ff. de adopt. leg. ij. §. j. [d] & de procura. l. filiusfamilias. §. j. Accursius. ADDITIO. Sed ibi erubescentia tacuit, quo casu non videtur consentire: secundùm Ias. per text. in leg. penultima. ff. de fur. vel pro solutione distingue vt per Ange. Aret. hic.

b Patientia consensui comparatur.

c Tacens affirmat.

d Sed ibi secūdùm Christophorum, requiritur expressus consensus & formam.

k ¶ Transit. ergo non tollitur patria potestas, sed transfertur. Ad quid ergo hic casus in hoc titulo ponitur? Respond. quia etsi non tollitur incommutabiliter, tollitur tamen quo ad primum. idem dico in eo qui iudicatur in potestate mea non esse. nam non efficitur sui iuris: cùm sententia non faciat ius, imò tamen est in potestate: licèt quo ad me pro emancipato habeatur: vt ff. de condi. indebiti l. Iulianus in prin. & l. vlti.

Institut.

l ¶ Diximus. vt s. tit. j. §. si verò. Accur.

[Illud autem.] Diuiditur [a] in tres partes. Primò dicit de filio ante emancipationem patris concepto. Secundò de concepto postea. Tertiò quòd filius non potest cogere patrem ad emācipandum eum. Secunda ibi, Quòd si post. Tertia ibi, Et quidem. Aretin.

a Diuisio.

CASVS. Ponamus quòd aliquis habeat filium in potestate: & vxor istius filij ex eo conceperit: & postea eundem filium emancipauerit, vel in adoptionem dederit. modò quæritur, vtrum partus ante emācipationem conceptus, & postea editus, nascatur in potestate aui nihilominus. Respond. Iustinianus quòd sic. sed si post emancipationem conceptus fuerit, secus erit: quia tunc partus ex ea editus, in potestate parentis emancipati vel aui adoptiui erit. Et sciēdum quòd in parentum potestate existentes nullo modo possunt compellere parentes eos de sua potestate dimittere. Et hæc vsque in finem tit. Fran. de Aret.

[Illud.] Hic §. tradit duo præcepta: vt supra de adoptio. §. sed hodie. Accursius.

m ¶ Ex filio. s. naturali & legitimo. secus in legitimo tantum, vt in adoptiuo. nam tunc filio emancipato etiam nepos ex eo emancipatus videtur, secundùm quosdam. vt ff. de ca. de. l. liberos §. emancipato. & ff. de adop. l. sed etiam nepos. 2 Vel melius dic in eo idem quod in naturali, vt in fine huius tit. & ff. de adopt. l. liberum. & ff. de ca. & postli. reuer. l. si me tibi. Accursius.

n ¶ Ex ea nascitur. secus [b] in ancilla prægnante manumissa vel alienata: vt supra de inge. §. suffici. & ff. de acquir. rerum do. l. fin. & C. de proba. l. matrem.

b Ratio est favor libertatis: vt l. qui in vtero. ff. de stat. homi.

o ¶ Et quidem. hoc est secundum præceptum: & repete, scire oportet, quòd neque &c.

p ¶ Naturales. subaudi, & legitimi. nam naturales tantum non sunt in potestate: vt s. de nup. §. si.

q ¶ Penè. ¶ Hic not. talem regulam, quòd nullus filius potest cōpellere patrem vt emācipet eum. quòd fallit [c] in quatuor casibus: & ideo dicit, penè. 1 Vt si pater agnouerit legatū sibi relictum hac contemplatione, vt liberos emanciparet. nam tunc compellitur extra ordinem emancipare: vt ff. de cond. & demon. l. si cui legatum. 2 Item si Titius adoptauit priuignum suum, compellitur emancipare eum eo pubere facto, si probauerit sibi non expedire esse in potestate: vt ff. de adop. l. nonnunquam. & l. sequen. Item in quolibet adoptiuo: vt ff. de mino. l. iij. §. si quis minor. 3 Itē si filiæ peccandi necessitatem imponat: vt C. de epis. au. l. si lenones. 4 Item si filium malè & contra pietatem affecerit: vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. fi. Item econtra filius non potest compelli vt emancipetur [d]: vt in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter. col. vij. ADDITIO. Nisi [e] ex prædictis causis, secundùm Bar. in l. quidam. cum filium. 132. ff. de verb. obli. [f] & Ias. hic. Sed Ange. tenet contrarium: nisi quando filius agnouisset legatum sibi relictum contemplatione emancipationis & no. in dict. l. quidam. ex eisdem causis quem posse inuitum emancipari, ex quibus potest exheredari.

c Emancipare filium pater cogitur in quatuor casibus.

d Etiam si pater malè tractet &c. secundùm Ioan. de Pla. & Ang. hic [illegible]

e Aliud putat Glossa Nouella quibus modis [illegible] j. in verbo non est. Et ind. Nouell. [illegible] §. generaliter, [illegible] ij.

g Continuatio.

DE TVTELIS.

Imperator [g] continuat hanc rub. Vel sic: Dictum est supra de quadam diuisione personarum: quia quædam sunt sui iuris, quædam alieno iuri subiectæ sunt. Verùm quia est reperire aliā diuisionem: quia quædā sunt in tutela &c.

ideo sequitur videre de tutela.

a Diuisio.

T[*Ranseamus nunc*] Iste titulus diuiditur^a in quatuor partes. Primò subdiuidit primum membrum personarũ positum superius. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Secundò definit quid sit tutela. Tertiò qui sunt tutores, & vnde dicantur. Quartò, qui sunt illi qui possunt tutores ex testamento dare. Secunda ibi, Est autem. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permissum. Aretinus. CASVS. Iustinia. dicit hic continuãdo processum suum. Nunc transeamus ad aliam diuisionem personarum. Nam ex his personis quæ in potestate non sunt: quædam sunt in tutela, vel in cura: quædam neutro iure tenentur: vnde videamus de illis personis quę sunt in tutela vel cura. Nam cognitis illis personis quæ sunt in tutela vel cura: cæteras quoque personas illas videlicet quæ neutro iure tenentur, simul intelligemus. Prius enim inspiciamus de illis personis, quæ sũt in tutela. & hæc dicuntur vsq; ad illũ §. est autem tutela. Franciscus.

a ¶*Ad aliam.* nam diximus duas: *vt* §. *de iur. perso. in prin. & supra de his qui sui vel alieni iuris sunt. in princip.*

DE TVTELIS.

TITVLVS XIII.

Ponit triplicem speciem personarum. Et cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. hoc dicit Aretinus.

TRanseamus nunc ad aliam ^a diuisionem personarum. Nam ex his ^b personis quæ in potestate non sunt^c, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione: quędam neutro^d iure tenentur.

Videamus ergo de his quæ in tutela vel in curatione sunt: ita enim^e intelligemus cęteras personas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his quæ in tutela sunt^f.

Illud ex tutela definitione nota, tutorem primariò personæ tuendæ causa datum, secundariò bonorum.

b Omnis qui in tutela vel cura est, sui iuris est.
c Curator an & quomodo filiofamilias dari possit.
d Nisi in his in quibus patris auctoritas vel consensus non sufficit vt quia non de ipsius sed filij commodo vel incommodo tractatur quo casu datur curator bonis: vt l. si §. fin. autem in secunda. C. de bon. quæ lib. cuius sola auctoritate in criminalibus vel actionibus personalibus potest filius esse in iudicio, vt per Ange. & Ia. hic.
e Dic quod hęc solutio nõ procedit quãtum ad vers. nam si, ibi po... qui est contra sed dic... Ia. quod ille casus est singularissimus secundũ Bar. ibi.
f Tutela duob. modis dici potest esse vis & potestas.
g Tutela violẽta potestas, quia datur inuito: etiam inuitus.
h Potestas tutelæ à patria & dominica differt.
i Tutor datus inuito, at non curator.
k Hanc Glo. reprehendit communiter doct. hic.

b ¶*Ex his.* not. ergo quòd hic subdiuidit illud membrum: quædam sui iuris sunt: quod est oppositum illi, quædam alieno iuri subiectæ sunt: vt supra de his qui sui vel alieni iuris sunt.

c ¶*Non sunt.* Qui ergo in tutela vel cura sunt, sui iuris sunt. ¶Filiusfamilias^c ergo non potest habere tutorem vel curatorem: *vt hic, & C. de cura. furio. l. fin. in prin.* ^d Sed contra. *Cod. de senten. pass. l. fi. §. j.* quia filius eius qui est apud hostes, est in tutela: & tamen non est sui iuris: *vt* §. *tit. j. §. si ab hostibus.* Sed ibi^e verè non erat in potestate, cùm pater deportatus esset: vt diximus: §. *tit. j. §. cum autem.*

d ¶*Neutro.* nec tutela nec cura.

e ¶*Ita enim.* quia contrariorum eadem est disciplina: *vt hic, &* §. *de his qui sui vel alieni iuris sunt. in princ.*

f ¶*In tutela sunt.* de aliis dicetur. *j. de cura.*

[*Est autem.*] CASVS. Domine, iam video quòd vultis de illis tractare, qui sunt in tut. Dicatis ergo si placet, quid est tutela? Respon. Iustin. definiendo tutelam. Tutela (prout Seruius iurisconsultus definit) est vis ac potestas &c. Et definitionis partes in casu mutari non possunt. & hęc vsque ad illum §. tutores autẽ sunt. &c. Sed domine, iam video quid est tutela: dicatis ergo, qui sunt tutores? Ad hoc respon. Iustin. quòd tutores sunt, qui eam vim & potestatem acceperunt: ex qua vi & potestate nomen suum acceperunt. Nam dicuntur tutores à tuendo, quasi tuitores, id est defensores: sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Et hæc vsque ad illum §. permissum.

g ¶*Seruius.* nomen est iurisconsulti. & facit *ad hunc §. ff. eod. l. j.*

h ¶*Vis ac potestas.* i.^f violenta potestas. Nam^g datur tutor inuitus (cùm enim sit munus publicum, *vt j. de excu. tuto. & cura. in prin.* ibi, exemplo cæterorum munerum. ergo inuitus datur: *vt C. de decu. l. nullus. lib. x.*) Item inuito datur: *vt ff. de tut. & cura. da. ab his l. necnon. & ff. de tute. l. ij.* Vnde patet quòd hæc est alia^h potestas quàm patris in filium. & domini in seruum: cùm illa ad commodum sit: *vt j. per quas perso. no. acqui. §. j. &* §. *de his qui sui vel alie. iuris sunt. §. ij.* hæc verò ad onus. tenetur enim de dolo & lata culpa: *vt C. arbit. tut. l. ij.* Itẽ per hoc quòd datur inuito, differt^i à curatore, qui volẽti datur *vt j. de cura. §. item inuiti. & ff. eod. l. ij. §. si pupillus.* a ¶Vel dic, vis ad cogendum, potestas ad imperandum.

i ¶*Libero.* nam nisi sit liber pupillus, non potest habere tutorem, cum si seruus sit, nõ sit sui iuris, quod est necesse: *vt* §. *eod. in prin.* ^k Item & si dubius est, potest habere tutorem: *vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. et qui.* est tamen casus vbi seruo datur tutor. *vt ff. de tut. & curat. da. ab his l. si impuberi. j. resp. on.* cui tamen legi signatur contra. *ff. ad Treb. l. si res aliena. §. si seruus. & leg. cogi. §. si.* & his duabus est alia contra *ff. eo. tit. leg. mulier §. non est.* Quæ legum contrarietas ita soluitur, cùm libertas fideicommissaria & hereditas relinquitur ab eodem præstanda: poterit seruus cogere vt institutus hereditatem adeat, & tũc datur etiam seruo tutor. vbi verò ab vno hereditas, & ab alio libertas relicta est: non potest nisi prius præstita ei libertate: tunc enim coget alium heredem hereditatem adire, & sibi restituere, secundùm Ioan.

k ¶*Ad tutelam.* per hoc etiam remouet patriam potestatem, quæ non est ad tuendum,^a sed ad gubernãdũ prout vult, & sibi acquirendum.

1 ¶Est autem tutela (vt Seruius^g definiuit) vis ac potestas^h in capite libero^i ad tuendum^k eum † qui per ætatem^l se defendere nequit iure ciuili^m data^n ac permissa.

Ille est tutor, in quem cadit definitio tutelæ. Aretinus.

2 ¶Tutores autem sunt, qui eam vim^o ac potestatem habent: ex qua re^p ipsi nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores^q: sicut æditui dicuntur, qui ędes^r tuentur.

Concessum est patri impuberibus filiis quos in potestate habet testamento tutorem dare: item nepotibus: modo eò mortuo non sint in eorum patris recasuri potestatem.

3 ¶Permissum est itaq;^s parentibus, liberis impuberibus^t

a Scilicet principaliter, sed in consequentiam: l. j. §. necessitate. Cod. de bon. quæ liber. vnde non consideratur. l. j. ff. de aull. re. ... Corp.
† Per hoc differt à patria potestate, à qua filius non liberatur pubertate, vt pupillus à tutela, secundum Nic. Ægi. Pet.
b Et ideo differt à tutela propriè personę, & rerum propriarum: Huiusmodi enim sunt locum verè tutela, iuris est gentium, non ciuilis. l. vt vim. ff de iust. & iure & l. ij. ff ad l. Aquil. secundũ Corp.

l ¶*Per ætatem.* ad differentiam curatorum, qui dantur furiosis, & mente captis, qui propter morbum se defendere non possunt. *vt infra de curat. §. furiosi.* Accur.

m ¶*Iure ciuili.* No. tutelam esse de iure ciuili^b, licèt omnes ferè contractus sint de iure gentiũ: *vt supra de iure natur. §. ius autem.*

o ¶*Data.* scilicet à lege vel iudice: permissa verò à testatore dicitur: *vt infra eod. §. permissum.*

a Vel dic data personæ personaliter: permissa secundariò rebus: *vt infra titulo j. §. certæ. & infra de excusa. tutorum §. datus.*

[*Data ac permissa.*] Datur legitima, Permittitur testamentaria. Datiua ex aliis legibus descendit. Cuiacius.

u ¶*Eam vim.* quæ est dicta. §. *proxi. §.*

p ¶*Ex qua re.* i. vi & potestate.

q ¶*Defensores.* & secundùm hoc etiam curatores sunt tutores: secundùm Ioan. & plerunque sic appellantur: *vt ff. de leg. iij. l. cum filio. §. j. & ff. de mi. l. j. §. ij.* ADDITIO. Hanc glo. probat Ias. quia licèt allusio vocabuli conueniat, non tamen procedit: quia repugnat definitio: vt not. Bart. *in l. j. ff. de testa.*

r ¶*Qui ædes.* vt est præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt. *vt ff. de offic. præfect. vigi. l. iij. §. sciendum.* Accursius.

[*Permissum est.*] Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò illud modificat. Tertiò modificationem exemplificat. Secunda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaque Aretinus. CASVS. Domine, ex quòd vultis tractare de tutelis, & testamentaria tutela, quæ dignior est: dicatis ergo in primis, qui possunt dare tutores in testamento, & quibus? Ad hoc respon. Amice, permissum est parentibus, qui liberos tempore mortis in potestate habent, liberis suis impuberibus in testamento suo dare tutores. & hoc in filiis & filiabus generaliter locum obtinet: sed secus est in nepotibus & neptibus & cæteris liberis in remotiori gradu constitutis. Nepotibus enim & neptibus ita demum possunt parentes in testamento suo tutores dare, si post obitum eorum huiusmodi nepotes in patris sui potestatem recasuri non sunt. vnde si in tempore mortis me filium tuum, & ex me nepotes & neptes in potestate tua habeas, nepotes & neptes in testamento tuo tutores accipere non poterunt: licèt in potestate fuerint: quia statim post mortem tuam in potestatem patris sui sunt recasuri. Sed pone: Domine, iam video quòd parentes in testamento suo liberis suis impuberibus tutores dare possunt: sed nunquid permittitur parentibus dare postumis suis tutores in testamento? Respon. Imperator quòd sic. Nam cum pluribus aliis causis postumi pro iam natis habeantur, statutum est in hac causa non minus postumis, quàm etiam iam natis tutores à parentibus in testamento dari posse. & hoc est verum, si in hac causa sint postumi, vt si viuis parentibus essent nati, in eorum potestatem caderent. Et hæc vsque ad illum §. sed & si emancipato filio. Franciscus.

s ¶*Permissum est itaque.* quia quædam generaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela est vel testamentaria, vel legitima, vel datiua: itaque prius de testamentaria, vtpote de digniore videamus in hoc titulo, & sequenti. De legitima autem dicetur infra *de legi. agnat. tut. vsque ad tit. de Atti. tut.* de datiua dicetur *infra de Atti. tut. per totum.*

[*Permissum est. itaque parentibus.*] Vt verò parentes, instituere liberis tutores possunt, an & substituere? sic videtur. *l. verbis. D. de verb. sign.* Cuiacius.

t ¶*Impuberibus.* etiam inuitis^c: *vt ff. de tut. l. muto.* hoc etiã prætori & præsidi

c Inuito tutor à patre & iudice dari potest.

& prçsidi licet: *vt ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. nec non. & l. nec mandante. § fin.*

a ¶*In potestate.* naturalibus etiam dare possunt in his quæ sibi relinquuntur.* *vt C. de confir. tut. l. fi.*

a Et est ratio, quia tunc nõ dicitur dari tutor personę, sed hereditati siue rebus *l. pater §. 1 ff de testa. tut.* Et si diceretur, nonne tutor datur personæ? Respon. verũ, quando datur à lege vel à iudice qui habet subditos in potestate: vel à testatore. i. habente pupillum in potestate, secundum Christoph.

b ¶*Testamento.* vel codicillis testamento confirmatis: *vt ff. de test. tute. l. iij.*

c ¶*Tutores.* sed non curatores: *vt j. de cur. in prin.*

d ¶*Tua sit.* & nunquam exiuit, alioquin non recidit: *vt ff. de adopt. l. si pater filium & de hoc dixi. §. ti. j. §. j.* Accursius.

e ¶*Non poterunt.* licèt miles sit testator: *vt ff. de testa. tu. l. ij.*

f ¶*Tutores.* si autem filius vel emancipatus est vel mortuus: tunc nepotes ex eo sunt sui iuris mortuo auo: *vt § tit. j. §. j. in fi.* vnde ex testamento aui possunt habere tutorem vt hic innuitur.

g ¶*In compluribus.* vt quotiens de commodo corũ quæritur: *vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero.* non si de cõmodo aliorum: *vt ff. de verb. sig. l. quod dicimus.* vel si de incõmodo matris: *vt ff. de sta. hom. l. Imperator. ij.* quo casu non habetur pro iam nato.

h ¶*Fierent.* vt quia ex vxore nasciturus erat vel nuru: aliud si ex concubina, nisi in his quæ sibi dimitteret *vt C. de confir. tu. l. fi.* tales enim tunc nõ nascerentur in potestate. *§ de nupt. § fin.*

quos in potestate[a] habent, testamẽto[b] tutores[c] dare: & hoc in filios filiásque procedit omnimodo. Nepotibus verò neptibúsque ita demum parẽtes possunt testamẽto tutores dare, si post mortem eorum in patris sui potestatem non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua fit[d]: nepotes ex eo nõ poterunt[e] ex testamento tuo tutores[f] habere, quáuis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in patris sui potestatem recasuri sunt.

Postumo quoq; (qui si viuo patre natus esset, in eius potestate futurus fuisset) testamento tutor dari potest.

4 ¶Cum autẽ in compluribus[g] aliis causis postumi pro iã natis habeantur, & in hac causa placuit non minus postumis quam iam natis testamẽto tutores dari posse, si modò in ea causa sint, vt si viuis parẽtibus nascerentur, sui heredes, & in potestate eorum fierent[h].

Emancipato, inutiliter testamento datur tutor: datus tamen, etiam sine inquisitione à iudice confirmandus est.

5 ¶Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento: confirmandus[i] est ex sentẽtia præsidis omnimodo, id est sine inquisitione[k].

[*Sed & si emancipato.*] CASVS. Domine, iam video quòd permissum est parentibus liberis suis impuberibus in sua potestate existentibus in testamento suo dare tutores. sed pone quòd pater in testamento filio emancipato dederit tutorem. nũquid valet in casu isto tutoris datio? Respon. quòd non: sed tamen licèt in casu isto de iure non teneat tutoris datio: si tamen de facto pater in testamento suo filio emancipato tutorem dederit, iste tutor à patre de facto datus, ex præsidis sententia confirmandus est omninodo i. sine inquisitione. Et hæc dicuntur vsque in fi. titu. Franc.

i ¶*Confirmandus.* non ergo valebat datio per se: cum non esset in potestate: *vt § eo. § permissum.* ¶Sed nunquid hic tutor cõfirmatus dicitur testamentarius? quòd si esset, præferretur legitimo: *vt j. tit. ij. in princip.* an datiuus quod potest admitti.[b] & facit pro hoc *ff de verb. sig. l. lege.*[c] *& in Auth. de defen. ci. § si de cætero. col. iij.* ita legitimus tutor huic præfertur: *vt j. de Atil. tut. in prin.*[d] & ideo glossauit, sine inquisitione. non quòd vellet eum confirmari, si alius esset legitimus: sed quia non quæritur an sit locuples, vel non. Sed arg. contra. *ff. de cur. fu. l. si furioso puberi.*

k ¶*Sine inquisitione.* i. quia non satisdat, rem pupilli saluam fore. Item locuples sit, vel non. hoc enim non quæritur: *vt ff. de confir. tut. l. j.* Sed aliud in matre dante tutorem filio. ibi enim & si non satisdetur, tamen cum inquisitione datur: *vt d. l. dicitur & C. de confir. tu. l. j.* Sed quare diuersum in matre dante tutorem filiæ? Resp. in memoriam præcedentis potestatis: *vt ff. de quæst. l. vnius §. seruus j. & ff. qui pet. tutores l. fin* facit ad hoc. *j. de satisd. tuto. & cur. s. in prin. & ff. de liber. agno. l. j. §. Iulianus. & C. de episco. audien. l. de creationibus.* Sed arg. contra. *ff. de in lit. iuran. l. videamus.*

b Tutor confirmatus est datiuus, & nõ testamẽtarius. c imo non est secundùm DD quia dare non videtur qui ex necessitate confirmat: vt hoc in verbo, *omnino. arg. l. rem legatam. ff de adi. le.* Sed melius probatur in l. 1 *ff de confir. tu.* vbi cum assimiletur codicillis mentario. patet quod non est idẽ. *l. quod Neruæ. ff depo.* d Dic qđ communis opin. est in contrarium propter ordinem titulorum.

Sine.] inquisitione. A patre tutor emãcip. datus sine inquisitione cõfirmatur. naturali datus nõ itẽ, nisi ei aliquid relictum sit. A matre nunquã datur, nisi instituto. *l. pater D. de testam tut.* ex qua in *l. iij. C. eod. tit.* tollenda est negatio in eo loco, quando autem eos. & is quidem ex inquisitione etiam confirmandus est. Cuiacius.

QVI TESTAMENTO TVTORES dari possunt.

Dictum est § in §. permissum. tit. j. quibus dantur tutores. Restat videre, qui possunt dari tutores: ideo ad hoc videndum ponitur hic hæc rubrica. Aret.

D*Ari autem.*] Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò qui possunt tutores dari. Secundò quomodo seruus alienus potest in testamento tutor dari. Tertiò quando furiosus vel minor tutor datur. Quartò quãdo ad certum tempus, vel sub conditione, vel certæ rei datur. Quintò quando filiis vel filiabus datus: quibus datus videatur. Secunda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, Furiosus. Quarta ibi, Ad certũ tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principiũ subdiuiditur in quatuor partes. Primò, quòd paterfamilias & filiusfamilias potest tutor dari. Secundò quando seruus proprius datur cum libertate. Tertiò, quòd si sine libertate, tunc tacitè videtur sibi data libertas. Quartò, quandò credebatur lib. Partes de se patent. CASVS. Domine, iam vultis tractare qui possunt tut. dari in testamento. Ad hoc respond. Imp. Amice, tutor in testamento dari potest non solùm paterfamilias, sed etiam filiusfamilias & non solùm liberi homines in testamento tutores dari possũt, sed etiam serui. Nam quis seruum proprium in testamento suo cum libertate tutorem dare potest. & nõ solùm si libertatem expresserit, tenebit tutoris datio: sed etiam si propriũ seruum sine libertate in testamẽto tutorem dederit. Ex ipsa enim datione tutelæ ipse seruus videtur directam libertatem accepisse: & per hoc administrationem consequitur. & hoc verum est quando testator qui dedit eum in tutorem, serui conditionem non ignorauit. Nam si per errorem quasi liberum eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo casu nec liber nec tutor erit. Et hęc vera sunt in proprio seruo. Sed si seruus alienus purè in testamento datus tutor fuerit, cum liber erit: putà testator ita dixit, Stichum seruum Petri cum liber erit, tutorem do vtiliter datus videtur. & hoc est verum in seruo alieno. Sed si proprium seruum eo modo dederit tutorem, videlicet cum adiectione, cum liber erit: inutiliter dedisse intelligitur. Sed pone, quidam satis inconsultè prouidens liberis suis, dedit eis quendam furiosum tutorem, vel fortè minorem xxv. ann. quid iuris est in hoc casu: Ad hoc respon. Imp. quòd si furiosus vel minor xxv. annis tutor datus fuerit: tunc demum tutor erit, cùm furiosus compos mentis factus fuerit, aut maior xxv. annu. extiterit. Et hæc vsq; ad illam §. ad certum tempus. Franciscus.

QVI TESTAMENTO tutores dari possunt.

TITVLVS XIIII.

Filiusfamilias etiam tutor testamento rectè datur. Item proprius seruus cum libertate: qui etiamsi non facta libertatis mentione tutor datus sit, tacitè libertas data videtur in errore: quasi liber datus sit.

DAri autẽ tutor potest testamento nõ solũ paterfamilias[l], sed etiã filiusfamilias[m]. 1 ¶Sed & seruus proprius testamento[n] cum libertate rectè tutor dari potest. Sed sciendum est eum & sine libertate[o] tutorem datum. tacitè libertatem directam[p] accepisse videri, & per hoc rectè tutorem esse. Planè si per er-

l ¶*Paterfamilias.* nisi sit mutus vel surdus[a]: quia tutor & loqui & audire debet: *vt ff de tut. l. j. §. pen. & § fi.* ADDITIO. Et ideo taciturnitas seu patientia tutoris non haberetur pro auctoritate: *vt no. glo. in l. iij. ff. de auct. tut.* posset tamen esse procurator ad negotia, sed non curator: vt per Ang. & alios hic.

m ¶*Filiusfamilias.*[b] cum enim tutela sit ius publicum: *vt infra de excu. tut. in prin.* nõ curatur ius pa. po. *vt ff ad Trebellia. l. nam quod j. respon. & ff de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. filiusfamilias.* quo casu pater de peculio tenetur, nisi agnoscat. tunc enim. scilicet quia agnouit in solidum. *vt digestis de tu. l. si filius. & ff. de adm. tu. l. lucius Titius.*

n ¶*Testamento.* sed à præside tutor dari non potest seruus: *vt C. qui dari tut. pos. l. an seruis.*

o ¶*Et sine libertate.* non expresso hoc quòd sine libertate det, sed omisit libertatis dationem: *vt § qui ma. non pos. § licet. in fi. & C. de necessa. ser. l. quidam § illo.* Accur.

p ¶*Directam.* Imò videtur quòd fideicommissariam: *vt Cod. de fideicom. li. l. & si non adscripta.*[c] contra. ¶Sed certè hic testamento: hoc fit ibi alia voluntate, putà codicillis vel per epistolam. a Vel dic quod ibi alienũ credebat, hic suũ sciebat. Item alia ratione nõ videtur valere datio: quia ille sol⁹ datur tutor, qui testamẽti habet factionẽ: *vt ff. de testa. tut. l. testamento tutores.* Resp. illud intellige in passiua significatione: in qua etiam seruus dicitur habere testamenti factionem. *vt j. de heredum qualita. & diff. § testamenti.*

a Scilicet penitus. alias secus. *l. fin. ff de leg. tut.* Item hoc verum in personalibus: vt hoc etiam si illi morbus superuenerit: quia debent ipsi iure retrò si ad motus iubicium intelligerentur vt hic per Bald. Secus tamen in muneribus patrimonialibus. *l. omnes. ff. 1. ff de muner. & hono.*

h Nam in his quæ sunt publici iuris filius habetur pro patre, maxime in his quæ repræsentant duplicem personam, vt in magistratus: sed in his in quibus repræsentãt simplicam personam, vt in testamenti factione, non habetur pro patre, secũdũ Nic. Ægi. Pet. e & quod not. qđ Annuens ad dignitatem sit etiam inhabilem: videtur cum eo dispensare si potest, non alias. *l. 2. C. si seruus aut liber ad decur. adspira. lib. 10.* secũdum Ange.

a ¶ *Datus sit.* s. proprius seruus, licèt hoc non sit verisimile: *vt C. de rescin. ven. l. quisquis.* Sed fortè ex causa hereditaria nouiter habeat: *vt ff. de reg. iur. l. qui in alter. ius & j. de vsucap. §. quod autem.*

b ¶ *Dicendum est.* scil. vt neque liber, neque tutor sit. idem multo magis in alieno, *vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis tutorem. & ff. de testa. tutel. si. quis tutorem.*

torem quasi liber tutor datus sit[a]: aliud dicendum est[b].

Alienus seruus sub conditione libertatis futura tutor in testamēto creari potest: proprius autem sub cōditione prædicta tutor inutiliter datur.

Seruus autē alienus purè inutiliter[c] testamento datur[d] tutor: sed ita, *cum liber erit,* vtiliter datur. Proprius autem seruus inutiliter eo modo[e] tutor dat.

Tutor creatus, qui est inhabilis ratione alicuius accidentis connexi temporale impedimentum præstantis: eo cessante tutor efficaciter erit. Aretinus.

2 ¶ Furiosus, vel minor vigintiquinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum compos[f] mentis, aut maior vigintiquinque annis fuerit factus.

Ad certum tempus ex certo tempore, vel sub cōditione, & ante heredis institutionem tutor dari potest: secus autem ad rem certam, vel causam. Aretinus.

3 ¶ Ad certum tempus[g], vel ex certo[h] tempore, vel sub cōditione, vel ante heredis[i] institutionem posse dari[k] tutorem non dubitatur. 4 ¶ Certè autem[l] rei vel causæ[m] tutor dari non potest: quia personæ[n], nō causæ vel rei tutor datur.

c ¶ *Inutiliter* scili. vt statim sit: sed cum liber erit.

Purè. inutiliter. Imò inest semper hæc conditio cùm liber erit, vel exemplo serui proprij data ei potius per fideicommissum libertas videtur. Potest defendi hæc non esse contraria *arg. l. qui tutelam. §. j. & §. vl. D. de test. tut.* Cuiac.

d ¶ *Datur.* quia directò non erit liber, sed[a] per fideicommissum: *vt ff. de test. tute. l. si heredi. ius. §. finali & Cod. de fideicommis. liber. l. & si non adscripta.*

a Dic quòd renitatur videtur rogatè hæc dem vt serui hoc emat & manumittat: secundùm Ni. Peg. Petr.

e ¶ *Eo modo.* scilicet cum liber erit. nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiam stipulatio propter inutilem adiectionem: *vt ff. de stipu. ser. l. sed si sibi.* [b] vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta habetur: & erit tutor, ac si non esset adiecta: *vt & aliàs. j. de hered. instit. §. impossibilis.*

b Imò ibi vitiatur inutilis adiectio secundùm Angel. hic.

a Vel die certo secundùm P. non erit tutor nunc. sed cōditione extante. hæc non placet: quia sic non esset differentia inter suum & alienum[c]. sed prima verior est: *vt ff. de regulis iur. l. actus.* ADDITIO. Quæ lex procedet etiam in testamētaria tutela, quādo s. conditio est prohibita, vt hic. aliàs secus: *vt j. proxim. §.* secundùm Ioan. Fab. & alios hic.

c Q. omnis apparentia, si reprehensibilis: hæc tamen ratio reprehensionis est falsa per l. sed si heredita. J. fin. ff. de testa. tu. secundùm Ang.

f ¶ *Compos.* siue hoc dictum fuerit à testatore, siue non: *vt ff. eod. l. si here. §. si furiosus. & facit ad hoc ff. de iudi. l. cum furiosus. j. respon.*

[*Ad certum.*] CASVS. Domine, quidam sub conditione dedit tutorem: nunquid tenet datio in isto casu? Respon. Imp. quòd sic. Nam ad certum tempus, & ex certo tempore, & sub conditione, & ante heredis institutionem tutorem dari posse non dubitatur. Certæ autem rei vel causæ tutor dari non potest: quia tutor principaliter personæ, & non causæ vel rei datur. & hoc in secunda parte vsque ad illum §. si quis filiis. Franc.

g ¶ *Ad certum tempus.* vsque ad pascha.

h ¶ *Ex certo.* i. à paschate in antea. *vt ff. de act. & ob. l. obligationum. §. j.*

i ¶ *Vel ante heredis.* cont. videbatur. *j. de leg. § antè heredis.* Accur.

k ¶ *Posse dari.* à testatore, non à iudice; *vt ff. de reg. iur. l. actus.* Accursius.

l ¶ *Certæ autem rei.* sci. Africanæ vel Syriacæ vtiliter datur: *vt ff. de test. tu. l. si tamen tutor.*

m ¶ *Causæ.* s. certæ: vt ad rei vind. sed videtur contra. *Cod. de in lit. dan. tu. l. ad litem.* sed ibi tutor pro curatore ponitur. Item videtur contra. *ff. de testa. tut. l. si tamen tutor.* sed ibi vniuersitati rerum datur, non rei certæ.

n ¶ *Personæ.* s. pupilli principaliter: vt[d] eum instruat bonis moribus, & etiam salaria præstet magistris eius: *vt ff. de adm. tuto. l. cum plures. § cum tutor. & C. de alimen. præstan. l. si.* ad hoc enim principaliter datur: secundariò autem rebus datur: *vt j. de excu. tuto. §. datus.* sed in curatore econtra. nam principaliter rebus, secundariò personæ datur: *vt C. de nup. l. in copulandis.*

d Tutor quem in finem detur pupillo.

[*Si quis &c.*] CASVS. Ponamus, Titius in testamento dedit tutorem liberis suis in hūc modum. Filiis & filiabus meis Mæuium tutorem do. & postea decessit vxore prægnante relicta: demum procedente tempore peperit postumum & postumam: nunquid in casu isto istis postumis tutor datus videtur? Ad hoc respond. Imper. quòd sic. Nam ex quo filiis & filiabus tutorē dedit: & postumo & postumę intelligitur dedisse. filij enim vel filiæ appellatione postumus & postuma continentur. ¶ Sed pone quòd nepotes postumi nati sunt ex vxore filij, quam pater tempore mortis habuit in potestate: nunquid huiusmodi postumis nepotibus tutorem dari intelliguntur? Respon. Imperat. quòd refert quibus verbis vsus est testator dando tutorē. Nam si testator dixit sic: liberis meis tutorem do: tunc non solùm filiis, sed etiam nepotibus postumis dedisse intelligitur. Cæterùm si pater dando tutorē ita dixit filiis meis tutor. do: in hoc casu filiorum appellatione nepotes non continebuntur. Aliter enim nepotes, & aliter filij appellātur. Sed si pater ita dixit postumis meis tutorem do: postumorū appellatione nō solùm filij postumi, sed etiam cæteri liberi in remotiori gradu nascituri cōtinebūtur. hoc dicit vsque ad fin. Franciscus.

Filiorum appellatione, postumi quoq; primi gradus cōtinentur, non etiam vlterioris. liberorum autem appellatio etiam nepotes cæterósque descendentes includit: postumi verò nomen quoscunque liberorum gradus complectitur.

5 ¶ Si quis filiis suis vel filiabus tutores dederit, etiam postumæ vel postumo[o] dedisse videtur: quia filij[p] vel filiæ appellatione & postumus & postuma cōtinentur. Quid si nepotes sint: an appellatione filiorum † & ipsis tutores dati sint? Dicendum est vt & ipsis quoque dati videantur, si modo liberos dixerit. Cæterùm si filios[q], non continebuntur[r]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur[s]. Planè si postumis † dederit: tam filij postumi, quàm cęteri[t] liberi continebuntur.

† Vide in hac rem Alciat. li. 2. Paradox. ca. 14.

† posteris

o ¶ *Postumo.* s. filio.

p ¶ *Quia filij.* hæc dictio filij, comprehendit postumum & postumam: cum masculinum possit cōcipere fœmininū. sed hæc dictio, filiæ, non cōprehendit vtrumque: & sic nec postumum, cum fœmininū non cōcipiat masculinum: *vt ff. de leg. ij. l. si ita scriptum in prin. & ff. de leg. iij. qui duos. & l. seruus legatus.*[a] ¶ Item not. quòd appellatione[b] natorum etiam non nati continētur, cùm de eorum commodo tractatur: *vt ff. de stat. ho. l. qui in vtero. & j. titu. j. § cum autem. & facit ff. de test. tu. l. si quis ita. §. j. & l. si quis fratres. & l. quod j.*

a Vide Gloss. ca. generali. de elec. lib. 6.

b Natorum appellatione continentur nondum nati.

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

TITVLVS XV.

Cessante testamentaria tutela, locus est legitima: quæ quidē ad pximos defertur agnatos, nō etiā ad cognatos. Agnati autē sunt per virilis sexus cognationē coniūcti: cognati verò p fœminei sexus personas.

q ¶ *Si filios.* s. dixerit. Accursius.

r ¶ *Non continebuntur.* s. nepotes.

s ¶ *Appellantur.* ab omnibus in vsu vel consuetudine. sed secundùm veram significationem verbi, quia filius dicitur à[c] philos, quod est amor, etiam nepos dicitur filius. & etiā quilibet quem aliquis diligit paterna dilectione: *vt ff. de verb. sig. l. liberorum. § sed & Papyrius.* quæ videtur contra.

c Filius vnde dicitur.

t ¶ *Cæteri.* etiam nati secundùm quosdam. quod falsum est: *vt ff de verb. sign. l. nomen.* Dic ergo cæteri, scilicet ex filia nascituri, qui sui postumi sunt per legem Vell. *vt ff. de iniu. rup. te. l. postumorum. & j. de exhere. li. §. postumi. & ff. de li. & postum. l. Gallus. j. responso.*

DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA.

Supra[d] duobus titulis præcedentibus dictum est de tutela testamentaria: hic autem ponitur de tutela legitima, quæ sequitur testamentariam. Angelus.

d Continuatio.

Q[*Vibus autem.*] Totus[e] iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter lex xij. tabul. dat agnatos in tutores pupillis, deficientibus tutoribus testamentariis. Secundò, qui sunt agnati, & qui non sunt. Tertiò qualiter intelligenda sunt illa verba posita hic in principio: videlicet, quibus autem in testamento tutor datus non sit. Quartò qualiter iura agnationis perimitur. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, Quòd autem. Quarta ibi, Sed agnationis. Et subdiuiditur hoc principium in tres partes: quia primò dicit qualiter deficiente tutela testamentaria vocantur legitimi. Secundò, qui sunt agnati. Tertiò, qui cognati. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi. At qui. CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de legitima agnationis tute. dicatis ergo mihi, quando locum habet huiusmodi tutela? Respon. Imp. quòd deficiente testamentaria tutela, locum habet legi. agna. tutela. Nam quibus impuberibus li-

e Diuisio.

bus liberis tutor in testamento à parente datus non fuerit: his ex leg. xij. tab. agnati sunt tutores: & iste agnati ex leg. xij. tab. ad tutelam vocati, legitimi tutores apellátur. ¶Sed pone, domine, iam video quando legi. agna. tut. habet locum: & vnde descendit: dicatis modo mihi qui dicuntur agnati? Resp. Imp. quòd agnati sunt cognati per virilis sexus cognationem coniuncti. & dicũtur agnati, quasi à patre connati: quia ab eodẽ patre natus, tibi agnatus est, vt fratris filius, & etiã nepos ex eo. Item patruus est tibi cognatus, & filius patrui, & nepos ex eodem filio patrui natus. Sed qui per fœminini sexus cognationes iunguntur, non sunt agnati, sed aliàs naturali iure cognati. vnde amitæ tuę filius non est tibi agnatus: sed tantum naturaliter cognatus: quia per fœmininã lineam. s. per amitam tuam tibi coniungitur: & tu inuicem illi eodem iure coniungeris: quia qui agnascitur, patris, nõ matris familiam sequũtur. Et hęc vsque ad §. quod autem lex Franc. de Aret.

† Adgnat[a] vt sit aliquis, oportet vt habeat communem stipitem masculum. generis: vt patruus meus & pater sunt ex eodẽ patre. Item ꝙ ipse nõ habeat maiorem se mi. generis à quo descẽdat. & sic filius amitæ meæ nõ est mihi agnatus. Aegid. Bar.

Qvibus[a] autem testamento tutor datus non est, his ex lege duodeci tabularũ[b] agnati sunt[c] tutores, qui vocãt legitimi. 1 ¶Sunt autem agnati † cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, quasi à patre cognati[d]: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepósve ex eo[e]: item patruus[f]. & patrui filius, nepúsve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione iungũtur, agnati[g] nõ sunt, sed aliàs naturali iure cognati. Itaq; amitæ[h] tuæ filius non est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicẽ tu illi eodem iure[i] cõiungeris: quia qui nascuntur patris, non matris familiam[k] sequuntur. †

Quantum ad tutelã pertinet, is intestatus decessisse videtur, qui etiam cùm testatus sit tutorem testamẽto non dedit, aut datio effectum sortita non fuit.

2 ¶Quòd autem lex duodecim tabularũ ab intestato vocat ad tutelã agnatos, nõ hanc habet significationẽ[l], si omninu[m] nõ fecerit testamentum is qui poterat tutores dare: sed si quãtum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tũc quoque accidere intelligitur, cum is qui datus est tutor, viuo testatore decesserit.

Agnationis ius (cũ ciuile sit vinculũ) capitis deminutione tollitur: cognationis verò nõ ita. Adnotato, Nil tã naturale esse, quàm eo genere quodque dissolui, quo ligatũ est.

3 ¶Sed agnationis[n] quidem ius omnibus modis † capitis deminutione plerunque perimitur. Nam[o] agnatio, iuris nomẽ est[p]. Cognationis verò ius non omnibus modis commutatur, quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia[q] verò non vtique[r].

† Contrà ca. in parte M. cum Gl. vnde in pr. extra de appel. & ca. 1. contra Gl. super ver. perstare. de cõuer. infidel.

a ¶*Quibus.* s. pupillis.

b ¶*Duodecim tabularum.* quos ipsa lex vocat verbis & sententia: & nisi gerant eorum periculo agitur: *vt ff. eo. l. legitimos.* aliàs autem quandoque ex sentẽtia legis dantur: non ex verbis: *vt ȷ. tit. y. & iij.* ADDITIO. Qui facto inuentario & præstito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittẽdis inutilibus promittendo etiam expressè ipsum pupillum defendere, & satisdare rẽ pupilli saluã fore: non ante administrabũt, quã sibi per iudicem administratio decernatur. *l. iij. §. fi. ff. de admi. tut.* Ang.

c ¶*Agnati sunt.* si sint maiores xxv. annis. *vt ȷ. de fidu. tu. in fi.* & minores lxx. an. aliàs excusantur: *vt ȷ. de excu. tut. §. item maior.*

d ¶*Cognati* Nomẽ[a] ergo cognationis generale est: agnationis nomen speciale. nam omnis agnatus est cognatus: sed non conuertitur: *vt hic, & ȷ. de leg. agn. suc. ȷ. respon. & ff. eo. l. sunt autem.*

a Cognatio & agnatio se habent sicut genus & species.

e ¶*Ex eo.* filio fratris.

f ¶*Patruus.* repete, si fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioquin est cognatus: *vt C. de legit. here. l. fi. §. sed nos. & §. cum autem.*

g ¶*Agnati.* etiam si masculus interueniat: vtputà si sint duo fra. vterini: filius vnius fratris filij fra. sui patris non erit agnatus, sed cogna. inspecto fœminino sexu propter quem adinuicem sunt cognati secundùm Ioan.

h ¶*Amita.* sed ipsa amita est tibi agnata: quia per patrem tuum tibi coniungitur.

i ¶*Iure.* s. cognationis.

k ¶*Familiam.* i. agnationem: licèt & alias multas habeat significationes hæc dictio familias: *vt ff. de ver. sig. l. pronunciatio. §. familiæ. & fac. C. de ver. sig. l. fi. & ȷ. de pat. pote. §. fi.*

[*Quod autem.*] CASVS. Domine, Titius laborans liberis suis impuberibus, quos in potestate habuit tempore mortis, Mæuiũ tutorẽ dedit: sed viuente adhuc Titio testatore decessit Mæuius: isti impuberes adhuc tutore carent. Agnati autem proximi ab onere administrationis se nituntur excusare tali ratione. Dicũt enim ꝙ legitima agn. tu. ex l. xij. tab. locũ habet, cum tutor in testamento datus non est. Cũ autẽ in testamẽto patris sui istis impuberib. tutor datus fuerit: dicũt se ab onere excusari. Domine, pro Deo dicatis mihi, quid iuris est in hoc casu. Ad hoc resp. Imp. dicẽs: Amice, isti agnati frustra nitũtur se excusare in hoc casu ab onere tutelę. malè enim intelligunt §. l. xij. tab. qui ab intestato proximos agnatos ad tutelã vocat. Nõ enim hãc significationẽ habet tantũ, vt si ille qui tutorẽ in testamẽto dare poterat, omnino testamẽtũ nõ fecerit, tunc demum vocentur agnati: sed etiam si quãtum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tãtum valere poterit, si is qui in testamento datus fuerat, viuente testatore decesserit. cùm igitur in hoc casu proposito id contigerit, manifestũ est quòd agnati ab onere tutelæ non poterunt prædicta ratione excusari. Et hæc vsque ad illum §. sed agnationis. Fran. de Aret.

l ¶*Significationem.* s. tantum.

m ¶*Si omnino.* vel aliud contingat, quod tantundem valeat, quod diximus. *ȷ. de here. quæ ab intest. ȷ. respon. & fac. ff. quod cuiusque vniuer. no. l. ȷ. §. & quidem.* ADDITIO. Et ille propriè dicitur intestatus, qui potuit testari, & non est testatus, sed dicitur intestabilis, qui testari non potest. quod not. pro statutis, secundùm Christopho. & Iaco. hic. Et deficiente testamentario legitimo vel datiuo, quis in locum deficientis admittatur, an legitimus, an datiuus, vide Ang. hic.

[*Sed agnationis.*] CASVS. Domine, iam video quando habet locum leg. agnato. tutela, & qui sunt agnati. & etiam quomodo intelligantur verba leg. xij. tab. quibus agnati vocantur ad tutelam. nunquid est aliqua differentia inter ius agnationis, & ius cognationis? Respon. quòd sic: quia ius[b] agnationis omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur. Nam nomen agnationis à iure ciuili deriuatum est: sed ius cognationis quod ab origine nomen sumpsit, & à iure naturali descendit, non omni cap. demi. mutatur. Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrumpere potest: naturalia autem nequaquam. hoc dicit vsque ad finem. Franciscus.

b Id est, per omnem capitis deminutionem.

n ¶*Sed agnationis quidem ius.* ¶No. diligenter hunc §. Est autem ius agnationis, & ius cognationis siue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, scilicet[a] vt præferantur in hereditatibus agnatorum mortuorum: *vt infrà de legi. agn. suc. ȷ. respon.* Item præferuntur in tutelis agnatorum paruulorum, *vt suprà eod. tit. ȷ. respon.* his autem deficientibus, in hereditatibus & tutelis cognati suo iure admittuntur: inter quos etiam agnati vocantur, qui desierunt esse in iure agnatorum, vel desierunt habere iura agnatorum, vt per cap. de. *vt infrà de hered. quæ ab intesta. §. admonendi.* Illud autem ius maius agnatorum quod habent agnati, quia vltra iura communia habent per l. xij. tabul. facilè perdunt: vt omnibus modis capitis demi. i. per omnem cap. de. vt per maximam, vel per mediam: de quibus duabus non est dubium: cùm & iura cognationis perdantur: *vt infrà tit. ȷ. §. quod autem.* Item per minimam tollitur ius agnationis, vt hic dicitur, *& ff. de capit. demi. l. tutelas.* nisi[b] in duobus casibus tantum, vt inter fratres, licèt alter emancipetur: *vt C. de legit. tute. l. iij. & iiij.* Item inter patrem & filium: *vt ȷ. de leg. agnat. suc. §. fin.* & propter hos duos casus, qui de minima cap. de. excipiuntur, dicit hic plerunque at iura cognationis non commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima cap. demi. & est ratio, vt subiicit.

a Agnati præferuntur cognatis in duobus, hoc est in hæreditatibus & tutelis.

b Hæc Gl. refertur ad ius nouũ, de quo in l. 4. ff. eod. secus de iure antiquo vt ibi nota. Angel.

Plerumque.] Quid hìc facit plerumque? Nempe vt intelligamus non semper ius familiæ perimi minima capitis deminutione. Est Anastasij constitutio, ex qua fratres emancipati ad fratrum legitimam successionem, tutelam, curationem vocantur. §. ȷ. ȷ. *de succes. cogn. §. vlt. ȷ. de grad. cogn. l. frater. Cod. de leg. tut. l. ne lucrum. C. de cur. fur.* Est Iustiniani constitutio, ex qua & fratrum emancipatorum filij vocantur. *l. vlt. Cod. de leg. hered.* Est rursus alia Anastasij constitutio, qua cautum est, vt ne iura familię amittant, qui Anastasiana emancipatione fuerint liberati, videlicet si ita nominatim id in Imperiali rescripto comprehensum sit. *leg. si ab eo. Cod. de leg. here.* Cuiacius.

o ¶*Nam* pro quia.

p ¶*Nomen est.* i. à lege xij. tab. est inducta hæc prioritas agnatorũ: sed ius cognationis est naturale nomen[c]: nam ratione sanguinis hoc nomen impositum est: vnde & vnum ius ciuile potest per aliud facilè tolli: *vt hic. & ff. de reg. iur. l. nihil est.*

q ¶*Naturalia.* i. iura cognationis, sic dicta, quia ea quis consequitur per natiuitatem: *vt ȷ. de adop. § sed hodie. in fin. §.* nun sic de facili tolluntur.

r ¶*Vtique.* id est certè non tolluntur capitis deminutione: cùm sint immutabilia hæc iura: *vt ȷ. de iur. nat. § sed naturalia.* Item nec ea quæ naturalem æquitatem habent: *vt ff. de cap. de. leg. eas. & l. legatum.* ¶Item no. quia quadam[d] cognatio est ciuilis tantùm: vt per

a Et ideo si statutum vtitur verbis naturalibus, puta filius, pater, mater, frater & soror non extendimus ius ciuile, sed solùm naturale, vt sic comprehendatur etiã naturalis & spurius & etiã seruus, vt no. d. l. vtrùm secundùm Ang. hic.

d Cognatio alia ciuilis tantùm, alia naturalis tantùm, alia naturalis & ciuilis simul.

adoptionem: *vt ff. de adop. l. qui in adoptionem.* Item naturalis tãtum: vt ad filios naturales tantum. Item naturalis & ciuilis: vt ad eos qui legitimi sunt: & de hac intelligitur hic: *vt ff. de grad. adfi. non facile. §. j.* ¶Item no. quia & ciuili iure hæc. sc. tutela & hereditas tribus[a] modis deferuntur: vt ex verbis & sententia legis xij. tab. vt in agnatis. Item ex sententia tantùm: *vt j. de legit. pat. tut. & j. de fiduc. tu.* Item ex aliis legibus veteribus vel nouis: *vt ff. de ca. demi. l. tutelas.* quam quidam mediã vocant. ¶Nunquid ergo hæc omnia facilè perduntur per omnem capitis deminutionem? Resp. sic[b] in duobus primis tantum: non in tertio: *vt hic, & in d. l. tutelas.* ¶Item quæro, an futuras[c] tutelas acquirendas & hereditates tantum tollat: an etiã præteritas adimat? Respon. futuras tantum: *vt ff. unde lib. l. fi.* Qui enim potuit diuinare[d] lex deferẽs hereditatem vel tutelam de futura cap. de. *vt Cod. de testamen. l. iubemus in fin.*? Certè nullo modo: *vt ff. mand. l. si defensor. j. respon.* Hodie[e] verò istam differentiam agnationis quærere non oportet: cùm agnati ante cognatos nihil habeant: *vt in Authentic. de hered. ab intest. venien. §. ex his. col. ix.* ¶Item not. quòd licèt prædicta iura cognationis tollantur maxima & media capitis deminutione, ipsa tamen consanguinitas non tollitur: *vt ff. de reg. iur. l. iura sanguinis.*

a Legitima agnatorum tutela & hæc dicta defertur vel ex verbis & sententia legis xii. tab. vel ex sententia tantum, vel ex aliis legibus.

b Veriùs meo tutelæ & hereditates maxima & media capitis deminutione tantum: minima non. Imò & minima Gl. l. sepius. ff. de suis.

c Tutelas præteritas tantum capitis deminutio tollit, non futuras.

d Diuinare nemo præsumitur.

e Cognati ad gnatis hodie similes.

DE CAPITIS DEminutione.

TITVLVS XVI.

EST autem capitis deminutio, prioris status[a] commutatio[b]: eáque tribus modis accidit. Nã aut maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam[c] vocant) aut minima.

Qui perdit ciuitatem, & libertatem: patitur maximam capitis deminutionem.

1 ¶Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & ciuitatem & libertatem amittit. quod accidit his qui serui pœnæ efficiuntur atrocitate[d] sententiæ: vel libertis[e] vt ingratis erga patronos condemnatis: vel his qui se ad pretium participãdum venundari passi[f] sunt.

Per deportationem, vel aqua & ignis interdictionem, contingit media capitis deminutio. Aretinus.

2 ¶Minor siue media capitis deminutio est, cum ciuitas quidem amittitur: libertas verò retinetur. quod accidit ei cui aqua & igni interdictũ[g] † fuerit: vel ei qui in insulam[h] deportatus est.

Per emancipationem vel arrogationem contingit minima capitis deminutio. Aretinus.

3 ¶Minima capitis deminutio est, cũ ciuitas retinet[i] & libertas, sed status hominis cõmutat. qđ accidit his, q cũ sui iuris fuerit, cœperũt alieno iuri subiecti esse[i], vel cõtra[k]. Filiusfamilias si à patre emãcipatus fuerit, est capite deminut[o].

Nemo potest dici perdere, quod non habet. Vel sic Priuatio præsupponit habitum. Aretinus.

† De aqua & ignis interdictione v. Sed. in l. pe. ff. de de. inter. vi. & vi arm.

DE CAPITIS DEMINVTIONE.

f Continuatio.

Continuatur[f], quia supra visum est de legitima agnatorum tutela. & quia in agnationis capitis deminutione corrumpitur. §. fi. s. titu. j. merito sequitur videre de capitis deminutione. Parc.

g Diuisio.

EST autẽ.] Totus[g] iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponitur quid sit capitis deminutio, & quotuplex sit. Secundò de maxima capitis deminutione. Tertiò de media. Quartò de minima. Quintò remouet certa dubia. Secunda ibi, Maxima. Tertia ibi, Minor. Quarta ibi, Minima. Quinta ibi, Quibus autem. Et hæc diuisio sufficit: licèt alij aliter diuidant. CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de cap. de. Dicatis igitur mihi quid est cap. deminutio? Respon. Imp. quod capitis deminutio est prioris status commutatio. Sed pone: Domine, video quid est cap. de. sed si placet, dicatis mihi quot modis fit capitis deminutio? Et respond. Imp. quòd cap. de. fit tribus modis. Aut enim est maxima capitis deminutio: aut minor, quam quidam mediam vocant: aut minima. Sed pone: Domine, iam video quot modis fit cap. deminut. Dicatis ergo mihi, quando locum habet cap. demi. maxima, quando minor, & quando minima? Ad hoc respon. Imper. dicens, quod maxima cap. de. est, quando aliquis ob aliquod enorme delictum ciuitatem simul & libertatem amittit, quod contingit in his qui atrocitate sententiæ serui pœnæ efficiuntur: vel etiam in libertis, qui propter ingratitudinem cõtra patronos commissam, in seruitutem rediguntur, vel etiam in his qui maiores xxv. annis ad participãdum pretium suæ venditionis se venundari passi sunt. Minor autem, siue media capi. de. est, cùm aliquis ob delictum suum ciuitatem amittit: sed tamen retinet libertatem: quod in eo accidit, cui ignis & aqua interdicitur & qui in insulam deportatur. Minima cap. de. est, cùm quis ciuitatem simul & libertatem retinet, qui statum suum tantùm commutat: quod accidit in his qui sui iuris fuerunt, & se in arrogationem postea dederunt: & ita alieno iuri per speciem arrogationem subiecti esse cœperũt. Et similiter in casu conuerso, s. cum hi qui alieno iuri subiecti sunt, per emãcipationem sui iuris efficiuntur, veluti si filiusfa. emancipatus à patre fuerit. Nam in hoc casu minimam cap. deminu. pati intelligitur. Et hęc dicuntur vsque ad illum § seruus autem. Fran. de Aret.

a ¶*Status.* hic status consistit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia, i. iure agnationis. Cum enim primum, i. libertatẽ quis perdit, per consequens & duo vltima perdit: & tunc maximam cap. de. patitur. Cum verò secundùm perdit: per cõsequens perdit & vltimum, sed non primum: & tunc dicitur media cap. de.[a] Cùm verò vltimum perditur, non perduntur duo prima. & tunc minimam cap. de. patitur. *vt j. §. & vi. & ff. eo l. fin.* Sed l[a] dicit statum hominis, id est conditionem in qua quis plurimum potest.

a Et sic ex maioris amissione sequitur priuatio minoris, si inferat, vt hoc & l. fi. ff. eo. aliàs non, vt l. relegatorum. §. potest. ff. de inter. & releg. immo regula est in contrarium, vt i. quo maiore. ff. de semel. secundum Ang. hic.

b ¶*Commutatio.* non ergo accipitur hic ad literam, vt dicatur capitis deminutio, quando caput abscinditur: sed quando status mutatur: vt caput status dicatur: *vt ff. ad Tertull. l. j. § capitis.* Sed videtur hæc definitio non conuerti cum suo definito. nam morte patris filius mutat statũ: quia fit sui iuris, *vt supra quibus mo. ius pat. pot. sol. §. j.* non tamen dicitur capite minui: *vt ff. ad Maced. l. si filiusfam. §. fi.* ¶Sed dic subaudiri hic, facto hominis interueniente[b], vt emancipatione vel deportatione[c] patris, vel simili modo, vel etiã quasi facto. quod dico propter filios arrogati, quia vnà cum patre mutant statum: *vt ff. eod. l. liberos. & supra de adop. §. penult.* Arg. contra *in Authentic. consti. tu. quę de dig. §. palam. col. vj.* vbi non ab homine, sed à lege quis efficitur sui iuris. At moriente patre nõ interuenit factum hominis: imò magis Dei. Quid si interficiatur pater? Respon. idem: quia mors semper Dei dispositione aduenit. ADDITIO. Dicite quòd mors semper euenit diuina dispositione. vnde illud, Homo es, ergo morieris. & illud Philosophi: Separatur hoc ab hoc, tanquam perpetuum à corruptibili. Et Seneca, Prima dies dedit extremũ: sed modus mortis relictus est proprio arbitrio & libero. vnde scriptum est, Sapiens dominabitur astris. de quo disputabunt theologi Christoph.

b Hanc subauditionem improbat Iaf. & ad obiectionem respon. quod ibi filius non mutat familiã: & sic nec statũ familiæ. vers. cum mor. ff. de verbo signif.

c Hoc exẽplũ reprobat Ias. per l. j. ff. de inter. & rel.

c ¶*Mediam.* sic *ff. de au. & ar. l. qui liberum. & s. de libertinis. §. libertinorum.*

d ¶*Atrocitate.* est autem atrox & dura hæc sententia: licèt iustè feratur. *vt s. quibus mo. ius &c. §. pœna seruus.* Sed hodie propter huiusmodi pœnas nemo ingenuus fit seruus: *vt in Auth. de nup. colla. iij. §. quod autem prius. & § sequen.* Accursius.

e ¶*Libertis.* scilicet condemnatis, *vt subdit.* ¶Et quòd dicit ingratis, aliàs est ingrati, id est ingratitudinis. quę reuocatio fit per actionem ingrati: vt dicunt quidam. *vt C. de lib. & eorum lib. l. fi.* vel per vtilem rei vind. secundùm alios, ad instar donationis causa mortis quæ reuocatur: *vt ff. de donat. cau. mor. l. si mortis causa res.* Vel (quod est verius) accusatione vel actione extraordinaria, per quã officium iudicis imploratur: *vt C. de lib. & eo. lib. l. non est[e].* & fit hæc reuocatio propter omnem offensam, & etiam leuem: *vt C. de li. & eorum li. l. ij.* non autem fit propter omissionem obsequij: *vt C. de li. cau. l. sola.* nisi in casu, vt cum denegat alimenta, *vt ff. de lib. agn. l. alimenta. §. Imperatores.* Nam tunc etiam occidere velle videtur eum: *vt ff. de li. agn. l. necare[f].* & hoc nisi remiserit ius patronatus: tunc enim ex his causis solum reuocatur, ex quibus & donatum: *vt in Authent. vt liber. dete. §. illud. col. vj.* quæ causæ sunt numeratæ. *Codice de reuo. dona. l. vlti.* & hæc vera sunt, cum quis ex voluntate propria manumittit: *vt Cod. de li. & eorum lib. l. j. & ij.* sed si non ex voluntate, non reuocaret: *vt C. de lib. & eorum lib. l. j.* Sed quid si manus in patronum iniecit? Respon. Damnatur in metallum. si verò conuitia dixerit, mittitur in exilium: *vt ff. de in. patro. l. j.*

d Libertus ingratus qua actione in seruitutem reuocetur.

e Hæc cõmonitio tenetur in d. l. ij. in Gl. aliquam secundum Angel. hic.

f Idem in filio emancipato & vasallo potest vel domino alimẽta denegantibus & in donatario, omnium bonorum vel maioris partis vt not. Gl. in d. l. in fin. secus in parua quantitate, vt per Bald. & Christ.

f ¶*Passi.* hic multa sunt necessaria: *vt s. de iu. perso. § pen.*

g ¶*Interdictum.* hanc[g] pœnam in vsu non habemus, sed eius loco successit deportatio: *vt ff. ad l. Iul. pecu. l. ij.* sed instar excommunicatorum habebantur, quibus talia denegabantur. Sed videtur hunc etiam fieri seruum, licet hic negetur: *vt ff. de var. cog. l. cognitionum in fi. contra.* sed perditur libertas: vt ibi dicitur, vt non possit facere testamentum, cui sic est interdictum: *vt ff. de iniust. rup. testa. l. si quis filio. § eius.* non quòd fiat seruus verè.

g Aquæ & ignis interdictionis loco successit & excommunicatio.

h ¶*In insulam.* secus si in metallum: *vt s. quib. mo. ius pat. pot. sol. § pœnæ.* in casu tamen etiam libertatem perdit damnatus in insulam: *vt C. vt nemo pri. l. ij. §. cùm autem.*

i ¶*Subiecti esse.* vt in arrogatis.

k ¶*Vel contra.* aliàs est in litera: si filius à patre emãcipatus fuerit, est ca-

est capite minutus. ᵃ & secundû hoc est expositio huius verbi, vel contra. aliàs verò hoc totû deest. & tunc idê subintelligo. Alij dicunt, quando sui iuris nõ est, transfert in potestatẽ alterius, putà aui materni, vel etiã paterni: *vt* ī. *de adoptio.* §. *sed hodie.* qui casus est contrarius illi, qñ qui sui iuris est, in arrogationem dat. ¶ Sed quare filiusfa. cû emancipatur, capite minui dicitur? Respõ. propter imaginariam venditionem quæ fiebat: *vt supra quib. mod. ius pa. pot. sol.* §. *præterea. in prin.* Sed cùm hodie non fiat hęc venditio: vt in eo §. continetur, videtur ꝙ hodie non minuatur capite. Sed certè illa sola ᵇ non erat ratio: imò & alia, quia mutat familiam: *vt ff. eo. l. liberos. in princ.*

Vel contra. Nam vno tantùm modo is qui sui iuris est, capite minuitur, id est emancipatione, quod ipse in libello Vlpiani latius executus sum. Cuiac.

[*Seruus autem.*] CASVS. Quidã manumisit seruum suum. nunquid in casu isto seruus manumissus capite deminutus censetur? Respon. Imp. quòd non. Seruus enim manumissus capitis deminutionem non patitur: quia ante manumissionem nullũ caput habuit. Sed pone, quòd aliquis sit ab ordine senatorũ remotus: nunquid in casu isto capite minuitur? Respon. Impe. quòd non. Nam dignitas eius qui ab ordine senatorum remouetur, magis quàm status commutatur. Cùm igitur capitis deminutio sit prioris status commutatio: manifestum est ab ordine senatorum remotum nullam pati capitis deminutionem. Et hæc dicuntur vsq; ad illum § quod autem. Franc. de Aret.

4 ¶ Seruus autem manumissus capite non minuitur ᵃ: quia nullum caput habuit.

Remotus à dignitate non perdit statum. Vel sic: Qui non turpiter à dignitate remouetur, non dicitur capite minui. Aret.

5 ¶ Quibus autem ᵇ dignitas magis quàm status permutatur, capite non minuuntur: & ideo à senatu motos, capite non minui constat ᶜ.

Cognationis ciuiles effectus, non minima, sed media aut maxima capitis deminutione tolluntur.

Non ab re dixi ciuiles effectus, quoniam sanguinis iura nullo iure ciuili dirimi possunt. Regula iuris.

6 ¶ Quod autem ᵈ dictum est, manere cognationis ius etiam post capitis deminutionem: hoc ita est, si minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio ᵉ. Nam si maxima capitis deminutio interueniat, ius quoq; cognationis ᶠ perit, vtputà seruitute alicuiᵍ cognati: & ne quidẽ si manumissus ᵍ fuerit, recipit cognationẽ. Sed & si in insulam ʰ quis deportatus sit, cognatio ⁱ soluitur.

Tutela defertur proximiori in gradu: & si plures sunt de eodẽ gradu, defertur ad omnes. hoc dicit. Aret.

7 ¶ Cùm autem ad agnatos tutela pertineat ᵏ: non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum qui proximiores gradu ˡ sunt: vel † si plures eiusdẽ gradus sunt, ad omnes pertinet: veluti si plures ᵐ fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

a ¶ *Non minuitur.* i. eius status nõ mutatur: cùm nullum priùs habuerit statum: *vt hic. & ff. eo. l. liberos in fi. & l. 3. sed contra est. C. de bon. proscrip. l. 3.* ᵉ ¶ Sed dic quòd ibi crimine capitali seruus accusatur, i. tali quòd esset aliàs in libero capitale. Item quid si quandoque habuit caput: quia fuit liber, & nunc seruus est, & manumittatur? Respon. idem: quia præsens tempus considero. Accur.

b ¶ *Quibus autem.* dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui: *vt s. ea. in princ.* autem, pro sed. sed quibus dignitas &c.

c ¶ *Constat.* vt *ff. de senat. l. 2.* & hic si fuerit remotus propter turpitudinem: non potest iudicare, vel testimonium dicere: *vt ff. ad leg. Iul. re. l. eadem. § 3. & ff. de senat. l. 2.* Accurs.

Quod autem.] CASVS Domine, vos dixistis mihi ī. *titu. proxi.* §. *fin.* quod ius cognationis durat etiam post capitis deminutionem: nũquid generaliter hoc est verum in qualibet cap. demi? Ad hoc respon. Imp. quod non. Nam quod dictum est manere ius cognationis post cap. de. hoc intelligendum est de minima cap. de. interueniente: quia per illam ius cognationis non perimitur. sed si maxima cap. de. interueniat, vtputa si aliquis de cognatis in seruitutẽ redactus fuerit: tunc in casu isto ius cognationis amittit: & licèt postea beneficio manumissionis ad libertatem peruenerit, nõ tñ ius cognationis recuperabit. Et nõ solũ maxima, sed etiã media cap. de. ius cognationis perimitur: veluti si quis in insulam deportatus fuerit. Nam etiam in isto casu ius cognationis amittit. Et hæc vsque ad illum §. cùm autem. Franc. de Aret.

d ¶ *Quod autem dictum est.* supra tit. prox. §. fi.

e ¶ *Cognatio.* id est ius cognationis à prætore inductum, ex quo ad bon. posses. vocantur per vnde cognati. ī. *de here. quæ ab intest.* §. *admonendi.*

¶ *Nam si maxima.* Maxima & media similis est morti, atque ideo vt mors, ita ius sanguinis vtraque minutio perimit. Igitur mater mea mihi mater esse desinit me seruo aut peregrino effecto. *l. 2.* §. *3. D. ad Tertyll.* Cuiac.

f ¶ *Cognationis.* i. ᵈ ius succedendi, & ad tutelam vocandi perit: sed ipsa consanguinitas non perit: *vt ff. de reg. iur. l. iura sanguinis.* cùm sit de iure ᵉ naturali: *vt supra de iur. nat.* §. *pe. contra & supra de nupt. illud.* contra. ¶ Sed qualiter cognatis defertur, iure agnatis: *vt supra titul. 3. in principio*? Respon. post agnatos: *vt infra de hered. quæ ab intest.* §. *admonendi.*

g ¶ *Si manumissus.* aliud si restitutus. secundũ Ioan. *vt ff. ad Tertul. l. 1. §. filio qui mortis. contra & C. de sen. pass. l. fi. contra. & ff. de contra tab. l. 3. §. fi. & l. 2. contra.* ᵃ ¶ Item contra est in eo quod hîc dicit, tolli ius cognationis per maximam & mediam capitis demin. *ff. de reb. du. l. si* ᵇ *cognatis.* Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale: *vt ff. eo. l. legatum.* Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ per adoptionem constituitur: *vt ī. de legi. agn. suc.* §. *per adop. & ff. de adop. l. qui in adop.* Hic verò de naturali cognatione: *vt ff. de grad. affi. l. non facile.* §. *1.* & sic ibi de minima capit. de. loquitur. ¶ Itẽ contra. ᶜ ī. *de seruili cogn. in fi. 3. respon.* Solu. hic loquitur in his qui primò fuerunt liberi, & postea serui: quod ᵈ eorum delicto contingit: vnde non debent habere cõmodum: *vt ff. solu. matri. l. si ab hostibus.* § 1. & *ff. de mino. l. Papinianus. ibi indignum &c.* licèt ibidem illa ratio corrigatur. ibi verò semper fuerunt serui. Vel illa noua corrigit istam. nam ex Græca constitutione illa est extracta, vt ibi dicitur.

h ¶ *Sed & si in insulam.* hîc ponit exemplum de media: sed supra modò posuit exemplum de maxima.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

TITVLVS XVII.

Patroni ad libertorum tutelam ex sententia legis xij. tabul. vocantur: cum ipsi intestatis libertis succedant. Vnde par est, vt is onus tutelæ subeat, ad quem hereditatis emolumentum pertinet.

i ¶ *Cognatio.* id est ius cognationis: *vt supra proxi.* §. *diximus.*

[*Cum autem.*] CASVS. Vos dixistis mihi supra in titul. præced. in princ. quòd tutela impuberum agnatorum ad agnatos ex lege xij. tabu. pertinet. Pone ergo, quòd plures sint agnati ex diuersis gradibus constituti: nunquid scilicet ad omnes pertinebit? Resp. quòd non. Nam quod dictum est tutelam ad agnatos pertinere, non intelligendum est quòd ad omnes pertineat: sed ad eos tantum, qui sunt in proximiori gradu constituti. vnde si plures sunt qui eundem gradum cognationis obtineant, veluti plures fratres. omnes ex lege xij. tab. ad tutelam vocantur. Et hæc dicuntur vsque ad fin. huius tit. Franc. de Aret.

k ¶ *Pertineat.* vt *supra tit. 3. prime respon.*

l ¶ *Gradu.* facit ad hunc. §. *ff. de leg. 3. l. si plures. & ī. de legi. agn. suc.* §. *si plures. & ff. de sepulc. uio. l. 3.* §. *si ad plures.* Hodie verò hic §. corrigitur: quia æqualiter tam ad agnatos quàm cognatos defertur tutela, sicut ᵉ hereditas: *vt in Authen. de here. ab intesta.* §. *ex his. colla. ix.* AGORTRO. Et sic lex noua corrigens vnum ex specificatis à lege veteri, censetur etiam corrigere aliud: *vt hic, & l. si quis seruo. Cod. de fur. & per Ange. in* §. *3. supra de iure natu.*

m ¶ *Si plures.* aliàs isti duo versiculi desunt. Si plures fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur. sed ego habeo. Accursius.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

Quia ᶠ *supra visum est de legitima agnatorum tutela: & quia est & alia quæ appellatur legitima, scilicet tutela patronorum. ideo de ea tractaturus subdit de legitima patronorum tutela Parcus.*

Ex eadem.] Diuiditur ᵍ in ses partes. Primò qualiter tutela libertorum patronis defertur. Secundò quomodo vocatur: & est legitima à lege xij. tabul. proueniẽs. Tertiò illud per rationẽ ꝓbat. Quartò cõfirmat per exemplũ. Quintò exemplũ probat per rationem. Sextò rationem declarat. Secunda ibi, Quę & ipsa: Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cùm & agnatos. Quinta ibi, Quia plerunque. Sexta ibi, Ideo autem. Aret. CASVS. Domine, quare intenditis hic tractare de legitim. pa. tutela? Ad hoc respõ. Impera. Amice, tractauimᵉ de legitim. agna. tutela, quæ ex verbis & sententia legis xij. tabularum descendit. sed quia legiti. pa. tut. ex mente eiusdem legis ad patronos & libertos eorum pertinet, idcirco de ea hic tractare intendimus. Et hæc eadem tutela legitima sicuti superior appellatur. Non tamẽ ideo legitima dicitur, quòd aliquid de ea nominatim in verbis l. xij. tabu. expresse fuisset introductum. Sed domine, pro Deo, quæ ratio mouit istis

Margin notes:

Commendator namq; insolidû pro obligatione. coheredes sub pacto potestate: vt l. 1. § 1 ff. eo. nisi in casib. not. in l. 2. & 3. ff. quod cuiusq; vbi potest excipere, quod non est deminutus nisi quatenus facere potest. l. pater filio. ff. quod cû eo. per Ang. & Ioann. Fab. hoc.

b ... omnino quæ ad hunc locum notantur in Gl. l. fi. ... ff. de preml. credit.

e Ibi caput capitis ... ter ... contraria. Ang. Tert.

d Cognationis ius pro iure succedendi. e Cognationis ius neque pacto, neque delicto tolli potest: licet effectus ex eo iure prouenient coerceri seu tolli possit.

e Est & ratio differentiæ secundû Ch. ... quia restitutio intelligitur vt sit plenior ... sed manumissio ... manumissionis ff. de iust. ... h ... restitutus ... omnia ... recuperabilis.

e Restitutus recuperat bona ... ff. ... Commodû ... in quo ... quit.

e Correctio & emendatio alicuius per legẽ intelligitur ... correctum ... dependet & ea ... ab eo habet, vt hic dicit tutela exordiû habuit ab hæreditate. l. 1. ff. de legi. tut.

f Cõtinuatio.

g Diuisio.

consultos ad talem interpretationem faciendam? Ad hoc respō. Impe. Amice, hæc fuit ratio, quæ mouit iuris cōsultos. Lex enim xij. tab. iussit hereditates libertorum & libertarum ad patronos, & liberos eorum pertinere, si intestati decessissent: vnde eo ipso crediderunt iurisconsulti veteres, quòd l. xij. tabu. vellet quòd etiam eorum tutela ad patronos, & liberos similiter deberet pertinere. & ad istam tacitā voluntatem præsumendam tali ratione mouebantur: quia lex xij. tabularum proximos agnatos ad hereditates agnatorum ab intestato mortuorum vocat: & eosdem agnatos ad impuberum agnatorum tutelam vocat. consimiliter ergo & in casu proposito dicebant, quòd sicuti patroni & liberi eorū ad successiones libertorum ab intestato ex lege xij. tabularum vocātur: ita debere eos ex mente eiusdem legis ad onus administrationis tutelæ vocari: quia plerumque vbi est successionis emolumentum, ibi & onus tutelæ esse debet. Sed domine, pro Deo quare dixistis, plerunque? Ad hoc respondet Imperator. Ideo autem plerumque diximus: quia si aliqua fœmina filium suum impuberē manumiserit, ipsa quidē ad successionem eius ab intestato vocatur: aliut tamen quàm ipsa eiusdem tutor erit. hoc dicit vsque ad finem. Franc.

Ex eadē[a] lege duodecim tabularum, libertorum[b] & libertarum tutela ad patronos[c] liberósque eorū pertinet. Quæ & ipsa[d] legitima[e] tutela vocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur: sed quia perinde accepta est per interpretationem[f], atque si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso quod hereditates libertorum libertarúmque, si intestati decessissent, iusserat lex[g] ad patronos liberósve eorum pertinere: crediderunt veteres[h] voluisse legem[i] etiam tutelas ad eos pertinere: cum & agnatos quos ad hereditatem lex vocat[k], eosdem & tutores esse iusserit[l]: quia plerumque vbi successionis est emolumentum †, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo autē diximus plerumque[m], quia si à fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor[n].

† Concor. 12. q. 2 caritate, ... vbi ... prasen.

a ¶ *Ex eadem.* s. per interpretationem. non ex verbis eius, vt subiicit. *& ff. de legi. tu. l. tutela. j. respon.* Accurs.

b ¶ *Libertorum.* s. impuberum.

c ¶ *Ad patronos.* quocunque modo manumittentes: nisi libertas detur a lege *vt ff. de legi. tu. l. tutela. vsque ad §. si* Accursius.

d ¶ *Quæ & ipsa* quasi dicat, non solum aliæ quædā legitimæ sunt sed & ista.

e ¶ *Legitima.* s. ex mente legis, nō ex verbis. non tñ satisdant, nisi eorum personæ sint vulgares, & minus honestæ: vt aut modus tutelę, qui magnum patrimonium, vel magna tutela nimis aut persona, quia suspecta, vel nō diligēs pupillū, vel nō honesta aut causa admittat, id est recipiat satisdationē: *vt ff. eo. l. legitimos §. j. & j.* licèt alij legitimi indistinctè satisdent: *vt j. de satisda. tu. §. j.*

a A verbis tamē legis ... ratione ... Secundo propter legis rationem repugnantem. Tertiò propter eorum ... Cod. ... librorū § quod tamen Cod. ... ff. de leg. p.

f ¶ *Per interpretationem.* s. iurisconsultorum.

g ¶ *Lex.* s. xij. tab. *vt j. de suc. lib. j. respon.*

h ¶ *Veteres.* s. sapientes.

i ¶ *Legem* s. eandem xij tabularum.

k ¶ *Vocat.* s. lex xij. tabu. *vt j. de legi. agna. success. §. j.*

l ¶ *Iusserit.* vt *j. de legi. agna. tut. j. respon.* & sic notabis hic, quòd vbi est eadem æquitas, idem ius debet statui. *sic ff. ad leg. Aquil. l. illud. & ff. de furt. l. j § j.*

m ¶ *Plerumque.* quare hoc dicit, statim subiicit. & facit ad hanc regulam. *ff. de reg. iur. l. secundum naturam. & j. de contrahen. emp. §. cum autem. & C. de furt. l. fi. §. sed cum in secunda. & C. de caduc. tol. §. pro secundo. & ff. de peric. & commo. rei vend. l. id quod.*

n ¶ *Tutor.* & ita apud alium est hereditas, & apud alium tutela, scilicet agnatum vel cognatum: *vt hic, & ff. de leg. tut. l. j § j.* Item minor vigintiquinque annis manumittentes succeder in hereditate vt patronus, non tamen erit tutor: *vt j. de fidu. tut. in fine. & C. de leg. tut. l. vlt. §. fi.* ADDITIO. Et qualiter mater, auia, vel proauia possint esse tutrices vel curatrices. & an aliis præferantur legitimis, & transeundo ad secunda vota, vel inhonestè viuendo, quomodo tutrices esse desinant, vide Angel. hic.

DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA.

b Cōtinuatio. *Quia[b] supra visum est de legitima patronorum tutela. & quia est & alia quæ legitima appellatur, vt parentum: ideo de ea subdit. Porcus.*

c Diuisio. E*xēplo.*] Diuiditur[c] in tres partes. Primo, quòd tutela quæ defert emancipatori, est similis illi quæ defertur patrono. Secundò, quòd etiam est legitima. Tertiò exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi. Nam si quis. CASVS. Dicit hic Iustinianus, quòd exemplo patronorum est alia tutela parentum per interpretationem iurisconsultorum ex mente legis xij. tabularum recepta. & sicut superior legitima appellatur, ita & ista. Nam si parens filium vel filiam vel nepotem vel neptem ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit: ipse legitimus tutor eorum erit. Et hæc dicuntur per totum titulum. Frācìscus de Aret.

DE LEGITIMA PARENtum tutela.

TITVLVS XVIII.

Ex extensione iurisconsultorum pater emancipans est legitimus tutor filio emancipato. Aretinus.

Exemplo patronorū recepta[o] est & alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. Nā si quis filiū aut filiá, nepotem aut neptē ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit[p].

o ¶ *Recepta.* s. per interpretationē iurisc ōsultorū: vt superior cū desinebat esse agnat[•]: nisi cōtracta fiducia emācipatur, quod hodie semp presumitur: *vt j. de legitim. agna. success. §. fi.* Vnde hodie est semper legitimus.

Recepta & alia tutela quæ & ipsa legitima. Imò fiduciaria: sed moribus receptum est, vt legitima vocetur. quod etiam nos ad Vlpianum latius executi sumus: igitur legitima tutela, vel lege, vel interpretatione, vel moribus inducta est Cuia.

p ¶ *Tutor erit.* s. qui emancipauit, si ipse est maior xxv. ann. *vt infra titu. j. in fine.* & facit ad hoc *supra quibus mod. ius patr. pote. soluitur. §. & præterea si impubes. & infra titu j. j respon.*

DE FIDVCIARIA tutela.

TITVLVS XIX.

Pater vigesimumquintum superans annum, filij sui ab alio emancipati post aut mortem fiduciarius est tutor: item frater, emācipati fratris: filius vero mortui patroni, legitimus tutor erit liberti impuberis.

Est & alia tutela[q], quæ fiduciaria appellatur. Nā si parēs filium vel filiá,

DE FIDVCIARIA TVTELA.

Continuatur[a] ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de legitima parentum tutela. Verùm quia alia est, quæ fiduciaria appellatur, ideo de ea tractatorus intitulauit, De fiduciaria tutela. a Cōtinuatio.

E*st & alia.*] Diuiditur[b] in quinque partes. Primò ponit dictū. b Diuisio. Secundò illud exemplificat. Tertiò ponit diuersum in filio patroni. Quartò diuersitatis rationem adsignat. Quintò ponit aliud dictum. Secunda ibi, Nam fit. Tertia ibi, Atqui, Quarta ibi, Quoniam. Quinta ibi, Ita tamen. CASVS. In hoc princ. dicit Iustini. quòd est quædā alia tutela, quæ appellatur fiduciaria, quæ habet locū in tali casu. Si parens filium, vel filiam, vel nepotes, vel neptes ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit, ipse legit. tut. eorum nanciscit. sed mortuo ipso parente eorū deniq; legitimo tutore, si liberi eius virilis sexus perfectæ ætatis extiterint: ipsi eorundem impuberum emancipatorum post obitū parentis fiduciarij tutores efficiunt. Et hæc dicunt vsq; ad §. atqui. vbi dicit Iustinianus, quòd hoc videt stare non posse: & hoc tali ratione: quia si patronus legitimus tutor libertorum impuberū decessent, liberi eius in eadem tutela ipsi parenti succedunt, & similiter legitimi tutores efficiuntur. à simili videtur in casu proposito, quòd sicuti pater legitimus tutor erat: ita & filij sui in eadē tutela ei debeant succedere: & similiter legitimi tutores existere. hoc dicit vsq; ad versi. quoniā. vbi respon. Iustinianus ad opinionē prædictā in hunc modū: non est mirum si secus fit in casu proposito de filio patroni. Nam in casu proposito si filius defuncti, qui in fiduciariam tutelam fratris recidit, in potestate patris sui semper fuisset: post mortem patris, sui iuris effect[•] fuisset, nec in potestatem fratrum suorum aliquatenus recidisset: & sic non eodem iure fuisset apud fratrem, quo extiterat apud patrem: vnde nec in eadem tutela erit apud fratrem, in qua erat apud patrē. Sed secus est in liberto. Nam si seruus in potestate domini tempore mortis fuisset eodem iure post mortem domini futurus esset apud liberos ipsius domini, in quo extiterat apud ipsum dominum viuentem. Nec igitur mirum si idem manumissus incidit in eandem tutelam apud liberos patroni, in qua fuerat apud ipsum patronum. Et hoc vsque ad illum §. ita tamen. Franciscus.

q ¶ *Est & alia tutela.* id est alio nomine vocata.

r ¶ *Fiduciaria appellatur.* de qua dicetur *infra §. quo defuncto.* Accursios.

Impube-

nepotē vel neptem, vel deinceps impuberes [a] manumiserit [b]: legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo [c] defuncto si liberi [d] eius virilis sexus existāt: fiduciarij tutores filiorum suorum [e], vel fratris, vel sororis [f] & cæterorum efficiuntur. Atqui [g] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti si non esset à viuo patre emancipatus: post obitum eius sui iuris efficeret, nec in fratrum potestatem recideret [h], ideoq; nec in tutelā [i]. Libertus autē si seruus mansisset, vtique eodem iure [k] apud liberos domini post mortē eius futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ [l]

a ¶ *Impuberes.* nam si puberes, non erit eorum curator legitimus: *vt ff. de excusa. tuto. l. amissimos. §. Lucius.* [a] Argu. contra *in Auth. vt hi qui ob. se hab. per. § j. colla. vj.* Ioan.

b ¶ *Manumiserit.* i. emācipauerit: *vt ff. quando actio de pecul. est an. l. j. §. j. & facit 3. tit. j. & ff. de legit. tut. l. tutela. §. fina. & l. seq.*

c ¶ *Quo.* s. patrefamilias qui erat tutor filiorum & nepotum. Accurs.

d ¶ *Si liberi.* qui remanserunt in potestate patris. Idem puto & si filij fuerunt emancipati. Si autem tam impuberes quàm puberes remanserunt in potestate, ipso iure reciderunt in potestatem sui patris illi qui filij sunt: sed fratres recidunt in tutelam fiduciariam semper: *vt supra quib. mod. ius pat. potest. sol. §. j. & supra de tut. §. permissum.* ADDITIO. Istam gloss. reprehendunt, quia tunc erit legitima ex mente & verbis l. xij. tab. per text. in terminis *in l. tutor. in prin. ff. ad Vell.*

Liberi eius.] Liberi sui, liberis item suis mortuo parente legitimi, liberis emancipatis, fiduciarij sunt tutores: liberi emancipati, liberis suis ipso iure tutores non sunt, ex Anastasij constitutione fratres emancipati & patrui, legitimi sunt tutores. quod & ad patrem emancipatum trahi oportet. Liberi autem emancipati liberis emancipatis fiduciarij sunt tutores. Ergo liberi sui aut emancipati liberorum emancipatorum fiduciarij sunt tutores. Cuiac.

e ¶ *Filiorum suorum* scilicet nepotum defuncti.

f ¶ *Sororis.* Sed certè [b] frater videt esse legitim⁹: *vt C. de exce. l. aduersus. quæ est contra.* Sed certè qui [c] fiduciarius est, legitimus est per interpretationē: [d] licèt aliud nomē habeat. s. fiduciarius: & illum respectū habuit ibi, vt legitimū fiduciariū appellaret. ADDITIO. Istā glo. reprehendunt cōmuniter omnes doct. hic per hūc tex. in ver. atqui. & ad cōtrariū respōdēt, q loquitur in fratre nō emācipato, quē inter agnatos vocat. l. xij. tab. secus in emācipato, vt hic.

Et cæterorum.] Filiorum scilicet vel filiarum fratris. Igitur pater filio vel filiæ, frater fratri vel sorori, patruus filio vel filiæ fratris tutor est fiduciarius. eodēmque modo auus nepoti, patruelis patrueli, propior sobrinus propiori sobrino, patruus magnus nepoti fratris tutor esse fiduciarius potest. Cuiacius.

g ¶ *Atqui.* pro certè. aliàs atquin & tūc dic at pro sed. & quin pro certè, & est oppositio quare filij patronorum sunt legitimi *vt s. de leg. pa. tu. j. respō.* & isti filij nō sic. ad qd respōdet: quoniā filius &c. Sed hæc ratio nō tenet nisi inter fratres, qui non dicunt recidere in potestatē fratrū suorū: sed filij. i. nepotes erant recasuri in potestatem ergo in tutelā legitimam. [e] Sed respon. non recidunt filij iure hereditario in potestatē: sed iure paternitatis & filiationis. At seruus si non esset manumissus: iure heredi. erat futur⁹ seruus apud filios domini: & nisi essent heredes: non essent domini: sed filius etsi non sit heres patris, tā filium suum in potestate habet: *vt s. quib. mod. ius pa. po. sol. §. j.* Erat & alia ratio iure veteri quia emācipatione tollebat ius agnationis minima ca. de. etiam inter patrem & filium, nisi esset emācipatus cōtracta fiducia, nedū inter fratres: *vt C. de legi. tut. l. iu. & j. de legi. agn. tu. §. f.* ¶ Sed hodie emācipitur: *vt d. l. iu. C. & j. de leg. agn. suc. § fi.* Vnde dicunt quidā, vt Azo. hodie fiduciariam esse legitimam ex verbis & sententia. l. xij. tabu. ex quo hæc secunda ratio cessat. sed potest dici contrarium: quia remanet prima. ADDITIO. Forsitan facilius & melius habebitur intellectus totius tit. si dixerimus solos fratres tutores fiduciarios suorum fratrum, & nunquam filiorum suorum: & exponamus text. in principio filiorū suorum. s. defuncti, vel fratris. & exponat vel, pro id est: vt sit sensus, quòd liberi virilis sexus perfectæ ætatis sint tutores fiduciarij fratrum suorum, qui sunt filij patris defuncti, vt notum est & hoc euidenter apparet per rationem quam subiungit tex. vbi sola de fratribus mentio fit. Iason.

h ¶ *Recideret.* dicunt quidam, quòd si non esset emancipatus, nō erat futurus in potestate fratris, sicut erat patris: & ideo emancipat⁹ nō ita erit apud fratrē, sicut erat apud patrē, i. in simili tutela.

i ¶ *Nec in tutelam.* s. legitimam, sed fiduciariam Accurs.

k ¶ *Eodem iure.* seruus enim si non manumittatur, erit in potestate filij patroni iure hereditario: sed filius in potestate patris iure patriæ potestatis. Accurs.

a Et hic communiter approbant doc. & ad contrarium respondent quòd loquitur in certis casibus ibi expressis: quæ non est dare curam legitimā nisi in furioso, prodigo, vel mente capto. § furio. ff. de curat. & l. de curat. C. de episc. aud. cum simil.

b Ratio: hic tutor frater verò sit legitimus, non verò fiduciarius.

c Fiduciarius omnis tutor an & quomodo sit legitimus.

d Frater fratri tutor legitimus dici potest, non proprie, sed per interpretationem.

e Hāc partem dicit Iaf. esse singularem. Nec obstat iste text. ibi filiorū suorum: quia debet intelligi s. aut defuncti: & alternatiue vel, ponitur pro id est, cùm eadem sint duo idem importantia: iuxta Gl. in rub. ff. si ager vectig. vel emphyt. pe. Nec sequens sol. Gl. est bona: quia secūdùm eam ille esset dicendū in suo emancipati.

[*Ita tamen.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi, q mortuo patre legitimo tutore impuberū liberorū emancipatorū, cæteri liberi eorundē fiduciarij tutores erunt. Estne hoc generaliter verū sine distinctione ætatis? Resp. quòd nō. Nā impuberū emancipatorum liberi virilis sexus nanciscunt tutelā, si legitimā ætatē. i. xxv. anni cōpleuerint: quod nostra cōstitutio non solū in fiduciariis tutelis, sed generaliter in omnibus tutelis & curationibus obseruari præcepit. Et hæc vsque ad fin. Franc.

sint ætatis. quod nostra constitutio [m] in omnibus tutelis & curationibus obseruari generaliter præcepit [n].

DE ATTILIANO TVtore [o], & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

TITVLVS XX.

Cessante testamentaria & legitima tutela, locus est datiuæ, id est à iudice dandæ.

SI cui nullus omnino tutor fuerat [p], ei dabat in vrbe quidē a prætore vrbano, & maiore [q] parte tribunorū plebis tutor ex lege Attilia: in prouinciis verò à præsidibus prouinciarū ex lege Iulia & Titia.

l ¶ *Perfectæ.* i. [a] xxv. ann. nā quotiēs fit mētio de ætate perfecta, vel de maiore annis: de xxv. ann. intelligit: *vt C. de his qui ven. æta. imp. l. fin. & ff. de lega. iij. l. cu filio. §. fi.* ADDITIO. Et per quæ alia verba intelligat hæc ætas & an iste minor possit esse executor vltimæ voluntatis, procurator, iudex, arbiter, aduocatus, decurionis, vel de alio regimine ciuitatis: vide Ang. hic.

m ¶ *Constitutio.* vt *C. de leg. tut. l. fin.*

n ¶ *Præcepit.* scil. vt sit perfectæ ætatis. [b] & est ratio: *vt j. de excus. tuto. §. minores xxv. annis.* Accursius.

a Ætas perfecta dicitur anni nonum xxv.

b Quid si frater omnino agnatus, minor sit, sequens in gradu adgnatus maior, quid admittatur? Et spes est pupillū ad perfectā ætatem peruenturum, antequā minor adgnatus ad legitimam ætatem perueniat, succedet datiuus, ne hæc admittetur. l. non sit. ff. de liberis. & datiuus debet esse tutor donec legitimus sit factus, hoc est, impedimento in eo cessante. arg. l. si tutor. §. ff. de tutel. & rat. & C. in actu. & Dinus.

DE ATTILIANO TVTORE, &c.

Supra [c] *visum est de testamentaria tutela: & subsequenter de legitima. Verum quia cessante testamentaria & legitima, opus est prouidere de datiua: ideo subdit de Attiliano tutore. Por.*

o ¶ *De Attiliano tutore.* id est de eo tutore, qui dabatur per legem factam ab Attilio: vt in tex. exponitur.

S*I cui.*] Totus iste tit. diuiditur [d] in quatuor partes Primò ponit ius antiquū circa dationē tutoris Secūdò ponit ius nouū. Tertiò ponit ius nouissimū. Quartò ponit nouū casū, videlicet quòd naturali æquitati cōuenit impuberes esse sub tutorib. & q finita tutela tenent ad rationē reddendā. Secūda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos autē. Quarta ibi, Impuberes. Itē prima subdiuidit in alias quatuor partes. Primò ex quib. legibus tutor dabatur deficiente omni tutore testamentario & legitimo, & à quibus dabatur deficiente omni tutore testamentario & legitimo, & à quib⁹ dabat. Secundò qn testamentario dato sub conditione vel in diē, purè tutor det. Tertiò quid si testamētarius tutor sit capt⁹ ab hostibus. Quartò quomodo istæ leges ab vsu recesserunt: & causam propter quā. Secūda ibi. Sed & si. Tertia ibi, Ab hostibus. Quarta ibi, Sed ex his. CASVS. Domine, iā video q vultis tractare de datiua tutela, dicatis igit mihi, qn locū habet datiua tutela, & à quib⁹ dant tutores datiui? Ad hoc respon. Impe. Amice, Si cui nullus omnino tutor neq; testamentarius neq; legitimus sit: tunc demum habet locum datiua tutela. & illis qui neq; testamentarium neq; datiuū habent tutorem, olim quidem secundū iura antiquissima dabat tutor auctoritate legis Attil. in vrbe Ro. à prætore vrbis, & à maiore parte tribunorū plebis, sed in prouinciis dabat tutor eisdē à præsidibus prouinciarū auctoritate. l. Iul. & Titiæ. & nō solūmodò si nullus tutor, sed etiā licèt in testamento tutor datus fuerat, tā sub conditione, aut in diem certum dabat. nā si in testamēto tutor sub conditione aut in diē dabat. auctoritate legū prædictarū interim q.s tutor dari poterat in defectū tutoris sub conditione vel in diē dati, q pēdēte cōditione vel in die poterat administrare. Qnq; etiā si purè dat⁹ fuerat tutor testamento: tā nihilominus datiu⁹ tutor locū habuit, quādiu heres ex testamento nō adiit. tādiu n. ex eisdē legib⁹ tutor dabat. & in omnib⁹ his casibus tutor ille datiu⁹ in defectū testamētarij dat⁹ desinebat tutor esse cōditione vel die adueniēte, vel herede ex testamēto hereditatē adeūte. Itē in alio casu ex prædictis tutor dari solebat. Nā si testamētarius tutor vel etiā legitimus ab hostib⁹ captus fuerat, in defectū tutoris capti ali⁹ tutor ex eisdē legib⁹ dabat. & iste loco capti subrogat⁹ desinebat esse tutor captiuo in ciuitatē reuerso. Nā reuersus in ciuitatē administrationē tutelæ iure postliminij recipiebat. & hæc dicuntur vsque ad illum §. sed ex his legibus. Frāc.

p ¶ *Tutor fuerat.* sc. ex testamento. nam quamdiu [e] testamentaria tutela superest, non [f] est locus alij. a Item nec [f] legitima: nam nec datiua tunc locum habet, *vt C. qui dare tu. pos. l. si forerit.*

q ¶ *Et maiore.* i. duobus. Erant enim tres: *vt arg. C. de offic. præto. l. ij. & ff. de orig. iur. l. ij. §. hisdem.*

c Testamentaria tutela excludit legitimam & datiuam.

f l. si tutor §. 2. ff. de testa. tut.

g l. si quis sub conditione ff. de testamen. tutel.

Quotiēs spes est testamētarij tutoris & pendet, datiuus habet locum, qui tutor est, quousque testamētarij impedimentum cessat. Aretinus.

1 ¶ Sed & si in testamēto tutor sub conditione, aut ex die certo [a] datus fuerat: quandiu conditio aut dies pendebat, ex eisdē legib. tutor dari poterat[b]. Item si purè datus fuerat: quādiu ex testamento nemo [c] heres existebat [d], tandiu ex eisdē legibus tutor petendus erat: qui desinebat [e] esse tutor, si cōditio [f] extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

Impedimento superueniente tutori testamentario, quod tamen speratur tolli: de iure communi datur interim tutor à iudice, qui desinit esse tutor impedimento testamentarij cessante. Aretinus.

2 ¶ Ab hostibus quoque tutore capto *, ex his legibus tutor petebatur [g]: qui desinebat [h] esse tutor, si is qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat: nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij [i].

In lege Attilia, & lege Titia, nō cauebatur de satisdatione tutoris: ideo ex his desierunt tutores dari. Aretinus.

3 ¶ Sed ex his [k] legibus [l] tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primò [m] consules pupillis vtriusque sexus tutores ex inquisitione [n] dare cœperūt, deinde Prætores ex constitutionibus. Nam supradictis [o] legibus neque de cautione † à tutoribus exigenda rem saluam pupillis fore [p], neque de compellendis [q] tutoribus ad tutelę administrationem, quicquam cauebatur.

De iure nouo, Romæ præfectus & prætor, in prouinciis præsides, vel magistratus eorum iussu, si facultates pupilli non sunt magnæ, dant tutores. Aretin.

4 ¶ Sed hoc iure vtimur [r], vt Romę quidem prefectus [s] vrbi, vel prætor secundum suam iurisdictionē [t]: in prouinciis autē Præsides ex inquisitione tutores creent [u]: vel magistratus iussu Præsidum [x], si non sint magnæ pupilli facultates.

Iure nouo, si pupilli facultates aureis quingentis non fuerint ampliores, à quocunque iudice vna cum ciuitatis episcopo tutor datur, cautione ab eodem præstita, rem pupilli saluam fore: cuius cautionis periculum ad recipientem spectat.

5 ¶ Nos autē p constitutionē [y] nostrā huiusmodi difficultates omnino resecantes, nec exspectata iussione [z] Præsidū, dispo-

a ¶ *Ex die certo.* vt à paschate in antea sis tutor.
b ¶ *Dari poterat.* & hodie datur [a] *vt ff. de legi. tut. l. si quis sub cond.*
c ¶ *Nemo.* nam si vnus de pluribus heredibus adierit, valet tutela: *vt ff. de testa. tutela. l. si nemo.* [b] idem in libertate in testamento relicta: *vt ff. de testa. manu. l. testamento. §. testamento.*
d ¶ *Existebat.* Sed quid si nullus fuit institutus cū pupillo, sed tantū pupillus est heres? Potest dici, quòd authoritate iudicis adeat: *vt C. de iur. deliberan. l. si infanti.* & tūc valebit tutela, & incipit tutor Administrare. Accur. ADDITIO. Vide plenius hanc quæstionē *per gloss. in l. si nemo. j. ff. de testa. tute.*
e ¶ *Desinebat.* i. ille qui sic erat datus in subsidium, desinebat cum testamentarius venit, vt subijcit.

Qui desinebat esse tutor. Imò & deserto testamento, & deficiente conditione desinebat esse tutor. ceterùm hoc casu legitimus tutor illi succedebat, illo testamen. Cuiacius.
f ¶ *Conditio.* Hîc tutor tacitè vsque ad diem vel conditionem existentem datur, expressè non potest: *vt ff. de regu. iur. l. actus.* ADDITIO. Quod procedit in conditione intrinseca proueniente ex natura rei: secundùm Cristopho. *vt hîc. & l. muto. §. sub conditione ff. de tutelis.*
g ¶ *Petebatur.* Nec erat locus legitimæ: *vt ff. de le. tute. l. j. § si apud.*
h ¶ *Qui desinebat.* i. iste talis, qui erat datus in subsidium.

Qui desinebat. desinebat & is tutor esse tutore reuerso. Cæterùm non reuerso tutore testamentario, illi legitimus succedebat. non reuerso tutore legitimo, sequens succedebat. Cuiacius.
i ¶ *Iure postliminij.* quo iure etiam omnia alia recuperat: *vt s. quib. mo. ius pat po sol. §. si ab hostibus.* nec de administratis interim tenetur hic reuersus *vt arg. ff. si quis cau. l. ait. §. illud sciendum.*

[*Sed ex his*] CASVS. Domine, iam vidi à quibus secundū iura antiqua dabantur tutores. dicatis mihi si placet: qualiter illa iura antiqua correctionē receperūt. Et certè dicit ipse frater, postquā consules cœperunt dare per inquisitionē tutores pupillis vtriusque sexus & prætores per constitutiones nostras: tunc ex supradictis legibus desierunt tutores dari. Nam in illis legib. neq; de cautionib. à tutoribus danda rem pup. sal. fore, nec de cōpellendis tutoribus ad administrationem tutelæ, quicquam cauebat. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed hoc iure vtimur. Franciscus.
k ¶ *Sed ex his.* nunc recitat secundum ius. nam quatuor sunt iura quæ in hoc ti. notari possunt.
l ¶ *Legibus.* i. Attili. & Iulia, & Titia: *vt s. eo. tit. in princip.*
m ¶ *Posteaquam primò.* aliàs, quàm primum.
n ¶ *Ex inquisitione.* s. inquirendo [c] facultates eorum, an sint pares oneri iniuncto: *vt j. de excu. tut. §. sed & propter.* Item bona conuersatio requiritur: vt & aliàs in patre arrogatore: *vt ff. de adop. l. nec ei. §. eorum. & s. de adop. §. cum autem.*
o ¶ *Nam supradictis.* Bene dico quòd desierunt per has leges tutores dari, postea quàm consules dederūt ex inquisitione: & bonum fuit propter duas rationes quas ponit. Nam, pro quia &c.
p ¶ *Fore.* hanc cautionem præstant tutores & curatores: *vt ff. rem pup. sal. fo. l. non quasi. §. j. & l. & si ad species.*
q ¶ *De compellendis.* s. captis pignoribus: *vt j. de satisd. tut. § pe.*

[*Sed hoc iure.*] CASVS. Domine, iā vidi qualiter iura antiqua correcta fuerunt, & qualiter secundùm mediam iurisprudentiam tutores dabantur. Ideo dicatis mihi, si placet: à quibus danī hodie tutores secundū iura moderna? Ad hoc respon. Impe. Amice, hoc iure hodie vtimur. vt præfectus vrbis vel prætor secundū suā iurisdictionē, & in prouinciis præsides tutores pupillis possint dare. Et non solū præsides in prouinciis hoc facere possunt, sed etiā magistratus delegatione eis facta à præsidibus, videlicet si non sint magnæ facultates ipsius pupilli. Et hæc ita obtinebant primo tēpore nostri imperij. Nus tamen postea, quia difficultatem esse in exspectanda iussione præsidum perpēdimus: huiusmodi difficultates homin. per constitutionē nostrā resecare curauimus. Vnde in constitutione nostra statuimus, vt si facultas pupilli vsque ad quingētos solidos valeat: defensores ciuitatis vnà cum eiusdem ciuitatis religiosissimo episcopo, vel alia publica persona, i. magistratus vel iudices Alexandriæ non expectata iussione præsidum tutores vel curatores dare possint, legitima cautione sc. pupilli saluam fore, secundum eiusdem constitutionis normam à tutoribus interponēda, eorū videlicet periculo, qui huiusmodi satisdationē accipiunt. Et hæc vsq; ad illū §. impub. autē. Franciscus.
r ¶ *Sed hoc iure vtimur.* hoc est tertiū ius, quod erat tempore Instiniani: & hodie est quart. additum, quod est infrà proximo. §.
s ¶ *Præfectus.* ad præfectū cognitiones criminales, [a] ad prætorem ciuilia negotia veniebant: *vt patet ff. de offi. præ. vt per totum titu. & ff. de offi. præt. per totum titu.* Sed tutelam dabat vterque, vt hîc. Accurs.
t ¶ *Iurisdictionem.* Præfecti vrbis est iurisdictio vsque ad centum militaria: sed prætoris Romæ tantùm: *vt ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. cum vrbem. & in summa Azo. de offici. præt.* Dabunt ergo eum & ei qui est de sua iurisdictione: vt statim in præside notabis.
u ¶ *Creēt.* s. eū q est de sua iurisdictione, dabit: *vt ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. ius dand.* Si verò ibi nō inueniant idonei: etiā in alio loco quæret. & præsidi nuntiabit: *vt ff. eo. de tuto. & cur. dat. ab his. l. diuus.* Item ei qui sit de sua iurisdictio vel ratione originis, vel ratione possessionis, vel ratione domicilij: *vt ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. j. §. vlt. & l. diuus.* Si autem in altero horum trium locorum nō inuenitur, sed in quarto loco: reducendus est ad alterum locū de his tribus & ibi tutel. accipiet: *vt C. qui pe. tut. vel cura. l. j.* Accurs.
x ¶ *Iussu præsidum.* ergo delegatur. Sed contra. *ff. de tuto. & curat. da. l. nec mandante.* Sed ibi mandatum est, quod non importat necessitatem [e] hic iussus, qui importat: *vt ff. quod iussu. l. j. § j. & ff. manda. l. j.* Vel ibi erant magnæ facul. pupilli. hic paruæ. Sed certè & si sint paruæ, adhuc videt idem. nā datio tutelæ est mixti imperij: *vt ff. de tutr. l. muto. §. tutoris datio.* vbi dicit, q tuto. datio illi soli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex vel senatusconsul. vel princeps: ergo non potest delegari: *vt ff. de offic. eius cui manda. est iur. l. j. §. respon.* Sed dic, quòd non potest delegari non habenti iurisdictionē, sed habenti sic: *vt ff. e. de tutoribus & curatoribus datis ab his l. ius dandi. & hîc dicitur.* ¶ Sed quæ [d] sunt magnæ facultates? Resp. quinquaginta aurei: *vt C. de defens. ciuita. l. j.* 2 Vel decem libræ auri: *vt in Authen. de appellationibus § y. colla. iiy. vel. ccc. aurei. vt in Auth. de defen. ciuita. §. & iudicare. collatione tertia.* 3 Vel veriùs vsque ad quingentos solidos sunt paruæ: si vltra, sunt magnæ: *vt infrà proxim. §.* ADDITIO. Quod est verum quo ad materiam istam. aliàs autem relinquitur iudicis arbitrio iuxta consuetudinem, vulgarem opinionem, & qualitatem personarum: vt hîc per doctores.
y ¶ *Per constitutionem.* quam non habemus
z ¶ *Iussione.* id est, delegatione siue præcepto Nā in hoc differt à mandato:

a Scilicet in his casibus tū tutor, sed non per l. Attiliam, vel Titiā. quia illa sunt sublatæ vt s. e. §. sed ex his.
b hic dā fuerit in anterius in re certa alia incertū, etiā non adeuntibus vt ibi not. Bar. per l. & § si ex fundo ff. de hered. insti. Ang.

* Testamentario vel legitimo. Cuiac.

c Tutores dāt qui l inquirere debet.

† Sed neque de inquisitione quæ pro vinculo cautionis cedit.

a Imò etiā ciuiles secundū Ang. & Ias. vt l. j. § quo ex & §. cura carnis. & l. 2 ff. de offi. praef. vrb. & in non obst. l. solemus § latrū culatores ff. de iudic. Sufficit enim dare instantiam: vt no. Glo. s. q. i. sicut vrgent.
b Pupillus in trib. locis potest tutorē petere.

c Sed spontaneā obsequij præstatione. Ægid. Pet.

d Facultates quæ dicantur magnæ.

à mandato: quia mandatum ex voluntate est: sed iussus necessitatis: *ut ff. quod iussu. l. j. §. y. & ff. manda. l. j.*

a ¶ *Solidos.* id est aureos *ut infra de pœna te. liti. §. finali.* [e] quorum septuaginta & duo faciunt libram auri: *ut C. de susc. & arca. l. quotiens. lib. x.*

b ¶ *Vnà.* i. simul.

c ¶ *Vel alias.* hoc quando extra ciuitatem, vt in municipio. nam magistratus municipalis dabit. Accurs.

d ¶ *Alexandrinæ.* hoc quando tutor datur in ciuitate Alexandrina.

e ¶ *Forum.* s. tabellionũ & aliorum: non verò ipsorum maiorum iudicum, qui habent potestatem dandi tantum: *vt infra de satisd. tut. vel cura. §. pe. & §. si. qui sunt cõtra.*

f ¶ *Eam.* scilicet satisdationem.

a Statuit loquens de moneta simplicites, debet intelligi secundùm preciationem alberi[?] sed licet contrahentes talis locutio intelligatur secundũ communem cursum regionis.

† Solidus quid significet, vide Bud. lib. 5. de asse & par. eius, quo loco explicat quid dicatur libra in iure.

suimus, si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos solidos[a] † valeât: defensores ciuitatum vnà [b] cum eiusdem ciuitatis religiosissimo antistite, vel alias [c] publicas personas, id est magistratus, vel iuridicum Alexandrinæ[d] ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela secundùm eiusdẽ constitutionis normam prestanda: videlicet eorum [e] periculo, qui eam [f] accipiunt.

Aequum est, vt regatur impubes, qui nescit se regere.

6 ¶ Impuberes [g] autem in tutela esse, naturali iuri [h] cõueniẽs est: vt is qui perfectæ ætatis nõ est, alterius tutela regatur.

Tutela finita, administrationis ratio redditur: nec antè conueniendus est tutor tutelæ iudicio, quàm officium expirarit.

7 Cũ ergo pupillorũ pupillarũmq; tutores negotia gerant[i], post pubertatem [k] tutelæ iudicio [l] rationem reddunt.

[*Impuberes autem*] c a s v s. Domine, iam video à quibus dabantur tutores olim iure antiquo: & etiam quibus dantur hodie secundũ constitutionem vestrã. pro Deo dicatis mihi, si placet, qualiter huiusmodi impuberes sunt in tutela? Ad hoc resp. Imperator: amice, certè naturali rationi conuenit, & etiam iuri consentaneum est: vt impuberes in tutelâ sint: vt videlicet illi qui perfectæ ætatis non sont, aliorum tutela regantur. Sed domine Imper. dicatis mihi si placet, quo iure coguntur tutores finita tutela reddere rationem suæ administrationis? ad hoc respon. Imper. Amice, cùm tutores pupillorum pupillarũmq; negotia administrent: finita administratione actores tutelæ rationem administrationis suæ reddere compelluntur. Et hæc vsque in fi. Franc.

g ¶ *Impuberes.* hic §. est generalis ad oẽs præcedẽtes ti. de tutelis.

h ¶ *Iuri.* id est æquitati.

i ¶ *Gerant.* aliàs egerunt. i. gesserunt. aliàs gerunt.

k ¶ *Post pubertatem.* sed & ante, si finita tutela fuerit prius: *vt ff. de tut. & ra. dist. l. nisi finita.* alias (i. nisi esset finita tutela) non nascitur actio tutelæ. sed aliæ actiones natæ sunt, sed nõ exercentur: *vt ff. de tut. & ra. dist. l. si tutor. §. fina. & l. non dantur.* a d d i t i o. Ratio diuersitatis est: quia actio tutelæ est generalis: & sufficit eam semel nasci, & non sæpius per singulas causas, secundum Iaso. Ange. tamen tenet contra istam glo. & de casibus in quibus possit exerceri etiam durante tutela, se remittit ad not. in *l. y. C. de admini. tuto.*

l ¶ *Tutelæ iudicio.* i. actione tutelæ, quæ datur in simplũ. & propter dolum, & culpam latam & leuem. Est [b] & alia actio qua tutor tenetur. s. de rationibus distrahendis. sic enim nominatur: *vt ff. de contra. act. tu. l. y.* & datur in duplum, & propter dolum tantùm, & in duplo continetur rei persecutio. Prior datur contra tutorem, & contra heredes: posterior contra tutorem tantùm: *vt ff. de tut. & ra. distr. l. j. § pe. & l. y.* Item vna intentata, altera denegatur, licèt plus sit in ea. & econtra: secus in actione tutelæ & furti. quæ secum competit: *vt ff. de tut. & ra. dist. l. j. § in tutela.*

b Actio tutelæ, & actio de rationibus distrahendis, differunt.

DE AVCTORITATE tutorum.

TITVLVS XXI.

Pupillus etiã sine tutoris auctoritate conditionẽ suã meliorẽ facere põt, deteriorẽ non põt: quo fit, vt in contractibus vltro citróque obligatoriis contrahentem sibi obliget, ipse autem illi non obligetur.

AVctoritas autẽ tutoris in quibusdã causis necessaria pupillis est, in quibusdã nõ est necessaria [m]: vt ecce si quid dari sibi stipulentur. non est necessaria tutoris auctoritas. quòd si aliis promittant [n] pupilli, necessaria est [o] tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem quidem suã cõditionẽ licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate: deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris auctoritate. Vnde in his causis ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus [p], locationibus, conductionibus, mandatis, depositis [q], si tutoris auctoritas non interueniat: ipsi quidem qui cum his contrahunt, obligantur: at inuicem pupilli non obligantur [r].

Hereditatem adire, bonorum possessionem petere, aut fideicommissariam hereditatem suscipere, non nisi cum tutoris auctoritate pupillus potest.

1 ¶ Neque tñ hereditatẽ [s] adire, neque bonorum [t] possessionem

DE AVCTORITATE TVTORVM.

Dictum [c] est supra qualiter tutores creantur: hic quando creati sunt, qualiter se regere debeant, & auctoritatem præstare. Aret.

[*AVctoritas autem.*] Totus iste titulus diuiditur [d] in tres partes principales. Primò ponit in quibus casibus necessaria est auctoritas tutoris & in quibus nõ. Secundò quãdo ista auctoritas debeat impertiri. Tertiò remouet quoddã dubiũ. Secũda ibi. Tutor autẽ. Tertia ibi, Si inter tutorem. Item prima pars vsque ad §. neq; tñ subdiuiditur in quatuor. Primò ponit dictum bimembre. Secundò exemplificat quodlibet ex dictis mẽbris. Tertiò rationẽ annectit. Quartò infert, & illationem clarificat per exempla. Secunda ibi, vt ecce. Tertia ibi, Namque. Quarta ibi, Vnde in his.

c Continuatio.

d Diuisio.

c a s v s. Domine, vos vultis tractare de auctoritate tuto. nunquid semper est necessaria tuto. auctoritas? Respon. Impe. quòd non. In quibusdam enim causis non est necessaria. si enim pupilli stipulantur sibi dari aliquid in eo casu non est necessaria tu. auct. secus est tamen in casu conuerso. Si enim isti pupilli aliquid aliis promittant: ad hoc vt ipsi ex illa promissione cũ effectu obligentur, necessaria est tuto. auct. Meliorẽ enim suam conditionem possunt facere sine tutoris auctoritate: deteriorẽ verò nequaquã facere possunt, nisi tuto. auctori. interueniat. Vnde in illis causis ex quibus ex vtroque latere nascitur obligatio, vt in emptione, venditione, locatione, conductione, mandato, & deposito: nisi tuto. auctori. interueniat, illi qui cũ pupillis contrahunt, obligantur, sed pupilli eis nequaquam obligati sunt. Et hæc vsque ad illum §. neque tamen. Franc.

m ¶ *Non est necessaria.* vt *C. de contrahend. & com. stipu. l. neque. & l. j. Cod. de aucto. præstan.*

n ¶ *Promittant.* quia [a] tũc est verisimile quòd malè agant. *& fa. ad hoc j. quib. alie. lic. vel non. §. nunc admonendi. & §. at ex contrario. & j. de inuti. stip. §. pupillus. & ff. de acquir. re do. l. pupillus. & ff. de pact. l. contra iuris.* [b] Idem de muliere super dote paciscente: *vt ff. de pact. do. l. die.* Idẽ in alimẽtario transigẽte: *vt ff. de transact. l. cum hi. §. quid ergo.* Item facit *C. de contrahen. & commit. stipu. l. neque.*

a Præsumitur male suũ negotium administrare, qui donat aut aliis res suas promittit.

b Intellige vt valeat tutoris auctoritas in contractib. ex quibus potest minor vtilitatem reportare: aliàs non q̃ue etiã cum auctoritate tutoris donare nõ potest. C. de admi. tut. l. non omni, secundum Iaso. & Pau.

o ¶ *Necessaria est.* in duobus tamen casibus obligatur pupillus sine tutoris auctoritate. *ff. de act. omnibus & obliga. l. iuriosus.* vbi scilicet ex re actio venit.

p ¶ *Venditionibus.* si autem pupillus petat rem ex venditione, repellitur exceptione doli mali, nisi pretium dare velit: *vt ff. de rescin. vend. l. si id quod §. vlti. in fi.*

q ¶ *Depositis.* Pupillus tñ doli capax tenetur depositi, si quid doli cõmisit, vel locupletior factus sit: *vt ff. depo. l. j. §. an in pupillum.* Accurs.

r ¶ *Non obligantur.* ¶ Et sic not. quòd contractus [c] claudicat quandoque: *vt hic. & ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. si quis à pupillo arg. contra ff. de arbit. l. litigatores. §. penult. & fina. & in Authent. de non eli. secun. nub. §. prospeximus colla. j.* [d] ¶ Item hoc est verum, nisi locupletior sit pupillus: aliàs excipitur si agat. & contra poterit agi: *vt ff. de admini. stra. tuto. l. si minoris. & C. pro emp. l. fina. & ff. eo. l. v. §. j. & de rescin. vendi. l. si id quod. §. fina.*

c Claudicat contractus. Glo. in c. de illu. extra de desp. impub. quam vide. & in cap. 2 eodem Glo. si. extra de eo qui dux. in matrim.

d Dic hoc esse spaciale fauore pupilli secundùm Ang.

[*Neque tamen.*] c a s v s. Domine, vos dixistis mihi s. quòd licet pupillo meliorem facere conditionẽ suam sine tut. auctori. Pone igitur quòd aliqua lucrosa hereditas delata sit alicui pupillo: nũquid poterit illã hereditatẽ sine tuto. auctorit. adire? Resp. Imperator quòd non. Licèt enim dictũ fuerit generaliter s. quòd licet eis facere cõditionem suam meliorem sine tuto. auctoritate: hoc tamen fallit in casibus specialibus. Neque enim hereditatẽ adire, neque bonorum possessionem petere, neq; hereditatem ex fideicommiss. suscipere poterit: nisi tuto. auctoritas interueniat: quãuis lucrosa sit. & hoc ideo statutum est, ne ille damnum inde habeat. & hoc vsque ad §. tutor autem. Franciscus de Aret.

s ¶ *Hereditatem.* quæ ex testamento vel ab intestato defertur, scilicet iure ciuili: *vt ff. de peti. her. l. j. y. & iij.* Et hereditas [e] est successio in vniuersum ius quod habuit defunctus tempore mortis suæ, deducto [f] ære alieno: *vt ff. de verb. signif. l. nihil.*

e Hereditas definitio.

f Hereditas intelligitur deducto ære alieno.

t ¶ *Bonorum possessionem.* ex testamento, vt secundùm tab. vel ab

intestato, vt vnde liberi, & similes, quæ sunt omnes de iure prætorio: vt j. de bono. possess. §. quos autem. ¶ Est [a] bonorum possessio ius persequendi retinendíque patrimonij quod cuiusque fuerit cùm moritur: vt ff. de bono. poss. l. ij. §. bonorum. Hoc tamē in bonorum possessio. fallit in casu, cù pupillus non habet tutorem. tunc enim prætor auctoritatē tutoris potest supplere: vt C. qui admit. ad bono. possess. l. bonorum. Idem in hereditate: vt Cod. de iu. delib. l. si infanti in fine. ADDITIO. Et alios casus in quibus iudex supplet defectum tutoris vel impedimentum, vide per Ang. hic. Et procedunt in iurisdictione voluntaria, & quando ex actis apparet quòd iudex facit ex certa scientia. item vbi tutor solus sufficeret. aliàs secus, secundùm eum.

a Bonorum possessio qui. l.

*Ratio secundum Bar. q. ra... quia. per §. a... de grad. cogn. Ang. Per.

sionem petere, neque hereditatem ex fideicommisso [a] suscipere aliter possunt, nisi tutoris [b] auctoritate, quamuis illis lucrosa sit [c], ne vllum [d] damnum habeant [e].

Tutor præsens debet auctoritatem interponere, aliàs non valet.

2 ¶ Tutor autem statim in ipso negocio præsens *, debet auctor fieri [f], si hoc pupillo prodesse existimauerit [g]: post tempus [h] verò, vel per epistolam [i] aut nuncium interposita auctoritas nihil agit.

Tutor sibi auctorari non potest: nemo enim in rem suam auctor fieri potest.

a ¶ *Ex fideicommisso.* vt per senatusconsult. Trebell. vt j. de fideicomm. hered. §. sed quia. [b] Idem dico & si bona velit recipere causa seruandarum libertatū: cù & ibi possit timere damnum: q̃a est successio in vniuersum ius: vt j. per quas perso. no. acq. §. fi.

b Si tamen sit infans: potest solo tutor sie ri restitutio l. vlt. tute. ff. fi. ff. ad Treb. & similes tutor adire. l. si infanti. C. de iure delib. aliàs secus. l. potuit C. eo. ... potest solus ... tutor ... quis ... facto consilio, secundu Ang. & Ias.

b ¶ *Tutoris.* i. administratoris, cui administratio sit concessa in testamento: alioquin non valet: nam & si ab eo qui tutelam non gerit sciens alium gerere, emam: dominus non efficiat: vt ff. eod. l. iiij. ¶ Item nunquid curatoris pupilli sufficit auctoritas ad adeundam hereditatem, vel bo. possess. delatam pupillo? Respond. [c] ob: vt ff. de appell. l. cum in vna §. tutor. vsque ad fi. legis.

c Hunc sequitur Ang. hic.

c ¶ *Lucrosa sit.* id est appareat lucrosa: ne occasione lucrosæ adeat damnosam: quia adeundo oneratur legatis, & fideicommissis, & aliis oneribus, & ita obligatur: sed non potest obligari sine tutoris auctoritate, vt j. eo. in prin. Sed si obiiciatur, cessante causa &c. hoc ratò accidit, quòd hereditas non sit onerosa: sed frequenter contrarium: & ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptantur: vt ff. de le. & senatus. l. nam ad ea. ADDITIO. Et quanuis glo. in l. si quis mihi bona. §. j. in glo. hereditatem ff. de acqui. vel omit. her. teneat contrarium, ista tamē est veritas, pro qua facit, quia necesse est adeuntem cognoscere causam suæ aditionis: putà ex testamento vel ab intestato, tanquam agnatus vel cognatus: vt l. qui in aliena. ff. de acqui. hered. quod pupillus discernere non potest: secundùm omnes hic.

d ¶ *Ne vllum.* Est & alia ratio [d] etiam si sit lucrosa: quia litibus & sumptibus vexaretur: vt ff. de mi. l. minoribus. xxv. ann. Et his eisdem etiam rationibus nec in iudiciis ciuilibus vel criminalibus [e] potest esse sine tutoris auctoritate: vt C. si aduer. rem iudi. l. cum & minores. & C. de aucto. præ. l. clarum. Nisi [f] in quatuor casibus: vt in possessione momentanea: vt C. si per vim vel alio modo l. j. & C. qui legi. perso. l. momentanea. in glos. iij. Item in violato toto minor sine curatore accusat: vt ff. de adul. l. si maritus. ij. §. lex. (Sed hoc in adulto.) Item si veniam ætatis impetret: vt C. de his qui ve. æta. imp. l. j. & ij. Item in interdicto de libero homine exhibendo: vt ff. de libe. homi. exhiben. l. quod & lex. §. sed & si mulier.

d Hanc rationem sequitur Bar. in l. potuit. C. de iure delib.

e Contrarium tenet Ias. quia potest torque ... tut. auctoritate, quia supplet iudicis præsentia. vt no. Bal. in §. ... iurame ... de pa ... firm.

f Pupillus quatuor casib. in iudicio et se potest sine tutoris auctoritate.

e ¶ *Damnum habeant.* [g] quia fortè subest æs alienum latens. Accursius.

[*Tutor autem.*] CASVS. Domine, iam video in quibus casibus tuto. aucto. debet interuenire. dicatis mihi, si cordi est, qualiter debeat interponi tuto. aucto? Ad hoc respon. Imper. Amice, tutor in ipso negotio à pupillo suo contrahendo debet personaliter interesse: & quod actum est à pupillo, laudare. si hoc pupillo suo prodesse existimauerit. Nam tutoris auctoritas post tempus vel epistolam interposita nihil agit. Et hæc vsque ad illum §. si inter tutorem. Franc. de Aret.

g Ratio quare solus pupillus nequit adire hæreditatem quia non habet discretionem: nec cognoscet causas acquirendæ hæreditatis: quod requiritur: vt l. pupil ... ff. de acquir. her. Ang. Per.

f ¶ *Auctor fieri.* id est probare & laudare quod fit per pupillum: vt ff. eo l. etiam.

g ¶ *Existimauerit.* non enim compellitur. Primò quia est, iniquū. Secundò quia tenetur pupillo damnum resarcire tutor: vt ff. eo. l. si tutor. Accurs. ADDITIO. Sic etiam filius non potest adire hereditatem sine voluntate patris: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. pen.

h ¶ *Post tempus.* s. non modicum: aliàs valet auctoritas: vt ff. de acquiren. hered. l. si quis mihi. §. iussum. quæ est contra. & est ratio: quia videntur inesse, quæ incontinenti fiunt: vt ff. si cer. peta. l. lecta. §. dicebam. & ibi glo.

h Singulo singulis reddēda sunt. in vera ac legitima interpretatione.

i ¶ *Per epistolam.* ¶ No. cautè, & redde singula [h] singulis. nam dixerat duo, scilicet statim: ad quod refertur, post tempus &c. Item in ipso negotio præsens, ad quod refertur hoc per epistolam, quæ inter absentes mittitur. [a] vt infra de oblig. l. ex consensu. §. i. deo in fin. Idem & si alio modo inutiliter auctorizetur: vt ff. eod. l. j. §. fin. & leg. sequen.

a Idē Tul. lib. epist. 1. epist. 3 Ang. Per.

[*Si inter tutorem.*] CASVS. Domine, iam vidi qualiter debeat interponi tut. auct. dicatis mihi modo, si aliquod iudicium agendum sit inter tutorem & pupillum: quid iuris est in casu isto? Ad hoc Imp. dicit: Amice, si iudicium inter tutorē & pupillū agēdum sit, in casu isto non prætorius tutor (vt olim consueuit fieri) constituetur: sed loco eius curator dabitur: & interueniente ipso curatore iudicium peragetur: & finito iudicio desinet esse curator. Et hæc dicuntur vsque in fi. tit. Franc. de Aret.

3 ¶ Si inter tutorē pupillúmque iudicium [k] agendum sit: quia ipse tutor in rem suam [l] auctor esse non potest [m], non prætorius tutor (vt olim [n]) constituitur, sed curator [o] in locum eius datur [p]: quo interueniente iudicium peragitur: & eo [q] peracto curator esse desinit.

Titulus sequens potissimùm positus est propter actionem tutelæ. diximus enim suprà tutores tutela durante de ratione administrationis iudicialiter conueniri non posse, sed tum demum postquàm tutela fuerit finita. Refert ergo scire, quot sint modi per quos finiatur, quos hic ordine in textu audiemus.

k ¶ *Iudicium.* s. rei vindicationis, [b] vel alterius personalis vel realis actionis: præter actionem tutelæ, quæ contra tutorē erit danda, quæ durante officio non datur: vt ff. de tute. & ra. dist. l. nisi finita. §. fin. & l. cum adhuc. & idē in vtili generali nego. gest. quæ datur contra curatorem adultis: vt ff. de admin. tuto. l. cum curatore & Cod. de adm. tuto. l. ij. & l. rationes. Sed certè nec aliæ videntur interim posse intendi: vt ff. de tut. & ra. dist. l. sed non dantur. Sed illud intelligo, vt ipsemet exerceat, non datur: sed per procuratorem sic. vt hic dicitur. ¶ Item nunquid hæc correcta sunt hodie per authen. vt hi qui obli. se perhi. ha. res mi. §. j. colla. vj. cùm nullus creditor [c] vel debitor possit esse tutor vel curator? Respond. sic: nisi in tutore tastamentario. in quo poterit adhuc hodie hic §. loqui: cùm fides talis tutoris ab ipso testatore sit comprobata: vt infra de satisda. tuto. vel cura. §. j. & C. de episco. audien. l. de creationibus. [d] in prin. Vel idem in eo quod in aliis, vt in prædict. authen. diximus. Item & circà reales actiones hunc §. hodie facimus loqui: cùm in eis non sit obligatio, vnde authen. cessat: vt infra de act. §. j. Accurs.

b Iudicium vtrum inter curatorem & pupillum possit esse.

c Sic nec debitor nec creditor eorūdem potest esse curatorius eisdem. Ang. Pert.

d Et hoc est commune opin. si testator sciuerit: non si ignorauerit, secund. Ang.

l ¶ *In rem suam* & pupilli quę sua dicitur, cùm bene administrat: vt ff. de fur. l. interdum. ij. §. qui tutelam.

m ¶ *Auctor esse non potest.* facit ad hoc ff. de verb. signi. l. quod dicimus. & C. ne quis in sua cau. l. vnica. [e] & C. de testi. l. omnibus. & ff. eod. l. v. j. respon. argu. contra. C. de fideicommis. l. fin. ibi, cùm ipse sibi iudex & testis, &c. [f] Ratio autem textus præsentis est, quia sequeretur vt in eodem negotio esset quis actor & reus: quod est inconueniens. Accursius.

e Potest tamē in consequentiam etiam ad propriam sibi soluere, ac credere sibi debitam etiā immobilem sine iudice. vt l. ... ff. de contrah. empt.

f Dic quòd ibi impropriè dicitur iudex & testis.

n ¶ *Vt olim.* nam olim in tali casu dabatur tutor prætorius, quod hodie non est. vt hic dicitur.

o ¶ *Sed curator* C. de in lit. dan. tu. l. j.

Sed curator.] Id moribus receptū erat hoc casu vt tutorē haberi daretur tutor, auctore Vlpiano in fragmētis. hodie quia solennia iudicia nō sunt, in locū prætorij tutoris curator adhibetur. Cuia.

p ¶ *Datur etiam inuito:* vt ff. de tute. l. iiij. §. idem Cassius.

q. ¶ *Et eo.* scilicet iudicio.

QVIBVS MODIS TVTELA FI.

Dictum est de ingressu tutelarum: & j. titu. 1. de progressu. restat de fine: sicut est in operibus naturæ ingressus, progressus, & finis. Aretinus.

Notandum est, quòd modi qui tutelam finiri faciunt, sunt octo: & ad istos omnes alij modi possunt reduci. Et sunt hi, Suspicio: quando tutor remouetur tanquam suspectus. Crimen: quando propter crimen deportatur, vel in seruitutem redigitur. Mors naturalis pupilli vel tutoris. Conditio adimpleta. Status, id est capitis deminutio, vbi status mutatur: vt quando capitur ab hostibus, vel arrogatur. Ætas scilicet pubertas. Tempus adueniens, scilicet si ad certum tempus datus sit tutor, & sit finitum tempus. Causa: quando propter aliquam causam tutor excusatur. Vnde versus.

Suspicio, crimen, mors, conditio, status, ætas.
Tempus, causa, solent tutelæ ponere metas.

P*upilli.*] Totus iste tit. diuiditur [g] in septem partes. Nam primò ponitur qualiter pubertate tutela finitur: & quę sit pubertas. Secūdò qualiter arrogatione, vel deportatione, vel seruitute pupilli, vel tēporis finitione. Tertiò qualiter morte pupilli, vel tutoris. Quartò capitis deminutione tutoris. Quintò etiā minima deminutione pupilli. Sextò propter aduentum temporis vel cōditionis. Septimò propter remotionem factam de tutore. Secunda ibi,

g Diuisio.

da ibi, Item finitur. Tertia ibi, Simili modo. Quarta ibi, Sed & capitis. Quinta ibi, Sed pupilli. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Desinunt. Item prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit qualiter tutela finiatur pubertate. Secundò qualiter pubertas accipiatur de iure antiquo. Tertiò qualiter de iure nouo. Secunda ibi, Pubertatem. Tertia ibi, Nostra autem. CASVS. Domine, vos vultis tractare quibus modis tut. fini. Dicatis ergo mihi aliquem modum quo tute. fin? Ad hoc respon. Impera. Amice, dico tibi generaliter, quod pubertate pupilli vel pupillæ tutela finitur. Cù enim pupilli pupillæue puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Sed domine, dicatis mihi quando censentur pupilli ad pubertatem peruenire? Ad hoc respon. Impera. Amice, aliter olim æstimabatur pubertas in masculis, hodie aliter. Veteres enim non solùm ex numero annorum, sed etiam ex insinuatione habitudinis corporis pubertatem in masculis æstimari volebant: quã in fœminis ex aspectu corporis æstimari, impudicum esse existimabant. Nostra autem maiestas dignum putauit esse castitate temporũ nostrorum, hoc quod ipsis antiquis in fœminis visum est esse impudicum, in masculos etiã extendere. Et ideo sacram constitutionem nostram promulgauimus: per quam constituimus pubertatem in masculis post xiiij. annũ completum initium accipere: sed normam antiquitatis in fœmineis psonis satis bene positã, in suo statu integrã & illibatã reliquimus: vt videlicet ipsæ fœminæ post xij. annos cõpletos, prout antiquitus bene erat statutum, viri potentes esse credant. ¶Secundus modus finiẽdæ tutelæ est, si pupillus dederit se arrogandum alicui. Qualiter autẽ det se arrogandũ, vide supra de adopt. ¶Tertius est, si pupillus deportet. ¶Quartus modus est, si pupillus efficiatur seruus: vt qe cùm sit libertus alicuius, reuocat in seruitutẽ propter ingratitudinẽ. ¶Quintus modus est, si ab hostibus pupillus capiat. ¶Sextus modus est, si alicui pupillo datus sit tutor in testamento hac forma, vt sit tutor vsq; ad certã conditionẽ, putà vsq; dũ nauis venerit ex Asia. Nã cõditione existente desinit esse tutor. ¶Septimus est, si moriat pupillus vel tutor. ¶Octauus est, si tutor patiat maximã vel minimã cap. demi. quia cuiuscũq; generis tutor sit, desinit esse tutor. Quid autẽ si patiat tutor minimã capi. de. putà quia arrogandũ se dederit: an desinat esse tutor? Respon. si legitimus erat tutor, benè desinit esse tutor. sed si erat testamentarius vel datiuus, tunc non desinit esse tutor. ¶Nonus modus finiẽdæ tutelæ est, si pupillus patiatur quãcũq; cap. de. quãuis de minima habuimus ĩ. in secũdo modo. ¶Decimus, si alicui pupillo dat' sit tutor in testamẽto hac forma, vt esset tutor vsq; ad certũ tẽpus, putà vsq; ad pascha. Nã adueniẽte paschate desinit esse tutor. ¶Vndecimus est, si à tutela remoueatur tanquã suspectus: vt ĩ. de suspe. tut. & cur. per totu. ¶Duodecimus, si iusta ex causa se excusauerit à tutela, quã iã inceperat administrare: vt ĩ. de excusa. tut. per totum & d. vsque ad finem tit. Franc.

QVIBVS MODIS TVTELA finitur.

TITVLVS XXII.

Explosò impudico antiquorum iudicio, tutela masculi anno decimo quarto expleto finitur: fœminæ verò duodecimo.

PVpilli[a] pupillæq; cũ puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autẽ veteres quidam non solũ ex annis, sed etiam ex habitu[b] corporis in masculis æstimari volebant. Nostra autẽ maiestas dignum esse castitate nostrorũ tẽporũ existimãs benè putabit, quod in fœminis etiã antiquis impudicũ esse visum est, id est inspectionẽ habitudinis corporis, hoc etiã[c] in masculos extendere. Et ideo nostra sancta cõstitutione[d] promulgata pubertatẽ in masculis post quartumdecimũ annũ cõpletũ illico initiũ accipere disposuimus: antiquitatis normã in fœminis bene positã in suo ordine relinquentes, vt post duodecimum annũ cõpletum viri potentes esse credantur[e].

Varios tutelæ finiẽdæ modos vsq; ad tituli calcẽ videre potes: quos breuiori compendio perstringere potius laboriosum quam vtile fuisset.

1 ¶Item finitur tutela, si arrogati sint adhuc impuberes[f], vel deportati: item si in seruitutem pupillus redigatur[g], vel si ab hostibus captus fuerit.

Tutela conditionalis finitur euentu conditionis. Aretinus.

2 ¶Sed & si vsq; ad certã[h] cõditionẽ dat' sit tutor testamẽto[i]: æquè euenit, vt desinat esse tutor existente conditione.

Morte naturali pupilli vel tutoris, tutela finitur.

3 ¶Simili modo finitur tutela morte[k] vel pupillorum, vel tutorum.

Capitis deminutione tutoris maxima vel media, vel etiam minima pupilli; omnis tutela finitur: minima autẽ tutoris; solùm legitima finitur.

4 ¶Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas[l] vel ciuitas[m] amittitur, omnis tutela[n] perit.

Huius dicti ea est ratio: nã capitis minima demin. tollitur agnatio.

Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem[o] dederit, legitima[p] tantum tutela perit: cæteræ[q] non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licèt minima sit[r], omnes tutelas tollit.

---

regum. l. si irruptione. §. fi. in gloss. pen. Accurs. à DOTTO. Vide tu canonista. no. per glo. in cap. j. extra de offic. ord. & de offic. & po. iu. delega. & pastoralis §. quia vero. in not. arg. contra Hug. vbi gloss. concludit iudicem secundùm allegata & probata debere in nomine domini iudicare, & conscientiam iufsem deponere. & ibi recitatur illud dictũ Psal. Trepidauerũt timore, vbi non erat timor: facit etiam glo. in §. si minus. j. de actio. Opiniones in hac materia variæ in variis doctorib. inueniuntur, diuersa dantibus consilia. sed inter cæteras videtur conscientiam reddere tutiorem consiliũ Capolæ, quod inter suas cautelas continet. Procuret (inquit) iudex in tali cõstitutus anxietate, apud accusatum: vt eliam in ipsius iudicis locum surrogari petat: ipsum eundem iudicẽ in testẽ se producturum allegando, & eo pacto iudex à iudicandi officio causa testimonij remotus, deponet pro accusato quæ sibi dictabit conscientia: cõtra quam facere, est ad gehennam ædificare. cap. literas. §. nos autem versi. omne quod de resti. spol. Consilium istud, quod re vera tutissimum putatur, fundamentũ habet ex cap. dilecte. extra de testib.

c ¶Hoc etiam. i. quòd sit iudicandum per aspectum impudicum.

d ¶Constitutione. vt Cod. quando tuto. vel curato. esse desinant l. fi.

e ¶Credantur. faciat ad hoc ĩ. de nup. 3 respon.

f ¶Adhuc impuberes. i. in pupillari ætate adhuc existentes: vt hic, & ff. de adopt. l. nec ei §. cum. & hoc cum consensu omnium tutorum: vt C. de aucto. præstan. l. fin.

g ¶Redigatur. ex ingratitudine, si sit doli capax: nõ autẽ ex venditione: quia non nisi sit maior viginti ann. potest per venditionem fieri seruus: vt ĩ. de iu. persona. §. pen. contra est. C. de inofficioso testamen. l. si quis. §. fin. Sed ibi de eo dicit, qui doli capax non est.

h ¶certam id est specificatam: vt quando Titius erit consul.

i ¶Testamento. Nota quòd dicit testamento. nam à lege vel iudice non sic: vt ff. de regu. iuris l. actus.

k ¶Morte. naturali. nam de ciuili iam dixit ĩ. proxi. l. vbi dixit de deportato. & seruo facto per ingratitudinem: quia mors omnia soluit, nedum tutelam: vt in Auth. de nupt §. deinceps. in prin. col. iiij.

l ¶Libertas. Et tunc maxima: vt ĩ de cap. demi. §. maxima. Accurs.

m ¶Ciuitas. & tunc media: vt ĩ. de cap. demi. §. minor. Accurs.

n ¶Omnis tutela. etiam testamentaria vel datiua: cùm ea quæ sunt iuris naturalis, tollentur:[b] vt ĩ. de cap. demi. §. quod autem.

o ¶Si se in adoptionem. sed emancipatione filij legitima tutela non finitur: quia filiusfamilias legitimus tutor esse non potest, cũ scilicet pater cum præcedat: vt supra de cap. demi. §. fi.[c] nisi in casu. vt cùm manumittit seruum maternum delatum sibi: vt supra de legitima pat. tute. §. j.[d] Et tunc defertur cùm sui iuris sit: vt ff. fami. lia erciscun. l. si maritus.

Legitima tantum tutela. Agnatorum scilicet, non patronorum: quod nos in notis ad Vlpianum satis diligẽter exposuimus. Cuia.

p ¶Legitima. Sed quare hæc legitima tantum perit? Respon. quia agnatio perit minima cap. de. vt supra de leg. agn. tut. §. fi. & legitima inter agnatos tantùm consistit: vt supra de legitima agn. tute. j. respons. à DOTTO. Dic quòd hodie hoc non procedit: quia ita cognatis sicut agnatis defertur tutela: vt not. gloss. supra de legi. agna. tut. § fin. ¶Sed cùm iste licèt capite minutus remaneat cognatus, vt ibi habetur: ergo tutela potest deferri: facit l. j. cum glo. in ver. prouidentia. & quod ibi no. Bart. ff. de legiti. tuto.

q ¶Cæteræ. s. testamentariæ & datiuæ secundùm M. & Azo.

r ¶Licèt minima sit. vt quia datur in arrogationem: vt ĩ. eo. §. j.

a ¶Pupilli. Nota quòd pupilli[a] sunt, qui de potestate patris impuberes exierunt, vel morte, vel emancipatione: vt ff. de verb. signi. l. pupillus. j. respon. licèt impropriè dicatur aliquando pupillus, qui est in potestate: vt ff. de verbo. oblig. l. si §. si pupillus. Accurs.

b ¶Ex habitu. i. inspectione, vtrũ haberet barbã vnã vel alteram: vt infra innuit. & facit ff. de mino. l. minor. xxv. ann. adito præside ex aspectu &c. ¶Et nota pro opinio. Mar. qui secundũ[b] conscientiam dicebat iudicẽ debere iudicare: & facit ff. de feri. l. ij. in fin. & ff. si

a Pupilli qui sunt.
b Iudicare an iudex debeat secundũ conscientiã, vt hoc. Verùm dic si quod est notũ iudici vt iudici, debere iudicare secundũm conscientiã vt primo, secundũ allegata: secundũ Pet. Quod verum est in iudice qui est infra legem. nam si est supra (vt princeps) vtcunq. si ei nota veritas, debet secundùm eam iudicare l. 1. C. si aduer. vendi. & Pet.

e Ingratitudine minori doli capax libertatem potest amittere: & non sine venditione.
b Hæc tamen Glo. reprobatur per Roge. hic: quia naturalia sunt immutabilia: vt §. pen. ĩ. de iure naturali & capitis deminutio est de iure ciuili: ff. vt ĩ. de legit. agnat. tutela, vt hinc sequatur capitis deminutionem non posse tollere iura naturalia.
c Hoc dictum Gl. commũniter reprobatur dott. per l. 4 §. po ff. de leg. tut. vt quia patris impeditur impedimento naturali vel ciuil. Iudico hoc principaliter non agnatis quod facilliter tolli non potest.
d Quod potest saltem ex obsensu patris secundùm in saltem quamuis tol. Fab. & Angel. contram sententiã contra per l. fi. § fin. autem Cod. de hoc quod ã hoc Glo. intellige tutelã perdi per emancipationem, etiã reprehenditur: cum tunc non sit agnationis, sed patronatus tanquam considerent: vt ĩ. de legit. patr. tut. per tot. Angel.

a ¶*Ad certum.* idem si ad incertum tempus, s. ad conditionem: *vt supra eo. §. sed & si.* Quæ conditio ad esse & ad non esse se habere potest: *vt j. de verbor. oblig. §. conditiones.* Accursius.
b ¶*Excusant.* scil. in perpetuum: vt quia mutus. quod dic *vt ff. de mino. l. verum. §. ex post.* Nam si ad tempus, non desinunt esse tutores: *vt j. de excu. tu. & cur. §. item qui republica.*

Temporalis tutela tempore adueniente finitur.

5 ¶Præterea qui ad certum[a] tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.

Qui remouentur à tutela propter suspicionem, vel qui in perpetuum excusantur: tutores esse desinunt. Aretinus.

6 ¶ Desinunt etiam tutores esse; qui vel remouent̃ à tutela ob id quod suspecti visi sint: vel qui ex iusta causa sese excusãt[b], & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundùm ea quæ inferius[c] proponemus.

a Cura quãdo finitur.
b Cura quib. modis finiatur.

c ¶*Inferius.*[a] vt *j. de suspec. tuto. per totum. & j. de excusa. tuto. & curat. per totum.* ¶Et no. q[b] eisdem modis finitur cura, si quos habeant pupilli curatores: & eodem tempore: *vt C. quando tut. vel cura. esse desi. l. j.* Adultorum verò curatores tunc finiuntur cum virilem vigorem cõpleuerit minor. s. xxv. ann. *vt ff. de min. l. j. in fi. & j. ti. j. §. respon.* nisi ad certam causam vel speciẽ fuerint dati. Nam & tunc finito negotio finitur officium: *vt j. titu. j. §. fin.* Item curatores aliorum quàm minorum: *vt j. tit. j. §. furiosi. & §. sed & mente captis.* tunc desinunt, quando sanam mentem prædictæ personæ recipiunt: *vt ff. de cura. furio. l. j. §. j. & §. fin.* ADDITIO. Nota quòd eisdem modis quibus finitur tutela, finitur etiam authoritas officij adiuncti tutori, quod est in multis casibus: *vt j. titul. j. §. interdum. in verbo idoneus. & in l. potest: & in l. propter. C. in quib. casib. tut. vel cura. ha. tu. da.* Nam finito officio principali, etiã finitur illud coadiutoris adiuncti. *l. j. C. quando tut. vel cur. esse desi.* & ideo coadiutor dat' debili vel suspecto episcopo, de quo *in c. generabili. extra de offic. deleg.* desinet morte prælati esse, per dictam l. j. Iason.

DE CVRATORIBVS.
TITVLVS XXIII.

Adultis vsque ad annum vicesimumquintum curatores dantur ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores: testamento autem non rectè datur curator: datus tamen, à iudice confirmandus est. item volenti, non etiam inuito (nisi in litem) curator dari potest.

Masculi quidam puberes, & fœminæ viripotentes, vsque ad vicẽsimumquintum annum[d] completum curatores accipiunt: quia licèt puberes sint, adhuc tamẽ eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri nõ possint. 1 ¶ Dantur autẽ curatores ab isdẽ magistratibus[e], à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur: datus[f] tamen confirmatur decreto prætoris[g], vel præsidis[h].

2 ¶ Item inuiti adolescentes curatores non accipiunt[i], præterquàm in litẽ[k]. Curator[l] enim & ad certã causam dari potest.

Cura furiosi & prodigi cuiusuis ætatis, lege duodecim tabularũ agnatis defertur: quibus deficiẽtibus, à iudice datur curator: reliquis itẽ maioribus vigintiquinq; annis, qui in ea causa sunt, vt rebus suis superesse nõ possint, æquè à iudice decernitur.

3 ¶ Furiosi quoq; & prodigi[m] licèt maiores vigintiquinq; annis sint, tñ in curatione sunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent[n] Romæ præfectus vrbi, vel prætores, & in ꝓuinciis pręsides ex inquisitione eis curatores dare[o].

4 ¶ Sed & mẽte captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant, quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt[p].

DE CVRATORIBVS.

a Continuatio.
d Diuisio

Finita[c] *tutela, pupilli indigent curatoribus: ideo de ipsis subdit.*

M. *Asculi* Totus[d] iste titulus diuiditur in tres partes principales. Primò ponit de curatoribus datis puberibus. Secũdò de datis illis qui laborãt aliquo morbo vel vitio. Tertiò de curatori. datis pupillis. Secũda ibi, Furiosi. Tertia ibi, Interdũ. Itẽ prima pars diuiditur in tres partes. Primò qualiter puberibus dant̃ curatores. Secundò à quib. dantur. Tertio an inuitus quis cogat̃ curatorem accipere. Secunda ibi, Dantur. Tertia ibi, Item inuiti. Aretinus. CASVS. Domine, vos vultis tractare de curatoribus. dicatis ergo mihi, quibus dantur curatores, & vsque ad quantum tempus? Ad hoc respondet Impera. Amice, masculis puberibus, & fœminis viripotentibus à tẽpore pubertatis quo à tutela liberantur, dãtur curatores vsq; ad vicensimumquintum annũ completum. Licèt enim huiusmodi personę puberes sint, adhuc nihilo minus ætatis talis sunt, vt sua negotia rectè administrare non possint. Sed pone Domine, iam video quibus dantur curatores: dicatis modò mihi, à quibus dantur? & respõdet Imperator, quòd curatores ab eisdem magistratibus dantur, à quibus tutores. & in hoc conueniunt tutores & curatores: sed certè in aliis differunt: quia licèt tutores testamento dentur: curator tamen testamento dari non potest. Si tamen de facto datus fuerit curator, cõfirmat̃ ex sententia prętoris in vrbe: & ex præsidis sentẽtia in prouincia. Item inuiti adolescentes non compelluntur curatores accipere, licèt secus sit in pupillis. & hoc verũ est, quòd adulti inuiti non compelluntur curatores accipere præterquam ad litem: tunc enim inuiti coguntur: licèt tutor ad certam causam dari non põt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Furiosi quoque. Franciscus.
d ¶*Vicesimumquintum annum.* nisi impetrent à principe veniam ætatis masculi in vigesimo anno, fœminæ in xviij. *vt C. de his qui ve. æta. impetra. l. j. & ij.* Accurs.
Vsque ad xxv. Fœmina citius quàm mas tutela liberatur, & citiùs impetrat veniam ætatis: *& vt Aristoteles scribit lib. vij.* [Greek, illegible] Curatione tamen citius non liberatur. quinimò in perpetua olim tutela fœmina continebatur. Cuiac.
e ¶*Magistratibus.* i. à[a] prætore, præside, proconsule, præfecto Ægypti: *vt ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. j.* Item à præfecto vrbis, & à defensore ciuitatis, vel iuridico Alexandriæ: *vt ff. de Atil. tuto. § pen. & in Authen. de defen. ciui. §. interea. eandem. ver. nulla. colla. iij. & ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. item solent.*

a Tutores à quibus iudicibus dantur.

Sed curator testamento non datur. Quia nulla id lege nominatim permittitur. Lege verò xij. tab permittitur parenti tutorem, non etiam curatorem dare. Cuiac.
f ¶*Datus.* de facto.
g ¶*Prætoris.* scilicet in vrbe. Accurs.
h ¶*Præsidis.* in prouincia.
i ¶*Non accipiunt.* secus in tutore: *vt ff. de tuto. & cura. da. l. nec non. & de tutel. l. ij. vt diximus j. de tutel. § est autem in gl. ij.* Itẽ videtur contra. *ff. de mino. l. j. in fin.* ¶Sed quod ibi dicit non committi eis adultis res suas ante xxv. ano. verum est vt sint rata quæ fiunt per eos: committuntur tamen, vt hic: sed restituuntur, *vt ibi. & j. de act. §. si quis agens.*
k ¶*In litem.* tunc enim cogitur. [b] sed pupillus in litem non cogitur: *vt ff. de tute. l. qui habet. §. si pupillus.* quod expone vt ibi. Accurs.
l ¶*Curator.* quasi dicas, non dubites de hoc, licèt aliud sit in tutore: *vt s. qui da. tu. pos. §. certè.*

b Eadem Sed adhuc secundũ Ange. & Ias. hic ... Gloss. & Barto. in d. § si pupillus. contrarium. Et no. quod ipsi curatores non cogitur nisi ex causa ...

[*Furiosi quoque.*] CASVS. Domine, iam video quibus dantur curatores ratione minoris ætatis, & à quibus dantur: nunquid sunt aliqui alij, quibus dantur curatores? Respon. quòd sic. Nam quidã sunt, quibus dantur curatores ratione inordinati consilij, vel ratione morbi: licèt sint maiores vigintiquinq; annis. Furiosi enim & prodigi quamuis legitimæ ætatis sint: tamen sunt in curatione agnatorum ex lege duodecim tabularum. Deficientibus autem agnatis, solent præfecti vrbis, vel prætores in defectum agnatorum curatores dare: in prouinciis verò præsides ex inquisitione. Et non solùm istis personis curatores dantur, sed etiam mente captis, & surdis, & mutis, & illis qui perpetuo morbo laborant, qui suis rebus administrandis superesse non possunt, curatores dandi sunt. Et hæc vsque ad illum §. interdum. Frãciscus de Aret.
m ¶*Furiosi quoque & prodigi.* Nota hos duos accipere curatorem à lege: alij omnes sunt datiui, vt cautè hic colligitur, *& infra proxim. §. & C. de episc. aud. l. de creationibus.* Accur. ADDITIO. Contra hanc glo. tenent Bald. Io. de Pla. Pet. & Ias. hic, vt omnes accipiant à lege curatorem, qui ex defectu mentis ipsum sibi petere nequeunt: licet Angel. teneat cum glo.
o ¶*Sed solent.* s. agnatis deficientibus, vel non habilibus constitutis: *vt C. de curatore furiosi. l. fi. § sin autem testamentum.* Accurs.
Sed solent. Iam igitur non sunt legitimi, sed honorarij duntaxat curatores. *l. j. l. obseruare. l. sæpe. ff. de cur. fur.* Cuiac.
o ¶*Curatores dare.* & hoc ratione furoris, vel dementiæ, nisi istæ personæ sint minores, xxv. annis: & tunc ratione ætatis tutores vel curatores recipiunt: *vt ff. de tute. l. qui habet. §. quod autem.*[d] Item nisi sint in potestate: *vt C. de cur. fur. l. fi. §. j.*
p ¶*Dandi sunt.* s. ab his quos modo in superiori §. diximus.
[*Interdum.*] CASVS. Domine, iam video qualiter dantur curatores quibusdam maioribus vigintiquinque ann. nunquid aliquibus aliis dantur curatores, putà si legitimus tutor idoneus nõ sit, in subsidium eius curator datur: quia alius tutor dari non potest: Habenti enim tutorem, alius tutor non datur. Et non solùm

d Et esse contra duo actus secundùm Bal. sc. interdictio administrationis ... prodigalitati, & decretũ ... subuentionis ... Et quòd naturalis ... accidentalis ... praponderat. & econtra: ... in Gl. ...

in subsidium

in subsidium legitimi tutoris datur curator, sed etiam quandoque in defectum testamentarij vel datiui datur curator. ¶ Si enim tutor testamentarius, vel à prætore vel à præside datus, non sit idoneus ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia pupilli administrat: solet ei in subsidium curator adiungi. Item in locum tutoris, qui non in perpetuum, sed ad tēpus ab administratione tutelæ aliqua rationabili causa excusatur, solēt curatores subrogari. Item si tutor aliqua aduersa valetudine, vel alia necessitate fuerit impedit', vt negotia pupilli sui administrare non possit: & ipse pupillus vel adsit, vel infans sit, poterit prętor in vrbe, vel pręses in prouincia, quem velit actorē periculo ipsius tutoris decreto suo pupillo cōstituere. Et hæc vsque in finē tito Franciscus.

Si tutor pupilli, cuiuscunque generis sit, non est idoneus, vel si ad tēpus excusatur: datur pupillo etiā curator.

5 ¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, vtputà si legitimus tutor non sit idoneus[a]: quoniam habenti tutorem, tutor dari non potest[b]. Item si testamento[c] datus tutor, vel à prætore, aut præside, idoneus[d] non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret: solet ei curator † adiungi. Item loco tutorum qui non in perpetuum, sed ad tempus[e] à tutela excusantur, solent curatores[f] dari.

† Curator. i. adiunctus, siue coadiutor Ias. sup. eo. l. j. §. in gl. fin.

Si pupillus sit infans, vel absens: & tutor infirmitate, vel alia necessitate impeditur: potest actor pupillo constitui. Aret.

a ¶ *Non sit idoneus.* vel ratione paupertatis, vel quia non est industriosus, vt decet: fidelis tamen est & diligens. aliàs repelleretur prorsus: *vt j. de suspe. tut. §. penult. & fin. C. de suspect. tuto. l. pietatis.* Et bene dico curatores, & non tutores: quoniam, &c. Accur.

b ¶ *Dari non potest.* fallit[a] hæc regula in casibus sex: vt si detur tutor loco tutoris surdi vel muti, vel furiosi: *vt ff. de tut. l.*[b] *penult.* 2 Item & si habet tutorem ratione rerum vnius prouinciæ, poterit habere alium ratione rerum quas habet in alia prouincia: *vt ff. de excusa. tut. l. propter litem. aliàs l. licet. §. fin. & C. in quibus casibus tutores habenti. tutor vel curator dari possit. l. fin.* 3 Item & mater antequam nubat, tutrix existens, alium petit tutorem dari: *vt in Authen. de nupt. §. si verò etiam naturalium tutelam. colla. iiij.* (Sed ratio est, quia abire nunc speratur: *vt C. communia de lega. l. fin. §. y.*) 4 Item & quando ad tempus est relegatus, vel excusatus, val remotus. nam interim tutor datur: *vt C. in quib. casi. tutorem habenti. l. penult.* 5 Item si quis tutor sit apud hostea non vt seruus, sed vt legatus, vel transfuga, alius datur: *vt ff. de tut.*[c] *l. si quis tutor.* 6 Item si Reipublicæ causa absit, potest alius dari: *vt ff. de tut. l. quæsitum. & ff. de suspectis tutorib. l. iij. §. si quis absuturus.* Sed secundùm Pla. in his omnibus casibus tutor pro curatore accipitur: & hæc regula non fallit. Sed cùm litera in omnibus supradictis legibus de tutore faciat mentionem, ab ea non discedamus: *vt ff. de leg. iij. l. non aliter. & ff. de exerci. l. j. §. si is. ibi, in re igitur.* ¶ Sed quæ est ratio, cùm vbique dari possit curator habenti curatorem vel tutorem: sed tutor non potest dari habenti tutorem? Respon. quòd[d] tutor qui priùs dabatur, habebat plenam potestatem: *j. tit. y. §. datum. & suprà de tut. §. j.* ita quòd alium secum in eadem plenitudine admittere non potest, sed non sic in curatore qui rebus datur: *vt C. de nupt. l. in copulandis.* Vnde tutor auctorizatur, hereditati adeundæ, quod in curato. pupilli non est: *vt ff. de appella. l. ab eo in vna. §. tutor.* ¶ Sed nonne tota die inuenimus vnum pupillū[e] plures habere tutores: *vt C. de diui. tut. l. y.* Respō. illud est quādo simul dantur. Nam quædam fiunt simul bene, quæ non valent, si fiant separatim, vt duorum reorum obligatio: *vt j. de duob. reis stipulan. §. j.* ADDITIO. Nota glossam magistram, quæ plenè ponit casus in quibus pupillo habenti tutorem tutor datur. Sed contra finem huius glossæ facit *l. y. C. de testamen. tute.* vbi simul non dantur, & tamen vterque administrat. ¶ Sed dic quòd ibi simul dicuntur dari habito respectu ad tempus mortis, quo vterque tutor confirmatur. Sed de hac materia pleniùs videas hic per Angelum.

a Tutor habenti quibus & quot casibus tutor dari possit.

b Quod nō est verū in habente dilucida interualla: vt l. cum filium. ff. & l. post susceptum. ff. de excu. tut. item in perpetuum furioso secus dicendum.

c Idem in hābito qui vt transfuga aequiparatur, secundū Ang. hic.

d Tutor cur dari non possit habenti tutorem, cùm curator dari possit habenti curatorem vel tutorem.

e Tutores plures pupillus habere potest.

c ¶ *Item si testamento.* posuit exemplum de legitimo, nunc de datiuo & testamentario minùs idoneo.

d ¶ *Idoneus.* i. sufficiens.

e ¶ *Ad tempus.* excusatur enim aliquis quandoque in perpetuum, quandoque ad tempus: vt patet per multa exempla: *j. de excusatio. tuto. & curatorum. §. j. & quasi per totum titu.*

f ¶ *Curatores.* vel etiam tutores: *vt j. prox. §. diui. i. prout iudici videbitur: vt C. in quib. cas. tu. hab. l. j. & ij.* ¶ Sed quid si pupillo tutor non sit: an dari possit curator? Responde, sic. & argumentum à contrario sensu sumitur: *ff. de tutorib. & curato. da. ab his l. curatorem.* quod[f] est validum: *ff. de offi. eius cui manda. est iurisdictio. l. j. §. huius rei.* Accur. ADDITIO. Nisi sit contrarium legi. *l. nemo. C. de iurisdictione omn. iudic.* vel rationi naturali: *vt C. de episc. & cleri. l. conuenticula.*

f Argumentū à contrario sensu in iure validum est.

g ¶ *Aduersa valetudine.* i. infirmitate, quæ valetudini & sanitati contra est.

h ¶ *Necessitate.* vt quia longo tempore abfuturus est, vel sua maiora negotia habet pertractare, vel alias similes necessitates: *vt ff. de procu. l. filiusfa. §. fin. & l. sequen. vsque ad l. quæ omnia.*[a] Et nisi huiusmodi necessitas sit, non potest secundùm quosdam: *vt C. qui da. tuto vel curato. poss. l. curatorem. & l. curator.* Imò certè & si[b] quæcunque alia sit iusta quoquo modo: *vt ff. de administrat. tuto. l. decreto.*[c] Et hæc eadem sunt in curatoribus *C. de appella. l. si actor.*

a Idem est propter inimicitias, nisi essent capitales: quia tunc esset rationi rēmouendus. Ang.

b Actorem tutor pupillo cōstituere nō potest nisi ex iusta & legitima causa.

c Et ita secundùm Ang. hic. & Bart. in l. actor ff. rem ra. ha. quamuis teneant Bart. & Dy. in d. l. decreto. quòd possit etiam sine aliqua causa.

6 ¶ Quòd si † tutor vel aduersa valetudine[g], vel alia necessitate[h] impediatur quo minùs negotia pupilli administrare possit, & pupillus vel absit[i], vel infans sit: quem velit[k] actorem[l], periculo ipsius tutoris prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto constituet.

i ¶ *Absit.* Si[d] enim præsens sit, & habet intellectum, etiā procuratorem com. auctoritate tutoris facere potest: *vt C. de procuratoribus. l. neque.* Accur.

[*Quem velit actorē.*] Ea eadem causa curator vel actor vel adiutor dari potest: vt ecce in relegati tutoris locum vel curato. quemadmodum superiùs dictum est, vel actor: *l. fine. §. vlt. ff. de admi. tut.* sic in locum minùs idonei tutor, vel curator datur. *§. interdum. j. vel actor vel adiutor.* Curatorem eligit magistratus: Actorem, Adiutor tutor. Actor ad agendum tuto. vel à cura. constituitur *l. j. C. de act. à tut. seu cur. dand. l. si actor. C. de appel. l. tutor. ff. quem ad fac. tut. l. actor. ff. rem rat. hab.* quia enim ab eis procurator constitui non potest, proptereà quòd domini non sunt, ideò hoc eis datum est, vt quotiens essent absuturi vel aliàs impedirentur, decreto Prætorijs vel Præsidis actorem darent. Adiutor ad alia tutelæ munia deligitur. *l. solet. ff. de tutel.* qui ab Constantino [illegible] dicitur. Suidas [illegible]. Vbi legendum [illegible]. Cuiac.

d Facit ad illā § si significauerit. Ias. l. ubi prosi. a ext. de appell.

Actorem necessitatē constituere pupillo, nisi cum tutor dei et tutorē facere non ualet, nisi ex iusta causa, cū tutor sit absens.

k ¶ *Velit.* i. tutor.

l ¶ *Actorem.* qui hic dicitur actor, aliàs[e] adiutor dicitur: *vt ff. de tutel. l. solet.* aliàs curator: *vt ff. de tuto. & curato. datis ab his l. in omnem. & C. de procuratori. l. neque.* ¶ Et nota[f] hic varia nomina eorum qui aliorum facta agunt, vt actor: *vt hic iam dictum est.* 2 Item tutor, qui datur pupillis *j. de tut. §. est autem.* 3 Item curator, qui datur adultis, vel etiam furiosis, vel similibus: *vt j. eo. tit. in prin. & §. furiosi. & §. sed & mente captus.* 4 Item procurator, qui aliena gerit negotia cum mandato: *vt ff. de procurat. l. j.* 5 Item negotiorum gestor, qui sine mandato gerit: *vt j. de oblig. quæ ex quasi contra. §. j.* 6 Item œconomus, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur ab episcopo cum consensu fratrum, vel capituli: *vt C. de sacrosanctis ecclesiis. l. iubemus. & C. de episcopis & clericis. l. omnes. §. hoc tibilominus. versicu. hunc enim sine dubio.* 7 Item idem dicitur apocrisarius: *vt in Authen. quomodo oportet episcop. §. non aliter. & §. neque autem. & §. si vero ibi, præsertim.* 8 Item syndicus, qui sic Græcè dicitur, Latinè, singulorum dicens causas: *vt ff. de muneribus & honoribus. l. munerum. § defensores.* Quandoque tamen actor & syndicus pro eodem ponuntur: *vt ff. quod cuiusque vniuer. l. j. §. quib. & §. penult. & l. item eorum. §. actor.* facit ad hoc *ff. de auctoritate tutorum vel curatorum, per totum.* Vel etiam dic quòd differunt, vt ibi notatur, scilicet in *dicta l. j. quod cuiusque vniuersitatis. §. quibus in glos. syndicum.* ADDITIO. Hodie tamen non fit differentia in nomine: *vt c. petitio. extra de procura.* Angel.

e Imò actor & adiutor differunt, quia actor a tutore, adiutor verò iudicis decreto constituitur.

f Bona qui aliena gerunt negotia, eorum appellationes.

Decreta. Valde nouum est, vt qui procuratorem dare non potest, actorem constituat: ideóque decreto est opus. *Cuiacius.*

DE SATISDATIONE tutorum & curatorum.

TITVLVS XXIIII.

Soli testamentarij tutores, & ex inquisitione dati, immunes sunt à satisdando: cæteri verò rem pupilli saluam fore satisdare coguntur.

DE SATISDATIONE TVTORVM vel curatorum.

Ista rubrica sic continuatur.[g] *Dictum est j. de tutoribus & curatoribus: & quia ipsi tenentur satisdare, ideò videndum est de satisdatione tutorum vel curatorum eorundem.*

g Continuatio.

NE tamen.] Totus iste titulus diuiditur[h] in tres partes principales. Primò ponit qui tenentur satisdare & qui non. Secūdò quòd illi qui non tenentur satisdare si satisdant, præferuntur sociis in administratione. Tertiò qui officiales teneantur de satisdatione non exacta, vel non idonea. Secunda ibi, Sed si. Tertia ibi, Sciendum. Item prima subdiuiditur in duas partes. Nam primò ponit regulam. Secundò ponit duas fallentias. Secunda ibi, Sed hoc. CASVS. Domine, iam video qualiter dantur tutores vel curatores; nunquid ad libitum suum res pupillorum vel adultorum sine metu periculi possunt administrare? Respondet Imperator, quòd non. Ne enim tutores vel curatores res pupillorum vel adultorum, vel cæterorum qui in curatione sunt, aut in totum consumant, aut in parte demi-

h Diuisio.

nuant, curat Prætor vt tam tutores quàm curatores satisdent rem pupilli saluam fore. Sed domine, nunquid est hoc generaliter verum, quòd omnes tutores & curatores indistinctè ad prædictæ satisdationis interpositionem teneantur? Respondet quòd non. Nam certè hoc quod diximus tutores vel curatores debere satisdare, non est perpetuum. Nam tutores testamento dati, huiusmodi satisdationē præstare non coguntur. Et hoc tali ratione: quia fides & diligētia eorum, à testatore qui eos in testamēto dedit, satis probata videtur. Idē dico in tutoribus cum inquisitione à iudice datis. Nam certè illi similiter huiusmodi satisdatione nō onerantur: quia idonei electi sunt. Et hæc vsq. ad illum §. sed si ex testamento. Francisc. de Aret.

NE tamen pupillorum[a] pupillarúmve, & eorum qui quæve in curatione sunt, negotia à curatoribus tutoribúsve consumantur[b], vel deminuantur[c]: curet prætor, vt[d] & tutores & curatores eo nomine satisdēt[e]. Sed hoc non est perpetuum[f], nam tutores testamento dati satisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est[g]. Item ex inquisitione[h] tutores vel curatores dati, satisdatione non onerantur: quia idonei[i] electi sunt.

Si quis ex pluribus testamentariis, aut ex inquisitione datis tutoribus satisdationem offerat, is solus administrat, ni alius etiam offeret: nullo autem satis offerente, is geret quem testator destinauit. quòd si testamento scriptum non sit, electo maiori parte datur administratio. ipsos autem inter se in electione dissidentes, iubet prætor concordes esse.

a ¶*Ne tamen pupillorū.* Diximus dandos tutores vel curatores ratione ætatis. ne tamē pupillorum, &c. Accursius.

b ¶*Consumantur.* in totum.

c ¶*Deminuantur.* pro parte. Accur.

d ¶*Prætor, vt & tutores & curatores.* sic & præfectus vrbis, & præses prouinciæ: *vt suprà tit. j. §. v.*

e ¶*Satisdent.* rem pupilli saluam fore: vt diximus *s. de tute. § fi.* scilicet[a] cum fideiussore: *vt ff. rem pupil. saluam fore. l. non quasi. in princip. & ff. de præto. stipula. l. prætoriæ. iy. & ff. qui satisdare cogan. l. j.* Accursius.

a Rem pupilli saluā fore tutores satisdāt cū fideiussore.

f ¶*Perpetuum.* id[b] est generaliter verum. aliàs perpetuum, id est, generale: *vt C. de eden. l. edita.* Aliàs pro tempore ponitur scilicet quamdiu vita durat: *vt infrà de verbor. oblig. § at si ita: & ff. pro socio. l. j. vbi de hoc.*

b Perpetuū multipliciter sumitur.

g ¶*Approbata est.* Idem[c] in curatoribus in testamento datis (licèt curatores non dantur in testamēto, regulariter tamen, si dati fuerint, confirmantur decreto Prætoris vel Præsidis. *sic suprà titu. proxi. § y.* & tunc liberantur à satisdando, vt tutores.] *vt hic, & ff. de confirman. tuto. l. si filio. & l. in confirmando. & l. sequenti. & l. vtilitatem.* ¶ Secus[d] in dato à matre: *vt ff. de confirman. tuto. l. j. ad finem l. a filio. C. eo. tit. l. j.* Sed quare secus? Resp. quia firmum est consilium[e] patris, & non matris: *vt argu. infrà quibus ali. li. in fin. j. respons. & infrà de inuur. § j.* ¶ Et quod dicit in testamento, idem in tutoribus in codicillis datis dicam: *vt ff. de testamen. tute. l. iy. & facit ad hoc. C. de episco. audien. l. de creationibus.*

c Curatores dati in testamento liberātur à satisdando.

d Tutor datus à matre in testamento, tenetur satisdare.

e Consilium patris, (& sic masculi) firmius est & melius fœmineo, etiam matris consilio.

h ¶*Item ex inquisitione.* i. dati à iudice cum inquisitione: *vt suprà de Attil. tuto. § sed hoc iure.*

i ¶*Idonei.* s. præsumptione iuris: contra[f] quam non admittitur probatio in contrarium. sed si contra apparet, tenebitur ille qui dedit: *vt infrà eo. § sciendum.* Sed hoc fallit in curatore furiosi, qui satisdat, si non habeat idoneam substantiam: licèt sit cum inquisitione datus: *vt C. de curato. furios. l. fina. § & siquidem. & § si verò non talis.* ¶ Item debent[g] iurare isti omnes bene agere, id est, non prætermittere vtilia, & non facere inutilia: *vt in Authen. vt hi qui ob. se per. ha. res mi. § fin. collatio. iy.* ¶ Si ergo nec testamentarij nec datiui satisdant, qui erunt illi qui satisdant? Respon. legitimi, nisi in casu scilicet patroni in liberto: *vt ff. de legiti. tuto. l. legitimos. § j.* Item datiui, quando non fiunt cum inquisitione: *vt C. de auctorita. præstan. l. fina.* & nisi satisdent, non administrant: *vt C. de tuto. vel curato. qui satis non dedit. l. j. & fin.* ¶ Et secundùm hoc sunt quatuor[h] genera tutorum: scilicet testamentarij, item legitimi, item datiui cum inquisitione, item datiui sine inquisitione, vt dictum est.

f Probatio nō admittitur contra præsumptionem iuris.

g Iurare quæ tenentur tutores. Adde tutoré debere promittere eum satisdare, pupillum indefensum nō relinquere & item facere inuentarium & recipere ad administrationé ex decreto iudicis, excepto testamentario: qui sua authoritate administrare potest. Angel Per.

h Tutorum quatuor genera.

Sed si.] Diuiditur in quatuor partes. Primò quòd contutor tenetur contutori satisdare: vt in administratione præferatur. Secundo quid fiet si nullus ex contutoribus vult satis offerre de indemnitate. Tertiò quid agendum cùm tutores discordant in eligendo. Quartò extendit ad datiuos dictum in testamentariis. Secunda ibi, Quòd si nemo. Tertia ibi, Sin autē. Quarta ibi, Idem & in pluribus. Aretinus.] CASVS. Diximus tibi, quòd tutores testamentarij & cum inquisitione dati, non satisdant, nunquid hoc est generaliter verum? Respondet Imperator quòd non. ¶ Nam si duo pluresve tutores in testamento dati fuerint, poterit vnus ex his offerre satisdationem de indemnitate pupilli contutori vel concuratori suo. & si ipse admittit huiusmodi satisdationem, ei in administratione præfertur. sed tutor vel curator non potest per se à contutore vel concuratore suo huiusmodi satisdationem exigere: sed offerre eā debet: vt electionē det concuratori vel contutori suo satis accipere, & administrationem ei exponere, vt ipse solus administrare possit & si nullus eorum satisdationē huiusmodi offerat: tunc si testator in testamēto expresserit quis in administratione præferri debeat, ille solus administrabit. si verò à testatore de hoc nihil dictum fuerit, tunc quem maior pars eorum idoneum elegerit, ille solus administrabit. Sed si ita fuerit, quòd in electione ipsi tutores nec aliquatenus per se concordare poterint, Prætor partes suas interponet, & aliquem idoneum administratorem eligere compellet. Idem iuris est in pluribus tutorib. vel curatoribus ex inquisitione datis: vt videlicet maior possit eligere aliquem idoneum, qui solus negotia pupilli administret. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sciendum est autem. Franciscus.

1 ¶ Sed si ex testamento[k] vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest vnus offerre satisdationem de indemnitate pupilli vel adolescentis: & contutori suo vel curatori præferri, vt solus administret: vel vt contutor aut concurator satis offerens præponatur ei, & ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satisdationem à contutore suo vel concuratore, sed offerre debet, vt electionem det concuratori vel contutori suo, vtrum velit satis accipere, an satisdare[l]. Quòd si nemo eorum satis offerat: siquidem adscriptum[m] fuerit à testatore quis gerat: ille gerere debet. quòd si non fuerit adscriptum: quem maior pars[n] elegerit, ipse gerere debet, vt edicto prætoris[o] cauetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligēdū eum, vel eos qui gerere debent: prætor partes suas[p] interponere

k ¶*Sed si ex testamento.* Duo ponit, & vnum[a] tantùm hunc prosequitur, scilicet de testamentario: sed in fine § dicit de alio. Item hæc eadem in curatoribus pluribus locum habet: *vt ff. de administr. tut. l. iij. § quod in tutoribus.* ¶ Item quid in legitimis? Respond. idem, cùm sit eadem ratio: ne deterius negotia per plures exerceantur: *vt ff. de administr. tuto. l. si plures. j. § quamuis. versic. apparet ergo.* Accursius. Vnde versus:

a Imo vtrumque sequendum. Ang. vsque ad vers. quòd si nemo. & ita cum in sensu loquatur præfato textu respondere ad interrogato. l. si defensor. § qui interrogatus ff. de interroga. actio.

Segniùs expediunt commissa negotia plures.

l ¶*An satisdare.* sic infrà de inutilibus stipulationibus. § alteri sit fine. Accursius.

m ¶*Adscriptum.* scilicet in testamento: vel aliter appareat eius voluntas euidenter, quia dixit in satisdatione quis præferri debeat: quòd si non fuerit adscriptum, quem maior pars elegerit, ille gerere debet. Accursius.

n ¶*Maior pars.* Dummodo[b] omnes velint per vnum administrari: aliàs enim non compellerentur: sed omnes gerere possunt si velint: *vt ff. de administr. tuto. l. si plures. j. § fina. & l. velut partes.* Et not. hic argumentum quòd statur[c] maiori parti. *sic ff. de pac. l. iurisgentium. § vltim. & l. & si sum heredem. § fina. & l. maiorem. & l. sequen. § fina. & ff. de testibus. l. iij. § v. ibi*, aliàs numerus testium &c. argumentum contrarium: *ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. l. per fundum. & ff. communia prædiorum. l. fina.* ADORTIO. Solu. Ibi loquitur in constitutione indiuidui, putà seruitutis, in qua omnes requiruntur, hic de administratione, quæ est diuidua: & penes vnum in solidum est possibilis: secundùm Bald. a Vel ibi loquitur de re communi pluribus: vt vniuersis: hic verò de communi vt singulis. Quæ tamen regulæ fallunt in multis casibus: vt per Docto. hic. *Vide cap. j. extrà de his quæ fiunt à maiore parte capituli.*

b Recto, potestas, ex eis eligi, plures simul agere nō possunt, & si vnus velit diuidere & alij gerere hec domino ceteris iniuste per officium iudicis: arg. l. Cogi ff. fa. ercis. & l. commu diuid. § si dus ff. communi diui. Ang.

c Parti maiori standum.

o ¶*Edicto prætoris.* quod non habemus.

p ¶*Partes suas.* id[d] est, se & officiales suos, & milites iustitiæ. ¶ Sed cur non committitur fortunæ: *vt aliàs. C. communia de legatis. l. fina. z respons. & infrà de legatis § optionis?* Respondeo, non ita alterius factum, scilicet[e] pupilli, possunt fortunæ committere, vt suum proprium. & concordat huic: *ff. de legatis. j. l. huiusmodi. § fina. & ff. de vsufructu. l. si vsufructus. j. § sed si inter duos.* Argumentum contrarium *in eodem titu. de vsufructu. l. quotiens duobus. j. respon.*

d Partes suas iudex interponit, se vel officiales interponendo.

e Sors, fortuna, seu aleæ iudicio pupillorum tutela, & eorum gestio committi non debet.

re debet. Idem & in pluribus[a] ex inquisitione datis comprobandum est: id est, vt maior pars eligere possit, per quem administratio fiat.

Qui tenetur recipere satisdationem à tutore, si non recipit, vel minùs idoneam, tenetur subsidiaria actione, quæ etiam transit contra heredes. Et potest tutor vel curator cogi satisdare etiam captis pignoribus. Aret.

2 ¶ Sciendum autem est non solùm tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæterisque[b] personis ex administratione rerum teneri: sed etiam in eos qui satisdationem accipiunt[c], subsidiariã actionem esse, quæ vltimum eis[d] præsidium possit adferre. Subsidiaria[e] autem actio in eos datur, qui aut omninò à tutoribus vel curatoribus satisdari non curauerunt, aut non idoneè[f] passi sunt caueri. Quæ[g] quidem tam ex prudentum responsis[h], quàm ex constitutionibus[i] Imperialibus etiam in heredes eorum extenditur.

3 ¶ Quibus constitutionibus[k] & illud exprimitur, vt nisi caueãt[l] tutores vel curatores, pignoribus captis coerceantur[m].

Actione subsidiariâ non tenentur, qui tantùm dant tutores, sed qui satisdationem exigunt.

4 ¶ Neque autem præfectus vrbi[n] neque prætor, neque præses prouinciæ: neque quisquam alius, cui tutores dandi[o] ius est, hac actione tenebitur: sed hi tantummodò, qui satisdationem exigere solent[p].

DE EXCVSATIONIBVS tutorum vel curatorum.

TITVLVS XXV.

Liberorum numerus hic scriptus à tutela munere vacationem præstat: adoptiui verò liberi ita demum ad excusationem prosunt, si à quopiam ascendentium adoptati sint: non etiam si ab extraneo. Item nepotes ex filio præmortuo prosunt.

EXcusantur aũt tutores & curatores varijs ex causis. Plerunq. tamen propter

a ¶*Idem & in pluribus.* per omnia vt suprà, nisi quia hic à testatore non potuit scribi quis gereret: cùm nihil dixerit de tutela. nam dantur ex inquisitione, si essent testamentarij: *vt §. de Atil. tuto. §. ratione.*

[Sciendum.] Diuiditur[a] in quatuor partes. Primò quòd officialis conuenitur subsidiaria actione. Secundò quando, & in quibus casib. teneatur. Tertiò ad heredes extendit. Quartò ponit nouum casum: videlicet quòd tutor cogitur satisdare. Secũda ibi, Subsidiaria. Tertia ibi, Quæ quidẽ. Quarta ibi, Quibus cõstitutionibus. Aretin. CASVS. Domine, iam video in quibus casibus tutores satisdationem rem pupilli saluam fore, interponere debeant. Pone modò, quòd non fuerit pupillis per tutores bene cautũ. qualiter in defectum tutorum vel fideiussorum ab eisdem receptorum subueniatur ipsis pupillis? Respõdes Impera. Amice, in hoc casu optimum remedium beneficio legis ipsis pupillis indulgetur. Scire enim debes, quòd non solùm tutores vel curatores ex administratione sua pupillis vel adultis, vel furiosis, vel cæteris qui in curatione sunt, tenentur: sed etiam in magistratus, qui huiusmodi satisdationem à tutoribus vel curatoribus accipiunt, vtilis actio subsidiaria dabitur: quæ quidem actio subsidiaria vltimum huiusmodi pupillis vel adultis possit præstare subsidium. Et hæc actio subsidiaria non solùm aduersus illos cõpetit, qui non idoneã cautionem à tuto. vel cura. exponi passi sunt: nec solùm aduersus magistratus datur: sed etiã tam ex prudentum responsis, quàm ex cõstitutionibus principis in heredes eorum extenditur nec immeritò. In eisdem enim constitutionibus expressè cauetur, vt tutores vel curatores ad prædictam satisdationem interponendam per pignorum captionem coerceantur. vnde cùm ipsi magistratus sibi legis beneficio poterant ab huiusmodi periculo cauere: non est mirum si ipsi & etiam eorum heredes pro sua negligentia teneãtur. Scire tamẽ debes, quòd neque præfectus vrbis, neque prætor, neq. præses prouinciæ, neq. aliquis alius, qui ius dandi tutores habet, prædicta actione subsidiaria pupillis, vel adultis, vel cæteris in curatione existentibus tenebitur: sed solùm hi, qui huiusmodi satisdationem accipere solent. Et hæc dicuntur vsq. in fi. tit. Franc.

b ¶*Cæteris.* vt furiosis & mente captis: *vt §. eo. tit. §. furiosi. & §. sed & mente captis.*

c ¶*Accipiunt.* vt magistratus. quod dic vt dicemus *j. eo. §. neq. autem.*

d ¶*Eis.* s. pupillis & similibus. Accur.

e ¶*Subsidiaria.* s.[b] tutelæ vtilis contra eum qui malum dederit tutorem: vel vtilis negotiorum gestorum, quando malum curatorẽ: Nam eadem vtilis in magistratum datur[c], quæ in administratorem directa datur: & vsuræ veniunt vt in prima: *vt ff. de magistra. conu. l. fin. & C. eo. l. pe.* Subsidiaria autem dicitur pœnalis aptitudine, vt legis Aquiliæ actio dicitur pœnalis aptitudine: *vt j. ad leg. Aquil. §. his autem.* Nam nec illa semper pœnalis est: nec hæc semper in subsidium datur: quia quandoque agitur antequam conueniantur omnes tutores: vt colligitur ex his quæ dicũtur in hac gl. circa fi. ¶Quare ad horum euidentiam distingue:[d] aut fuit vnus tutor vel curator, aut plures. Primo casu cõuenitur prius tutor vel curator, & posteà magistratus, vt hic. Si verò plures: & tũc aut omnes gesserunt tutelam aut curam, aut nullus, aut alter tantùm. Primo casu omnes conueniuntur antè magistratum: *vt ff. de admi. tu. l. Lucius. ij. §. pe. & de magistra. con. l. duo.* In secundo idem *vt ff. de adminis. tut. l. si plures ij.* In tertio subdistingue, aut fuit diuisa tutelæ administratio per iudicem vel testatorem, aut non. Primo casu pro sua gestione quilibet tenetur, & non pro alterius, & posteà magistratus in subsidium. *ff. de admi. tut. l. Lucius. ij. §. pen. & C. de diui. tuto. l. ij.* Sed tamen in quatuor casibus vnus pro alterius parte tenetur, tamen post magistratum: scilicet si tutorem vt suspectum remouendum non remouit, vel tardè remouit, vel remouendo iura pupilli prodidit, sed non exegit satisdationem rem pupilli saluam fore, cùm videret eum non soluendo: *vt in l. C. de diui. tute. l. ij. & ff. de admini. tut. l. Lucius. ij. §. pe.* Secundo casu conueniãtur primò gerens, secundò magistratus, tertiò non gerens: nisi in dictis quatuor casibus: vbi conuenitur etiam qui non gessit antè magistratum: *vt C. de diui. tute. l. ij. & ff. de admi. tuto. l. etiam. & l. Aemilius. in fine. & l. tres tutores. de hoc dixi in. l. j. ff. de tut. & ra. distra. & l. j. C. de transactio.* ADDITIO. Et no. quòd in omnibus prædictis casibus pupillus conueniens tutorẽ, præfertur cæteris creditoribus. *l. dubitari. ff. de priuilegiis credit.* secus si conueniat iudicem *l. j. §. priuilegium. ff. de magistra. con.* Accur.

f ¶*Idoneè* aduerbium est: *& facit ad hoc ff. de magistra. conur. l. j. §. sciendum. & §. exigere.*

g ¶*Quæ.* s. tutelæ actio subsidiaria, vel negotiorum gesto. vt diximus.

h ¶*Responsis.* vt *ff. de magi. conu. l. j. §. sciendum est. & l. quod ad heredem.*

i ¶*Ex constitutionibus.* vt *C. de mag. con. l. ij.* & in alijs Græcis constitutionibus: sed aliter heres tenetur, qui de dolo & lata culpa tantùm: aliter defunctus, qui etiam de leui culpa tenetur: *vt ff. de mag. con. l. non similiter.*

k ¶*Quibus constitutionibus.* s. Græcis.

l ¶*Caueant.* s. rem pupilli saluam fore.

m ¶*Coerceantur.* fac. *ad hoc ff. de administra. tuto. l. j. § rescipsi. & ff. de dam. infect. l. sin. §. ey.*[a] *& ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. & C. de suspect. tut. l. vi. & ff. de vent. inspi. l. j. §. quid ergo.*

n ¶*Vrbi.* s. Romanæ, per excellentiam: *vt §. de iur. natu. §. sed quoties.* Item facit ad hunc *§. ff. de magistr. con. l. j.* Sed contra est *ff. de admin. tut. l. Aemilius.*[b] Sed distingue tria[c] genera iudicum. quidam possunt dare tutorem, & non exigere satisdationem: de quibus hic loquitur. Alij & dare & exigere, de quibus ibi dicit.[d] Alij exigere & non dare: vt tabelliones. & aliquis miles iustitiæ, cui talia committuntur: & isti tenentur in subsidium: *vt §. de Atil. tut. §. pen. & ff. de mag. con. l. fin.* Item æstimatores[e] patrimonij pupillorum, propter quorum prauam æstimationem viliores fideiussores accepti sunt: *vt ff. de mag. con. l. j. §. dimus.* qui erant dandi pro sui qualitate, *vt ff. de in ius vocan. l. j. & qui satisdare cogan. l. si verò. §. j.*

o ¶*Dandi.* s. tantum.

Sed hi tantummodo. in prouincijs duumuiri aut defensores: in vrbe, scriba, aut is quem prætor in hoc delegauerit. *l. ij. & iij. ff. rem pup. sal. for. Azolt. C. de mag. conuen. Cuia.*

p ¶*Solent.* aliàs debent, sed isti nec debent, nec solent, vt diximus.

DE EXCVSATIONIBVS TVTOrum vel curatorum.

De excusationibus tutorum vel curatorum nunc dicit: quòd suprà quibus mod. tut. fi. §. si promisit. Accur. Vel continua sic secundum Port. Quia suprà visum est de tuto. & curat. & quia hi varijs ex causis excusari solent: ideo meritè subdit de excusationibus tutorum vel curatorum Por.

[EXcusantur.] Totus iste tit. diuiditur[f] in sedecim partes. Prima ponit qualiter quis excusetur à tutela propter numerũ liberorũ. Secunda ibi, Itẽ diuus. qualiter excusetur, q. impedit negotiis fiscalib. & reip. Tertia ibi, Et qui potestatẽ. qualiter quis excusetur propter potestatẽ & iurisdictionẽ. Quarta ibi, Itẽ propter. qualiter excuset propter litẽ præcedentẽ cũ pupillo vel adulto. Quinta ibi, Itẽ tria. qualiter excuset propter numerũ tutelarũ. Sexta ibi, Sed & propter qualiter excuset propter paupertatẽ. Septima ibi, Itẽ propter aduersam. qualiter qs excuset propter infirmitatẽ. Octaua ibi, Simi-

a Diuiso.

b Simile est Gl. in l. s. §. plane. ff. de curatio. & vagamib. distr. & in l. 2. Co. de admi. tutor.

c Conuenientur Glo. in l. alium. ff. de magistr. & ibi vide quæ sit actio directa, & quæ vtilis.

d Tutores plures & magistratus quo ordine conueniri possunt.

a Imò ibi dicitur magistratum municipalem nõ posse cogere quẽ cauere capite pignoribus. Verum ibi agitur de magistratu municipali.

b Gio in d. l. Aemilius est similis huic.

c Iudicũ tria genera.

d Et si debeat accipere satisdationem vel expedire processum, vt hoc opus transferat ad successorẽ, poterunt conueniri in syndicatu: vt d. l. s. ff. secundum. Ia.

e Aestimatores bonorum pupilli quãdo teneantur.

f Diuiso.

Institut.

liter.qualiter quis excusetur propter imperitiam literarum. Nona ibi, Item si propter inimicitias. qualiter quis excusetur propter inimicitias. Decima ibi, Item, is qui. qualiter quis excusetur propter cõtrouersiam status. Vndecima ibi, Item maior. qualiter quis excusetur propter ætatem. Duodecima ibi, Idem & in milite. qualiter excusetur ꝓpter militiam. Decimatertia ibi, Item Romæ. qualiter excuset propter exercitium liberalium artium. Decimaquarta ibi, Qui autem. in quantum tempus potest quis se excusare. Decimaquinta ibi, Qui tutelam. qualiter quis excusetur à cura pupilli sui vel vxoris suę. Decimasexta ibi, Si quis autem. declarat quòd falsa excusatio non prodest. Item prima pars diuiditur in quinque partes. Primò ponit quòd plures & variæ causæ sunt, quibus quis à tutela vel cura excusatur. Secundò ponit qualiter quis propter liberos excusatur. Tertiò quot liberi habent excusare, seu propter quot liberos quis excusetur à tutela vel cura. Quartò fortificat dictum suum per similem rationem diuerrendo. Quintò declaret qui liberi sint illi qui præstant excusationem. Secunda ibi, Plerunque. Tertia ibi, Si enim tres. Quarta ibi, Exemplo. Quinta ibi, Sed adoptiui. CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita coram eo proposui: Domine vos vultis tractare de excu.tu.vel cu.dicatis ergo mihi, quibus modis excusantur tuto.vel curat.ab onere administrationis? Ad hoc respon. Impera. Amice tutores vel curatores variis modis à tutela vel cura poterunt excusari. Quandoque enim per numerum liberorum suorum merentur excusari: siue huiusmodi liberi in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres liberos aliquis habuerit Romæ superstites, vel in Italia quatuor, vel in prouincia quinque, à tutela vel cura poterit excusari. & hoc ad modum aliorum munerum ciuilium. Nam & tutelam & curam placuit esse munus publicum. vnde sicut à cæteris muneribus publicis quis excusari poterit, ita & ab istis. Sed quid domine Iustiniane, vos dixistis per liberos quem posse à tutela vel cura excusari: dicatis mihi pro Deo, an illud locum habeat indistinctè in omnib. liberis? Respondet Imperator: quod tibi dixi generaliter aliquē per liberos posse excusari: intelligere debes de naturalibus & legitimis. Nam adoptiui liberi patri adoptiuo ad excusationem non proficiunt. liberi enim naturales & legitimi extraneæ personæ à patre naturali nihilominus ad excusationem prosunt. & hoc vsque ad versicu. item nepotes. in quo sic pone casum. Vidimus quod per liberos quis à tutela vel cura excusatur: sed quia appellatione liberorum veniut nepotes, quæritur à domino Iustiniano, an istud se extēdat ad nepotes. Respondet Imperator, quòd non solùm liberi primo gradu existentes prosunt, sed etiam nepotes ex filio mortuo auo suo ad excusationem prosunt: quia in locum sui patris mortui succedunt. sed licèt nepotes ex filio post mortem ipsius filij, hoc est, patris nepotum, auo prosint: nepotes tamen ex filia ei prodesse non poterunt. Et hoc vsque ad versiculum, Filij autem. in quo sic figuratur casus: Vidimus superiùs à principio titu. hucusque quòd liberi & nepotes ex filio excusant quem à tutela vel cura. Sed quæro, domine Iustinian. an hoc verum sit de filiis mortuis? Respondet dominus Imperator, quòd dixi tibi filios prodesse: intelligere debes, quòd filij superstites tantùm ad tutel. vel cura. oneris excusationem prosunt: mortui enim non prosunt. & hoc vsque ad versiculum illum, Sed si in bello. in quo sic ponitur casus: Ostensum est suprà quòd liberi mortui non prosunt ad excusationem tutelæ vel curæ. Nunc quæritur ab Imperatore, quid si in bello pro republica occisi fuerint: an patri ad excusationem prodesse possint? Et respondet, Certè constat eos prodesse, qui in acie Principis ceciderint. Qui enim pro republice ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. hoc dicit vsque ad §. Item diuus Marcus. Franciscus de Aretio.

liberos[a], siue in potestate sint, siue emancipati[b]. Si enim tres liberos superstites Romæ[c] quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis[d] quinque: à tutela vel cura potest excusari, exemplo cæterorum munerum[e]. nam & tutelam & curam placuit publicum munus[f] esse. Sed adoptiui liberi non prosunt[g]: in adoptionem autem dati, naturali patri[h] prosunt[i]. Item nepotes ex filio prosunt, vt in locum patris[k] sui succedant: ex filia non prosunt[l].

Ita demum liberi à præfato munere immunitatem præbent, si superstites fuerint: mortui verò non, ni gloriosè pro Republ. in acie ceciderint.

Filij autem superstites[m] tantùm ad tutelæ vel curæ muneris excusationem prosunt: defuncti[n] autem non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est an prosint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie[o] amittuntur. Hi enim qui pro republica ceciderunt †, in perpetuum per gloriam[p] viuere intelliguntur.

a ¶ *Propter liberos.* superstites & incolumes: *vt ff. de va. mu. l. ij.*

b ¶ *Emancipati.* nisi pater filio emancipato curator petatur. tunc enim non[a] excusatur à cura emancipati: *vt ff. eo. l. amicissimos. §. fin.* Vel dic,[b] quòd licèt faciat contra stimulos naturales: tamen bene potest, vt ibi innuitur.

c ¶ *Romæ.* hoc est in ciuitate Romana, & vsque ad centesimum milliarium: *vt ff. de offic. præfect. vrb. leg. j. §. cùm vrbem.* Accursius.

ADDITIO. Secus si dixisset in vrbe, vel in vrbibus: quia vrbs muris cingitur: *vt l. vrbis. ff. de verbor. signific.* Et quid appellatione ciuitatis vel patriæ continentur: & quid si dicatur Aretium, Florentia &c. Angelus hîc se remittit.

d ¶ *In prouinciis.* Sed nonquid illæ prouinciæ quæ aliàs habent ius Italiæ, & hîc habebunt? Respon. non: quia illud propter tributa conceditur eis: *vt ff. de censi. l. j. & fi.*

e ¶ *Munerum.* id est, onerum ciuilium, vt decurionatus. secus si patrimonij sit onus: *vt ff. de va. mu. leg. sextumdecimum. §. numerus. & §. quæ patrimoniorum. & leg. ba oneribus. j. respon. & C. de his qui numero lib. vel pau. excu. mer. l. j. lib. x.* Item secus in honoribus: *vt ff. de va mu. l. iiij. & l. in honoribus.*[a] Item secus in oneribus quæ honori inhærent: *vt ff. de va. mu. l. sextumdecimum § numerus.*

Exemplo cæterorum munerum.] Numerus trium liberorum excusat à legationibus: *l. j. C. de legatio.* A cæteris muneribus personalibus, numerus quinque: Ab omnibus muneribus numerus evj. *l. semper. ff. de iu. immun.* ac legendum omninò est in *l. si quis decurio. C. de decur.* non xiij. sed xvj liberorum. Constantinus rectè in hunc modum, ὁ ἑξκαίδεκα παῖδας ἔχων, πάσης λειτουργίας ἀφεῖται. Cuiacius.

f ¶ *Publicum munus.* auctoritate[b]: nam datur inultis: *vt Cod. de decurionibus. l. nullus. libro decimo. & facit ff. de verborum significatione. l. pupillus. §. munus. & l. munus propriè. & ff. de muneribus & honoribus. l. j. §. illud.* Sed contra *ff. eodem. l. athletæ. §. tutela.* Sed non est publicum munus, vt ibi dicitur, vtilitate: licèt authoritate sic, vt hîc dicitur: sed vtilitate publicum est secundariò: quia expedit reipublicæ &c. *vt suprà de his qui sunt sui vel alien. iuris. §. fina.* Item contra *ff. eodem. l. spadonem. §. qui accipit. & l. non tantùm. §. non omnia.* Sed licèt[c] ibi generaliter remissionem publicorum munerum habuit, tamen generali remissione non continetur tutela vel cura fauore pupillorum & adultorum[d]: sicut & aliàs de generali dicto quædam excipiuntur: *vt ff. de legatis iij. l. vxorem. §. felicissimo. & ff. de procuratoribus. l. Pomponius. primo responso. & ff. de liberatione legata. l. Marcellus. §.* Gaius.

Publicum munus esse.] Tutelam esse publicum vel ciuile munus nemo est qui nesciat: neque video quam re ab hac sententia discrepat l. *ius duo. §. tutela. ff. de tute.* At existimo tamen spuriam esse. §. tutela. nec enim solet Modestinus Græco contextui Latinas, nisi ex aliis authoribus sententias inserere. nullum verò auctorem habet. § tutela. denique eo sermone contextus est, qui nostris auctoribus non est in vsu: nec enim prouincialis muneris vsquam fit mentio, nec reipublicæ munus à ciuili munere quasi diuersum vsquam secernitur. Cuiac.

g ¶ *Non prosunt.* & hoc dico ad excusationem: *vt hîc, & ff. de vacatione munerum. l. sextumdecimum. §. adoptiui.* maximè hodie, cùm nihil ad patrem adoptiuum transeat: *vt suprà de adopt. §. sed hodie.* Sed olim bene acquirebant ei, scilicet patri adoptiuo. Ægi. Pert.

h ¶ *Naturali patri.* licèt adoptiuo non prosint: *vt suprà proxi. respon.* & secundùm hoc puncta ibi, dati. Vel dic, dati in adoptionem naturali patri, id est auo vel proauo.

i ¶ *Prosunt.* scilicet arroganti: cùm transeant in familiam eius: *vt suprà de adopt. §. sed hodie. in fine §. & § sequen.* & secundùm hoc fiet hîc mentio illius noui iuris: & punctabis ibi, naturali patri.

k ¶ *In locum patris.* Apparet quòd eo mortuo tantùm prosunt: eo autem viuo non prosunt: vt hîc cùm dicit, in locum patris, &c. & *C. de his qui nu. lib. l. ij. & iij. lib. x.* ¶ Sed nunquid omnes loco vnius computantur? Respon. quidam quòd non. Sed contradicunt leges expressè: nam loco vnius numerantur quotcunque sunt: vt in Græca. *l. ff. eo. l. ij. §. quotcunque.* Nam etiam in successione loco vnius computantur: *vt infra de heredi. quæ ab intesta. §. cùm filius. arg. ff. de contra tab. l. j. §. j.*

l ¶ *Non prosunt.* quia non sunt in potestate sua: *vt suprà de pat. potest. §. fin.* hæc ratio non est bona: vt *l. eo. in princ.* dicit enim de emancipato. vnde dicas, non prosunt auo materno: quia alij prosunt: *vt C. de testamen. mili. l. v. & fi.*

m ¶ *Superstites.* id est, viui.

n ¶ *Defuncti.* idem & in non natis, licèt conceptis: quia quoad hunc casum non sunt pro iam natis: *vt ff. eod. l. ij. §. qui autem in ventre.* Accursius.

o ¶ *In acie.* s. principis: *vt S. de adopt. §. feminæ.*

p ¶ *Per gloriam viuere.* Not. mortuum[e] viuere per gloriam: *vt ff. ad l. aq. quid.*

a Et hæc est verior sententia secundùm Ang. hîc: quia beneficio quod habet propter se, non debet vti contra se: saltem vbi est particeps de eodem secundùm Christoph. per l. si index circumuenerit. ff. de minor. aliàs secus, vt eo d. l. & in simili Ang. b Hunc approbat Dy. in d. §. fi. & Ang. hîc.

a Ab eo tamē excusant, si liberi, vt tenet Glos. in l. si quis decurio. C. de decu. li. 10. quod approbant Ang. & Pomb. hîc: licet Glos. sol. 1. C. de his qui num. li. vel paup. excu. quòd requiratur ea.

† Tolli. in sen. Sic p. dicit quomodo qui patriæ seruierint, in æternum autem esse in cœlo & defunctū locū vbi beati sempiterno æuo fruuntur. Æg. Per.

a Tutela an & quomodo publicum sit munus? Ag. authoritate, an verò vtilitate.

c Sic in generali dispensatione ad obtinendū quodvis beneficiū regulare, non obtinetur beneficium regulare Cluniacen. ordinis nisi exprimatur. Æg. Per.

d Generalis immunitas sicut non tradimus ad munus publicum auctoritate principum, ita nec ad reale ordinariū, sed extraordinariū sic vt not. Cyn. & Dyn. in l. 2. quæ quisque.

e In bello mortui, viuere per gloriam intelliguntur.

a Morte fingitur qui vivit per vitupetium.

l. Appil. l. qua actione. §. si quis in collusatione. Et econtra quia[a] fingitur mortuus, qui viuit per vitupetium, vt deportari: *vt ff. de contra tab. lib. j. §. j. & § pen. in fin. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cùm hic. §. si donator.* vbi seruus viuit, & tamen pro mortuo reputatur quo ad ius ciuile: *vt ff. de reg. iur. l. quod attinet. & l. seruitutem.*

[*Item, diuus Marcus.*] CASVS. Domine, iam vidi qualiter quis excusatur ab onere tutelæ vel curæ. nunquid pluribus modis poterit cōpetere excusatio? Resp. quòd sic. diuus enim Marcus rescripsit in Semestribus suis administrantem res fiscales durante administratione posse se ab onere tutelæ vel curæ excusare. h. d. vsq. ad §. item qui. In quo sic figura casum. Titius causa reipub. absens datus est tutor vel cura. quæritur ab Imperatore an possit se legitimè excusare? Resp. Imperator, quòd qui absentes causa reipub. dati sunt tuto. vel cura. ab onere administrationis tute. vel curæ excusantur. hoc dicit vsq. ad versicul. Sed & si. in quo sic figuratur casus. Vidimus qualiter absens datus tutor vel curator excusatur. Sed quid si aliquis datus tutor vel curator reipub. causa abesse incipiat, an similiter excusetur? Respōdet dominus Imperator, quòd non solùm illi, qui in absentia dati erant, possunt excusari: sed etiam si primò fuerāt dati tutores vel curatores, & posteà cœperūt abesse causa reipub. à tutela vel cura excusantur. & interim curator loco eorum datur: quibus reuersis curator loco eorum subrogatus, desinit curator esse: & ipsi administrationis onus recipiunt, nec in casu isto post reuersionem anni habent vacationem: vt Papinianus lib. v. Responsorum scripsit. Hoc enim spatium indulgetur his, qui post reuersionem ad nouas tutelas vel curas vocantur: non autem eis qui pristinæ administrationis onus recipiunt. h. d. vsq. ad §. Et qui potestatem.

Procurator fisci excusatur à tutela vel cura. Aretinus.

1 ¶ Item diuus Marcus in Semestribus[a] rescripsit, eum qui res fisci administrat, à tutela vel cura quandiu administrat[b], excusari posse.

Reipublica causa absens, à tutela & cura recenter delata excusatur: susceptam autem, quamdiu abest, intermittit: regressus verò, intermissa onus statim reassumit.

2 ¶ Item qui reipublicæ causa absunt[c], à tutela vel cura excusantur[d]. Sed & si fuerint tutores vel curatores dati, deinde reipublicæ causa abesse cœperint: à tutela vel cura excusantur[e], quatenus reipublicæ causa absunt, & intereà curator loco eorum datur: qui si reuersi fuerint, recipiūt onus tutelæ. Nec anni habent vacationem, vt Papinianus libro quinto Responsorum scripsit. Nā hoc spatium habent ad nouas tutelas vocati.

Publicam habens iurisdictionem, à suscipienda tutela excusatur, susceptam autem non deponit.

3 ¶ Et qui potestatem[f] aliquam habent, se excusare possunt; vt diuus Marcus rescripsit: sed susceptam[g] tutelam deferre non possunt.

Propter litem quam quis habet cum pupillo, non excusatur à tutela: nisi sit omnium, vel maioris partis bonorum. Aretinus.

4 ¶ Item propter litem quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excusari non potest: nisi fortè[h] de omnibus vel hereditate[i] controuersia sit.

Tria tutelæ non affectata onera separatorum patrimoniorum, quandiu administrantur, immunitatem tribuunt.

5 ¶ Item tria onera[k] tutelæ non affectatæ, vel curæ, præstant vacationem quandiu administrantur: vt tamen plurium pupillorum tutela vel cura † eorundem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

Paupertas, infirmitas, & literarum imperitia simplicitati annexa, vacationem à munere tutelæ tribuunt.

6 ¶ Sed & propter paupertatem excusationē tribuūt, tam diui fratres, quàm per se diuus Marcus

In sis ab abſentia dati ... Vlpianus, tutela, obiter dixit, procurationes: vt in l. ne lucrum. C. de cur. fur. Is enim qui reipubl. causa abest, cùm non desinat esse tutor in eius locum tutor substitui non potest. *Curacius.*

[*Et qui potestatem.*] CASVS. Visum est superiùs de pluribus personis, qualiter se possunt excusare à tute. vel cura. ¶ Nunc quæritur à domino Imperatore, an sint aliæ personæ, quæ possint excusari? Respon. Imperator, quòd non solùm prædicti à tute. vel cura excusantur, sed & qui aliquā potestatem habēt, vt præfectus vigilū vel annonæ: quia tunc illi à susceptione tutelæ vel curæ durante officio suo se possunt excusare, vt diu. Marcus rescripsit: sed tutelam susceptam occasione potestatis nō possūt deferere. ¶ Sed nunquid si aliquis datus tutor vel cur. habeat litem cū pupillo vel cum adulto, poterit occasione litis se excusare? Respon. quòd non, nisi de omnibus bonis ipsius pupilli, vel fortè de hereditate aliqua ipsi pupillo delata controuersia fuerit. In hoc enim casu excusatio habebit locum. Et hæc dicuntur vsque ad §. Item tria. Aret.

† Bene exprefsit tutelæ & curæ differentiam. Tutela est personæ. Cura bonorum.

a ¶ *In semestribus.* i. in sex mensibus, quibus dabant operam studio. nam alternis sex mensibus dabant operam Imperatores bello & studio: *vt ff. de orig. iur. l. ij. §. ex his.* in principio vltimæ chartæ.
a Vel dic, quod nomen erat libri in illis sex mensibus compositi, quod in idem recidit.

[*In semestribus.*] An exemplo D. Augusti & Tiberij instituit D. Marcus consilia semestria? De Augusto ita Xiphilinus scribit [illegible] pariter & de Tiberio. De Augusto itidem Suetonius Tranquillus. *Cuiacius.*

b ¶ *Administrat.* qui dicitur procurator fisci. & facit ad hoc §. I. *de cur. §. item in loco.*

c ¶ *Absunt.* vel absuturi sunt: *vt ff. de procura. l. filiusfa. § fin.* ADDIT. Quia paria[e] sunt esse, vel de proximo sperari: *l. pen. §. de milit. testa.* quod facit an licentiatus gaudeat beneficio Doctorum. de quo dic vt ibi per Doctores.

d ¶ *Excusantur.* Hoc primum respon. loquitur, quando eo existente in absentia reipu. causa datus fuit tutor vel curator: quo casu perpetuò excusatur, si[d] per xx. ann. militauerit, vel cōpleuerit militiæ spatium, & non ignominiosè missus est. Aliàs qui intra quinquennium missus est, putà quia infirmus, nullā habet excusationē. qui post v. an. habet annū: qui post viij. an. habet bienniū: qui post xij. habet triennium: qui post xvj. habet quadriennium: qui post xx. excusationem perpetuam habet: vt dictum est, *& ff. eo. l. sed & milites. §. j. ij. iij. iiij. & v. §. quandoque. vsque ad §. qui autem post.* Accur.

e ¶ *Excusantur.* si hoc postulauerint prius, & etiam alium actorem vel curatorem petierint, aliàs non: *vt C. si tut. vel cur. reip. causa. l. j. & ff. de administ. tut. l. tutores. §. qui se.* [*Et interea curator.*] Imò tutor. *l. quæsitum D. de tute.* nisi dicamus, vti vulgus solet tutoris & curatoris abuti nominibus, ita Paulo quæstionem fuisse propositam de curatore: sed autem Paulum non de tuto. sed de curat. respondisse, quemadmodum apparet ex *l. curatorem ff. de tut. & cur. dat.* quæ ex eodem sumpta est libro parique errore is qui absuturus erat reipub. causa, desiderabat tutorem in locum suum dari in *l. iij. §. si quis absuturum. ff. de susp. tut. & in l. ix. ff. de tut. & rat. distr.* Vlpianus, tutela, obiter dixit, procurationes: *vt in l. ne lucrum. C. de cur. fur.* Is enim qui reipubl. causa abest, cùm non desinat esse tutor in eius locum tutor substitui non potest. *Cuiacius.*

f ¶ *Potestatem.* vt quia sit præfectus vigilum vel annonæ: *vt ff. eo. l. administrantes.*[a] & similes, qui potestates vocantur: *vt Cod. de mod. mul. l. eos.* Secus si sit circa latus principis. cœptam enim non complebunt: *vt ff. eo. l. iurisperitos. in prin.* Accurs.

g ¶ *Sed susceptam.* vt *i. proxi. §.* Accurs.

h ¶ *Nisi fortè.* imò & sine fortè: vel etiā si de maiori parte bonorū pupilli sit cōtrouersia: *vt ff. eo. l. propter litē. j. resp. & facit C. e. l. si vt allegas. & ī. de excus. tuto. §. fi. & C. qui da. tut. pos. l. creditori.* ¶ Sed hodie nō potest creditor debitor esse tutor: *vt in auth. vt hi qui ob se ha. per. §. j. col. vj.*

i ¶ *Hereditate.* s. ipsi pupillo à patre delata, vel à quocumque, non cura, propter magnitudinem enim litis ponit de hereditate.

Item tria.] CASVS. Domine, nunquid sunt adhuc plures modi, quib' tut. vel cura. ab onere administrationis poterunt excusari? Respon. q sic. Nam tria onera tutelæ vel curæ non affectatæ quandiu administrantur, tribuunt, excusationē: ita tamen in casu isto intelligenda sunt tria onera, vt tut. vel cura. plurium pupill. eiusdem hereditatis vtputà fratrum vel nepotum, pro vna tutela cōputentur. Nam non numerus pupillorum, sed separatio patrimoniorum facit plures tut. & non solum in prædictis modis locum habet excusatio. Et hoc vsque ad §. sed & propter. Franc. Aret.

k ¶ *Item tria onera.* ¶ Not. dicit onera. quatuor enim posset habere tutelas, quæ sibi excusationem non darent, si[b] sint leues vel leuissimæ, vt hic. ¶ Itē no. q dicit tria onera. tres. n. posset habere, & [c] tamen p vna cōputarētur: putà fratrū, vt sequitur. Nō enim numerus pupillorū plures tutelas facit, sed patrimoniorū separatio: *vt ff. eod. l. tria. & l. si u.* Itē q dicit non affectatæ, no. Nam si dedisset operā, & sic affectasset eas habere, non prodessent: quia nō videretur onerosæ vt & aliàs qui data opera reipub. causa abest: *vt ff. ex qui. cau. ma. l. & qui data. & facit ff. si quis cau. l. ij. §. si tamē. & ff. ad leg. Corne. de fal. l. uxori. §. j.* [iuxta illud. Hoc portat leuiter, quod portat quisq. libēter.] Itē hæc tria onera in domo vna esse sufficit: vt si pater vel filius gerat, omnes excusātur: sed nō cōputātur, nisi ob aliū tutorē teneāt: *vt ff. e. l. diximus. §. fi. & l. seq. & ff. de rit. nupt. l. si quis tutor.* Itē honorarius hoc nomine nō cōputatur: *vt ff. e. l. spadonē. §. si ciuitatis.* ADDI. Itē duæ excusationes imperfectæ diuersi generis putà

b Alij semestrium appellatione notari putant libros quib. res gestæ & administratas sex mensib. explicabantur: vt Annales qui res varias annuas complectuntur, dicti sunt.

c Quod paria dicta, nihil differre videtur. Accursio. Agi Pap.

d Milites ... missi quot annos excusationis habeat.

a Melius facit l. arbitro § ... tium ff. eo. ... dici hac, quod officiales principis ... bellis vel collectis extraordinariis, non cedit. Aug.

b Item si ... ea ipsa cum ... etiam quæ supervenientes ... sit breuiores ... puta ... mestre. ... tantum ... ff. eod.

c In hoc ... infert Bar. ... pupillorum ... pupilli ... & pro ... pupilli possit ... quomodo intelligatur ... plures videri ... l. qui. §. ... f ... ff. ... incidit.

duæ tutelæ cum duobus filiis, non fuerunt vitam plenam. *l. excusantur. §. amplius ff. eo.* & an vnus testis cum fama probet in criminalibus, vide Aug. hic. [*Sed & propter.*] c a s v s. Titius volens facere testamentum suum, Mæuium vicinum pauperem, & adeò rebus tenuem, vt non habeat vnde viuat, nisi ex suis operis, in suo testamento filiis suis impuberib. tutorē, aut puberibus curatū instituit. Quærebatur à domino Imperat. an iste Mæuius propter suam paupertatē possit se excusare ab administrationu huiusmodi tutelæ? Respon. dominus Iusti. quòd quis excusatur à tutela vel cura propter paupertatē, si sit adeò pauper, vt non possit administrationi tutelæ vel curę intēdere, sed habeat necesse operari vt viuat, & hoc tam diui fratres, quàm diuus Marcus rescripserunt. Et hanc paupertatem debet probare is qui ad tutelam vel curam vocatur. Franc. Aret.

filiis meis do, vt debitis supponatur, & à pupillis vexetur, eo ipso quòd pater hoc expressit, ille Titius tutor datus se poterit ab onere administrationis excusare. sicuti per contrarium non excusantur illi qui promiserunt patri pupillorum se eorundem tutelam administrare. Sed pone quòd datus fuit tutor quibusdam pupillis: & ipse hoc solùm adducit in excusationem, quòd erat ignotus patri pupillorum: nunquid ratione talis excusationis ab onere administrationis liberatur? Respon. Imper. quòd nō. Nam diui fratres rescripserunt nō esse admittendam excusationem eius, qui habet solùm pro ratione, quòd patri pupillorū ignotus fuerit. Item si aliquis exercuerit capitales inimicitias cum patre pupillorum, nec postea reconciliatio interuenit: poterit se ab onere tutelæ vel curæ excusare. ratio iuris est. Et si aliquis status quæstionem à patre pupillorū passus fuerit, vel si ille quæstionē status moueat: in vtroque casu locum habet excusatio. Et hoc dicit vsq. ad §. item maior lxx. Franciscus de Aret.

rescripsit, si quis imparem[a] se oneri iniuncto possit docere[b].

Infirmitas excusationem præstat à tutela vel cura. Aretinus.

7 ¶ Item propter aduersam valetudinem[c], propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet.

Homo simplex & ignarus literarum habet à tutela excusationem.

8 ¶ Similiter eum qui literas nescit[d], excusandum esse diuus Pius rescripsit: quamuis etiam imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere.

A capitali inimico tutor testamento datus excusatur: videtur enim datus vt debitis implicetur, & negotiis inuoluatur.

9 ¶ Item si propter inimicitias[e] aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum promiserunt[f].

Eo quòd quis non cognoscit patrem pupilli, non excusatur à tutela. Aretinus.

10 ¶ Non esse autem admittendam excusationem eius qui hoc solo vtitur, quòd ignotus[g] patri pupillorum sit, diui fratres rescripserunt.

Inimicitiæ capitales, si reconciliatio non sit secuta, præstant vacationem à tutela.

11 ¶ Inimicitiæ quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit: si capitales[h] fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela[i] vel cura solent excusare.

Qui passus fuit controuersiam status à patre pupilli, habet vacationem. Aretinus.

2 ¶ Item is qui status controuersiam à pupillorum[k] patre passus est, excusatur à tutela.

a ¶ *Imparem.* i.[a] si[b] non habeat tantum in bonis,[c] quantum pupillus, cui datur tutor: *vt hîc, & ff. eo. l. paupertas.* 2 Aliàs autem dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in bonis: *vt ff. de accu. l. nonnulli.* 3 Vel dic veriùs eum esse hîc pauperem & imparem oneri, qui sic laboribus est implicatus propter paupertatem, vt tutelæ superesse non possit: cùm fortè in agro eum tota die esse oporteat. Nec enim placet prima expositio: cùm hoc munus magis in obsequio personæ, quàm in aliqua erogatione consistat. vnde paupertas talis non nocet, dummodo possit superesse tutelæ[d]: *vt ff. de mu. & ho. l. cur. §. inopes. & j. tit. j. § fin.* Accur.

a Tutor per quam paupertatem à tutela excusatur. b Pauper quis dicatur: vide quæ scripsi ad C. ff. Nouel. de exhibendis §j. a. vlt. in verb. pauper. c Ratio quia onus tutelæ non est reale: sed personale, nec iniungitur cuiquam respectu patrimonij, sed personæ, secundū Ang. Ægi. Per. d Hæc communiter approbantur per doct.

b ¶ *Docere.* i. probare. Accur.

[*Item propter.*] c a s v s. Titius in extremis vitæ constitutus Mæuium in suo testamento tut. aut curato. suis filiis dedit qui quidem Mæuius adeò infirmitate detinebatur, vt suis rebus seu propriis negotiis interesse nequisset. iste Mæuius voluit se excusare ab administratione huiusmodi tutelæ vel curæ propter suam infirmitatem qua tenebatur. quærebatur à domino Imper. an ista excusatio eum reddat immunem ab onere tutelæ vel curæ? Respond. dominus Impera. quòd propter aduersam valetudinem, per quam quis propriis rebus administrandis superesse non possit, excusatio locum habebit. h. d. Franc. de Aret.

c ¶ *Aduersam valetudinem.* vt si est surdus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus: *vt C. qui mor. se excu. l. j.* qui morbus prout durauerit, excusat. Sed furor[e] non excusat: sed interim curator datur, secundùm Ioan. *vt ff. eo. l. non solum. §. fin. & seq. duabus legibus, vsque ad §. sunt & alij.* Sed quidam ex supradictis etiam si velint, non admittuntur: vt surdus & mutus: *vt ff. eo. l. j. §. penult. & §. fin.* Quare dic quòd quantum ad eos impropriè[f] ponitur excusatio: *vt infrà eo. §. minores.*[g]

e Furor non excusat à tutela delata, cū interim dum cesset furor, curator alicui detur. f Excusatio impropriè est in eo qui non iustè ac legitimè tutor datus est. g Nam morbus dat vacationem ipso iure, & si volens tutor admittitur. l. in nominibus C. qui da. tut. possunt. Ægi. Per. h Literati illiteratis præferendi. i Sic de iure canonico illiteratus non potest obtinere beneficium vt c. cum nostris. extra de cons. et praben. vbi per Inno. k Sapiens meliora cōditionis esse debet quàm stultus.

[*Similiter.*] c a s v s. Vidimus superiùs qualiter propter penuriam rerum temporalium & sanitatis quis à tutela excusatur: sed quia est alia penuria, quæ dicitur ignorantia, ideò quærebatur à domino Imperato. an imperitia literarum quem possit à tutela vel cura excusare? Respon. dominus Impera. quod etiam ratione imperitiæ literarum possit quis à tute. vel cura excusari. Diuus enim Pius rescripsit, eum qui literas nescit, ab onere administrationis tutelæ vel curæ excusandum esse. Not. quòd dictio, quamuis, in medio §. posita, potest poni aduersatiuè. Item potest poni correctiuè, sine determinatione, scilicet vt etiā imperiti literarum possint esse tut. vel cur. si sint experti negotiis & hoc vltimū verius est. h. d. Fran.

d ¶ *Literas nescit.* & simplices sunt vel rudes: aliud si sunt sagaces in negotiis: tunc enim non excusantur, vt subiicit quamuis &c. *vt ff. eo. l. athleta. § pen. & fi.* ¶ Et no. literatum[h] ad aliqua admitti, ad quæ nō recipitur illiteratus[i]: *vt C. de post. l. ij. & in Auth. de iudi. §. j. in glo. qui & si. colla. vj.* Et no. melioris[k] cōditionis esse sapiētē, q̄ stultum

[*Item si propter.*] c a s v s. Si pater in testamento aliquem tutu. propter inimicitias dederit, putà sic dicendo, Titium tutorē pupillus

e ¶ *Inimicitias.* vt quia ideò eum dedit tutorem, vt debitis supponatur, & à pupillo vexetur. ¶ Et no. quòd tribus[a] casibus excusat inimicitia: vt si expresserit vt dictum est, *vt hîc.* Item & quando interuenit post testamentum. Item & secundùm quosdam etiam quando ante testamentum: si tamen fuit capitale certamen. In quarto casu non: vt si ante testamentum facta fuit, & non capitalis: quia videtur remisisse ex quo in testamento dedit tutorem: *vt ff. eod. l. athleta. §. dat remissionem.* prout est ibi in litera priùs: *vt & j. eod. § inimicitiæ.* Accursius.

a Inimicitia tribus casibus excusat à tutela.

f ¶ *Promiserunt.* licèt aliàs habeant excusationem: *vt hîc, & ff. de testa. tu. l. ex sententia. in fin.* & hoc vbi promisit, vel sic se iactauit. ¶ Quid autem si in testamento se tutorem scripsit? Respond. non erit tutor, nisi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eum cōfirmauerit: *vt in d. l. ex sententia.* & tunc de cætero erit tutor: *vt ff. ad leg. Cornel. de fal. l. vxori. §. j.* Accursius.

g ¶ *Ignotus.* sed is excusatur, qui ibi domicilium non habet, vbi datus est: *vt ff. eo. l. fin. in fin.* ADDITIO. Quod est verum secundùm Angel. si ibi constituerit domicilium: aliàs autem non est opus excusatione: cùm à iudice dari non possit: *vt est glo. in l. neque. C. qui da. tuto. poss.* Et qua actione teneatur si sponte gessit, & an testis debeat cognoscere contrahentes: vide hîc cum determinant quòd sic, si deponant de facto contrahentis.

h ¶ *Si capitales.* Capitales[b] accipe, vel quia accusabat eum de aliquo crimine quod ingerebat pœnam capitis, id est status: vel quod ingerebat pœnam sanguinis: vel quia insidiatur vitæ ipsius, secundùm Azo. ¶ Et not. hîc fieri[c] aliquid ratione inimicitiæ, quod non fieret aliàs *sic ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cùm quidam. & l. licèt autem. & ff. de libe. cau. l. si pariter. §. quòd adhuc.* Nam inimicus iudex esse non potest: *vt ff. de procur. l. filiusfa. §. fi. & l. vel exilio.*

b Inimicitiæ dicuntur capitales dupliciter. c Inimicitiarum causa aliquid fit, quod aliàs non fieret.

i ¶ *A tutela.* vel datiua vel legitima. si autem testamentaria, dic *vt §. in glos. vt quia,* &c.

k ¶ *A pupillorum patre.* vt quia pater pupillorum quandoque dicit hunc, quem dat modò tutorem, suum seruum fuisse vel libertum. Istæ enim sunt quæstiones de statu: *vt j. de act. §. præiudiciales.* Et est ratio: quia mortis accusationi hæc quæstio assimilatur: *vt ff. quod met. cau. l. isti quidem. §. j.* Idem est contra, si hic mouet quæstionem status ipsis pupillis: *vt ff. eo. l. athleta. §. ampliùs.* Accur.

ADDITIO. Intellige istud verum, si non studiosè vel per calumniam mouit quæstionem: vt ibi aliàs secus: quod facit vt testis nō repellatur à testimonio contra eum qui ipsum accusauit vel percussit studiosè, vt ipsum excluderet: secundùm Ang. hic.

[*Item maior.*] c a s v s. Domine, iam vidi plures modos, quibus tutores vel curato. excusantur. nunquid adhuc poterunt pluribus modis excusari? Respon. quòd sic. quandoque enim accusamur ratione ætatis. nā si maior lxx. anni. tutor vel cur. datus fuerit ratione

ætatis

ætatis se excusare poterit. Et non solùm ratione senectutis, sed etiam ratione minoris ætatis secundùm iura antique excusatio locum habebit. minores enim xxv. an. olim ab onere administrationis tutelæ vel curæ excusabantur: hodie verò per constitutionem nostram ad tutelæ vel curæ administrationem aspirare prohibentur, in tantum videlicet, vt de cætero excusatione opus non sit. Nam etsi vellent, nullo modo admitterentur. In constitutione enim nostra expressè cauetur vt nullus pupillus ad tutelam legitimam vocetur, nec adultus. Inciuile enim nobis videtur, eos qui in rebus suis administrandis alieno auxilio egere noscūtur, & sub aliis reguntur: aliorū tutelam & curā subire. Et idem in milite in expeditione militari existente seruandum erit. vt ipse etiā volens ad tutelæ vel curæ administrationē non admittatur. Et hæc dicuntur vsque ad §. qui autem vult. Franc.

Maior septuaginta annis, à tutela se excusat: minor viginti quinque non admittitur. Aretin.

13 ¶ Item maior septuaginta annis [a], à tutela & cura se potest excusare. Minores autem viginti quinque annis olim quidem excusabantur: nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam vel curam aspirare, adeò vt nec excusatione [b] opus sit. Qua constitutione [c] cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: cùm sit inciuile, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & sub aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam subire [d].

Miles militans tutor esse non potest.

14 ¶ Idem & in milite [e] obseruandum est, vt nec volens [f] ad tutelæ onus admittatur.

Docentes Grammaticam vel Rhetoricam, vel medicinam, vel Romæ, vel in patria sua intra numerum deputatum, excusantur à tutela. Areti.

a ¶ *Septuaginta annis.* s. iā cōpletis: *vt ff. de iu. immu. l. ij. & ad Treb. l. qui filium & filiam. §. j.* aliàs nō esset maior: *vt ff. de mino. l. iij. §. minorem.* [a] Sed in alio psonali publico munere statuitur tēpus lv. annor. *vt C. qui ætate l. fi. lib. x.* ¶ Et nota ratione [b] senectutis aliqua fierī, quæ aliàs non fierent: *vt hic, & ff. de iu. immu. l. semper. §. respon. & C. de postul. prouid. l. du.*

Item maior lxx. A patrimonialib. munerib. à mixtis, ab honorib. ætas non excusat. Ab honore decurionatus ætas lv. annorū excusat. A munerib. personalib. ætas lxx. ann. vt in lib. x C. latiùs exponemus. vulgò perperam legitur lv. pro lxx. in l. iij. C. qui ætat. se excus. hæc. n. quę posuimus omnia, tenentur rata & firma. *Cuiacius.*

b ¶ *Nec excusatione.* sed in larga significatione etiam qui prohibētur, excusantur: *vt ff. de postu. l. j. §. initium. & C. qui morbo. l. vnica. & ff. de tutela. l. j. § penult. & §. fi. & l. eo. §. penult. & fi. & facit ad hoc. ff. de regul. iur. l. eius est nolle.* Accur.

c ¶ *Constitutione. C. de legit. tute. l. fin. & fac.* ꝭ *de fidu. tut. §. fi.* Accur.

d ¶ *Subire.* facit ad hoc *in Authen. de sanct. epist. §. damus autem ibi,* qui enim alios. *col. ix. & ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. prætor ait.* ibi, prohibet. & in glo. vt edatur.

e ¶ *Idem & in milite.* i. in militia existente. secus in veterano: quod dic vt diximus *suprà eo. §. item qui reipublicæ.* Ad hoc autem quòd aliquis sit miles, sex sunt necessaria. vt diximus *in Authen. de mand. prin. §. fi. & in l. pen. ff. ex quib. cau. ma. &* ꝭ *de milit. testa. super rubr.* ADDIT. Et refert Ange. quòd milites nostri temporis gaudent priuilegia, dummodò in eis sit eadem ratio & causa priuilegij concedendi.

f ¶ *Nec volens.* & ita ipso iure non tenet datio: *vt hic, & C. qui da. tuto. poss. l. militia.* nisi à commilitone detur: *vt ff. eo. l. propter magistratum. §. fin.* [a] Aliud in cœlesti milite, vt in clerico, qui admittitur vsque ad quartum gradum: *vt in Auth. de san. epis. §. presbyteros. col. ix.* quam habes. *C. de epis. & cleri. super l. generaliter.* ADDIT. Dic quòd imò hodie vsque ad decimum gradum, sicut ad successionem, secundùm Ioan. de Pla. per *§. si verò neque. in Auth. de hered. ab intest.* de iure tamen canonico omnis electus vel promotus episcopus & monachi possunt suscipere tutelam ex causa pietatis: quamuis non cogantur nisi in subsidium, & prò miserabilibus personis *lxxxvj. di. fin. & peruenit & xvj. q. j. c. generaliter. in glo. j.*

g ¶ *Grammatici.* i. magistri de Grāmatica. & idem dica de sequentibus. Et adiunge his Sophistas. i. Dialecticos: ita vt omnes qui docent triuium [d], excusentur: *vt hic, & ff. eo. l. si duas. §. j.* & hoc si doceant Romæ, vbi est communis patria. *vt ff. ad munic. l. Roma. & hic.* Item si in patria sua: vt hic subiicit. Itē oportet ꝙ sint intrà numerum. habebat enim qualibet ciuitas numerū secundùm suā quātitatem, & Grāmaticos & Dialecticos, & Rhetores, & Physicos, siue Medicos: ita tamen, ꝙ nulla vltra decem haberet, quibus hāc immunitatem daret: *vt ff. eo. l. si duas. §. fin.* Sed aliud videtur in [e] his qui docent quadriuium: vt Musicam, Astronomiam, Geometriam, & Arithmeticam: nam non videntur habere excusationem: *vt ff. e. l. Geometra.* Quid de legum [a] doctoribus? Non excusantur nisi Romæ: *vt ff. eod. l. sed & reprobari. §. fin. & §. penul.* vel nisi in consilium principis sint assumpti: *vt ff. eo. l. iurisperitos.* Vltra numerum autem vel extra patriam suā nemo excusatur: nisi [b] sint multum disciplinati: *vt ff. eo. l. sed & reprobari. §. ampliùs.* Itē philosophos, qui docent in naturalibus, cōstat excusationem habere: *vt ff. eod. l. sed & reprobari. §. ampliùs.*

¶ Quando autem sequitur annus cōpletus, vel sufficiat cœptus, vel quando tempus requiritur de momento ad momentum: dic vt ibi per Glo. Bart. & doct. Ange.

b Senectutis ratione quædam singulari hæc permittuntur.

c Sed l. a. de Areti. ibi tenet contrarium. & illum certe intelligit in veterano.

d Scientiæ triuiales excusāt tutores.

e Scientiæ quadriuiales non excusāt à tut.

15 ¶ Item Romæ Grammatici [g], Rhetores, & Medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem.

Plures vacationis causas habens, si in quarundam probatione defecerit, aliis intra præscriptum à lege tempus vti non prohibetur.

16 ¶ Qui autem † vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit: aliis vti [h] intra tempora [i] constituta non prohibetur.

Qui se à tutela immunem dicere vult, si intra centum miliaria à loco in quo tutor destinatur, constitutus sit: excusationis causas intra dies quinquaginta continuos ex quo nouit se tutorem, proponat: qui verò suprà centum distat, pro singulis viginti milibus vnam diem habet: & extra hos, dies triginta: sic tamen, vt collectis omnibus non minùs sint quàm quinquaginta dies.

17 ¶ Qui autē excusare se volūt, non appellant [k]: seu intra quin-

[*Qui autem vult.*] CASVS. Domine, quidam datus fuit tutor vel cura. qui multas & varias habuit excusationes: & quasdā ex illis proposuit, & alias proponere prætermisit: posteà excusationes propositas in processu iudicij probare non potuit: nunquid alias excusationes quas ab initio nō proposuit, adhuc pponere poterit? Respond. quòd sic. Qui enim se excusare vult: si plures habeat exceptiones, & quasdam ex eis in exordio litis propositas non probauerit: alias exceptiones sibi cōpetentes, licèt ab initio omissas, attamen intra statutum tēpus proponere & probare non prohibetur Et hæc vsque ad illum §. qui autem excusare se volunt &c. Franc. de Aretino.

h ¶ *Aliis vti.* dummodo in initio omnes proposuerit, secundùm quosdam [c] aliàs non potest: *vt ff. eo. l. scire oportet. §. sufficit. versic. scire autem.* Vel quod verius est secundùm Ioan. dic quòd illud quod ibi dicit quòd similis est ei qui se non excusauit, qui omnes priùs non proposuit: verum est quoad non nominatas: quia oportet quòd adhuc proponat, si non est elapsum tempus: *vt hic, & ff. eo. l. propter litem. §. j. & ff. de exceptio. l. nemo. & ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. contra. C. de inoffi. testa. l. contra maiores.* Sed ibi ab initio duas proponere non potuit: quia sibi esset contrarius. & ita verum est.

i ¶ *Tempora.* quæ sunt ista tempora, habes ꝭ *prox. §.*

[*Qui autem excusare.*] CASVS. Domine, datus fuit tutor cuidam pupillo: & ego habebam tres liberos in vrbe, vel quatuor in prouincia, vel quasdam alias excusationes mihi competentes, vnde à datione tutelæ volebam appellare. iudex non admisit appellationem meam. dicatis mihi, quid iuris est in casu isto? Ad hoc respondet Iustinian. Amice, iudex contra te iustè processit. Qui enim ab onere administrationis tutelæ vel curæ se voluerint excusare: ab ipsa datione non debent appellare. imò intra quinquaginta dies continuos connumerandos ex quo nouerunt se datos esse tut. excusationes sibi competentes debent coram iudice proponere, cuiuscunque generis sint, hoc est, siue à testatore, siue à lege, siue à iudice dati extiterint. & hæc sunt vera si intra centesimum miliare à loco in quo dati fuerint, habitent. Alio enim modo facienda est computatio si vltra centesimum miliare ab eo loco in quo dati fuerant, habitent. Tunc enim pro singulis viginti miliaribus donec venerint ad locum in quo dati fuerunt, computabitur eis vnus dies: & cùm venerint ad eundem locum, numero resultanti ex computatione dierum, ex beneficio legis adiicietur spatium xxx. dierum: intra quod poterunt se excusare. Sed tamen vt Scæuola dicebat, in hoc casu si minor numerus ex cōputatione dietarum, & adiectione xxx. dierum resultet, quàm spatium l. dierū: de æquitate ita erit facienda computatio, vt illi qui habitant vltra centesimum miliare, ad suas excusationes proponendas nunquam minùs habeant quàm l. dies. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. datus autem tutor. Franc. de Aret.

k ¶ *Non appellant.* Sed contra *ff. de appel. l. cùm in vna. §. tutor.* Sed ibi appellatum fuit ab ipsa sententia lata contra excusationem. sed ab [d] ipsa datione appellari non potest: *vt hic, & ff. quando appellan. sit. l. j. §. si quis tutor.* Sed in aliis muneribus contra: quia à datio-

a Tutela excusationē habent legū doctores Romæ profitentes, atq; in consilium principis adsumpti.

b Peritia sua periti multū tribuunt. vt. hoc. adde Ol. & ibi Capoll. l. q. C. de vsurp. pro [illegible]. vbi, notatur istā nisi causam, prohibendæ alienationis, [illegible] quod sit peritus.

† Concor. cum hoc sunt posteriores cum Glo. super ver. autem, [illegible] in prin. extra de [illegible].

c Et tunc sufficit vt vnā probet & hæc tempora concurrunt etiam si [illegible] sibi competentes secundum doct. Ant.

d Appellari non potest ab inditione munerum.

nu appellatur: vt C. de appel. l. hi qui. & C. de tem. & rep. app. l. j. & C. de decur. l. y. lib. x.

h ¶ *Intra quinquaginta dies.* ita tamen quòd intra quatuor menses contineantur isti quinquaginta dies: licèt cognouerit se fortè datum circa finem quatuor mensium: *vt ff. eo. l. quinquaginta.* argumento eius quod est. *ff. ad legem Iuliam de adult. l. mariti. §. prætereà.* & hoc secundùm quosdam. 2 Vel dic quòd hi quatuor mēses currunt à die cognitionis: sicut & quinquaginta. & hoc quārum ad cursum causæ. Sed initium est vsque ad quinquaginta dies & sic parum vltra duos mēses potest hæc causa durare post l. dies: & sic intelligitur prædicta lex, quinquaginta. Et quod ibi dicit in fine, ex die nominationis, subaudi & cognitionis[a]. aliàs verò regulariter triēnio durant lites: *vt C. de iudic. l. properand. in princip.*

quaginta dies [a] continuos ex quo cognouerunt [b] se esse tutores vel curatores datos, se excusare [c] debent, cuiuscunque generis sint, id est qualitercunque dati fuerint[d] tutores, si intra centesimum lapidem [e] sunt ab eo loco vbi tutores dati sunt: si verò vltra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium [f] diurnorum, & ampliùs triginta dierum [g]: qui † tamen [h] (vt Scæuola dicebat) sic debēt computari[i], ne minùs sint quàm quinquaginta dies.

Tutor simpliciter datus, totius patrimonij tutor est.

17 ¶ Datus autem tutor, ad vniuersum patrimonium [k] datus esse creditur.

Cuius pupilli quis tutelam gessit, eius curam subire non cogitur.

18 ¶ Qui tutelam alicuius gessit, inuitus curator eiusdem fieri non compellitur [l]: intantum, vt

† In scriptis exemplis legitur: quod tamen, vt Scæuola dicebat, sic debet computari. a Et hinc ne incidamus in absurdum: vt deficeret quòd prius præscribatur tempus cognitionis, scil. quatuor mensium, quā propositionis scil. quinquaginta dierum: quod non contingit in d. l. mariti. cum ibi omne tempus detur ad institutum accusationes non autem ad præscendum & sic nō ob. tal. b Præsumitur nemo ignorare quæ publicè nota sunt.

b ¶ *Cognouerunt.* Sed nūquid in dubio præsumetur eum scire, vel ignorare semper? Respond. Videtur quòd semper scire præsumatur, etiam ex die nominationis, saltem ex tunc quando ad eū notitia venire potuit: nisi probet se ignorasse: *vt C. de pericu. tuto. l. si tutor.* Sed tamen contradico, s. vt præsumatur semper eum ignorasse, nisi probetur eius scientia: *vt ff. de admi. tut. l. hoc autem. & C. qui milit. pos. vel non pos. l. super semus. in glos. y. Lb xv. & ff. de proba. l. verum.* ¶ Nec obstat prædicta *l. si tutor.* quia ibi publicè erat notum: vnde [b] nec iste tutor potuit ignorare: *vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula.* Vel quod dicit ibi, idque liquidis probationibus ostēderis. s. eo quòd non probetur contra, vel aliter vt ibi solet dici.

c ¶ *Se excusare.* s. dando initium excusationi, vt modò diximus & eam redigendo in scriptis per libellum: *vt ff. eo. l. scire oportet. §. oportet autem.* Non tamen solus libellus hic sufficit, nisi & probet excusationem, quæ ibi continetur: *vt ff. eod. l. excusare.* Accursius.

ADDITIO. Quod facit vt terminus datus ad opponendum seu excipiendum, intelligatur etiam datus ad opposita seu excepta probandum, secundùm Christoph. hîc.

d ¶ *Dati fuerint.* siue à testatore, siue à lege, siue à iudice: *vt j. tit. j. §. ii.*

e ¶ *Lapidem.* i. milliarium. lapidibus etenim signabantur milliaria.

f ¶ *Viginti millium.* vt pro vnoquoque die viginti milliaria computentur: *vt ff. si quis cau. l. j.*

g ¶ *Triginta dierum.* s. debet dari termin. intra quem se excusent. 2 Vel dic, excus. se debent facta dinumeratione triginta dierū &c.

h ¶ *Qui tamen.* repete, debent se excusare intra illos xxx. dies: qui tamen, &c.

i ¶ *Computari.* caueas, ne fallaris in hac computatione. ¶ Si enim per centum milliaria abest vel minùs: tantùm habet dies l. si autem abest vltra etiam per vnum milliarium, habet pro quibuslibet xx. milliaribus vnam diem. & sic pro centum milliaribus habet quinque dies. cùm quinquies viginti faciant centum. Item fortè vnum diem quia vltra est per milliarium vnum, vel parum plus. Item xxx. dies hab. & sic hab. xxxvj. dies: & ita est in deteriori conditione qui remotior est. Sed tamen, vt lubsit it, ita est facienda computatio, ne sint minùs quàm l. dies. Et sic apparet quod nisi per xxj. diætas, vel plus sit vltra centesimum milliarium non prodest adiectio xxx. dierum: *vt hîc, & ff. eo. l. fi. §. aliud autem.*

[*Datus autem tutor*] CASVS. Domine, quidam in testamento filio habenti duo patrimonia in prouinciis, tutorē dedit sic dicendo, Titium tutorē do pupillo meo. Modò quæro à vobis, vtrum teneatur ex illa datione administrare res existētes in alia prouincia quàm in qua habet domicilium: videtur enim mihi quòd ipso iure non debeat teneri de administratione existentium in alia prouincia. ita quòd non sit sibi opus aliqua excusatione vti. Ad hoc respō. Iusti. Amice, tut. in testamento datus, ad vniuersum patrimonium pupilli datus intelligit. Vnde dicitur quòd ipso iure non est liberatus ab onere administrationis alterius prouinciæ: sed si nō vult teneri, necesse habet earū nomine se excusare. Et hæc dicuntur vsq. ad illū §. qui tutelam.

k ¶ *Patrimonium.* facit *ff. eo. l. propter litem. §. fi.* Sed contra. *j. quib. da. tuto. pos. §. certa.* Solue vt ibi.

[*Qui tutelam.*] CASVS. Domine, datus fui tutor cuidam pupillo: & administraui tutelam eius: & iam pubertate adueniente finita est tutela. modò idem adultus quondam pupillus meus me petit in curatorem sibi dari, & iudex me inuitū cogere vult suscipere onus administrationis: ergo quæro à vobis, quid iuris est in hoc casu. Respon. Impera. Amice, iudex te ad hoc cogere non potest. Qui enim tutelam alicuius gessit, inuitus curator eiusdem fieri non compellitur. & hoc in tantum est verum, vt licèt testator qui in testameno suo tutorem dederit, illum eūdem curatorē se dare adiecerit: tamen in hoc casu diui Seuerus & Anto. rescripserunt illum inuitum nullo modo cogendum esse administrationem curæ suscipere. Item si maritus fuerit datus curator vxori suæ, iidem principes rescripserunt eum posse ab onere curæ se excusare, licèt administrationi rerū vxoris suæ se immiscuerit. Et hæc vsque ad illum §. Si quis autem. Franciscus de Aret.

licèt paterfamilias, qui testamento tutorē dedit, adiecerit se eundem curatorem dare: tamen inuitum eum curam suscipere non cogendum [m], diui Seuerus † & Antoninus rescripserunt.

Maritus etiam si se immiscuerit in cura vxoris suæ, habet excusationem. Aretinus.

19 ¶ Idem rescripserunt, maritum [n] vxori suæ curatorem [o] datum, excusare [p] se posse, licèt se immisceat [q].

Falsis excusationibus liberatus, non est excusatus. Aretinus.

20 ¶ Si quis autem falsis [r] allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus [s] onere tutelæ.

DE SVSPECTIS TVTOribus vel curatoribus.

TITVLVS XXVI.

Tutores suspecti, à tutela remouendi sunt: cuius rei cognitio magistratibus hîc scriptis data est.

† Alcia. lib. de pro. s. c. 8. vo. fi. dicit Alciatum Verum vna cū Antonino imperasse: vt hic legendum sit, diui Verus & Antoninus. Idem vult Nebrissen. in lexico iuris ciuilis in dictione Antoninus. Plus tamen Antoninus Bartolus in si annos fuerint in gl. de ordine impera. dicit post diuum Iulianū occisum Seuerum imperasse vna cum filio Antonino, cognomento Caracalla. vt dupice.

l ¶ *Non compellitur* quasi sufficiat ei tantum seruisse: *vt C. de negotiis gestis. l. tutori.*

m ¶ *Non cogendum.* facit ad hoc *C. eod. tit. l. curator.* Sed contra est ad hunc § *C. eo. l. libertas. §. fin.* Sed speciale est in liberto [a], vt non excusetur, licèt tutor fuerit.

n ¶ *Maritum.* idem de sponso: *vt ff. eo. l. j. §. fi.*

o ¶ *Curatorem.* sed procurator potest esse: *vt C. de procu. l. maritus.* ideò autem non ponitur hîc tutorem. quia aliqua vxor non est pupilla: *vt s. de nupt. in princ.*

p ¶ *Excusare.* impropriè ponitur. nam & si vellet, non admitteretur: *vt C. qui da. tuto. possunt. l. maritus.* Et est ratio quia [b] propter affectum vxor omnia sibi remitteret. Et hæc omnia sunt vera vbi datus est curator postquam fuit spōsus vel maritus. si verò priùs fuit tutor vel curator, non posset postea esse maritus: *vt C. de interd. ma. per totum tit.* Item hic maritus, qui post matrim. fuit dat. cur. ignotās fortè, alium debet petere substitui: *vt C. eod. l. amplissimi. & l. licèt.*

ADDITIO. Dic hoc esse verū de iure ciuili, sed aliter de iure canoni. vt habetur in c. pen. extra de secund. nup. secund. Christoph.

q ¶ *Immisceat.* sed si alius. l. de prædictis qui excusationem habēt, se immiscuit, non posset se excusare: *vt C. si ex fal. al. l. ij. & iij.*

[*Si quis autem.*] CASVS. Domine, quidam datus fuit mihi tutor: iste tutor ad excusationem suam dicebat se habere tres liberos in vrbe, cùm non haberet nisi vnum vel duos fortè: & iudex admisit eius excusationem. & ita falsis allegationibus se excusauit: dicatis mihi quid iuris est in casu isto? Respon. Imperator. Amice, qui falsis allegationibus ab onere tutelæ se excusat, non est liberatus ab onere administrationis: imò ex tempore dationis tenetur: & ideò dico tibi, quòd tutor tuus non obstante excusatione sua, quam per falsas allegationes obtinuit, de periculo administrationis tibi tenetur. Et hæc dicuntur vsque ad finem tit. Franciscus.

r ¶ *Falsis.* vbi veritas fuit mutata. nam falsum [c] nihil aliud est quàm immutatio veritatis: *vt in Auth. de fide instr. in princ. col. vj.*

s ¶ *Non est liberatus* Imò ex tempore dationis tenetur: *vt C. si ex fal. al. l. j. in fin. & facit ad hunc §. ff. de re iud. l. diuus. & de except. l. qui agnitus, & C. si ex fal. instr. per totum tit.* ¶ Quid si est iniusta excusatio licèt non falsa, vel non gratiosa? Respon. potest adhuc idem dici, vt non teneat in minoris præiudicium: *vt C. si ex fal. al. l. j.* ¶ Quid si per ignorantiam? Respon. idem: *vt C. si ex fal. alle. l. vlt.* licèt aliàs sententia gratiosa teneat: *vt ff. ad Trebell. l. seruo inuito. §. cum Prætor.*

a Intellige verum si sponte per patronum fuit liberatus: secus si per fideicommissum: *vt l. libertus. §. pe. & §. neque quam ff. eod. secundum Ang. hîc.*

b Hæc sententia reprobatur: & est ratio: quia reuocatio procuratoris pēdet ex mero arbitrio domini: *xx j. mandati. §. item mandati secundum Angel. hîc.*

c Falsum nihil aliud est quàm immutatio veritatis.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS vel curatoribus.

Quia [d] suprà visum est de tutoribus & curatoribus, ac etiam eorum excusationibus: & quia hi aliquando non excusantur, imò inuiti

d Continuatio

inuiti tanquam suspecti remouentur, ideo de his subdit. Portius.

[*Sciendum.*] Totus iste tit. diuiditur [a] principaliter in quinque partes. Primò vnde habuit exordium crimen suspecti. Secũdò qui possunt de suspecto cognoscere. Tertiò qui possunt fieri suspecti. Quartò qui possunt accusare tutorem de suspecto. Quintò qualit. cau. quis sit suspectus, & si accusatur de suspecto, quid sequitur. Secunda ibi, Datũ. Tertia ibi, Ostẽdimus. Quarta ibi. Cõsequẽs. Quinta ibi, Suspectus. CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de suspe. tu. dicatis mihi, si sedeat animo. vnde descẽdit crimẽ suspicionis? Respõ. Imp. quòd ex l. xij. tabu. descendit. Et hæc vsque ad illum §. Datum est autem. Sed pone. Domine, iam video vnde descendit crimẽ suspicionis: dicatis modò mihi qui possunt de hoc crimine cognoscere, & suspectos tutores ab administratione remouere? Resp. Iustinia. Remouendi suspectos tu. ab administratione datum est ius Romæ prætori, in prouinciis autem præsidibus prouinciarum, & etiã de legato à proconsule. Et hæc vsque ad illum §. ostendimus.

Sciendum est suspecti crimen [a] † ex lege [b] duodecim tabularũ descẽdere †.

1 ¶ Datum est autem ius remouendi tutores suspectos Romæ [c] prætori [d], & in prouinciis præsidibus [e] earum, & legato proconsulis [f].

Suspecti crimen aduersus cuiuscunque generis tutores intentari potest: patronus tamen tutor quasi suspectus remotus, infamiam non incurrit.

2 ¶ Ostendimus [g] qui possint de suspecto cognoscere: nunc videamus qui suspecti fieri possint. Et quidem omnes tutores [h] possunt fieri suspecti: siue sint testamentarij, siue non sint, sed alterius [i] generis tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. ¶ Quid si patronus sit? Adhuc idem erit dicendum [k]: dummodo meminerimus famæ patroni parcendum [l] esse †, licèt vt suspectus remotus fuerit.

Suspecti accusatio quasi publica est, id est cuilibet de populo competens: vsque adeo, vt etiam mulieribus (modo pietate aut propenso amore pupilli moueantur) accusare concedatur.

3 ¶ Consequens est vt videamus qui possint suspectos postulare. Et sciẽdum est quasi publicam [m] esse hanc accusationem, hoc est omnibus patere. Quin immo & mulieres admittuntur ex rescripto diuorum Seueri & Antonini, sed eæ solæ, quæ pietatis necessitudine ductę ad hoc procedunt [n]: vtputà mater; nutrix quoque, & auia possunt. potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam prætor propensa [o] pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem [p], sed pietate productam, non sustinere [q] iniuriam pupillorum: admittet eam [r] ad accusationem.

Impuberes de suspecto non accusant, sed puberes sic.

4 ¶ Impuberes nõ possunt tutores suos suspectos postulare: puberes autẽ curatores suos ex

a ¶ *Suspecti crimen.* h. id [a] est huius criminis accusationem. s. de suspecto. a Vel simplicius crimen suspecti, id est suspicionis.

b ¶ *Ex lege.* Ex [d] quo est legitimum crimen, nunquid se inscribet, qui accusabit? Respon. potest dici quòd sic: *vt D. de priua. delic. l. fin. & de muni. & ho. l. rescripta. §. si quis.* Alij contra. *vt D. a. l. iy. § prat.* Sed illud potest intelligi quando sine accusatore res procedit. [e] Aliud est si eum accusat. vt dictum est. s. ¶ Sed quæ [f] erit hic pœna talionis: cum accusator non sit tutor, vt remoueatur? Respon. infamia. [g] *vt j. eo. § suspectus. y.* Item quia quandoque erit puniendus vltra remotionem. *vt j. eo. § sed si quis præsens.*

c ¶ *Romæ.* sic in Auth. de defen. ciui. § iusiuran. ibi, nõ hab. col. iij.

d ¶ *Prætori.* & illi cui à prętore mãdata est iurisdictio: *vt D. eo l. j §. y.* Sed dicũt quidã quantũ ad cognitionẽ, non quantũ ad remotio. & dicunt tant. esse speciale in legato à procõsule, vt ipse possit remouere: non sic in legato a pręside, sed cognoscere tantum potest.

e ¶ *Præsidibus.* sub hoc vocabulo continetur proconsul: *vt ff. de offic. præsi. leg. j.*

f ¶ *Legato proconsulis.* i. delegato à proconsule. Sed hic non [h] habet ordinariam iurisdictionẽ: ergo remouere non potest: *vt D. ad Turp. l. j § suspecti. quæ est contra.* Sed dicũt quidã nomẽ præsidis ibi generale esse, vt etiam hunc delegatum, & sic omnẽ delegatum cõprehendat: *vt ff. de offi. præsi. l. j.* Sed verius est in [h] hoc legato duo esse specialia. vnũ est, vt de hoc crimine possit cognoscere & definire: *vt hic, & D. eo. l. j. & § cui autem. & de offi. eius cui man. est iur. l. cognitio.* Item & aliud, vt de omni crimine cognoscat, licèt nõ pronunciet: *vt ff. de offi. prætor. l. solent.* Restat ergo vt per alium delegatum hoc fieri non possit, nisi per istum, & prætoris: *vt s. proximè dixi.* ACCVRTIO. ¶ Tu dic quòd si accusatio sit ad remouendum, potest cognitio demandari, non autem remotio: nisi fiat à lege. quia tũc potest demandari ipsius declaratio. Sed remotio per sententiam nõ potest fieri nisi per delegatum procõsulis vel prætoris: vt hic, vel etiam principis. *ar. l. à iudice. C. de iudic.* Si verò fiat ad puniendum, nullus delegatur, nec etiam ipse prętor, sed solus præses prouincię cognoscit: *vt d. § suspecti. & l. j. § si cum l. seq. D. eo.* Ang.

[*Ostend. mus.*] CASVS. Domine, iam video vnde descẽdit crimẽ suspicionis, & qui possunt de illo crimine cognos. dicatis modo mihi, qui possunt accusari de suspecto. Et respon. Imp. De suspecto possũt accusari, siue sint testamẽtarij, siue alterius generis tutores. vnde & si legitimus sit, adhuc idẽ dicendũ erit, videlicet vt accusari possit. ¶ Sed pone q̃ sit legit. tutor, vt patronus lib. sui nũquid poterit de suspecto accusari? Respon. certè sic: veruntamen famæ patroni parcetur: vt nihilominus integra maneat, quãuis vt suspectus remotus fuerit. Et hæc vsque ad § consequens est. Franc.

g ¶ *Ostendimus. vt s. prox. § & ff de suspect. tut. l. j. § ostendimus.*

h ¶ *Quidem omnes tutores.* i. omnis [a] generis tutores, siue sint testamentarij, siue datiui, siue legitimi: nõ autem omnes. i. boni & mali: qui boni etiã si pauperes fiant, non remouentur: *vt j. eod. § vlti.* Ponit ergo genera singulorum tutorum: & non singula [b] sub generibus posita, seu singula generum. *sic & alleg. s. quib. mod. tut. fi. § sed & capitis. & j. de fideiuss. in princip. & ff de prœl. l. quam Tuberonis? § peculium & ff de iusti. & iur. l. j. § ius naturale.* ¶ Sed nunquid [c] eadẽ seruantur in quolibet alio curatore, putà furiosi vel prodigi? Resp. sic. *vt ff. eo. l. iy. § non tantum. & § sed & si quis.* Accur.

i ¶ *Alterius.* putà datiui.

k ¶ *Dicendum.* s. vt possit accusari & remoueri. ¶ Sed certè [d] immo videtur debere curator adiungi tam patrono, quàm cuilibet legitimo, non autem remoueri: *vt ff eo. l. si tutor. quæ est huic contraria?* Respon. illud est consilium, non præceptum. *sic & alleg. C. de nup. l. viduæ. in Glo. j.*

l ¶ *Parcendum.* Sed qualiter parcetur, cum condemnatus ob dolum, statim fit infamis: *vt j. eo. § suspectus autem?* Respon. causa [a] non exprimitur in sententia: *vt ff. eo. l. hæc enim. in prin. j. respon.*

[*Consequens est.*] CASVS. Dicit Iustinianus continuãdo materiã suã. Ex quo vidimus qui possunt accusari super crimine suspicionis: consequens est vt videamus qui possunt accusare suspectos. Et sciendũ est hanc accusationẽ de suspecto, quasi publicam esse. hoc est omnibus patere. Non enim solũ masculi ad hãc accusationem procedere possunt, sed etiam mulieres ex rescripto diuorũ Seueri & Antoni. admittuntur. Sed licèt mulieres admittãtur, non tamen omnes: sed illæ solæ quæ pietatis necessitudine ductæ ad hoc procedunt: vtputà mater ipsius pupilli, vel nutrix, vel etiam auia vel soror. Et nõ solũmodo istæ mulieres admittuntur, sed etiam si qua alia fuerit, cuius magnã pietatem prætor intellexerit: quæ quidem mulier verecundiá sexui muliebri cõpetẽtem nõ egrediatur, sed pietate quasi mota, iniuriã pupilli sustinere non possit, ad istã accusationẽ eã admittit. Sed hodie nunquid poterũt impuberes, qui in tutela sunt, suos tutores de suspecto accusare? Et respõdet quòd nõ: sed licèt impuberes tutores suos accusare nõ possint, puberes tamẽ in cura existentes, curatores suos de consilio necessariorum suorum super crimine suspicio. arguere possunt. & ita di. Seuer. & Anton. rescripserũt. Et hæc vsq; ad illũ § suspectus autem est. Fran.

m ¶ *Quasi publicam.* ideo dicit quasi, quia non cuilibet indistinctè accusare permittitur. vt statim pbatur. [f] Publica autẽ dicitur quasi populi. i. cuilibet de populo competens: *vt j. de public. iudi. § j.*

n ¶ *Procedunt.* etiã [g] impudicæ. *& facit ad hoc C. e. l. pietatis. § fi. & ff. e. l. j. § consequens. & ff. de procu. l. fœminas.* Secus in aliis accusationib. *vt ff. de accusa. l. qui accusare.* & secus in postulatione: *vt ff. de postu. l. j. § sexum.* Sed contra. *ff. de reg. iur. l. iy. cum sint concor.* Sol. hoc est speciale. ¶ Item [h] in eo quod dicit matrem admit. est contra. *ff de in lit. iur. l. videamus. in pr. vers. sed nec.* Sed certè si iuraret in litem pro filio, plus matri committeretur, quia quasi esset iudex, quam si filij nomine accusaret: cũ magis sit in iudicis arbitrio vtrum sit suspectus iudicand. vel nõ. Sed nõ sic sacramẽtũ est in arbitrio iudicis, maximè inter nouo: secundùm quod non refrænatur secundùm quosdam, postquam est præstitum. *vt in Auth. de iudi. § oportet. coll. vj.* Vel licèt postea taxetur, rarò vel parum minuit de eo quod iurauit. Accur.

o ¶ *Propensa.* i. magna. Accursius.

p ¶ *Egredientem* quod fecit Calphurnia: [i] *vt ff. de postu. l. j. § sexum.*

q ¶ *Sustinere.* subaudi posse.

r ¶ *Eam.* scilicet fœminam.

a Omnes tutores possunt suspecti fieri, siue testamentarij, siue legitimi siue datiui sint.

b Singula genera, non species sub genere comprehensa.

c Suspecti fieri tutores non modo possũt, sed & curatores etiam furiosorum & prodigorum.

d Suspecti an possit patronus tutor liberti, vel legitimus, iuxta adgnati postulari: an verò ei curatores potius adiungi? Dic propter culpã suspectũ, posse pro arbitrio iudicis remoueri vel potius remoueri. l. i. § ostendimus ff. eod. Propter modicum dolum curatorẽ ei posse adiungi. vt d. l. si tutor l. j. § tutor qui alimenta ff. eo. sub remouen. l. n § si tutor ... ff. eod. Propter latã dolũ, omnino remouendum esse.

e Ne hoc quidem satis est. Nam sententia refertur ad libellum. l. vn. ... ff. com. ... de re iud. Dic igitur libertum verbis temperantè & honestis compelli debere aduersus patronum.

f Sed secundũ hoc nunquam propter aliud dare intellectum publicum est semper iudicium repellantur. Dic ergo quasi pub. secundùm lom. Fab. quia diffidens non incidit in Tutel. pupillarum: vt ... ff. suspecti.

g vel quia potest prouocator ... tor confusioni.

g Mater & nouerca etiam impudica possit filij communẽ accusare.

h Cur mater potius admittatur ad accusandum pro filio, quàm ad iurandum in litem.

i Quid si hoc entraneo accusans nomine pupilli cogitarent se inscriberent? ita videtur iure ciuili: at de criminæ C qui accusare decos de lege caueri, vt post Host. & Specu. ... hic Angel. Aretinus.

a *Necessariorum.* s. parentũ. *& fa. ff. de in lit. iu. l. videamus. §. adulsc.*

[*Suspectus autem est.*] C A S V S. Domine, iam video qui possunt accusare de suspect. dicatis mihi si placet, quis intelligitur suspectus? Ad hoc respond. Imp. quòd ille suspectus est, qui non ex fide tutelam pupil. sui gerit, licet soluendo sit. & ita Iulianus scripsit. Plus etiam dicit, videlicet quòd tutor antequam incipiat tutelam administrare, poterit quasi suspectus remoueri. & hoc secundùm Iulianum constitutum est. Et hæc vsque ad illum. §. suspectus autem remotus. Franc.

a Requisita à lege, vndè ob requirantur, sed cū obseruatione & effectu.

consilio necessariorum [a] suspectos possunt arguere: & ità diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Qui mala fide in tutela versatur (tametsi diues sit) suspectus est. Et qui tutor designatus est, nec adhuc administrationem attigit, quasi suspectus remoueri potest.

5 ¶ Suspectus[b] autem est, qui non ex fide [c] tutelam gerit, licèt soluendo sit: vt Iulianus quoque scripsit. Sed & antequã incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum remoueri [d] idẽ Iulianus scripsit: & secundùm eum constitutum est.

Tutor ob dolum remotus, infamiam incurrit: ob culpam verò, integra fama à tutela abit.

6 ¶ Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum [e], famosus est. [f]. si ob culpam [g], non æquè [h].

b ¶ *Suspectus.* sic j. eo. §. *consequens.* Accursius.

c ¶ *Ex fide.* s. bona.

d ¶ *Remoueri.* quia fortè in aliis tutel. malè sit versatus, *vt ff. eod. l. iij. §. si autem.* & dic remoueri, sed non accusari: *vt ff. eo. l. hæ enim. in fin. quæ huic est cont.* b Vel vbi non possunt accusari suspecti ex verbis. l. xij. tab. sed ea sententia sic, vt hic dicit. a Vel dic quòd antequã gerat, ex dolo tantũ accusatur suspectus. *vt C. e. l. iij.* pro culpa non [e] & qđ dicitur in d. l. hæ enim, hoc verũ est quãdo ob ignauiam fecerũt. i. administrauerũt: postquam verò cœperit gerere, & propter dolum & propter culpam potest accusari suspectus: *vt j. prox. §.* A D D I T I O. ¶ Nec ob. *l. patre furioso. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt.* vbi facilius impediri fieri, quàm factum tollatur: quia illud procedit vbi eadem est ratio: sed hic est maior ratio in iam producto in esse (cum plus delinquat) quàm in producendo: *arg. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt.* Iason.

b Hæc solutio non est bona propter tant. in l. 2. ff. eod.

a Et hæc est bona, secundũ quam in accusatione tantũ non in remotione sit differentia: quoniã neque propter culpam sicut propter dolũ remoueri poterit siue impediri administrare iuxta distinctionem Ang. hic. non autem de suspecto accusari nisi propter dolum secundum Iaf.

[*Suspectus autem remotus.*] C A S V S. Dñe, iã video quis est suspectus sed pro Deo dicatis mihi quis est effectus istius criminis? Ad hoc respõdet Imp. Amice, si quis remotus fuerit ab administratione sua propter crimen suspicionis, si quidẽ ob dolũ, infamis efficitur. Si verò ob leuem culpã vel leuissimã fuerit remotus, nõ efficitur infamis. Et nõ solũ istum effectũ habet crimẽ suspicionis, sed etiã alium. Nam si aliquis fuerit de crimine suspicionis accusatus: quousq; cognitio finita fuerit, interdicitur ei administratio, & ita Papiniano visum est. Sed si aliquis huiusmodi crimine accusatus fuerit, & pẽdente cognitione decesserit accusatus, cognitio suspecti extinguitur. Itẽ si aliquis tutor copiam sui nõ fecerit, vt alimẽta pupillo suo decernantur: pupillus in posses. bonorũ ipsius tutoris causa rei seruãdæ mittitur: & quæ per moram deteriora futura sunt, dato curatore vẽdi iubetur. Liquet igitur, quòd tutor qui alimẽta pupillo nõ præstat, vt suspectus remoueri possit. Si autem tutor præsens fuerit, per mendaciũ tamen alimẽta pupillo decerni non posse ob inopiã pupilli dicat, ad præfectũ vrbis mittẽ puniendos: vt iurisconsul. placuit: sicut ille remittitur ad præfectũ vrbis puniẽdus, qui pro pecuniã ministeriũ tutelæ redemit. Itẽ libert. si fraudulenter gessisse tutelã vel curã filiorũ vel nepotũ patroni probatus fuerit, ad præfectũ vrbis similiter remittetur puniendus & in hoc casu vt ingratus accusari poterit. Nouissimè autẽ sciendũ est, tutores vel curatores fraudulenter administrãtes res pupillares, omnino esse remouẽdos. Licèt enim satisdationem offerant de indemnitate pupilli, tamen quia satisdatio maleuolũ tutoris propositum non mutat, sed diutius malignandi facultatem præstat, remouendi sunt. Itẽ suspectũ eum meritò putamus, qui moribus talis est, vt suspectus haberi debeat. Licèt enim tutor vel curator pauper sit: si tamen fidelis & diligens sit in administratione, non est vt suspectus remouendus. Et hæc vsque in finem tit. Franciscus.

e ¶ *Ob dolum.* expressum in sententia, putà sic, remoueo te quia in dolo tali fuisti. Accursius.

f ¶ *Famosus est.* excepto patrono: *vt supra eo. §. ostendimus in fi. §. & ff. eo. l. j. §. ostendimus.* ¶ Sed quid si remouetur simpliciter nõ expresso dolo, vel culpa? Videtur quòd semper remaneat integræ famæ: *vt ff. eo. l. iij. in fi. & l. hæ enim. §. quid ergo* Potest[d] tamen distingui, vtrũ accusatus fuerit ob dolum, an ob culpam, an ob vtrunique. In primo sit famosus, in secundo non æquè, in tertio intelligitur semper ob culpã, nisi in contrariũ probetur. Pœnæ enim non sunt augendæ, sed molliendæ: *vt ff. de pæ. l. pen. & de excep. rei iud. l. si ex testamen-*

d Suspectus remotus à tutela, an contrahat infamiam.

to. & ff. de lib. & posth. l. cum quidam. & ff. eo. l. iij. §. j. & ibi respon.

g ¶ *Ob culpam.* s. leuem vel leuissimam: secus si propter latam: quia[a] tunc videtur infamis: *vt ff. eod. l. impuberib. §. si fraus.* Et est ratio quia[b] dolo comparatur: *vt ff. si mensor fal. mod. dixerit. l. j. hac actio. & ff. de preca. l. quæsitum. §. cum quoque. & ff. depositi. l. quod Nerua.* nisi in duobus casibus. Primus est in criminibus publicis: *vt ff. ad legem Cornel. de sic. l. in lege.* Secundus in delatione sacramenti in litem: *vt ff. de in litem iurando. l. in actionibus. §. sed in his* his enim casibus lata culpa dolo nõ comparatur. a Vel dic secundùm Azo. & de lata etiam intelligi: vt sicut[c] in perditione personæ dolo nõ comparatur, vt dictum est: sic in perditione famæ, vt non fiat infamis. ¶ Nec ob. dicta lex. *ff. eo. l. impuberibus.* quia de[d] dolo intelligitur. a Vel dic *vt infra statim dicam in Gl. j. non similiter. in fi.*

h ¶ *Non æquè.* id est non similiter sit famosus damnatus ob culpam leuem, sicut ille qui remouetur ob dolum: sit[e] tamen infamis de facto, sicut & aliàs quis sit famosus de facto solo, vt in condictionibus ex turpi causa descendentibus: *vt ff. de act. & oblig. l. actor.* Item in interdictis ex famosa causa similiter venientibus: *vt ff. de vi & vi arma. l. neque vnde vi.* ¶ Sed[f] videtur quod etiam ex culpa leui quis sit infamis: *vt ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. notatur. quæ est huic contra.* in eo quòd ibi dicit ignorantiam iuris non excusare ab infamia. Sed certè potest dici, quòd iuris[g] ignorantia sit lata culpa: quod sic probo: quia omnes debẽt scire iura, exceptis[h] paucis, scilicet mulieribus, minoribus & militibus *vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula. in prin. & C. de leg. & consti. l. leges sacratissimæ. & C. de iur. & fac. igno. l. constitutiones.* ergo si quis ignorat, est in culpa lata: cum culpa sit id ignorare, quod omnes sciunt: *vt ff. de verb. signif. l. latæ culpæ.* non est ergo mirum si est infamis: *vt ff. eo. l. impuberib. §. fin.* a Vel verius secundùm Azo. lata[i] culpa non infamat per sententiam damnatum: sed ipso facto sic, si est tale factum: *vt in d. l. liberorum. §. notatur.* ¶ Et sic sunt tres[k] casus vbi lata culpa non comparatur dolo: vnus hic, duo in Glo. superiori, quæ incipit, s. licet leuem &c.

a Infamiam contrahit, qui ob latam culpam remouetur, vt hic. Contrarium tamẽ castat in Gl. p. ordinaj. in f.

b Lata culpa dolo non comparatur nisi in duobus casib. & qui illi casus sint.

c Famæ periculũ æquiparatur periculo vitæ secundũ Gl. in l. 9. ff. de minoribus. vndecima.

d Imò ibi lata culpa æquiparatur dolo quoad remouendum tutorem, non quoad infamandũ secundum Ang. hic.

e Infamis facti contrahit remotus à tutela ob culpã leuem, vt & damnatus cõdictione descendente ex turpi causa: vel interdicto ex famosa causa veniente.

f Infamis iuris nõ contrahat damnatus ob culpam leuem.

g Lata culpa est ius ignorare.

h Ius ignorare quibus permissum.

i Infamiã iuris non contrahit damnatus ob culpã latam, sed facti tantum infamiã.

k Culpa lata semper dolo comparatur: nisi in tribus casibus.

i ¶ *Quoad.* i. donec.

k ¶ *Interdicitur.* Argu. vt donec[l] prælatus accusatur, quòd nõ debet administrare ecclesiastica bona. & facit ad hoc. *C. de sen. pass. l. fi. & ff. eodem l. impuberibus. §. fin. C. ad eod. l. quem vt suspectum. & ff. de solu. l. quòd si fortè. §. j. versi. dico igitur.* A D D I T I O. Imò adiungitur sibi alius cum quo administrat, secundùm Angel. Vide tu Canonista notata in capit. venerabili. de offic. deleg. in verb. suspectus. vbi concludit Glo. quòd prælatus dilapidatione denunciatus seu accusatus, tanquam suspectus ab administratione non remouetur lite pendente: nisi primo probetur suspectus de dilapidatione, malè administrando.

l Prælatus suspectus an sit ab administratione remouendus.

l ¶ *Suscepta.* i. incepta.

m ¶ *Decesserit.* s. accusatione pendente.

Posteàque.] tutor vel curator decesserit. Idem iuris est, si quouis alio modo finita tutela fuerit. *l. pe. ff. eod.* tunc enim aduersus tutorem sufficit tutelæ actio, quæ famosa est æquè ac suspecti actio ob dolũ secuta cõdemnatione. Suspecti agimus pendẽte administratione tut. quia interim tutelæ agi nõ potest. Actione autẽ suspecti, id solũ intẽdimus, vt tutor remoueatur, quo finita hoc modo tut. deinde tutelæ eũ actione cõueniamus, qui nõ ex fide bona tutelã gessit. Alio igitur modo finita tutela, quã remotione suspecti, quid opus est vel suspecti agere, vel suspecti actionem peragere? Cuiac.

n ¶ *Extinguitur.* quia non nisi vt ab ea remoueatur, intenditur. sed ex quo mortuus est, verè remotus est. & quod hic dicit, si tutela morte tutoris finiatur, idem est si quocunque alio modo finita tutela sit: *vt ff. eo. l. pen. §. pen.*

o ¶ *Decernantur.* per iudicem. A D D I T I O. Ita quòd semper ex reditu patrimonij aliquid supersit, per tex. in *l. ius alimentorum. §. j. ff. vbi pup. edu. de.* Angelus.

Latitante tutore ne pupillo alimenta decernantur, pupillus in possessionem bonorum illius mittitur: Et quæ seruando seruari non possunt, dato curatore venduntur, ac vtpote suspectus remouetur.

Accusato de suspecto, lite pendente interdicta est administratio: & suspecti accusatio morte expirat.

7 ¶ Si quis autem suspectus postulatur, quoad [i] cognitio finiatur, interdicitur [k] ei administratio: vt Papiniano visum est.

8 ¶ Sed si suspecti cognitio suscepta [l] fuerit, posteàque tutor vel curator decesserit [m], extinguitur [n] suspecti cognitio.

9 ¶ Si quis tutor copiam sui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur [o]: cauetur epistola diuorum Seueri & Antonini vt in possessionem [p] bonorum

p ¶ *Vt in possessionem.* sed & multa indici poterit: *vt ff. de arb. l. non distinguemus.*

distinguemus. si arbiter. & facit ff. eo. l. impuberibus. §. fi.

a ¶ Eius. alias est tutoris in textu, alias non est, sed tamen subauditur: vt ff. eo. l. impuberibus. ¶ Sed alij dicunt eius scilicet pupilli: vt ita administratio tutori auferatur.

a Hanc Gl. approbat per Ang. hic.

b ¶ Mittatur. causa custodiæ: nõ vt ex eis alatur, sed vt cautum sit pupillo, si malè gessit tutor, sed de suo: vt ff. vbi pu. edu. de. l. si. in fi.

c ¶ Si quis. l. tutor.

d ¶ Decerni. putà si negat alimenta posse decerni, id est dari, & quod sequitur, si hoc per mendacium &c. sit de responsione.

e ¶ Per mendacium. Quid si non dicat per mendacium, imò verũ dicat: nunquid de suo alere tenetur? Resp. nõ: vt ff. vbi pupil. edu. de. l. ij. §. fin.

f ¶ Remittendum. sed non remouendum: vt ff. eo. l. tutor. § tutor.

g ¶ Placuit. hoc ideo, quia maior pœna imponetur, quàm remotio: vt ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. item solent.

h ¶ Remittitur. i. puniendus extra ordinẽ: vt ff de tut. l. in eos. ¶ Et no. hic arg. contra eos doctores, qui pecunia data sibi acquirũt scholatea: vt ff. de offi. præfe. vrb. l. j. §. item solent. & in Authen. vt ea quæ vocantur insinuatius. §. j. col. v.

Qui data pecunia, ministeriis, tutelam redemerit.] Sic meo iudicio omnia restituenda sunt ex l. 3. §. tutor. ff eo. tit. non vt vulgò, Qui data pecunia ministerium tutelæ adquisierit vel redemerit, Ministeriis, autem, id est, Officialibus & ministris Prætorum per quos fit inquisitio. Cuiac.

eius[a] pupillus mittatur[b]: & quæ mora deteriora futura sunt, dato curatore distrahi iubentur. Ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non præstat alimenta.

Tutor præsens, qui per mendacium denegat alimenta pupillo posse decerni, remittitur ad præfectum puniendus. Idem in eo qui per pecuniam tutelam acquisiuit. Et idem in liberto qui malè administrat.

10 ¶ Sed si quis[c] præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni[d]: si hoc per mendacium[e] dicat, remittendum[f] eum esse ad præfectum vrbi puniendum, placuit[g]: sicut ille remittitur[h], qui data pecunia ministeriis, tutelam redemerit.

11 ¶ Libertus quoque si fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni gessisse probetur, ad præfectum vrbi remittitur[i] puniendus.

Qui fraudulenter tutelam gerit: licèt satisdationem de indemnitate offerat, tamen vt suspectus remouetur. Aretinus.

12 ¶ Nouissimè[k] autẽ sciẽdum est: eos qui fraudulẽter tutelã vel curã, administrant, etiam si satis offerant, remouẽdos esse à tutela: quia † satisdatio tutoris propositum maleuolum nõ mutat, sed diutius grassandi[l] in re familiari facultatem præstat[m].

Mali mores & non paupertas sola, faciunt tutorem suspectum. Aret.

Suspectum[n] eum putamus, qui moribus talis est, vt suspectus sit. Enimuero tutor vel curator quãuis pauper sit, fidelis tamen & diligens †, remouendus non est[o] quasi suspectus.

† Quia non tantum fidem, sed etiam diligentiam Accursius exigeret, ideoque dolũ & culpã præstat. Cuiac.

i ¶ Remittitur. ob hoc etiam vt ingratus accusari potest: vt C. de lib. & eorum liberis l. ij. & facit C. eo. l. j. & ij. & ff eo. l. libertus, quæ est lex ij.

k ¶ Nouissimè. i. in vltima parte huius tit. sic ff. de inst. act. l nouissimè. Nam & ibi in vltima parte tractatus sui Vlpia. ponit nouissimè.

l ¶ Grassandi. i. delinquendi vel. i. animãdi ad delinquendũ. sic ff. de pœ. l. capitalium. §. grassatores. inde grassor, aris. i. nitor ad malum.

m ¶ Præstat. facit ff e. l. suspectum. & l. quia satisdatio. ¶ Et facit in arg. ad quæstionem talem: Si enim librũ, & antequã soluã precium, comperiam alienum vel vitiosum, q̃ nõ teneat soluere precium: quia expedit potius non soluere, quàm cautionem de reddendo in causam euictionis vel vitij recipere. quibus consonat. ff. de compen. l. iij. [Præterea lex dixit, quòd non debet quis se cummittere fragilitati cautionis ff. ad Tre. l. sugi. § idem quadrit.] & C. in quib. cau. in integr. rest. non est ne. l. fi. & C. quando li. vnicus. l. j. ADDITIO. Nota quòd quotiescunque imminet euictio in limine contractus ante solutionem precij: emptor nõ tenetur soluere precium, nisi venditor det idoneos fideiussores. adde l si post perfectam. C. de evic. de quo per Bar. in l. j. §. stipulatio duplæ. ff. de præto. stip. ¶ Et an venditor compellatur satisdare iure actionis vel ope exceptionis, dic quòd ope exceptionis: & solum tenetur respectu illius dũtaxat mouentis quæstionem. d. §. stipulatio & ibi per Bar. Ias.

n ¶ Suspectum. nam tutorem suspectum non facultates paruæ, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillaribus comendat. i. probat. Heres verò solis facultatibus paruis suspectus habetur creditoribus. vt hic, & ff de priuile. credi. l si creditores.

o ¶ Remouendus non est. Imò videtur quòd sic: vt C. de tut. vel cura. qui non satisdedit. l. ij. quæ est huic contra. Sol. ibi non repellitur propter paupertatem: sed quia non satisdabat: hic autem satisdedit. posset tamen iste se excusare. quod dic vt dixi. j. e. l. j. §. sed & propter paupertatem. ¶ Est tamen huic curator adiungendus vt j. de cur. §. interdum. & C. eo. l. pietatis. §. quod si nihil. & C. de peri. tut. l. j.

Institutionum D.

Iustiniani sacratissimi Principis Liber II.

TITVLVS I.

DE RERVM DIVISIONE, & acquirendo ipsarum dominio.

Secundum iurisprudentiæ partem, quæ est de rebus, pertractandam suscipit imperator, & summam rerum diuisionem annectit.

SVperiore libro de iure personarum[p] exposuimus: modò[q] videamus de rebus quæ vel in nostro patrimonio[r] †, vel extra[s] patrimonium † nostrum habentur[t],

† Vt res profanæ Por.

† Vt res sanctæ & religiosæ.

Dictum[a] est de personis, sequitur de rebus: vt promisit §. de iure nat. gen. & ciui. §. fin. de quibus dicit vsque ad tit. de obl. Et in hoc mod. docetur qualiter acquirantur res iure naturali: vt à §. singulorum vsque ad tit. de vsucap. *Item qualiter iure ciuili: vt ab inde in antea. Item qualiter iure singulari:* vt vsque ad tit. de testa. *Item qualiter[b] per vniuersitatem vt ex testamento vel intestato, vel simili modo:* vt à titu. de testa. vsque ad tit. de obligatio. Accur.

a Cõtinuatio.

b Hanc Gl. tenet & sequit. Ang. hic.

S[*uperiore libro.*] Iste[c] titu. diuiditur principaliter in duas partes. ¶ Primò continuat istum librum ad præcedentem. ¶ Secundò incipit tractatum. Secũda ibi. Modò videamus. ¶ Itẽ ista secunda subdiuidit principaliter in duas partes. ¶ Nã primo ponit de rebus cõmunibus iure naturali, de publicis, & de his quæ sũt vniuersitatis, & de his quę in nullius bonis sunt. & omnia ista p exẽpla clarificat. ¶ Secundo ponit qualiter res acquirãtur de iure gentiũ, & efficiatur priuatorũ. Secũda ibi, Singulorũ autẽ. Et illa secũda subdiuiditur loco suo. Redeo ad primã, quę subdiuiditur in quatuor partes. ¶ Primò ponit exẽpla de cõmunib[us]. ¶ Secundò de publicis. Tertiò de his quæ sunt vniuersitatis. ¶ Quartò de his quę nullius sunt. Secunda ibi, Flumina. Tertia ibi, Vniuersitatis. Quarta ibi, Nullius autẽ. Aret. CASVS. Dicit Iustinian[us] cõtinuãdo p[ro]cessũ suum: Postquã in superiore libro de iure p[er]sonarũ exposuimus: modò in hoc secundo libro de rebus quæ in patrimonio nostro vel extra nostrũ patrimoniũ habẽtur, videamus. a Sed pone: Dñe, vos dixistis mihi supra q̃ vultis determinare de reb. quæ sunt in patrimonio nostro vel extra: nunquid est ista diuisio sufficiens? Ad hoc resp. q̃ sic: & quòd sufficiens diuisio præmissa sit, tali ratione liquet: quia quędã naturali iure cõmunia sunt omniũ, quędã publica, quędã vniuersitatis, quędã nullius, pleraq; singulorũ: & ea quę singulorũ sunt, varijs ex causis acquiruntur: sicuti ex inferioribus apparebit. Franc.

c Diuisio.

p ¶ De iure personarum. ab illo titulo, de iure personarũ vsque huc.

q ¶ Modò. sicut premisimus. j. de iure natu. §. fi. Accursius.

r ¶ Patrimonio. i. aptitudine. Aptæ enim sunt esse in patrimonio, vt res pro derelicto habita. Accursius.

In nostro patrimonio.] Patrimonium bona paterna significat: matrimoniũ bona materna. Seneca lib. j. de benefi. c. ij. quia latè parte matrimonij fit &c. qui tamẽ locus ab Erasmo deprauatus est. nã & apud Suet. Tranq. & Val. Max. ita matrimoniũ accipi alij quidam adnotarunt. Hoc autem in locu in patrimonio, id est, in bonis. Seruitutes propriè ea bonis non sunt l. j ff. de vsufru. leg. at quia certè nõ sunt etiam omnino extra bona, magis est vt bonis adnumerentur: igitur non ea tantum quæ sunt, sed etiam quę intelleguntur, id est, incorporalia in bonis nostris computantur. Cuiac.

s ¶ Vel extra. i. aptitudine: quia non sunt aptæ vt sint patrimonio: vt sunt res sacræ vel religiosæ: vt j. eo. § nullius. interdum tamen dictæ res sunt in patrimonio: vt si ab hostibus captæ sint: vt ff de relig. l. cum loca. similiter res prophanæ extra patrimonium nostrum sunt, si religiosis adhærent: vt ff. de rei vind. l. quæ religiosis.

t ¶ Habentur. talis diuisio hic sumitur. Rerũ enim aliæ sunt in patrimonio, aliæ extra. quæ videtur insufficiens. nam aliæ sunt nec in patrimonio, nec extra, vt seruitutes: vt ff. de vsufruc. leg. l. j. contra. ¶ Sed Io. dicit quod hic pueris[d] loquitur simpliciter. nam quædam pro docendis pueris dicuntur, quæ aliàs nõ dicerentur: vt ff de act. & obl. l. obligationum. in fi. quod nõ est verisimile, q̃ propter pueros malè loquatur: vnde non placet. ¶ Alij dicunt hic de incorporali-

bus rebus tantum loqui: quòd falsum est: quod colligitur ex continuatione huius tit. ad quatuor sequentes. Nos dicimus seruitutes esse in bonis nostris: cum earum nomine agamus & excipiamus: vt ff. de acquir. re. do. l. rem. & l. statuas. Quod autem in d. l. dicitur eas non esse in bonis, nec extra: dicitur ideo, quia per se non censentur: vt est possessio tigni in domo positi quia non intelligitur tignum, dum durat domus per se: vt ff. de vsucapio. l. cum qui.

c Ratio, quia non possunt stare sine re vel persona cuius sunt. l. si aliena. §. hoc iure. ff. de vsuc. Ang. Are.

† Quot modis dicatur publicum, vide hic notabiliter per Ang. Aret.

b Commune aliquid esse potest, de quo tamen aut eius nomine communi diuidundo agi non potest.

Quædam[a] enim naturali iure communia sunt[b] omnium[c], quædam publica[d] †, quædam vniuersitatis[e], quædam nullius[f], pleraque singulorum: quæ[g] ex varijs causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis[h] apparebit.

Hæc quæ scribuntur hic, sunt communia omnium: & ideò ad littus maris accedi potest: dummodo abstineatur à villis & locis ibi positis. Aretinus.

1 ¶ Et quidem naturali iure[i] communia[k] sunt omnium hæc: aër, aqua profluens[l] †, mare[m], & per hoc[n] littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis[o], & monumentis[p], & ædificiis[q] abstineat: quia non sunt iuris gentium[r] sicut est mare[s].

Flumina & portus sunt publica. Et littus maris dicitur, quanto plus extendi potest. Aretinus.

a ¶ *Quædam.* hæc fit alia diuisio.

b ¶ *Communia sunt.* nõ tamen agit cõmuni diuidundo. secundũ Pla. ADDITIO. Quia nõ possũt stare sine re vel persona cuius sunt. *l. si aliena. §. hoc iure. cum simili ff. de vsuc.* Ang. Ar.

c ¶ *Omnium.* s. vsu, non proprietate: vt dicitur. *j. eo. §. & quidem.*

d ¶ *Publica.* quasi populica. s. omniũ populorum: vt *j. titu. j. §. consequens. & j. eod. §. flumina.* a Aliàs dicitur publicũ, quod est huius populi vel illius tantũ, vt campus Martius: *vt C. de sacrosan. eccl. l. fi.* & hoc dicitur magis vniuersitatis. Acc.

† Aqua non profluens iure gentiũ cõmunis nõ est. Cuiac.

e ¶ *Vniuersitatis.* vt *j. eo. §. vniuersitatis.*

f ¶ *Nullius.* vt *j. eod. §. nullius.*

g ¶ *Quæ* s. quæ sunt singulorum. nec enim ad superiora refertur.

h ¶ *Ex subiectis j. eo. §. singulorum. vsque ad finem tituli.*

c Diuisio.

[*Et quidem.*] Diuiditur[c] in quatuor partes. Primò ponit dictum. Secundo ex dicto infert. Tertiò illationem restringit. Quartò illationẽ restrictionis assignat. Secunda ibi, Nemo. Tertia ibi, Dum tamen, Quarta ibi, Quia non sunt Aret. CASVS. Domine, dicatis mihi si placet, quæ sunt communia omnium? Ad hoc respondet: Amice, Certè naturali iure introductum est, quòd cõmunia sunt omnium animantium hæc. s. aër, & aqua de cœlo cadens, & mare: & per consequens littus maris: cum sit eius accessio. Vnde dico tibi, quòd nemo ad littus maris prohibetur accedere: dũ tamen à villis, & monumentis, & ædificiis in littore positis se abstineat, quia huiusmodi villæ & ædificia nõ sunt cõmunia de iure gentiũ, sicut est ipsum mare. Sed domine, dicatis mihi, in quantum durat littus maris? Ad hoc respon. Imper. Amice, littus maris durat quatenus hyemalis fluctus quando maximus est, excurrit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Flumina autem. Franc. de Are.

d Te dic. quod immo de iure naturali primæuo: quia quòdo imperatori placuit de iure gentiũ sequi legem, & expressit, vt in §. riparũ. & §. littorum. j. eo. Nec obst. ergo. Glo. quia ius gentium iuri naturali derogauit quantum ad nostras res. aliàs non esset differentia inter commune & publicum: secundum omnes doctores hic.

e Littora maris populi Romani sunt iurisdictione. verè tamen cõmunia sunt.

f Cõmunium verũ proprietas omnibus patet.

i ¶ *Naturali iure.* i. iure gentium,[d] quod est naturali ratione inductum: *vt ff. de iust. & iure l. omnes. §. quod verò.* de quo hic loquitur: vt *j. eod. §. singulorum. & in fine huius §.* nam iure naturali primæuo etiã alia essent communia. Accursius.

k ¶ *Communia.* non tamen agitur communi diuidundo, secundùm Pla. nisi postquam facta fuerint occupantium. Et quòd dicit omnium, scilicet vsu, non proprietate, vt prædixi.

l ¶ *Profluens.* id est de cœlo cadens.

m ¶ *Mare.* sic. *ff. de iniur. l. iniuriarum. j. §. si quis me prohibeat.*

n ¶ *Et per hoc.* i. per consequens. cum sit accessio maris. *arg. j. eo. §. si tamen.* Sed contra. *ff. ne quid in loc. publ. l. littora.* vbi dicitur littora esse populi Romani. Sed illud est verum quo[e] ad iurisdictionẽ: verè tamen sunt communia: *vt hic, & C. de quadri. præ. l. bene à Zenone.* secus in ripa fluminis, quæ non est publica, licèt flumen sit publicũ: *vt j. eo. §. riparum. ibi, sed proprietas.* Et potest esse ratio: quia inundatio fluminis tardè venit: & ideo potest esse vtilitas in proprietate ripæ. At mare assiduè inundat: vnde paruula esset vtilitas: nõ ergo proprietas quæritur: *vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. fi.* Accursius.

Accedere. Non piscandi tãtùm, sed etiã ædificãdi, occupãdi, vsurpandi causa. *l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom. l. in littor. ff. ne quid in lo. pub.* Nam communium[f] rerũ proprietas omnibus patet: ideóq; & in mari constructa ædificia, moles pilæve iactæ eius sunt qui fecit. *l. ij. §. aduersus. l. littora. ff. ne quid in lo. pub. l. quamuis. l. ergo. §. vlt. ff. de acq. rer. dom. l. j. §. quòd si quis. ff. de no. op. nunc.* Cuiacius.

o ¶ *Villis.* Ab aliò ibi positis. & habet duas significationes. dicitur enim casa vel insula quædã, in qua nõ habitatur, sed vel retia ponuntur, vel propter aquã illuc confugitur, vel fructus reponuntur: *vt hic, & ff. de vsufr. l. arbor. ib. in prin.* Si verò ibi habitaretur, esset prædium vrbanum: *vt j. de serui. rustic. præd. §. prædiorum.* Item dicitur villa congregatio hominum.

p ¶ *Monumentis.* Quid sit monumentum, habetur. *ff. de reli. l. iij. §. monumentum.*

q ¶ *Ædificiis.* s. aliis.

2 ¶ Flumina autem omnia[t], & portus, publica sunt: ideóque ius piscandi omnibus[u] commune[x] est in portu, fluminibúsque.

3 ¶ Est autem littus[y] maris, quatenus hybernus[z] fluctus maximus excurrit[a].

Riparum vsus publicus est, illarum verò dominium ad eos pertinet, qui proximorum prædiorũ domini sunt: littorum quoque vsus quamuis publicus sit, illarum tamen proprietas nullius est.

4 ¶ Riparum[b] quoque vsus publicus est iure gẽtiũ[c], sicut ipsius fluminis. Itaq; naues ad eas appellere †, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberũ est, sicut per ipsum flumen nauigare: sed proprietas earũ[d] illorum[e] est, quorũ prædiis adhæret[f]. de qua causa arbores quoq; in eisdem[g] natæ, eorundem[h] sunt. 5 ¶ Littorum[i] quoq; vsus publicus[k] est

r ¶ *Non sunt iure gentium.* i. communia de iure gentium, sicut est mare: imò eorum quæ ibi ædificauerunt: [a] vt *ff. eo. l. in tantum.*

s ¶ *Sicut est mare.* Huic continua quod est. *j. flumina. §. est autem.*

[*Flumina autem.*] CASVS. Domine, iã video quæ sunt cõmunia: dicatis modo mihi si placet, quæ sunt publica? Ad hoc respondi. Amice, publica sunt omnia flumina perpetua, & similiter portus publici sunt. vnde dico tibi, quòd ius piscãdi in portu & fluminibus omnibus, in cõmuni publicè patet. & sicut ipsa flumina publica sunt, ita & vsus riparũ ipsorũ fluminũ publicus est &c. Et ideo naues ad ipsas ripas applicare, & funes arboribus ibidem natis religare, & onus aliquod in his reponere cuilibet liberũ est, sicut per ipsum flumen nauigare. Sed quanquã dixerim tibi riparum vsum publicum esse: secus tamen est in proprietate earũ. Proprietas enim earũ illorũ hominũ est, quorũ prædiis adhærent. & eadẽ ratione proprietatis arborũ in ripis natarũ eorundẽ est. & sicut ego dixi tibi de vsu riparum, ita dico tibi, quòd vsus littorũ omnib. publicè patet, sicut vsus ipsius maris: vnde cuilibet liberũ est casam, i. domunculã ibi ponere, in quã se recipiat, liberũ est etiã cuilibet ex mari retia deducere, & ibidẽ siccare: sed certè proprietas littorum nullius esse intelligitur, sed eiusdem iuris sicut est ipsum mare, & quæ subiacent mari, terra videlicet & arena & hæc dicuntur vsque ad illum §. vniuersitatis. Fran. Aret.

a Dummodo iusta causa ædificauerint. s. cum decreto prætoris, aliàs per quemlibet iure publico prohiberi possunt. secundum Angelum.

† Aliàs appellere, cotes ferrandum... parum s. e. sed idem est. Tenus. Applicare: ad Cryfidem, Angel. Per.

t ¶ *Flumina autem omnia.* s. perpetua, vt Padus & Rhenus. quædam enim sunt priuata, vt fossata in agris posita, quæ crescunt & decrescunt: quæ quandoque currunt, quandoque non: *vt ff. de flu. & ne quid in flu. l. j. §. fi. & ff. eo. l. nemo. in fin.*

u ¶ *Omnib.* nisi qui fuit primo lõgo tẽpe piscatus, aliũ superuenientẽ repellere põt: *vt ff. de vsuc. l. fi.* nisi fortè spatio xxx. an. *vt ff. de diuer. & tẽ. pra. l. si quisquam.* Vel secund. Io. intellige illã. l. si quisquã, qui erat in possessione piscandi. ADDIT. In qua cõstituitus per prohibitionẽ alterius nõ cõtradicentis. Et an idẽ sit de molẽdino, & de multis aliis quæstionibus, de hac materia vide Christophorum hic.

x ¶ *Commune.* i. in communi omnibus patet, non autem est commune, imò publicum secundùm Ioannem.

y ¶ *Est autem Littus.* vt. *ff. de verb. sign. l. littus.*

z ¶ *Hybernus.* i. hyemalis, quasi vẽro vnde trahitũ. q. d. quãtũcunq; mare aliquo tẽpe plus extẽdit in hyeme, vel æstate, tãtũ est littus eius.

a ¶ *Excurrit.* hic continua quod est. *j. eo. §. littorum.*

b ¶ *Riparum.* i. fluminis.

c ¶ *Iure gẽtiũ.* i. de iure gẽtium: vel, i. omnib. gentib. publicè patet.

d ¶ *Earum.* s. riparum.

e ¶ *Illorum.* s. hominum quorum &c.

f ¶ *Adhærent.* Sed quid si via publica est in medio inter flumen & agrum? Resp. idem[b] quod hic: *vt ff. de acquir. rer. dom. l. maritus.*

g ¶ *In eisdem.* s. ripis.

h ¶ *Eorundem.* Sed quid si piscator vult ligare, dominus vult incidere? Videtur dominus præferẽdus, *vt j. de his quæ sui vel alie. iur. sunt in fi.* ibi, nec cuiquam &c. *C. de Iudæis. l. nemo. & ff. solut. mat. l. etiam. §. licet*[c]. Sed contra credo: *vt ff. de vsu & habi. l. fi. & ff. de vsufru. l. æquissimum. §. item Nerua.*

i ¶ *Littorum.* s. maris, vt sequitur.

k ¶ *Publicus. j. e. §. & quidẽ.* ibi, & per hoc &c. cõtra. Sol. dicit Pla. oĩa cõmunia esse publica, & ecõtra. s. rõe quorundã vsuum: vt ecce tã mare, quàm flumina & littora & ripæ in vsu animãtiũ sũt, & in bibẽdo, & in abluẽdo, & cõmorãdo, & similia quæ exigit natura. Sed ius piscãdi, quod in his est, solũ cõpetit hoibus, & retia siccãdi, & quædã similia, portus tñ dicit esse publicos, nõ cõmunes. Sed Ioannes dicit

b Via publica non impedit ius cohærentiæ. hoc prædicta tabellionum nata est potentium per cohærentiæ & agros qui sunt vltra viã publicam. Ang. Per.

c Et in hoc redditur vtilis proprietas. l. 16 in f. arboribus ibi nascẽtibus. Nec obst. l. j. §. ne tamen. ff. de vsufru. quia vsus est cõmunis quantum ad ea tantum quæ hic ad retia ponentes, ... siccare ... Angel.

dicit nulla communia esse publica, vel econtra. ¶Ea[a] enim demum sunt commonia, quæ cum sint in vsu omnium animantium, tamen occupantibus conceduntur: vt lapilli & gemmæ in littore maris: *vt infra ead. §. item lapilli. & ff. eod. l. item lapilli.* Sed publica non solùm non conceduntur occupanti, imò interdicta proponantur, ne quid in eis fiat. *ff. ne quid in loco public. & de flu. & de alia titu.* Præterea quomodo potest esse, quod ait Placen. cum in diuisione suprapofita veluti duæ species oppositæ ponantur communia & publica: *vt supra eod. in principio.* ¶Proinde quod dicit hic, publicus, id est communis, vel publicus quoad vsum[b] communem: non quo ad proprietatem. ADDITIO. Cuius respectu vera sit opinio Ioan. nam communia sunt relicta sub suo iure naturali primæuo, quo omnia erant communia: nec in aliquo sibi ius gentium derogauit: cum propter eorum incomprehensibilitatem in solius Dei dominio remanserint. Publica verò velut comprehensibiliora, totius populi de mundo per ius gentium fuere applicata dominio.

a Commune & publicum differunt.

b Et tunc verba est opi. Placen. vt communia dicantur publica, sed non econtra, nisi respectu quorundã vsuum.

† Glossa vnica circa princip. ja. i. item non om. extra de vitâ & honest. cler. ad cond. locandum. l. 1. & ibi ca. cum nuncius. vbi dicitur quod clerici possunt facere testimonium in causa suæ ecclesiæ.

iuris gentium[a], sicut & ipsius maris[b]. & ob id cuilibet liberũ est casam ibi ponere, in quam se recipiat: sicut retia[c] siccare, & ex mari reducere. Proprietas autem eorum[d] potest intelligi nullius[e] esse: sed eiusdem iuris esse, cuius & mare, & quæ subiacet mari terra, vel arena.

Quæ dicantur vniuersitatis & non singulorum propria, & quæ in nullius bonis, exemplis docet.

6 ¶ Vniuersitatis[f] † sunt, nõ singulorum, veluti quæ in ciuitatibus[g] sunt theatra[h], stadia[i], & his similia[k], & si qua alia[l] communia sunt ciuitatum.

Ea quæ sunt diuini iuris, in nullius bonis sunt. Aretinus.

7 ¶ Nullius[m] autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis est.

Res sacræ sunt, quæ ritè per pontifices Deo dedicata sunt: seu ad diuinum ministerium deputata: quæ non possunt nisi pro captiuitate hominum alienari. Aretinus.

8 ¶ Sacræ res sunt, quæ ritè per pontifices[n] Deo consecratæ sunt: veluti ædes sacræ[o], & donaria[p], quæ ritè ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam[q] per nostram constitutionem[r] alienari & obligari prohibuimus, excepta[s] causa redemptionis captiuorum. Si quis autem auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est: sed profanum[t]. Locus autem in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio sacer adhuc manet[u]; vt & Papinianus rescripsit.

Religiosum locum quiuis propria auctoritate facere potest: mortuum scilicet in proprium fundum inferendo: ideo socius communem fundum inuito socio religiosum non facit, nec proprietarius contradicente fructuario.

9 ¶ Religiosum locũ vnusquisque[x] sua voluntate facit, dũ mortuum[y] infert in locum suum. In

a ¶ *Iuris gentium.* i. de iure gentium.

b ¶ *Maris.* s. vsus publicus est.

c ¶ *Sicut retia.* Hysteron[e] proteron, id est, ordo conuersus: *vt ff. eo. l. riparum.*

e Hysteron proteron.

d ¶ *Eorum.* scilicet littorum.

e ¶ *Nullius.* s. hominis singularis: omnium autem sunt, & sic differt ab illo. *§. nullius. j. statim posito.*

[*Vniuersitatis.*] CASVS. Iam dixistis mihi supra de communibus & publicis. dicatis mihi modo, si placet, quæ sunt vniuersitatis. Ad hoc respon. Vniuersitatis sunt, quæ in ciuitatibus ad vtilitatem vel ad delectationem populi fiunt: vt theatra, & stadia, & similia, & si qua alia sunt communia ciuitatum. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. nullius. Fran. de Aret.

f ¶ *Vniuersitatis.* quæ etiã publica quandoq; dicũtur. i. vnius populi: *vt C. de sacros. eccl. l. fin. in prin.* Sed aliter accipitur. *s. eo. §. flumina.* nã loquitur ibi de illo quod est publicum omnium populorum.

g ¶ *In ciuitatibus.* & ciuitatum sunt.

h ¶ *Theatra.* à[d] theaomai. i. inspicio, vt in arena Veronensi.

i ¶ *Stadia.* stadium[e] est octaua pars miliarij, quod Hercules[f] currebat vno anhelitu, vt legitur in historiis.

d Theatrum.
e Stadium.
f Hercules fuit bonus cursor. vide Gell. lib. 1.

k ¶ *Similia.* quæ sunt ad delectationem populi, vt latæ viæ, & picturæ in palatio.

k ¶ *Media sententia.* quæ nec[a] vni in totum, nec alteri cõcordat vel discordat: sed distinguit, vt sequitur. ¶ Et not.[b] mediũ seruãdum. *sic s. quibus ex cau. manu. li. cet. § pe.* Ar. [c]cõtra. *ff. de nego. gest. l. Nesennius. in fi.*

a Medium dicitur quod nec vni in totum, nec alteri in totum cõuenit vel repugnat.

b Medium tenuere beati. Lex Luc. 11. c. Ego in medio vestrum sum. Ægi. Petr.

c Dic quòd in dubio. s. quãdo libet extremorum æqualiter se habent, media via est eligenda. sed vbi clarũ est pro altera parte, non: vt in elencho. Ægid. Petr.

l ¶ *Fecerit.* si & alia duo interuenerũt, quæ in principio huius §. diximus.

m ¶ *Vel spicas.* & ita apparet quòd frumẽtum cedit specificanti. Sed contra *ff. de acquir. rer. do. l. adeo. § cum quis. in fi.* §. Sol. hęc posuit gratia exempli pro pueris: secundũ Pla. quędã enim gratia[d] docendi dicuntur, quæ aliàs nõ dicerentur: *vt ff. de act. & obli. l. obligationum substãtia.* § *fi.* Vel dic, secundò secundùm Azo. illã per istã corrigi. ¶ Item ad hæc omnia exempla in quib[e] dicitur speciem specificanti cedere: est contraria regula quæ dicit, Quod[e] ex re mea est vel nascitur, meum est. *vt ff. ad exhib. l. de eo. § si quis in fi. & ff. de rei vindi. l. solum. §. meum.* Sol. Illa regula locum habet in quinq; casib[e] s. vbi dominus specificauit: itẽ vbi alius eius mandato: item vbi sine mandato, sed ratum habet[f]: item vbi alius mala fide & suo nomine: item vbi bona fide, sed res potest ad priorem materiam reduci: quorũ nullus est hic. ¶ Itẽ si hæc vera sunt, quòd specificanti cedant: contraria est regula quæ dicit neminẽ cùm alterius iactura fieri locupletiorem: *vt ff. de condi. indeb. l. nam hoc natura.* Respon. licèt fiat sua species quo ad dominium: tamen actione in factum tenetur ad æstimationem: *vt ff. de rei vin. l. in rem j. § item quacumque. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si mulier. §. j. & l. seq.*

d Nihil prohibet falsum legem exempli causa ponere, quia facilius res intelligitur. Tullius de amicitia. Æ.

e Meum est quod ex re mea est vel nascitur.

f Intellige. Glo. quãdo nomine domini specificauit. aliàs si non fuisset specificata nomine domini: non posset habere ratũ, cùm sic factũ sui fuerit: vt l. si pupilli. §. si ego ff. de neg. gest.

n ¶ *Ex aliena.* s. materia.

o ¶ *Et aliena.* s. lana.

p ¶ *Dominus.* sed si nõ possit reduci ad priorẽ materiã: fit communis, habita ratione materiarũ, vt nõ cedat specificãti. *vt ff. de acq. re. do l. quicquid. § si. in fi.* Idem fortè erit & quando mala fide fecit, licèt reduci non possit: *vt ff. ad exhi. l. de eo § si quis.* Accur.

[*Si tamẽ alienã.*] CASVS. Titius manicã vel gyronẽ de purpura aliena intexuit vestimẽto suo. modò quęritur vtrũ purpura cedat vestimẽto: vel vestimentũ tanquã vilius & minùs preciosum accedat purpuræ. Res. q. purpura licèt preciosior sit, iure tamẽ accessionis cedit vestimẽto: & per cõsequens Titio domino vestimẽti acquiritur. Verũtamen ille qui dominus fuerat purpuræ, licèt iã dominiũ purpuræ per accessionẽ amiserit: cõtra eũ tamẽ qui surripuit, furti habet actionẽ & condictionẽ furtiuã, quæ semel ei contra furẽ cõpetit; quã licèt postea sine culpa sua à dominio cadat, nõ amittit. Nã huiusmodi res, quæ iure accessionis alteri rei cedũt licèt à priori domino vindicari nõ possint, à furib. tamẽ & quibusdã aliis malę fi. possessorib. per cõdictionẽ furtiuã vel sine causa cõdici poterũt. Et hæc dicũtur vsque ad illum §. si duorum.

q ¶ *Si tamen alienam.* hic incipit dicere de accessione quæ fit humana natura operante.

r ¶ *Purpurã.* vt manicã, vel gyronem. si autẽ ipsa fila, puta in tela: tunc alia ratione est dominus factus purpuræ. s. iure specificationis: *vt s. proxi. § & præcedenti.* hic autem §. aliquid ex his adiicere supradictis. s. de acquisitione iure accessionis. ne ergo nil operetur, adiungit hoc quod nunc dixi: *vt ff. de leg. j. l. si quando in prin.*

s ¶ *Preciosior.* ¶ No. preciosius[g] accedere viliori. *sic ff. de contrahen. emp. l.*

g Preciosius cedit viliori. ex hoc. Quod verum quãdo apponitur pretiosius gratia ornatus: aliàs secus, quia ipsũ vilius sequitur nobilius. Ægid. Per.

emp.l.si in emptione. Sed contra. ff. de edil. edi. l. iustissimi. Sed ibi speciale in homine. Sed cōtra. j. de fideiuss. §. fideiussores. Sol. vt ibi. Itē loquitur hic §. quādo dicta purpura gratia ornandi vestimenti fuit apposita. Sin autem econtra vt vestimentum seruiret purpuræ, vt fortè eā seruaret: tunc cedet vestimentum porpuræ, vt in duabus legibus cōtrarius: vt ff. de vsucap. l. rerū mixtura. §. quid ergo. & ff. de aur. & arg. le. & l. & si nō sunt. §. perueniamus. ¶ Si autē neutrum caosa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit: & vtrunque[a] possidetur: vt ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. quid ergo. ADDITIO. Dic secundū doc. quòd neutrum possidetur communiter: sed quodlibet de perse sic: vt no. in d. §. quid ergo. Ang. Aret.

a Imò neutrū possidetur cōmuniter: sed per se. Angel.

puta: tamen accessionis vice cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduersus eum qui surripuit[a], habet furti actionem & condictionem[b]: siue ipse[c] sit qui vestimētum fecit, siue alius. Nam extinctæ[d] res licèt vindicari non possint, condici tamen à furibus & quibusque aliis possessoribus[e] possunt.

Materiarū confusio, dominorū voluntate aut fortuitò facta, eius quod ex cōfusione factū est, cōmunionē inducit: specierum verò commixtio ita demum, si inuicem commiscentium dominorum voluntas accesserit.

27 ¶ Si duorū[f] materiæ voluntate dominorū[g] cōfusę[h] sint, totū id corpus quod ex cōfusione fit, vtriusq; cōmune est: veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argēti vel auri conflauerint. Sed & si diuersæ materię sint, & ob id propria species facta sit, fortè ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrū[i], idē iuris[k] est. nā & hoc casu cōmunē esse speciē nō dubitat. Quòd si fortuitu, & non volūtate dominorū cōfusæ fuerint vel diuersæ materiæ, vel quæ eiusdē generis sunt, idem iuris esse placuit[l].

28 ¶ Quòd si frumentū[m] Titij frumēto tuo mixtū fuerit, si quidē volūtate vestra, cōmune est: quia singula corpora, id est singula grana quæ cuiusq; propria fuerūt, cōsensu vestro cōmunicata sunt[n]. quòd si casu id mixtū fuerit, vel Titi[o] id miscuerit sine tua volūtate nō videt cōmune esse: quia singula corpora in sua substātia durāt[o]. Nec magis istis casib. cōmune fit frumētū, quàm grex intelligit esse cōmunis, si pecora Titij tuis pecorib. mixta[p] fuerint. Sed si ab alterutro vestrū totū id frumentū[q] retineatur, in rē quidē actio pro modo[r] frumēti cuiusq; cōpetit[s]: arbitrio autem iudicis continetur, vt ipse æstimet cuiusque frumētum fuerit.

a ¶ Surripuit. si surripuit[b], aliàs istis actionib. famosis nō tenet.

b ¶ Et cōdictionē. s. furtiuā, vel sine causa: vt ff. de condi. sine cau. per totum.

b Sciens igitur qui alienū suo adiecerit, furti tenebitur. l. si liberū C. quod cum eo. l. alienum. C. de fur- tis.

c ¶ Sine ipse. s. fur. nam fortè erat sartor.

d ¶ Extinctæ. quantum ad dominiū quod perdidit dominos eius. & ideò dicitur quantum ad eom extinctū: quia quādiu est intexta purpura, extincta est: nec potest vindicari, sed agi potest ad exhibendum, vt exhibeatur, & post vindicetur: vt ff. ad exhibendum. l. gemma. & ff. de rei vind. l. in rem actio.

e ¶ Possessoribus. veluti à prædonibus, & malæ fidei possessoribus, vt iste fuit: vt hic, & j. de act. §. sic itaque. & ff. vsufru. quemadmodum. ca. l. si. in fine.

a Diuisio.

[Si duorū.] Diuiditur[a] principaliter in duas partes. ¶ Primò quādo voluntate dominorū. ¶ Secundò quādo casu sunt confusæ. Secunda ibi, Quòd si fortuitò. Itē prima subdiuiditur. Primò quādo eiusdē generis materiæ cōfundontur. Secundò quādo diuersi generis. Secunda ibi. Sed & si diuersæ. Aret. CASVS. Sed domine Imper. nunquid dominū de iure gentiū adhuc plurib. modis acquiri poterit? Resp. quòd sic. Nā per cōfusionē materiarum acquiritur dominiū de iure gētium. Si.n. materiæ duorū dominorum de volūtate & cōsensu eorū cōfusæ sunt: totū corpus quod ex cōfusione materiarum resultat, vtriq; dominorū cōmune fit: veluti si aliqui vina sua cōfuderūt, aut massas argēti aut auri in aliquod vas cōflauerūt. Et ista sunt vera quādo eędē materiæ cōfundontur. ¶ Sed pone quòd materiæ sunt diuersæ: nunquid idē iuris est? Res. quòd sic. Si.n. diuersæ materię cōfusę fuerint, & ex illis materiis cōfusis aliqua species facta sit, veluti ex vino Petri, & melle Martini mulsum: aut ex auro Petri, & argēto Martini electrū: in hoc caso nulla dubitatio est huiusmodi speciē ex diuersarum materiarum cōfusione de voluntate dominorom factā, cōmunē esse. ¶ Sed pone quòd diuersę materię, vel materię eiusdē generis, fortuito casu, & nō interueniēte voluntate dominorum sunt cōfusæ: nunquid idē iuris erit? Resp. quòd sic. Hoc tamen intelligo, nisi materię separari possint. Si enim separari possent, secus tunc esset. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. Quòd si frumentum. Fran. de Aret.

f ¶ Si duorū. Acquiritur[d] dominiū nō solùm specificatione: vt s. e. §. cū ex aliena. & § quòd si. & accessione: vt s. eo § si tamen. sed etiā confusione. vt hic. item immixtione: vt j. proximo §. quod si frumentum.

d Dominium variis modis quæritur.

Si duarum materiæ. Confusio, aut permixtione fit, aut ferruminatione. Illa communionē ita demùm inducit, si difficilis sit materię separatio: ferruminatio nō inducit communionem: plumbatura multominus: nec enim plumbatura confusionē facit. Cęterùm si quid per applumbaturā rei alienę accedat, ad exhibēdū est actio: quia facilè replumbari potest, Est & cōdictio, vti dictum est in §. si tamen alienam vindicatio nō est Si per ferruminationem non est ad exhibendū actio: quia referruminari vix potest: est tamen cōdictio. est & in factū actio, l. in rem. §. item quæcunque. D. de rei vin. i. vtilis vindicatio. Cùm verò alia aliis per plumbaturam vel ferruminationē non accedunt, sua cuiusque res manet. l. quidquid. D. de adq. re. dom. ideòq; integra est vnicuique in rē actio: & hic igitur est actionum ordo, Vindicatio, ad exhibendum, in factum. Cuia. Institut.

g ¶ Dominorū. bene dicit, dominorū voluntate. nā si vnus dominus fecit inde speciē. i. mulsū, vel vas ex argento meo & suo: sua est iure specificationis, nō cōmunis: vt s. e. §. quòd si partī. & ff. de rei vin. l. idē Pōponius scribit, si frumentū §. ADDITIO Hoc intellige bona fide, & suo nomine: vt vidistis in §. ex alieno. s. eo. per gl. vt hic. Angel.

h ¶ Cōfusę. s. simul fusæ.

i ¶ Electrū. Genus[a] est vasis: Vel species metalli. & ad hoc est. ff. de au. & arg. le. l. pediculis. §. Neratius.

a Electrū quid sit, dic. Autem in quo quinta argenti portio est electrū vocari. Plin. lib. 33. c. 4. & li. 37. ca. 2. vbi dicit, Succinum esse. Et erat species sicut species electri.

k ¶ Idem iuris. vt sit commune, vt subiicit.

l ¶ Placuit. s. vt sit cōmune, nisi separari possit, veluti si ex ęre meo & plumbo vel argento tuo species facta sit: quibus casibus separari potest: & quilibet vindicat suum: vt ff. de rei vin. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. sed si plumbum. & ff. de acquir. rer. do. l. lacus. §. fi.

[Quòd si frumētū.] CASVS. In hoc §. dicit Iusti. quòd si frumentum Titij frumēto tuo mixtum fuerit voluntate vestra: totum illud frumētū tibi & Titio cōmune erit. nā licèt singula corpora, i. singula grana, ante mixtionem in sua substātia durant: tamē ex cōsensu vestro per mixtionē cōmunicata sunt: & hoc verū est quando fuit facta mixtio de voluntate vestra. Si tamen casu frumentum mixtum fuerit, vel si Titius nō voluntate tua id miscuit: non videtur huiusmodi frumentum per mixtionem commune esse. Singula enim grana in sua substantia remanēt: & durant in dominio eius cuius fuerant ante mixtionē. ¶ Nā in casibus istis quando fit mixtio sine dominorum voluntate, non magis intelligitur frumentum cōmone esse, quàm grex ouium cōmunis esse intelligitur, si pecora Titij tuis pecoribus permixta fuissent. vnde si totum huiusmodi frumentum retineatur à Titio, actio in rem aduersus Titium cōmpetit: & iudex qui in huiusmodi actione cognoscet, æstimabit quantum & quale tuum frumentum fuerit: & tantundem frumenti & eiusdē qualitatis vel eiusdem æstimationis tibi faciet restitui. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. cùm in suo solo. Fran. Aret.

m ¶ Quòd si frumentum. diximus quando confunduntur ita, vt separari non possint: nunc videndum est quando singula corpora in sua substantia durant: quo casu dicuntur immisceri.

n ¶ Comunicata sunt. & ideò locum habet communi diuidundo actio: vt ff. de rei vind. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. respon.

o ¶ In sua substātia durant. Sed[b] nunquid idē si nostra voluntate fuissent immixta? Videtur quòd sic. nostra enim contēplatio vel voluntas non potest mutare substantiam granorum, quin semper discreta & diuisa sint à se inuicem: quod videtur esse contra §. præcedentem. Sed respon non est mirū. aliàs enim simile reperimus. nonne tempus continuum est sui natura? cùm tempus sit mēsura motus primi mobilis: qui motus est vniformis & cōtinuus: vt dicit Aristot. in viij. physicorum. & tamen partes in ipsa contēplatione distinguimus & adsignamus. dicētes quoddā præsens, quoddā præteritum, quoddam futurum. sic in granis frumenti dicimus quod licèt eorum corpora sint discreta in suis terminis: communia tamen ea possumus facere, ita quòd aliqua non sit particula in tuo grano, quam tu nō communices mihi: nulla in meo, quam ego tibi non communicem quod non esset deficiente nostra voluntate: sicut nec in tempore distincto generarentur hæ diuersitates nostra significatione vel respectu deficiente.

b Hæc Glossa non est verisimiliter Accursij. vt quę non reperiatur in antiquis originalibus, nec de ea doct. aliquam faciūt mentionem.

p ¶ Mixta. quod sit per errorem, quo casu dominium non trāsit: vt ff. ea. de acqui. re. da. l. si procurator. Vel vt melius pascantur. & facit j. ad leg. Aquil. in prin. vbi dicit quòd gregatim pascuntur. ¶ Sed contra. ff. de solu. l. si alieni. Solu. ibi speciale[c] est in pecunia numerata, vt ibi dicitur: vt ff. si cer. pet. l. singularia.

c Quia in pecunia nō cadit affectio specialis interesse. Tantundem enim præstat ipsi vel illam rei, quàm mei. In frumento sua est specialis bonitas, vt nō sit mirum potiore casu per cōmistionem trāsferri dominiū, licèt qui cōmiscuit teneatur ob id furti, condictio sine causa.

q ¶ Frumentum. nondū bona fide consumptū: tunc enim in factū actio daretur: vt ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. si quis alienum vinum.

r ¶ Pro modo. i. mensura.

s ¶ Competit. i. quod cuilibet tantum frumētum restituatur, quā-

tum fuit suum, quando non apparet quod fuerit suũ: & hoc propter impossibilem discretionem: *vt ff. de usufruct. l. usufructuarium. §. si in vinitarie.* Si autem apparet quod cuiusque fuerit, hoc iudex æstimet: vt subiicit, secundùm Azonem. & secundùm hoc dic quale, i. quod. & sic cuilibet sua grana restituantur. 2 Vel dic proxi. respon. arbitrio autem &c. esse de eo de quo est istud, scili. quando non apparet quod fuerit suum: & hoc innuit hoc verbum, quale. nõ enim dicit, quod[a], sed quale: vt in qualitate officium vertatur & quantitate, non autem in corpore: cùm illud sit impossibile discernere. & sic probabit[b], qui dicit suũ fuisse melius. ¶ Et nota triplicẽ[c] esse differẽtiam inter hunc §. & superiorem. Species enim dicuntur misceri[d], vt *hic*: materia confundi, vt s. sed P. econtra. Itẽ hic remanet eadẽ substãtia, ibi nõ. Itẽ cõfusa fiunt communia etiam sine dominorum voluntate, *vt s. proxi. §. hic non.*

a Quod, essentiã: quale, qualitatẽ denotat.

a Probandi onus ei incumbit, qui frumẽtum suum fusum alterius commixtum, melius fuisse ait.

c Differentia huius §. ad superiorem triplex est.

d Miscentur species, confunduntur materiæ.

† Hoc limita tur reg. da. verba præteriti temporis sunt denotatiua præfecti. nã hæc seq. contra, ratione contradictionis vitãdæ. amplia etiam ad præsens: secundùm Pete. Ægi. Per.

Quòd in suo alienóve solo ædificatur, solo cedit: materia verò dominium, eius permanet cuius & antè fuerat: nisi quis sciens in alieno ædificarit: tunc enim (cùm donasse videatur) etiam diruto ædificio materiam non vindicat.

29 ¶ Cùm in suo solo[a] aliquis domum ex aliena materia ædificauerit[b], ipse intelligitur dominus ædificij: quia omne quod solo inædificatur[c], solo cedit. Nec tamen ideò is qui materiæ dominus fuerat †, desinit[d] dominus eius esse: sed tantisper[e] neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum[f] de ea re agere, propter legem duodecim Tabularum[g], qua cauetur ne quis tignum alienum ædibus suis iunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet per actionem quæ vocatur de tigno iuncto[h]. Appellatione[i] autem tigni, omnis materia[k] significatur ex qua ædificia fiunt. Quod ideo prouisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quòd si aliqua ex causa dirutum sit ædificiũ: poterit materiæ dominus si non fuerit duplum iam consecutus[l], tunc eam vindicare[m], & ad exhibendum de ea re agere.

[*Cum in suo.*] CASVS. Domine, Titi[o] in solo suo ædificauit ex materia aliena. modò quæro quis sit dominus illius ædificij: vtrum Titius, qui ædificauit, an ille qui erat dominus materiæ? Ad hoc respon. quòd Titius ædificator dominus est ædificij. Cùm enim in solo suo ex aliena materia quis ædificauerit, dominus ædificij intelligitur: & hoc ꝓpter rationẽ iuris gẽtiũ, qua dicitur Omne qđ in solo ædificatur, solo cedit. Et quãuis Titio directum dominium ædificij acquiratur: ille tamẽ qui dominus fuit materię, dominus eius non desinit esse, sed vtile dominiũ retinet. sed tamẽ quandiu materia sua iuncta est ædificio, neq; eã vindicare, neque ad exhibendum de ea agere potest: & hoc propter legẽ duodecim tabularũ, qua cauetur, ne quis tignũ alienum ædibus suis iniunctum eximere cogatur. Veruntamen domino materię eadẽ l. duodecim tabularum cõsulitur. Nã competit ei actio de tigno iuncto: cuius beneficio ab eo qui iniunxit, vel iniunctũ habet, duplũ cõsequi poterit. Sed pone quòd aliquis alienos lapides, vel trabes, vel ornamẽta in ædib. suis ponat: quid iuris erit tunc in casu isto? Ad hoc respõd. quòd idẽ iuris est, quod si alienum tignum ædibus suis iniunxisset. Appellatione enim tigni, omnis materia ex qua ędificia fieri possunt, intelligitur. Sed domine, quare ita statutum fuit in l. duodecim tabularum, ne quis cogatur eximere alienã materiam ædibus suis iniunctam? Ad hoc respon. Amice, hoc ideò statutum fuit in l. xij. tabularum, ne sit necessariũ ędificia ex aliena materia constructa rescindi, & vrbem ruinis deformari. Sed licèt durante ædificio materia vindicari nõ possit: si tamen aliquo casu dirutũ fuerit ædificium, poterit dominus materiæ materiã suam vindicare: & de ea ad exhibẽdum agere: & hoc est verũ, nisi per actionem de tigno iniuncto duplum fuerit pro materia sua cõsecutus. Et hæc dicuntur vsque ad §. Ex diuerso. Franciscus de Aret.

a ¶ *Cum in suo solo.* suum est etiam si alius habeat ibi vsumfructum: *vt j. de here. insti. §. j.* vbi proprius seruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet testator.

b ¶ *Ædificauerit.* scilicet bona fide, aliàs non: imò tignum suum vindicaret[e]. *vt ff. de rei vind. l. in rem §. tignum* arg.[f] à contrario sensu. Vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem: vt ibi not. Accur.

c ¶ *Inædificatur.* i. in ipsa terra configitur. ¶ Quid ergo de domo[g] non affixa solo? Respon. non cedit solo: *vt ff. de acquir. re. do. l. Titius.* & facit ad hanc regulam. *C. de adi. pri. l. j.* ¶ Idem in satis & plantatis, quod hic in ædificatis dicitur: *vt j. eod. §. si Titius. & §. qua ratione.* Vnde versus.

Quicquid plantatur, seritur vel inædificatur.
Omne solo cedit, radices si tamen egit.

Sed contra hanc regulam est. *ff. de re. di. l. in tantum. in prin.* Sol. illud speciale est. ADDITIO. Erat enim ibi ædificatũ in communi omnium solo quo ad vsum, & nullius quo ad proprietatem: quod ideò cedit ædificio, quia primò occupanti conceditur. Christoph.

d ¶ *Desinit.* sc. ex causa ædificationis: sed ex alia causa potest desinere: *vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. Labeo.* quæ huic regulæ figuratur contraria.

e ¶ *Tantisper.* i. interim.

f ¶ *Ad exhibendum.* s. vt eximatur, nisi mala fide fecerit: *vt ff. de rei vind. l. in rem. §. tignum. & ff. de tigno iniuncto. l. fi.* ¶ Sed tũc nõ eximit, sed in litẽ iuratur: *vt ff. de solut. l. qui res. §. fi.* quia arbitrariæ sunt istę actiones: *vt ff. de in lit. iur. l. in actionib. & j. de actio. §. præterea.*

e Et quamuis non possideat malæ fidei existens *per l. eum qui ædes ff. de vsucap.* cõuenitur tamen quia dolo desiit possidere *l. is qui dolo. ff. de rei vind.* Et vindicabitur, non quidem et æstimetur, sed et in litem iuretur, secundùm Christ. hic.

f Argumentũ à contrario sensu in iure validum est.

g Domus non affixa solo, solo non cedit.

g ¶ *Duodecim tabularum.* lex quædam fuit, de qua dic vt s. *de iure natu. §. & non ineleganter.* Accurs.

[*Ne quis tignum.*] Aut sciens tignum alienum vineis vel ædib[a] iunxit aut ignorans: si sciens[a], in duplum tenetur: præter duplum est etiã ad exhibendũ actio vel vindicatio, quasi dolo desierit possidere, & hoc apertè traditur *in l. j. §. ul. & l. ij. ff. de tig. iniũ.* Ignorãs[b] nec vindicatione tenetur, nec ad exhibendũ actione. Namque in eo cessat ille color, quasi dolo desierit possidere. sed in duplũ tenetur pro tigni pretio, in illo, legitima actio pœnalis est, in hoc pœnalis esse non videtur. ¶ An & qui sciẽs sciente domino iunxit, ita vti dictum est tenetur? Minimè gentiũ: quinimò hoc casu cessat lex xij. tab. & ad exhibendũ cõpetit actio, vt soluta tigna vindicentur. *l. de eo ff. de don. int. vir. & ux.* Est ipso iure & omni casu ad exhibendum actio ac vindicatio: ideóque scienter Decemuiri, tigna solui prohibuerunt ignorante domino inclusa, & dupli actionem pro tignis constituerunt. *l. qui res in fi. ff. de solut.* Cuiacius.

a Tignũ scienter iniungens pœna.

b Tignũ ignoranter iniũgẽs nõ tenetur rei vindicatione, nec ad exhibendum.

h ¶ *De tigno iuncto* qua[c] actione tenetur & qui iniunctũ habet, licèt non iniunxerit. & qui iniunxit, licèt non possideat: sed altero soluente alter liberatur: *vt ff. de his qui deie. vel effu. l. si verò. §. si id quod. & de fin. l. j. in fi. & quod vi aut clam. l. competit. §. fi.* ¶ Sed quid si velit magis rem reddere & eximere, quàm duplum præstare? Respon. non auditur, quia propter publicam vtilitatem hoc fuit statutum: *vt j. eo. quod ideo, &c. & ff. de ope. no. nun. l. prætor. & ff. de leg. j. l. cætera. §. si duobus.* ¶ Item nunquid hæc actio competit etiam contra eum qui bona fide iniunxit? Respon. sic, vt hic, licèt contradixerint[d] quidam. Sed contra mala fide iniungentem, alia præter hæc auxilia competunt, vt rei vindicatio, item ad exhibendum, item furtiua condictio, item hæc actio de tigno iniuncto: *vt j. de obl. §. sic itaque. & digestis de tigno iniuncto. l. j. in fi. & l. fi.* Accursius.

c Actione de tigno iniuncto qui teneantur.

d Nec obstat *l. de re. uxor. ff. de dona. inter vir. & uxo.* quia ibi inter tantum: hic verò & inter & voluntate domini refragante ędificatum fuit.

i ¶ *Appellatione.* facit *ad hoc digestis de verb. sign. leg. tigni. & digestis ad exhiben. l. gemma. l. tigni. & digestis de acq. re. do. l. adeo. §. cum in suo.* ¶ Item quod in domibus dicitur, idem dic in caupona siue domuncula, vt subiicit, quod ideo, &c. *ad hoc digestis de ver. sig. leg. vrbana prædia.* Quidam tamen contra. Item idem in vinea. *vt ff. de tigno. l. j.*

k ¶ *Materia.* vt cæmenta & lapides.

l ¶ *Consecutus.* hic est contra. *ff. de tigno iniuncto. l. fi.* Sed ibi non cum effectu fuit consecutus duplum: quia licèt exegit, non tamen percepit adhuc duplum: *vt argum. ff. de his qui deie. vel effu. l. perceptione.*

m ¶ *Vindicare.* nulla temporis præscriptione obstante in rei vindicatione: *vt ff. de rei vin. l. in rem. §. fi.* quia nec priùs agere potuit: *vt C. de an. excep. l. j. §. fi.* Aliud ergo si mala fide iniunxit: quia tunc agere potuit. Vnde xxx. an. repellitur à rei vindicatione[n]: *vt C. de præscrip. xxx. an. l. sicut.* ADDITIO. Quam commoditatem non ex sua mala fide, sed ex negligentia non petentis consequitur, aliàs esset absurdum secundùm omnes Docto. hic.

n Sic dolosi conditio melior est quàm non dolosi, quia dolosus vtitur beneficio præscriptionis, non dolosus verò nequaquam, secundũ Pet. Ægi. Pet.

[*Ex diuerso.*] CASVS. Dicit Iustin. quòd ex diuerso si quis in alieno solo ex sua materia domũ ædificauerit, dominiũ illius fit, cuius est solũ. Sed certè in hoc casu est secus quàm in prædicto. nã dominus materiæ proprietatem eius amittit: nã voluntate eius materia alienata intelligitur. & hoc est verum, si nõ ignorat se in alieno solu ædificare. & ideo licèt postea domus diruta sit, materiã tamen sua voluntate alienatã vindicare non poterit. Sed pone ꝙ ille qui in alieno solo bona fide ex sua materia ædificauit: sit in possessione illius ędificij, & dominus soli ab eo vindicet ædificiũ: quid iuris est in casu isto? Ad hoc resp. Amice, certè illud constat, ꝙ si ædificatore constituto in possessione, dominus soli petat domũ suã esse, & non soluat pretium materiæ, & mercedes fabrorũ: poterit per exceptionem doli mali repelli. & hoc verũ, si fuerit bonæ fidei possessor. Nã aliàs si ipse contra dominũ vindicantẽ excipiat: dominus contra eius exceptionem ope replicationis iuuabitur: Scienti enim alienum fundum esse, propria culpa obiici potest: videlicet quòd temerè ædificauit in eo solo quod intellexit alienum esse: & ideò beneficium retentionis non habebit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. si Titius. Franc. de Aret.

Intelligitur

a ¶ *Intelligitur*. sic *C. de adi. priua. l. si is contra quem*. Accur.

b ¶ *Non potest*. quæ alienata est, non potest vindicari. Sed contra. *C. de rei vind. l. ij. in fi.* Sed ibi[a] es aliena materia, & in alieno ædificauit: hic de sua in alieno. ¶ Quare dic, aut de mea materia, & in meo ædificio: & rone planum est, aut de aliena in meo: *vt §. proxi.* §. *aut de mea in alieno*: *vt hic. at de aliena in alieno*: vt in dicta l. contraria continetur.

a Ædificari potest quadrupliciter, hoc est ex materia aliena in alieno, de mea in alieno, de mea in meo, de aliena in meo.

30 ¶ Ex diuerso si quis in alieno solo ex sua materia domũ ædificauerit: illius fit domus, cui[a] & solũ est. Sed hoc casũ materiæ dominus proprietatẽ eius amittit: quia volũtate eius intelligitur[a] esse alienata: vtiq; si nõ ignorabat se in alieno solo ædificare. & ideò licèt diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest[b].

Possidẽs fundũ alienum, in quo bona fide ædificauit, potest expẽsas ædificij ope exceptionis retinere. Aretin.

Certè illud cõstat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domũ suam esse, nec soluat pretium materiæ, & mercedes fabrorũ[c], posse eũ per exceptionẽ[d] doli mali repelli: vtiq; si bonæ fidei[e] possessor fuerit q ædificauit. Nã scienti alienũ solũ esse, potest obijci culpa, q ædificauerit[f] temerè in eo solo quod intelligebat alienum esse.

Plantata & sata eius fiunt, in cuius solo seruntur, aut plantantur, modo radices immiserint: bona fide tamen alienum conserens fundum, doli mali exceptione opposita, sumptus, si quos fecerit, consequetur.

c ¶ *Fabrorum*. i. magistrorum de lignamine, vel murorum, *sic ff. de eo quod cer. loc. l. ij. §. item Iulian.*

d ¶ *Per exceptionẽ*. quæ locum habet vbicunque æquũ sit exceptionem locum habere, siue alia competat, siue non: *vt ff. de excep. do. l. ij. §. & generaliter. & ar. j. eo. § litera.*

Per exceptionẽ doli. ¶ Ex hac quidẽ via seruãtur impẽsæ, non per actionẽ. *l. Paulus. D. de excep. do. l. ij. C. Gregor. de rei vĩd.* sed tamen si per errorẽ sine deductione fundũ restituerit, incerti cõdictio est, i. possessionis, *vt in l. qui excep. §. si pars. D. de cõd. ind. l. heres. D. ad Treb.* Certi cõdictio non est: de qua accipienda est. *l. si in area. D. de cond. ind.* nãque an ideò condictionẽ non cõpetere. quòd res facta accipiẽtis non fuerit. quæ ratio nõ excludit condictionẽ incerti. De cõdictione certi accipienda etiã est. *l. ex quibus eod. ti.* & de retentione facti non iniis: nam ea quibus causis retentionẽ ipso iure habemus, petitionem non habemus, ea si solnerimus, certi condictio est. *l. sumus quem. D. de act. empt. l. quod dicitur. §. vlt. D. de impen. in reb. dot.* ¶ At vbi retentionem eam in qua factum versatur, habemus, & cõdictionem retentionis habemus. Vbi petitionem non habemus, nec repetitionem habemus, i. certi condictionem. Cuiac.

e ¶ *Bona fidei*. s. ab initio & ex postfacto cùm ædificauit. nã si antequã ædificet, sit bonæ fidei: & cùm ædificat, malæ fidei sit: eligitur quædã media via: ita vt neq; vt malæ fidei puniatur: neque vt bonæ fidei expensas conseruet: quia permittitur abrasio: *vt ff. de rei vin. l. Iulian. lib. xiij. Digestorum scribit*, si in aliena, quæ est huic contraria. & facit *ad hoc ff. de mo. l. intra vtile. §. vendebatur*.

f ¶ *Ædificauerit*. cùm de nouo ædificat ¶ Et vt[b] hæc plenè sciãtur, dic, dũ impẽdi in rẽ alienã, aut suo, aut meo nomine. Primo casu loquitur ille titu. *de nego. gest. & ff. & C. eo. ti.* Si meo: tunc aut fructuum gratia, & tunc ex fructibus deducitur, alias nullus fructus intelligitur: *vt ff. solu. ma. l. fructus. & ff. fa. er. l. fundus. qui*[c]. Aut causa rei seruandæ, & tunc aut de nouo faciendo, aut non. ¶ Primo casu si bona fide, habeo exceptionẽ, non actionẽ: secundùm Io. vts. *proxi. §. & ff. de condi. inde. l. si in area & ff. de do. ma. excep. l. Paulus.* ¶ Sed M. etiam actionem dabat. & est pro eo. *ff. de pet. her. l. hereditas. §. j. & ff. si pars her. pet. l. fi. & C. de rei vind. l. ij. & l. domum.* Sed ibi ipso gestu negotium fuit hereditarium: quod necesse habuit facere, vnde actionẽ dabat. Sed Io. contra, vt dictum est. & facit etiam pro eo, *ff. de rei vind. l. sumptus. & ff. de act. empt. l. idemque. & ff. de pet. here. l. plane*[d]. Si verò mala fide, tunc nec excipiẽdo, nec agendo conseruo, vt hic. nam neminem mihi potui obligare: *vt ff. communi di. l. in hoc iudicium*. secundùm Io. sed M. etiam dabat negotiorũ gest. actionem, *vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis.* Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo facit. *C. de rei vind. l. ij.* Sed ibi loquitur quando ex aliena materia & in alieno impenditur: vt ibi plenè notatur. Si verò in reficiendo, aut bona fide: & tũc necessarias & vtiles per doli exceptionem, voluptarias per abrasionẽ seruamus, nisi dominus vellet tãtùm dare, quãtũ posset habere his ablatis & corrasis: *vt ff. de rei vind. l. in fundo.* ¶ Si verò mala fide, necessarias per officiũ iudicis. cùm tamẽ possideo: vtiles per abrasionẽ conseruo voluptarias nullo modo: *vt C. de rei vind. l. domum.* Hinc est quod dixit Bul. hic q expensas repetã quandoque per a. id est per Institut.

b Impensæ in alienis negotijs factæ qualiter recuperentur.

c Sit tamẽ deductio secundum Angel. quia per pet. hered. malæ fidei possessor non deducit expẽsas si fructus nõ extãt: sed bonæ fidei sic.

d Si tamen ius in re vel causam habeat à domino, vt est emphyteuta, colonus & similes, repetit: nisi probetur quòd animo donandi fecerit, secundum Ange. hic. Expensas repetit per a, e, & o. id est per actionem, exceptionem & officium iudicis.

actionem: *vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. § sed & si quis.* Item per e. i. per exceptionẽ. vt hic. Itẽ & per o. i. per officiũ iudicis: *vt per l. C. de rei vend. l. domum.* vt modò diximus. Et hæc in rei vindi. locum habent. In petitione verò hereditatis bonæ fidei possessor seruat omnes: at malæ fidei possessor necessarias & vtiles per officiũ iudicis, alias per exceptionẽ doli re exsistẽte meliori, in qua factæ sunt: voluptarias verò abradit: *vt ff. de pe. hered. l. plane in cæteris.*

31 ¶ Si Titius alienã plantã in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso si Titius suã plantã in Mæuij solo posuerit, Mæuij plãta erit, si modò vtroque casu radices egerit: antequã enim radices egerit, eius permanet, cuius fuerat†. Adeò autẽ ex eo tẽpore quo radices egerit plãta, proprietas eius cõmutatur[g], vt si vicini arbor ita terrã Titij presserit, vt in eius fundum radices[h] egerit, Titij effici arborem dicamus[i]. ratio[k] enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quàm cuius in fundũ radices egerit. Et ideò prope confinium arbor posita, si etiã in vicini fundũ radices[l] egerit, cõmunis fit.

† Ideóque directò vindicari potest: superiore casu vtiliter. Cuia.

[*Si Titius.*] CASVS. Domine, Titius eradicauit plantã Mæuij: & illam in suo plantauit. modò quæro à vobis, quis cẽsetur dominus illi[a] plãtæ? Ad hoc resp. Si Titius plantã Mæuij in solo suo plãtauerit, ipsius Titij plãta efficitur. Et similiter in casu cõuerso, si Titius suã plãtam in solo vicini plãtauerit, dominiũ plantæ vicino acquisitũ intelligit. ¶ Et hoc est verum in vtroq; casu si planta radices egerit. Nã ante emissionẽ radicũ, eius permanet, cuius antea fuerat. In tãtũ autẽ ex eo tẽpore ex quo plãta radices emisit, proprietas ipsius plãtæ trãsfert: vt si arbor Mæuij in terrã Titij radices egerit, arbor per emissionem radicũ intelligatur esse Titij. Ratio enim naturalis non permittit, vt arbor alterius esse dicatur, quã eius in cuius fundũ radices egerit. vnde arbor prope cõfiniũ duorũ fundorũ posita, si in vicini agri fundũ radices emiserit, per emissionẽ radicũ cõmunis erit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. qua ratione.

32 ¶ Qua ratione autẽ plãtæ quæ terræ coalescunt, solo cedunt[m]: eadẽ ratione frumẽta quoq; quæ sata sunt, solo cedere intelligũtur. Cæterũ sicut is qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificiũ, defendi potest p exceptionẽ doli mali, secũdum ea quæ diximus[n]: ita eiusdẽ exceptionis auxilio tutus esse potest is qui alienum fundum sua impensa bona fide conseuit[o].

g ¶ *Cõmutatur*. Sed videtur nõ cõmutari, cũ primo domino rei vindetur. *vt ff. de rei vin. l. si frumẽtum.*[a] *§. de arbore. quæ est cõtra.* Sol. licèt ibi dicant Varus & Nerua, Damus: nõ tamẽ sequitur, ergo nos damos. Vel damus de æstimatione, sed nõ de plãta: vt diximus *s. e. §. planè si longioris temporis*. ADDITIO. Et hæc vltima communiter approbatur per *l. in rem. § item quæcunque ff. de rei vin.* Christoph.

a Hodie incipit, idem Pompon. scribit si frumentum.

h ¶ *Radices*. omnes, vt differat à sequenti.

i ¶ *Dicamus*. imò videtur eius, in cuius fundo originem duxit: *vt ff. ar. fur. cæ. l. si plures §. fi.* Sol. hæc corrigit illam[b]. 2 Vel dic, ibi potetat viuere arbor ex fundo. j. his non. 3 Vel efficitur[c]. Titij pro parte. s. vt hic: non in totum, vt ibi.

b Dic hoc teneri quia legũ correctio est euitãda. Ang.

c Hoc est verius tenet Gl. in d. § fine secundum Ang.

k ¶ *Ratio*. fac. *ff. de acq. re. do. l. adeo in fi. & l. seq. & l. qua ratione.*

l *Radices* pro parte.

[*Qua ratione.*] CASVS. Domine, Titius seminauit frumentũ suum in solo vicini, modò quæro quis intelligitur esse dominus illius frumẽti? Ad hoc resp. Amice, eadẽ ratione qua diximus q plantæ quæ in solo alteri[a] radices egerũt, solo cedũt: eadẽ ratione frumẽta quæ in alterius solo seminata sunt: solo cedere intelliguntur: & p cõsequẽs domino soli iure accessionis acquirũtur. & sicut s. diximus q ille qui in alieno solo ædificauit, si domi[o] soli ab eo vindicet ædificiũ, tueri se poterit aduersũ dominũ vindicãtẽ p exceptionẽ doli mali, nisi pretiũ materiæ & impẽsas in ædificio factas dominus paratus sit ei refundere: ita q in alieno fundo bona fide suis impẽsis seminauit: si domi[o] fũdi ab eo vindicet frumẽtũ, eiusdẽ exceptionis auxilio tutus esse poterit: & hæc dicũt vsq; ad illũ §. Literæ quoq;, cuius casus planus est, vsq; ad illũ §. si quis. Franc.

m ¶ *Solo cedunt*. vt *s. proxi. §.*

n ¶ *Diximus s. e. § certè.* ¶ Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fũdo seminauit. cõtra quẽ agã. Resp. cõtra seminãtẽ nõ: quia nõ possidet, nec dolo fecit quo mi[o] possideret. Itẽ nec cõtra possidẽtẽ quia eius facto nihil actũ est. Sed tamẽ dic eũ teneri instar tigni iniũcti, qui tenetur etiã si positũ ab alio habeat, vel teneat: vt diximus. *s. eod. §. cùm in suo per l. ff. de his qui deie. vel effu. l. si verò. §. fi. d quod positum.* Et eadem[d] quæstio fit in plantis: & eodem modo soluitur: cùm sit ratio similis: *vt ff. mand. l. Lucius. §. j. in fine.*

d Intellige iustam hanc Gl. in bona fide seminante, & in eo qui seminarũ habet bonæ fide, secundùm Fab. Ægid. Pers.

o ¶ *Conseuit*. i. plantauit vel seminauit.

a ¶ *Chartis*. vt de bombyce: vt sunt hæ quæ de Pisis veniunt. Acc.
b ¶ *Membranisue*. quæ in membris animalium eripiuntur.
c ¶ *Solo*. vt ℑ. eo. §. *cum in suo*.
d ¶ *Carmen*. metricè.
e ¶ *Historiam*. noui & veteris testamenti. idem dicā in fabula vel Romancia, vel quolibet libro prosaico.
f ¶ *Orationem*: ad Deū, vel ad populum, vel ad principem.
g ¶ *Corporis*. i. libri.
h ¶ *Non Titius*. s. scriptor bonæ fidei.
i ¶ *Petas*. directa in rem.
k ¶ *Bona fide*. si autem mala, laborem donasse videtur: *vt* ℑ. *eod*. §. *certe*. ¶ Sed nunquid actionem scriptor habet reddito libro[a]? Respond. sic, si bonam fidem habuit, actionem dicit. s. in factum: *vt ff. de rei vend. l. in rem*. §. *item si quæcunque*. si malam fidem habuit, non habet actionem: quia nec exceptionem habet, vt hic. ¶ Sed cùm hodie pretiosior sit scriptura, quàm charta, nunquid mutatur hoc? Respondent quidā, vt Azo, quòd sic: nos quòd non[b], *ar. Cod. de testa. l. sancimus. & C. de appellationibus. l. præcipimus. in fin.*

Scriptura quantumuis pretiosa cedit supposita chartæ: tabula tamen picturæ superimposita cedit.

33 ¶ Literæ quoque licèt aureæ sint, perinde chartis[a] membranísve[b] cedūt, ac solo[c] cedere solent ea quæ inędificantur, aut inseruntur. ideóque si in chartis membranísve tuis carmen[d], vel historiam[e], vel orationem[f] Titius scripserit: huius corporis[g] non Titius[h] sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas[i] tuos libros, tuásve membranas, nec impensas scripturæ soluere paratus sis: poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique si earum chartarum membranarúmve possessionem bona fide[k] nactus est.

34 ¶ Si quis in aliena tabula pinxerit[l], quidam putant tabulam[m] picturæ cedere: aliis videtur, picturam, qualiscunque sit, tabulæ cedere[n]. sed nobis videtur melius esse tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim, picturam Apellis[o] vel Parrhasij in accessioné vilissimæ tabulæ cedere. Vnde si à domino tabulæ imaginem possidēte, is qui pinxit eá petat[p], nec soluat pretium tabulæ: poterit per exceptioné doli mali submoueri. At si is qui pinxit, eam possideat, cósequens est vt vtilis actio[q] domino tabulæ aduersus eum detur. quo casu si non soluat impēsam picturæ, poterit per exceptioné doli mali repelli: vtique si bonę fidei possessor fuerit ille qui picturá imposuit[r]. Illud auté palàm est, quòd siue is qui pinxit, surripuit[s] tabulas, siue alius[t] competit domino tabularum[u] furti actio.

Titulo & bona fide alienum fundum possidens, perceptos fructus suos facit: mala fidei verò possessor etiam consumptos restituit.

3 ¶ Si quis à non domino, qué dominum esse crediderit, bona fide[x] fundum emerit, vel ex donatione, aliáve qualibet iusta[y] causa æquè bona fide acceperit: naturali ratione[z] placuit, fructus[a] quos percepit, eius esse pro cultura[b] & cura[c]. Et ideò si postea dominus superuenerit, & fundum vindicet: de fructibus ab eo consumptis agere nō potest[d]. Ei verò qui alienū fundum

l ¶ *Pinxerit*. siue bona fide, siue mala fide, secundùm Pla. nos cótra. quia bona fide: *vt* ℑ. *eo*. §. *ibi. vtique*, &c.
m ¶ *Tabulam*. quid si in marmore? Respond. contra seruari fortè. Arg. tamen contra. ℑ. *de testa*. §. *penul*. ADDITIO. Sed ibi loquitur in re separabili à materia, hic secus. Et ideò non actionem, sed exceptionem habet per istum textum.
n ¶ *Cedere*. contra *ff. de rei vin. l. in rem*. §. *sed id quod in charta*. Solu. hæc corrigit illam. Vel distingue[e] an pretiosior sit illa scriptura, quàm tabula: secundùm P. qui ait locum habere quod hic dicitur, si pictus est homo, non vrsus. bono[d] colore, non atramento. ADDITIO. Dic quòd glo. bene loquitur in hoc: sed malè in eo quòd dicit de vrso: quia depictum semper exornat materiam, modò sit honestum, secundùm Chri. hic.
o ¶ *Apellis vel Parrhasij*[e]. propria nomina pictorum.
p ¶ *Eam petat*. sc. directa rei vindicatione: *vt ff. de acquir. re. do. l. qua ratione*. §. *sed non vt litera*. secundùm Azonem.
q ¶ *Vtilis actio*. in rem, non directa: quia desinit dominus esse. & sic est mirabile, q nō dominus à domino vindicat. sic contingit aliàs in Publiciana in quibusdam casibus, *vt no.* ℑ. *de action*. §. *alia*.
r ¶ *Imposuit*. hoc mirabile cótingit hic, quòd conditio[f] possidentis est deterior, quàm petentis: aliàs contra: vt ℑ. *de interdict*. §. *commodu*. sic & aliàs *ff. de noxa. l. si quis à minus. & ff. si ex noxa. cau. agatur. l. j. in fi. & l. q. & ff. de petit. heredita. l. cum idem*. Sed ad hoc respon. quòd in causa noxali esse poterit, quòd secundò agens non probabit. Itē in petitione hereditatis si bona iura habuit in vincendo, hæc eadem habuit in defendendo. & sic nō est eorum conditio deterior. Item cùm hic habeat actioné pictor, si non possideat: multò magis exceptioné debet habere soluto pretio. *vt ff. de superficiebus. l. j.* §. *quod autem. & ff. de regulis iuris. l. cum domus*. ¶ Sed nunquid domino quondam tabulæ, eidē cóceditur si possideat, si pretium picturæ soluat? Respondit Rom. q sic: cū sibi actio detur. Ego contra: vt sit differentia inter dominū & pictoré. ¶ Itē quis præfertur si ambo contra extraneum possidentem agant? Respon. is qui directam habet actionem, i. pictor, secundùm Ioannem. ¶ Sed nunquid si tabula fuerit abrasa, remanet pictoris? Respon. sic: *vt ff. de rei vind. l. in rem*. §. *item quæcunque. versi. & quod semel*. ¶ Sed quare aliud in picturis, quàm in scripturis? Respon. quia[g] pictura[h] pretiosior est quàm scriptura, secundùm Ioan.
s ¶ *Surripuit*. antequàm pingeret.
t ¶ *Alius*. post picturam.
u ¶ *Tabularū*. etiā, subaudi. oam & pictori cótra extraneum furé datur, secundū Azonem. a Vel melius (vt mihi videtur) hic loquitur quádo fuit subrepta antequá esset picta. sed etiam contra dominū tabulæ sibi surripienté posset dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta, vt ℑ. *de oblig. quæ ex delict. nasc.* §. *aliquādo*.

[*Si quis &c.*] CASVS. In hoc §. dicit Iustinia. quòd si emerit aliquis fundum bon. fid. à non domino, qué tamen ipse crediderit dominū esse, vel causa donationis, vel qualibet alia iusta causa, quæ ad dominij translationem sufficiat, & bona fid. accipiat iure gentium, quod naturali ratione introductum est, fructus quos inde receperit, pro cultura suos facit. vnde verus dominus si postea vindicat ab eo fundum, qui eú emerit: de fructibus ab eo consumptis aduersus eum agere non poterit. secus est in malæ fidei possessore. ¶ Nam ille qui sciens alienum fundum possederit, fructus suos non facit. vnde si dominus fundi ab eo fundum vindicauerit: non solùm fundum, sed etiam fructus cum fundo, licèt ab eo cósumpti sint, cogitur domino restituere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. is verb.

x ¶ *Bona fide*. quæ in initio exigitur, scilicet vt credat sibi dantem habere ius distrahendi: *vt ff. de vsur. l. qui scit*. §. *finali*[a]. Nec obstat quod est *ff. de acqui. rerum do. l. bonæ fidei*. §. *in contrarium*. quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.
y ¶ ¶ *Iusta*. cùm multæ sint causæ siue tituli acquirendi: *vt in ff. colligitur in variis titulis, sub titu. de vsucap. vsque ad titu. de re iudic.* idem tamen & si titulum non habeat: *vt arg. ff. finium regun. l. iiij*. §. *post litem. versi. sed ante*.
z ¶ *Naturali ratione*. i. iure gentium, de quo loquitur hic titu. cui naturalis insita ratio est.
a ¶ *Fructus*. sci. industriales[b] aliud in naturalibus. *vt ff. de vsur. l. fructus. Nec obstat. ff. de acquirend. rerum domin. l. bonæ fidei. in princip.* Quod enim ibi dicit omnes, exponitur siue facto possessoris, siue alterius percepti, industriales tamen: *vt ff. de vsur. l. qui scit*. §. *præterea*. ¶ Sed naturalibus fructibus consumptis, an teneatur possessor? Respondetur. Non tenetur possessor rei vindicatione. quia non possidet, nec dolo desiit possidere: sed condictione sine causa tenetur inquantum locupletior est. *argum. ff. si certum petatur. l. si & me*.

ADDITIO. Sed si non sit effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæ fidei. Angelus.

Pro cultura & cura. Plus est cura quàm cultura: nam & fructus pecorum curari dicuntur *l. fructus*. §. *non solum. solut. mat.* Bene autem, pro cultura & cura: nam fructus, qui per se nascuntur, bonæ fidei possessoris non sunt *l. fructus. de vsur.* interim quidem sunt eius. *l. bona fidei de acquir. rer. domin.* id est quandiu res euicta non fuerit. Re euicta nisi eos vsuceperit, eorum nomine tenetur. Sic ab eo tempore fructus percepti quo possessor cognouit rem alienam esse, eius interim sunt *l. qui scit*. §. *vlt. de vsur.* at si exitum finémque iudicij inspicias, eius non sunt, quem Pomponius in vtraque specie potissimùm inspexit. *l. fructus. l. bonæ fidei Pomp.* verendum. Cuiacius.

b ¶ *Pro cultura*. vt segetes.
c ¶ *Et cura*. vt lac, & pilus, & lana.
d ¶ *Non potest*. nec ad pretium: *vt* ℑ. *de offic. iudic*. §. *si hereditas. versi. si verò. & ff. finium regundorum. l. iiij*. §. *post litem. versic. sed ante*. ¶ Si tamen extant, non rei vindicatione, quia percipientis sunt, sed officio iudicis tenetur reddere: *vt Codice de rei vindic. l. certum*. §. *bona fide*.

a Si autem sit scriptor ad mercedem & sibi de suo labore non satisfiat: potest retinere quin teneatur: vt Gl. in l. si non sortē. §. si centum. & ibi Barto. & Bal. de condi. indeb. & Cyn. & doct. in l. si C. commoda. Ang.

b Et bene secundum Angel. hic per istum text.

c Hæc verisimilior nam tā in pictura quàm in scriptura inspicitur quod est pretiosius secūdùm Ang. Ægid. Bar.

d Bene loquitur de colore & atramento, sed de homine & vrso nō: quia non est quærendum quid sit pictū, modò sit honestum secūdùm Fab. Ægid. Petr.

e Apellis & Parrhasij meminit Pli. lib. nat. histo. 35. c. 10. & aliis aliis locis.

f Possidentis conditio interdum non deterior actoris deterior.

g Hæc ratio non videtur perpetua quia scriptura pretiosior esse potest & carior secūdùm Fab.

h Pictura pretiosior est scriptura, vt hic, vide tamen quæ tunc dixi. §

a Dic hoc verum in aliis contractibus præterquàm in emptionibus, quia in illis requiritur quod duobus temporibus habeat bonā fidem. videlicet tempore contractus, & tempore traditionis: vt ff. pro empto. l. 2. ff pro empto. & quæ sit ratio differentiæ, ibi no. Ang.

b Fructus industriales qui nō proueniunt sine hominis industria, vt vinum, oleum, frumentum. Naturales verò, qui ipsa natura proueniunt, vt poma, fœnum.

a ¶ *Non idem.* vt faciat fructus suos.
b ¶ *Cogitur restituere* distingue tamen: quia si habet titulum malę fidei possessor, de consumptis condictione sine[a] causa: de extantibus rei vindicatione tenetur, de percipiendis propter titulũ excusatur: *vt C. de rei vindi. l. si fundum.* nisi in quatuor casibus. ¶ Primò quando emit ab eo quem scit vendere in fraudem creditorum: *vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hanc.* Secũdò quando emit ab eo qui metu compulsus est, *vt ff. quod met. caus. l. sed & partum.* Tertiò quando emit contra interdicta legũ sciens: *vt C. de agri. & censi. l. quemadmodum libro xj.* Item in quarto, scilicet quando emit à fisco non solenniter vendente: *vt C. de fide instru. & iur. hasta fisc. leg. j.*[b] Isti quatuor casus etiam not *ff. quod me. cau. l. sed & partum. & l. si fundum. Codic. de rei vindicatione.* Si non habet titulum, de consumptis condictione sine causa de extantib. rei vindicatione: *vt C. de condic. ex lege. l. pe. & Cod. de rei vindic. l. si fundum.* de percipiendis officio iudicis. *ff. de rei vindicatione. leg. l. si nauis. §. fin.*

a Códictio sine causa competit quotiens aliquid est vel fuit apud te sine causa, quod mea interest habere *ff. de condi. sine causa per totũ.* Agi. Pers.

b Hoc procedit, quia ille emit circũscripta solennitate iuris, secundũ Christoph.

sciens possederit, non idem[a] cõcessum est: itaque cum fundo etiam fructus, licèt consumpti sint, cogitur restituere[b].

Fructus à solo separati, fructuarÿ fiunt: non etiam pendentes: ideo nondum perceptos ad heredes non transfert.

36 ¶ Is verò ad quem vsusfructus fundi pertinet, non aliter fructuũ dominus efficitur, quàm si ipse[c] eos perceperit. Et ideo licèt maturis fructibus, nõdum tamen perceptis[d] decesserit: ad heredes eius non pertinent, sed domino[e] proprietatis acquiruntur. Eadem ferè & de colono[f] dicuntur.

Fœtus, lac, pilus, & lana, sunt in fructu pecudum: partus verò ancillæ non dicitur in fructu: & ideò non pertinet ad fructuarium ancillæ. Aretinus.

37 ¶ In pecudum fructu etiam fœtus[g] est: sicut lac, pilus[h], & lana. itaque agni, hœdi, & vituli & equuli, & suculi[i] statim naturali[k] iure dominij fructuarij sunt. Partus verò ancillæ in fructu non est: itaque ad dominum proprietatis pertinet[l]. Absurdum[m] enim videbatur, hominem in fructu[n] esse

[*Is verò.*] CASVS. Domine, Titius habet vsumfructum in vniuersitate fundi: modò quæro à vobis, quando Titius vsufructuarius dominus fructuũ esse intelligatur? Ad hoc respon. Amice, iste ad quem vsusfructus pertinet: non aliter dominus fructuum effici intelligitur, quàm cùm huiusmodi fructus ipse perceperit, & in horreo suo reposuerit: & ideò si vsufructuarius maturis fructibus, & à solo separatis, nondũ tamẽ in horreo suo repositis decesserit: ad heredem suum huiusmodi fructus nõ transmittit: sed domino proprietatis morte vsufructuarij acquiruntur. Et quæ de vsufructuario diximus, eadem ferè & de colono qui nummis colit, intelliguntur. Sed pone quòd aliquis habeat vsumfructum in oue, vel in capra, vel in equo, vel in vacca: modò quæro quid intelligitur esse in huiusmodi vsufructu. Ad hoc resp. Amice, in pecudum fructu etiam fœtus est: sicut lac, & pilus, & lana. vnde dico tibi, quòd agni, hœdi, & suculi, & equuli statim cùm editi fuerint, naturali iure in dominio vsufructuarij esse intelliguntur. sed secus est in eo qui habet vsumfructum ancillæ quia ad dominum proprietatis pertinet. Sed domine, pro Deo quare non fuit statutum partum ancillarum esse in vsufruct. sicut fœtos pecorum? Ad hoc respon. Amice, optima ratione hoc statutum fuit. Absurdũ enim videbatur hominẽ in fructu esse: cùm omnes fructus hominis gratia ipse Deus adinuenerit. Sed si aliquis vsumfructum gregis habeat, & aliqua ouis perierit, vsufructuarius in locũ demortuorũ animalium ex fœtu submittere debet, & ita Iuliano visum est. Et similiter qui habet vsumfructum vinearũ vel arborũ, aliàs substituere debet. Rectè enim colere debet fructuarius, & quasi bonus paterfamilias vti. ¶ Et hæc dicuntur vsque ad illum §. thesauros in quo Iustinia. determinat qualiter per inuentionem dominium acquiritur de iure gen. & casus planus est vsque ad illum §. per traditionem. Fran.

c ¶ *Ipse.* alio enim percipiente non fiunt sui[c], sed fiunt bonæ fidei possessoris etiam si eos alius percipiat: *vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea.* vel aliter si ipse percepit, non etiam heres eius. nec enim ad heredem transmittit. Accursius.

d ¶ *Perceptis.* vt si in horreo repositi[d] sunt, facit suos fructuarius: sed bonæ fidei possessor statim vt à solo separati sunt: *vt ff. quib. mo. vsusfruct. amit. l. si vsufructuarius.* Est & alia differentia: quia fructuarius facit suos naturales fructus bonæ fidei possessor non: *vt ff. de vsufru. l. vsufructu legato. & de vsur. l. fructus.*

a Et est ratio, quia vsufructuarius admĩnistrationem facti desiderat, *vt l. 1. ff. quando dies vsusfru. leg. ced.* nec sola naturalis possessio quã habet sufficit ad acquisitionem sine separatione nomine suo facta secundùm Ang.

d Idẽ est si nõ essent in horreo, sed tamẽ essent plenè recepti, vt quia excussi à spicis, secundùm Pot. Ægid. Pers.

Institut.

e ¶ *Domino.* Sed per quam actionem? Respon. per rei vindicationem, cùm dominus sit. vel condictione ex hac lege.
f ¶ *De colono.* qui[a] nummis colit. nã omnes fructus facit suos vt vsufructuarius: sed differunt, quia colonus talis facit fructus suos statim vt à solo decerpti sunt: *vt ff. de fur. l. si apes. §. fina.* secus in vsufructuario, vt hic dicitur vel dicas de partiariis.[b] *vt ff. loc. & cond. l. cum in plures. §. messem.* secundùm Azo. Item dicit ferè, propter aliud: quia colonus transmittit ad heredẽ: *vt ꝫ de loca. & condu. §. fi.* sed fructuarius non, vt hic.

a Colonus qui sub certa annua mercede pecunia numerata agros suscepit colendos.

b Partiarij sũt, qui terram colunt pro parte dimidia vel tertia vel alia, secundùm sectionem terræ, aut sterilitatem.

cum omnes fructus rerum[o] natura gratia hominis comparauerit.

Debet vsufructuarius gregis de fœtibus submittere in locũ demortuorum, & similiter arbores & vites in locum demortuarum. Aretinus.

38 ¶ Sed si gregis[p] vsumfructũ quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu[q] fructuarius submittere[r] debet (vt & Iuliano visum est) & in vinearum demortuarum vel arborum locum aliàs debet substituere. Rectè enim colere, & quasi bonus paterfamiliàs vti debet.

Thesaurus vel in suo, vel in religioso, vel in sacro loco inuentus efficitur inuentoris: in alieno verò casu fortuitò inuentus, solùm pro dimidia efficitur inuentoris, & domini soli pro alia dimidia. Aretinus.

39 ¶ Thesauros[f], quos quis in loco[t] suo[u] inuenerit, diuus Hadrianus naturalem æquitatem secutus, ei concessit, qui eos inuenerit. Idémque statuit, si quis in sacro aut religioso[x] loco fortuito casu[y] inuenerit. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera[z], sed fortuitu inuenerit: dimidium domino[a] soli con-

g ¶ *Fœtus*, quasi dicat ita fœtus sicut, &c.
h ¶ *Pilus.* buius vel etiam caprarum ad horriam sellatum.
i ¶ *Et suculi.* i. parui sues.
k ¶ *Naturali.* i. gẽtium, de quo loquitur ꝫ. eo. §. singulorum.
l ¶ *Pertinet.* quantum ad plenam proprietatem: nisi etiã & in partu sit vsusfruc. legatus *vt ff. de vsufru. l. vetus.*
m ¶ *Absurdum.* sic *ff. de vsuris. l. in pecudum.*
n ¶ *In fructu.* scilicet vt ipse sit fructus: sed tamen in eo relinquitur vsusfructus.
o ¶ *Rerum natura.* id est Deus. *sic supra de iur. nat. in princip.* vnde dicitur apud Ouidium, Pronáque cùm spectent animantia cætera terram: Os homini sublime dedit, cœlúmque videre, Iussit; & erectos ad sydera tollere vultus. *Sic ff. de ædil. edic. leg. insussime. & ff. de furt. leg. qui vas. §. ex furtiuis. & ff. de peti. here. leg. ancillarum.*

p ¶ *Gregis.* grex est numerus x. ouium, vel quinque porcorum simul & congregatim consistentium[c]: *vt ff. de abigeis l. oues. & facit ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. tertium*
q ¶ *Ex fœtu.* Aliunde enim non submittit, secundùm quosdam. vel fortè submittet etiam aliunde. *arg. ff. de vsufruct. l. quid ergo. § sed quòd dicitur. in fi.* ADDITIO. Hæc glos. communiter approbatur, vt non solùm ex fœtu aliarum suppleat capita: sed etiam opus habeat aliunde quærere, & supplere. Christophu. & Ange.
r ¶ *Submittere.* quæ submissio non fit si in singulis capitib. sit vsusfr. *vt ff. eo. de vsufruct. l. quid ergo. § sed quod dicitur in fin.*
f ¶ *Thesauros.* Est autem thesaurus, pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: *vt Codice de thesauris. l. j. li. x. in prin.* Vel depositio pecuniæ cuius memoria non extat: *vt ff. de acquir. rerum dom. l. nunquam. §. thesaurus.* quandoque impropriè dicitur: *vt ff. de acquir. possess. l. peregrè. in princip. & ff. ad exhi. l. thesaurum.*
t ¶ *Loco.* aliàs solo.
u ¶ *Suo.* iure directo vel vtili: vt feudatarius vel emphyteuticarius, vel similes[d] licèt Placan. aliud dixerit in his. ¶ Quid si mercenarius[e] dum laborat in alieno, vel creditor in pignore inuenit thesaurum? Respõ. dimidium eius est, in cuius fundo inueniunt[f]: & dimidium sibi acquirunt: *vt ff. de acqui. re. do. leg. si is qui. §. quòd si creditor.*
x ¶ *Religioso.* *vt ff. de iure fisci. l. iij. § si in locis.* contra. Sol. hic corrigit secundùm B. vel hic secundùm naturalem rationem, vt patet in litera ibi secundùm ciuilem rationem, quæ præualet: sicut in vsucapione contingit, secundùm Ioan.
y ¶ *Fortuito casu.* Casus est inopinatæ rei euentus ex diuersis causis prouenens ob aliud & aliud inceptis.
z ¶ *Non data ad hoc opera.* aliàs totum domino redditur. In suo tamen loco potest operam date, non tamen magica arte, aliàs esset fisci: *vt C de thesau. l. vnica. lib. x.* Accur.
a ¶ *Domino.* sed per quam actionẽ? Respon. per rei vindicationẽ, *& Ang.*

c Item decem homines constituunt populum vel turbã: tres collegiũ: duo congregationẽ, & ciuitatem: vt c. i. extra de electio. secundũm Christoph. Et decem homines faciunt turbam. *ff. vi bo. rap. l. prætor. §. 1.* & numerus Chanonum incipit cõuiuiũ, Musarũ verò numerus finit ipsum. i. nõ debent esse in conuiuio pauciores tribus nec plures nouẽ *vt scribit Gell. in noct. Attic. & Macrob. Ægid. Pers.*

d Quid si obcurrant vnus contra alterũ: vel ambo cõtra tertiũ, quid iuris? itẽ quid in vsufr. quæritur vel si reperiatur in fũdo per se ipso, seu donauerunt v. per Ang. hic.

e Qui ad hoc fodiendũ non fuit cõductum aliàs secus: *vt l. qui propter. §. procurator.* vt in cæteris. *ff. de preca.* Ang.

f Hoc est falsum: vt d. l. si qui in alieno. § si. *ff. de acquiren. re. do.* Ang.

cùm dominus sit: vel condi. ex hac l. Addit io. Pecunia tamē recōdita in muro domus vēditæ nō cedit emptori, sed remanet recondit oris. Arg. An autē sufficiat solus oculorū aspectus: vel etiā requiratur apprehensio, & quis præferatur: vide per Christo. hic.

a ¶ *In Cæsaris loco.* s. patrimoniali.

b ¶ *Fiscali loco.* non tamen publicè deputato. Acc.

c ¶ *Vel publico.* i. publicè deputato

d ¶ *Ciuitatis.* quæ loco priuatorū sunt. *vt ff. de ver. sig. l. eum qui vectigal.*

e ¶ *Fisci.* sed si fisci partem suppresserit, totum cum altero tanto reddit: *vt ff. de iure fis. l. iij. §. fin.*

† Si si partem ad fiscū pertinentem supprefferit, totū cum altero tanto cogitur soluere. l. j. §. fin. ff. de iure fisc.

[*Per traditionem.*] Glossa. Domine, iam vidi multos modos per quos acquiritur dominium de iure gen. nūquid pluribus modis potest acquiri? Respō. quòd sic. Per traditionem enim à domino factā, iure gent. quod naturali ratione introductum est, dominium nobis acquiritur. Nihil enim tam conueniens est æquitati naturali, quàm voluntatem domini volētis rei suę dominium in alium trāsferre, ratam haberi. & ideò cuiuscunque generis sit res, corporalis videlicet, siue mobilis, siue immobilis, tradi potest: & à domino tradita alienatur. Et ideò stipendiaria & tributaria prædia per traditionem eodem modo alienari possunt. Sed domine, quæ dicuntur prædia stipendiaria & tributaria? Respon. Iusti. Stipendiaria & tributaria prædia dicūt. quę in prouinciis sunt. Sed licèt in Italia nō sint talia prædia (cū inter prędia prouincialia & Italica quantum ad dominij translationē ex nostra constitutione nulla sit differētia) tamen si Italica prędia ex causa donationis, vel doris. vel qualibet alia iusta causa ad dominij translationem sufficiēte, à domino alij tradātur: sine dubio trāsferuntur, sicut prouincialia prędia quę eod. modo tradita fuissent Sed licèt dixerim tibi per traditionē transferri, hoc tamē non generaliter est verū. nā venditæ res & emptori traditæ à domino nō aliter acquiruntur emptori, quàm si emptor vēditori pretiū soluerit, vel alio modo eidē satisfecerit: putà dādo ei fideiussorē, aut etiam pignus, & hoc cauet etiam l. xij. ta. rectè tamē dicitur & de iure gen. hoc effici. Veruntamen si vēditor neq; pretio sibi numerato, neque fideiussore vel pignore sibi dato, fidē emptoris secutus ei rē tradiderit: dicendū est statim rē emptoris fieri. Sed pone, Procurator Titij de voluntate domini vendidit mihi equū Titij: & pretio numerato equū mihi tradidit, modò quæro, vtrū per traditionem à procuratore factā dominiū equi videatur mihi acquisitū? Respō. quòd sic. Nihil enim interest, vtrum ipse dominus rem suā alicui tradat, an alius de voluntate eius, & ideo si alicui libera vniuersorum negotiorum administratio à domino permissa fuerit, & ipse administrator ex huiusmodi negotiis aliquam rem vendiderit, & tradiderit: huiusmodi rem per traditionem accipientis facit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. interdum. Fran. de Aret.

† Nihil tā naturale quàm voluntatem domini rem suam in alium transferentis ratam haberi. De re cano. tranf. ... [illegible]

ceffit, & dimidium inuentori. Et conuenienter si quis in Cæsaris[a] loco inuenerit: dimidium inuētoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco[b]†, vel publico[c], vel ciuitatis[d] inuenerit, dimidiū ipsius esse debeat, & dimidium fisci[e], vel ciuitatis.

Rerum corporalium traditio à domino facta ex causa ad dominij trāslationem idonea, accipientem dominum facit.

40 ¶ Per traditionem[f] quoque iure naturali[g] res nobis acquiruntur[h]. nihil[i] enim † tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem[k] domini volentis rem suam in aliū transferre, ratam haberi. & ideò cuiuscunque[l] generis sit corporalis[m] res, tradi potest, & à domino[n] tradita alienatur[o]. Itaque stipendiaria[p] quoque & tributaria[q] prędia eodem modo alienantur[r]. Vocantur autem stipēdiaria & tributaria prædia, quæ in prouinciis[s] sunt: inter quæ[t], necnon & Italica prædia, ex nostra constitutione[u] nulla est differentia[x]: sed si quidem[y] ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet ex causa alia tradantur[z], sine dubio transferuntur[a].

Ita demùm traditione rei venditæ emptor dominus efficitur, si aut pretium venditori solutum sit, aut aliter satis ei factum sit, aut fides de pretio habita: & quod per alium facimus, ipsi quoque facere videmur.

41 ¶ Venditæ † verò[b] res[c] & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, quàm si is venditori pretium soluerit: vel alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore aut pignore[d] dato[e]. quod quanquam cauetur lege duodecim tabularum[f]: tamē rectè dicitur & iure gentium, id est iure naturali[g] id effici. Sed si is qui vendidit[h], fidem emptoris secutus fuerit: dicendum est statim rem emptoris fieri[k]. 42 ¶ Nihil[l] autem interest, vtrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa sit[m]. 43 ¶ Qua ratione si cui[o] libera vniuersorum negotiorum administratio permissa fuerit à domino, isque ex his negotiis rem vendiderit & tradiderit, facit eam accipientis.

n ¶ *A domino* hoc quandoque fallit, & eius contrarium inuenitur verum: *vt j. qui. alien. licet vel non.* Sed hoc est regulare: *vt hic, & ff. ead. l. traditio.* [illegible]

o ¶ *Alienatur.* id est dominium transfertur. Accursius.

p ¶ *Stipendiaria.* i.[a] quæ militibus pro stipendiis dantur: *vt ff. de rei vindi. l. item si verberatu §. y. & de eui. leg. Lucius & de acqu. re. do. l. in agris.*

a Stipendiaria prædia.

q ¶ *Tributaria.* quæ[b] tributa Romæ reddūt.

b Tributaria prædia.

r ¶ *Alienantur.* per traditionem. Additio. Quæ quot modis fieri intelligatur, vide Angel. & an per verbum tradidit, positum in instrumento, probetur: vide Bar. & Christ. hic.

† Facit ad hoc §. Gl. 2. in c. fin. extra de pignor.

s ¶ *In prouinciis.* quasi dicat, talia prædia non sunt in Italia. Accur.

t ¶ *Inter quæ.* sci. prouincialia[c].

c Prædia prouincialia ab Italicis nō differunt dominij translatione, sed in tributis.

u ¶ *Constitutione.* vt *C. de vsuca. transf. l. vnica.*

x ¶ *Nulla est differentia.* sc. quantum ad dominij translationem: *vt C. de vsucap. transfor. l. vnica.* sed quantum ad tributa est differentia. *C. de episcop. & cleric. l. de his.*

y ¶ *Sed si quidem.* verè nulla est differentia: sed si, &c.

z ¶ *Tradantur.* sc. stipēdiaria & prædia tributaria.

a ¶ *Transferuntur.* scilicet prouincialia prædia, sicut Italica. & est verum in omnibus, nisi scriptura necessaria sit, secundùm Ioan. *vt C. de suffra. leg. vnica §. quid si prædia.* Item sunt vera, si accipiens inducatur in vacuam possessionem. secundùm quosdam: *vt C. de proba. l. cum res.* Ioan. contra. *vt ff. de fun. dot. l. si fundum & de acquirenda. do. l. homo liber. §. quicquid.* sufficit enim induci in possessionem, licèt non vacuam. Quod autem in dicta l. de proba. dicitur: demonstratiuè quòd sic euenerit, non causatiuè dicitur.

d Nam hæ res propriè pignus non sunt quia adhuc suæ res sunt siue ante traditionē, ratio, quia pignus & dominium nequeunt concurrere. l. neque pignus. ff. de re. iur.

b ¶ *Verò* pro sed. Accursius.

c ¶ *Res.* quæ loco[d] pignoris à venditore teneri possunt: *vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. asserti.*

d ¶ *Pignore.* quod sic intelligo, si placeat venditori aliud quàm pretium accipere: aliàs non: *vt ff. si cer. peta. l. y. §. j.*

e ¶ *Dato.* poterit ergo vindicare venditor rem, scilicet si nō fuit de pretio satisfactum: *vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedi mercem.* nisi emptor tunc pretium offerat: *vt ff. mand. l. diligenter. §. j. in fi. & ff. de procurat. l. ea quæ.*

e Quo nimirū non principaliter, sed approbatiuè trāsfertur dominiū in quantū approbat ipsū contractū de formam, vt non aliter trāseat, quàm si fuerit de pretio satisfactū. Chris.

f ¶ *Lex xij. tabularum.* quæ est ius ciuile: *vt ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* non solùm gentium[e].

g ¶ *Iure naturali.* sic dictum quòd naturali ratione inductū fuit *vt j. de iure natu. §. quod verò. & §. sed naturalia.*

f In contrariū est veritas, quia tunc videtur habere fidē de pretio, & trāsfert dominium etiā protestatus esset se non cōfidere vltra decursū dies, secundū Angel.

h ¶ *Vendidit.* & tradidit.

i ¶ *Fidē emptoris.* Quid si dedit diē ad soluendū? resp. non facta solutione vindicas, secundū Io.[f] *vt C. de pact. inter emp. & vend. l. commissoria.* potest tamē cōtradici: quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactū legis cōmissoriæ[g] ponere. ¶ Itē quid si simpliciter tradat? Resp. videtur sequi fidem, nisi contra probetur: vt quia fortè dicebat emptor præsentē se habere pecuniā: *vt ar. ff. de pig. act. l. y.* Et ar. contra. *ff. de trib. l. procuratoris. §. sed si dedi.*

g Pactū legis commissoriæ dicitur quādo aliqua res vēditur ea conditione, quòd nisi pretium soluatur ad certum diem, erit inempta. vt colligitur ex l. 1. ff. de le. commiss.

k ¶ *Emptoris fieri.* nisi in casibus: *vt ff. de iur. fis. l. si procurator. §. fi. & ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. sed si emptor.*

l ¶ *Nihil.* Quod[h] enim quis per alium facit, ipse facere videtur: *vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. deiecisse. & j. de iniur. §. non solum. & ff. de iniur. l. item apud. §. fecisse.*

h Per alium quod quis facit, ipse facere videtur.

m ¶ *Permissa sit.* vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

¶ *Si cui libera.*] Hic alienare ita demū potest, si id exigat negotiorū administratio: non donandi, non deminuendi causa. deniq; eadem lege transigere potest. *l. mandato. ff. de procurat.* Cuiacius.

n ¶ *Libera.* secus in generali procuratore qui nō habet liberam: *vt ff. de*

h ¶ *Acquiruntur.* causa præcedente vera vel putatiua[a], vt indebitum: aliàs non: *vt ff. eo. l. nunquam. & j. hoc §. abs. Sed si quidem, &c.*

a In qua & tradens & accipiens conueniāt, putà quia ambo ea sciāt vel credant subesse.

i ¶ *Nihil.* Imò Deo seruite. sed hyperbolicè loquit. *sic ff. de pact. l. j. in prin. & ff. de act. emp. l. ex emp. & in prin. & C. de transf. l. non minorem.*

k ¶ *Voluntatem.* dum tamen sit legitima. nam cui bonis interdictum est, non alienat: *vt ff. de cura. fu. l. j. in prin.*

l ¶ *Cuiuscunque.* i. siue mobilis, siue soli.

m ¶ *Corporalis.* incorporales enim tradi non possunt: *vt ff. de acquirerum do. l. seruus. §. incorporales.*

a Procuratoris totorū & uniuersorum bonorū differentia.

ut ff. de procurator. tut. & leg. procurator totorum. Sed M. distinxit [a] inter procuratorem totorum bonorum, ut ibi: & uniuersorum. ut hic. ADDITIO. Dic plene per Bartol. in l. procurator cui generaliter libera. ff. de procu. & quando & quomodo dicatur libera concessio, vide ibi Bar. Ange.

Qui rem suam iādudum alicui ex causa ad dominium inidonea traditā, eidē postea iusta titulo cōcessit, dominiū sine noua traditione trāstulit.

44 ¶ Interdum etiam sine traditione, nuda [a] voluntas domini sufficit ad rē transferēdam: veluti si rem quam tibi aliquis cōmodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit: postea aut vendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit. Quāuis enim ex ea causa tibi eā non tradiderit: eo tamen ipso quòd patiatur tuam esse [b], statim tibi acquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tibi tradita fuisset.

Per traditionem clauium videtur traditum dominium mercium venditarum. Aret.

45 ¶ Item si quis [c] merces in horreo depositas [d] vendiderit: simul atq; [e] claues [f] horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem [g] mercium ad emptorē.

Etiam incertæ personæ fortuita à domino facto tradita dominiū trāsfert: ideo missilia in vulgus iactata, & res pro derelicta habitæ, apprehendentis fiunt. Quæ autem pro derelicto habita dicantur, & quæ non, subiicitur.

[Inte. dum.] CASUS. Dixit supra quòd non solùm traditione trāsfertur dominium: sed etiam quandoque sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad dominiū rei suæ transferendum: veluti si Titius aliquam rem tibi cōmodauit, aut locauit, aut apud te deposuit. ¶ Nam si præterea eandem rem tibi vendiderit, vel donauerit, aut dotis nomine dederit: quamuis eam rē ex causa venditionis, aut donationis, vel dotis tibi non tradiderit, eo tamen ipso quòd ipse patitur huiusmodi rē tuam esse, statim per eum dominium eius tibi acquiritur, ac si eo nomine tibi eam tradidisset. & idem contingit in alio casu. ¶ Nā si quis vendiderit tibi merces in horreo suo depositas, & claues horrei tibi emptori traditæ sunt: dominiū tibi mercium acquisitum intelligitur. ¶ Et non solum voluntate trāsfertur dominium, quando habet voluntatem transferendi in personam certam: sed etiam aliquando volūtas domini sufficit ad dominiū rei suæ transferēdum in personam incertam: ut in tali casu. Prætores vel cōsules quādo missilia, i. aurū vel argētū, in vulgus proiciūt, ut multitudine populi ad huiusmodi missilia cōcurrente, liberius possint pertrāsire: licet ignorēt quātū quisq; accepturus sit: tamē quia volūt vnūquēque esse dominum eius quod acceperit, statim accipientem dominum efficiunt. ¶ Et eadem ratione verius esse videtur, si aliquis rem pro derelicto à domino habitam occupauerit: statim ipsum occupantem dominū fieri. Sed domine, dicatis mihi, quomodo dicitur quid haberi pro derelicto? Ad hoc respon. Amice, illud pro derelicto habetur, quod dominus tali intentione abiecit, ut illud amplius in numero rerum suarū esse nolit: & ideo statim cùm abiecerit, dominus esse desinit. unde cùm in nullius bonis sit: de iure gent. occupanti conceditur. ¶ Sed & alia causa proiiciendi res est: ut quando in tempestate maris causa exonerandæ nauis eiiciuntur: & idcirco in huiusmodi rebus eiectis aliud ius statuitur. ¶ Nam huiusmodi res in tempestate maris eiectæ remanēt in dominio eorum qui eas eiecerunt: quia verum est dominos eas nō eo animo eiecisse, ut amplius eas nō haberēt: sed quo magis ipsi cùm naue exonerata periculum maris euadere possent: & ideo si quis huiusmodi res fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari consecutus fuerit animo lucrandi: furtum committit, & actione furti tenetur. ¶ Non enim multū videtur distare ab illis rebus quæ de rheda currente dominis non videntibus cadunt. h. d. vsque ad finem tit. Franc.

b Dominium sine traditione quib. modis acquiri possit.

c Et an habens instrumentum ere (?) videatur procurator, vide tas. hic.

d Hæc glo. non est Acc. Imò est additio.

a ¶ *Nuda.* s. à traditione, *sic C. de pact. l. traditionibus.* Item [b] in aliis casibus dominium sine traditione datur: qui possunt his legibus notari. *ff. de acq. poss. l. j. §. si iusserim. & §. idemque. & l. quod meo. §. si venditorem. & l. quarundam. Item C. de acqui. pos. l. minus & C. de donat. l. j. & l. quisquis.* [c] Item si volens tibi tradere dominium, nomine tuo me constituam possidere, vel conducam à te: *ut ff. de acquir. pos. l. quod meo. & de rei vin. l. quædam mulier.*

b ¶ *Tuam esse.* si res est præsens: *ut ff. de rei vin. l. eius. & l. hæc si.* [d] Vel hic in vera venditione, ibi in ficta: *ut ff. pro empt. l. y.* Item hoc est verum, si pretium sit solutum, vel satisfactum: *ut s. eo. §. venditæ.*

c ¶ *Item si quis.* [a] hic est casus ubi sine possessione tradita acquiritur dominium, & alios habes notatos: *ff. de rei vin. l. si ager. in gl. fi.*

d ¶ *Depositas.* id est repositas.

e ¶ *Simul atque.* [b] id est statim postquam: *ut s. eod. §. fer. & j. de emp. & venditio. in princ.*

f ¶ *Claues.* aliter de consuetudine Daciæ, in qua cùm aliquis vult legare vel dare fundū ecclesiæ, sumit parum terræ in panniculo, & ponit super altare, & ita trāsfert dominium: *ut extra de consue. c. fi.* ¶ Est tamen casus mirabilis, in quo sine domini traditione, sed sola voluntate transfertur possessio & dominiū ipso iure: *ut C. de dona. leg. quisquis.* ubi retentio vsusfructus in re donata inducit traditionem possessionis & dominij per quandam iuris fictionem. Item si relinquat ecclesiæ vel ciuitati hereditas vel legatū, vel ei res aliqua donetur, aut vēdatur: statim dominium trāsfertur sine possessionis traditione. *C. de sacrosā. eccle. l. ut inter diuinum.*

g ¶ *Transfert proprietatem* & possessionem. [a] ¶ Et qd dixi de proprietate, verū est si dominus est tradēs: aliàs causam præstat vsucapiendi, si hæc fiant corā horreo, & hoc propter præsentē [b] visionē rei: *ut ff. de contrahē. empt. l. clauibus. & de acqui. poss. l. j. § si iusserim.* ¶ Et sunt hæc in ar. ut si [c] vendam equum quem tradā per frænum vel capistrū, ut dominium transeat. Accursius. ADDITIO. Sunt multi casus in quibus res non apprehenditur & tamen possessio transfertur. Per solū visum: *ut ff. de acquir. poss. l. quod meo § si venditorem.* Per venditionem rei commodatæ vel depositæ: *ut s. eo. §. interdum.* Per traditionē clauiū, ut hic. Per traditionem instrumenti: *ut l. j. C. de donat.* Per conductionem de re propria factam, s. quādo quis etiam rem suam vult possidere nomine alterius. Vnde versus [d]: Visu, siue rei mutuatæ venditione, Clauibus & chartis, mea si conduco scienter: Quāuis nō aliter detur, possessio transit. Vide tu canonista notata *in c. ex literis. in glo. fi. extra de consue. vide etiam glo. in ver. unde. § interdum. s. eod.* quæ pro hac materia allegationes posuit sufficientes.

a Hoc etiā nō est Accur. cū seq. super verb. claues sed sunt additiones: ideo caue ne eas alleges pro additionis.

b Dic visionē nil præstare, sed traditione clauium in præsentia horrei secundum Por. Ægi Per.

c Possessio sæpe transfertur licet res non apprehendatur & qui illi casus sint.

d Versus.

46 ¶ Hoc amplius [h], interdū & in incertam [i] personē collata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce prætores & consules cùm missilia [k] iactāt in vulgus, ignorant quid eorum quisque sit excepturus: & tamē quia volūt, quod quisque acceperit, eius esse: statim eum dominum efficiunt. 47 ¶ Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto à domino habitā occupauerit quis, statim eū dominū effici. Pro derelicto autē habetur, quod domin⁹ ea mēte abiecerit, ut id in numero rerū suarū esse nolit [l]: ideóque statim dominus eius esse desinit [m].

Praiecta in mare tempore tempestatis, vel cadentia de curru alicuius, non fiunt occupantis. Areti.

48 ¶ Alia sanè causa [n] est earū rerum quæ in tempestate leuādæ nauis causa eiiciuntur. hæ enim dominorum permanent: quia palam est eas non eo animo eiici, quòd quis eas habere nolit: sed quo magis cum ipsa naui maris periculum effugiat. Qua de causa si quis eas fluctibus [o] expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum [p] committit.

h ¶ *Hoc amplius* sc. est hic quàm supra in alio casu: quia supra semper in personam certam. hic in incertam.

i ¶ *In incertam* Arg. contra j. de lega. §. tutor. Accursius.

k ¶ *Missilia.* sic [e] dicta, quia in populum mittuntur siue proiiciuntur, ut illuc currente multitudine possint prætores vel consules pertransire. ut in coronatione domini Papæ vidi: *ut ff. pro dere. l. si id quod §. id quod & in Authen. de consulib. col. iiij. § spargere autem abr. argentum verò &c.*

e Missilia vnde dicantur.

l ¶ *Nolit.* verè, vel legis interpretatione: *ut in Auth. de nup. §. & multa potius. col. iiij. & Cod. de infan. expo. l. fi. & Cod. de la. lib. tol. l. j. § sed scimus.*

m ¶ *Desinit.* si abiecit, vel habere desijt rem immobilē: alioqnin possessionem perdere potest, non dominium: *ut ff. de acquir. pos. l. si quis. §. differentia. & ff. pro derelic. l. j. & y.* ADDITIO. Aut stat in possessione, & habet animum habendi pro derelicto, & non perdit dominium: *ut d. le. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss.* Aut exuit de possessione: & tunc etiam perdit dominium, & habetur pro derelicto. & ita tenet glossa secundùm vnam opinionem in dicto §. differentia. quam ibi sequitur Bartolus & docto. Ang.

n ¶ *Alia sanè causa.* alias alia causa, scilicet proiiciendi: & ideo aliud ius statuitur. Vide c. excommunicationi. de rapto extra.

o ¶ *Fluctibus* id est vndis.

p ¶ *Furtum.* ff. de fur. l. falsus. §. si dictum contra. Sol. distingue animum proiicientis: quod patet, ut si librum apertum proiiciam se-

eundùm Ioan. vt ex hac lege & illa colligitur: *vt argum. ff. de dam. infect. l. si finito. §. si quis metu.* ¶ Item quid distat hoc furtum ab illo titulo *ff. de incen. rui. nau?* Respon. hoc locum habet quando non in ipso naufragio aliquid quis furatur, ibi in ipso naufragio: *vt ff. de incend. rui. nau. l. j. in fine. & l. ij. & iij. & ff. pro derelict. l. j. ij. & iij.* Accursius.

a ¶ *Nec longè.* nam in aliquo distat: quia hoc sciēte, illud ignorante domino fit: *vt ff. de acquir. poss. l. interdum. §. j.*

b ¶ *De rheda.* i. de curru ducto ab equis.

c ¶ *Non intelligentib.* i. non videntibus.

Nec longè [a] videtur discedere ab his, quæ de rheda [b] currente non intelligentibus [c] dominis cadunt.

DE REBUS corporalib.

Quia [a] visum est de secunda diuisione rerum, sc. quòd quædam sunt publica, quædam sunt nullius, & quædam singulorum &c. sequebatur de tertia diuisione videre, quæ ita se habet: quòd rerum quædam sunt corporales, quædam incorporales: de qua diuisione tractaturus intitulauit istam rubri. de rebus corporalibus & incorporalibus. Por.

a Continuatio.

DE REBUS CORPORALIbus & incorporalibus.

TITULUS II.

Corporalia tangi possunt de sua natura: incorporalia verò non, licet in eis contineantur corporalia: siue sint seruitutes reales siue personales. Aretinus.

Quædam præterea [d] res corporales sunt [e], quædam incorporales [f].

1 ¶ Corporales hæ sunt, quæ sui natura [g] tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argētū, & denique aliæ res innumerabiles [h]. 2 ¶ Incorporales autē sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ in iure cōsistunt [i], sicut hereditas [k], vsusfructus [l], vsus, & obligationes [m] quoquo modo [n] contractæ. Nec ad rem [o] pertinet, quòd in hereditate res corporales † continētur. Nā & fructus qui ex fundo [p] percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerūq; [q] corporale est: veluti fundus, homo, pecunia. nā [r] ipsum ius hereditatis [s], & ipsum ius vtendi fruēdi [t], & ipsum ius obligationis [u] incorporale est. 3 ¶ Eodē numero [x] sunt iura [y] prædiorum vrbanorum & rusticorū, quæ etiam seruitutes vocantur [z].

Quædam.] Totus [b] iste titulus diuiditur in quinque partes. ¶ Primò ponit vnā diuisionem rerum. ¶ Secundò definit res corporales, & per exēpla demōstrat. ¶ Tertiò definit res incorporales. & etiam per exēpla demōstrat. ¶ Quartò respondet cuidam tacitæ quæstioni. ¶ Quintò prædicta extendit. Secunda ibi. Corporales sunt. Tertia ibi, Incorporales. Quarta ibi, Nec ad rem. Quinta ibi, Eodem numero. Pone casum per teipsum: quia litera satis plana est.

b Diuisio.

† Si e obtentū nō tem. es se quatur naturā continentis. hinc est quòd si totus fūdus sit in peculio, non sequitur eo vindicato quòd & ipsū peculiū vindicetur. Æ. gid. Fer.

d ¶ *Præterea.* i. [d] præter prædictā diuisionē *s. tit. j. in prin.* Est & alia quia quædā cōmunes, quædā publicæ, quædam vniuersitatis: quædam nullius, quædam singulorum. Item quædam corporales, quædam incorporales. vt hic subiicit.

a Rerū diuisiones quot sunt.

e ¶ *Corporales sunt.* sic *ff. de rerum diui. l. j. §. quædam.*

f ¶ *Quædam incorporales.* Quid hac diuisione nos iurisconsulti egemus? Respon. quia multa in corporalibus locū habent, quæ nō obseruantur in incorporalibus. Incorporalia enim non traduntur, nec vsucapiuntur regulariter [d]: *vt ff. de acquiren. rerum do. l. seruus. §. incorporales. & de vsuc. sp. l. vsucap ionem.* non vindicantur: *vt ff. de rei vindicat. l. vindicatio.* ac non transferuntur penitus: *vt ff. pro soc. l. j. ij. & iij.* non possidentur: *vt ff. de acquiren. possessione. l. iij. in princip.* ADDITIO. Et de ista dictione in, quid importet, vide Christoph. hic ad notata in ver. incorporales.

d Scilicet per se, sed cū rebus corporalibus sic, dummodo cōcurrat scientia aduersarij: licèt in aliis præscriptionibus non requiratur. vt l. fin. Cod. de præscrip. long. tēp. & ibi. Ang. hic.

h ¶ *Sui natura.* nam secus si propter difficultatem, vt res in profundo maris, vel cælo affixa.

h ¶ *Innumerabiles.* i. non habiles ad numerandum. Ioan.

i ¶ *Quæ in iure consistunt.* i. sub hoc prædicabili, ius, continentur: in quarū definitionibus ponitur hæc dictio ius, in prædicato: qualia sunt omnia iura, sci. incorporalia: *vt ff. de rerum diui. l. j. §. quædam.*

Quæ in iure consistunt.] In iure non in corpore: hoc est iura: *l. & habet. ff. de proc. l. Mauius. §. fundo de leg. ij. l. vlt. in fi. C. de præsc. lō. tēp.* Iura talia sunt: seruitus, hereditas, dos, peculium, posse, obli. Cui.

k ¶ *Hereditas.* vt *ff. de verb. signi. l. nihil.*

l ¶ *Vsusfructus.* *ī. de vsufru. in prin.*

m ¶ *Obligationes.* *ī. de oblig. in prin.*

n ¶ *Quoquo modo.* i. siue ex contractu, vel quasi: vel maleficio, vel quasi: *vt ī. de oblig. §. fi.*

o ¶ *Nec ad rem.* respondet tacitæ obiectioni, quasi dicat, quomodo hereditas est incorporalis, cùm in ea sint res corporales?

p ¶ *Ex fundo.* in quo vsumfructum habemus.

q ¶ *Plerumque.* propter seruitutes, quæ per actionem vel obligationem debentur: *vt ī. de act. §. ij.* & propter actionū cessionē: *vt ff. mand. l. si procuratorem. §. fi. & ff. de rei vind. l. si hominem. aliàs Julianus. §. vsque adeo.* Accur.

r ¶ *Nam.* pro sed. aliàs tamen & melius.

s ¶ *Ipsum ius hereditatis.* i. ipsa hereditas. & sic intransitiuè hæc tria leguntur.

t *Fruendi.* i. vsusfruct.

u ¶ *Ipsum ius obligationis.* i. obligatio ipsa.

x ¶ *Eodem numero.* id est incorporalia.

y ¶ *Iura.* i. seruitutes. Accursius.

z ¶ *Vocantur.* de quib. *ī. tit. proxi.* dicitur statim. ¶ De quibusdam quæritur, licèt ad nos non pertineant: vt [a] de aëre, fumo, & de flatu animalis. Respond. secundùm philosophos hæc esse corporalia. Itē quid de angelis bonis & malis, & anima hominis? Resp. hæc incorporalia esse.

a Fumus & aer corporalia sunt.

DE SERVITUTIBUS prædiorum rusticorum, & vrbanorum.

TITULUS III.

Animaduerte seruitutum quasdam à re rei deberi (quas reales appellamus) quasdam verò à re personæ. de prioribus hoc titulo traditur: de reliquis proximioribus titulis discutietur.

Est autem seruitus realis (vt Bartolus lib. 8. digestorum titu. de seruit. in l. j. definit) ius prædio inhærens ipsius vtilitatem respiciens, & alterius libertatem diminuens.

Rusticorum prædiorum seruitutes sunt, quæ rustico prædio (id est gratia fructuum percipiendorum aut colligendorum facto) debentur. vt via, iter, actus, & id genus similia.

Vrbanorum verò prædiorum sunt, quæ vrbano prædio (id est ædificio) debentur: quorum exempla profusè hic traduntur. constituuntur autem seruitutes vt scribitur ad finem huius tituli.

DE SERVITUtibus rusti. &c.

Dictu est ī. de rebus incorporalibus in genere, sequitur videre in specie: & ideo à seruitutibus initium facit, quæ sunt incorporales: vt supra titu. j. in fine.

Rusticorū [a] prædiorum iura [b] sunt hęc: iter, act[9], via, aquæductus. Iter est ius eundi [c] ambulandi [d] hominis, non etiam iumentum [e] agendi, vel vehiculum. Actus est ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum [f] vel vehiculum. Itaque qui iter habet, actum non habet [g]: sed qui habet actum, iter habet [h], eóque [i] vti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi [k] & agendi & ambulandi hominis. nam iter & actum via in se

Rusticorum.] Iste [b] titulus diuidit in quinq; partes. ¶ Primò ponit de seruitutibus rusticorū prædiorum. ¶ Secūdò de seruitutibus vrbanorum prædiorū. ¶ Tertiò redit ad seruitutes rusticorum. ¶ Quartò ponit quare appellantur seruitutes prædiorum. ¶ Quintò ponit qualiter dictæ seruitutes constituantur. Secunda ibi in §. prædiorum. Tertia ibi in §. inter rusticorum. Quarta ibi, Ideo autē. Quinta ibi in §. si quis velit. CASUS. Domine, iam video quòd vultis tractare de seruitutibus rusticorum prædiorum. dicatis ergo mihi, quid est iter? Ad hoc resp. Amice, iter est &c. prout continetur in litera. & sic pone casum de cæteris seruitutibus vsque ad §. prædiorum vrbanorum. Franc.

b Diuisio.

a ¶ *Rusticorum.* sic *& ff. eo. l. j.*

b ¶ *Iura.* i. seruitutes. ¶ Et no. hic tria [a] genera seruitutū. 1 Quædā à psona psonæ debētur: de quibus dicit. ī. de iure perso. 2 Quædā ab vna re alteri rei: de quibus dicitur in hoc titulo [d]. 3 Quædā à re personæ: vt vsusfructus, & vsus & habitatio: *vt infra tit. j. & ij.* 4 Potest & quartū dici, vt à persona rei debeantur: *vt ff. de cond. & demonst. l. Titio centum. §. Titio. ij. & de ali. & cib. le. l. seruus.*

a Seruitutum quatuor genera. Aliæ à persona personæ quædam à re rei. à re quædam personæ. quædā à persona rei.

c ¶ *Ius eundi.* solus, vt per hoc discrepet à sequenti. Accursius.

d ¶ *Ambulandi.* scilicet cum alio.

e ¶ *Iumentum.* i. separatum à se, vel armenta separata à se: sed super equum ira potest: *vt ff. de seruitu. rusticorum prædiorum. l. qui sella. in princ. pio. & l. iter.* Quandoque iter non est seruitus, vt si vsufructuario detur à domino alterius prædij *vt ff. si seruitus vin. l. ij. §. ij.* Tertiò grosse dicitur qualibet via per quam itur.

d Quæ vt constitutæ sunt, transeunt cū ipsa re, ad quemcunque vadat: secus si essent promissæ tantū. Et in ipsarum constitutione debet tā constituens fundi seruientis quā is cui cōstituitur, fundi dominantis in solidū habere dominium. Ang.

f ¶ *Iumentum.* vel subtus vel ante se. & idem si in vehiculo.

g ¶ *Actum non habet.* per consequentiam.

h ¶ *Iter habet.* quo ad cōmodū, nō quo ad seruitutem. sunt enim duæ seruitutes diuersæ: *vt ff. si ser. vin. l. loci. §. j. & ff. de adi. leg. l. j.*

i ¶ *Eo.* scilicet itinere contento sub actu.

k ¶ *Eundi.* hæc verba expone. *vt ī. ac. §. j.*

Continet.

a Actus & via differunt.

a ¶ *Continet.* Sed quæ est differentia a secundũ hoc inter actũ & viam? Resp. qui habet viam, potest trahere trabem & lapides, & rectè ferre hastã b: quæ nõ permittuntur habenti actum: *vt ff. de serui. rustic. prædio. l. qui sella.* §. j. Item certa viæ latitudo est. viij. pedum in directum, in angulis xvj. nisi maiorem vel minorem placuerit facere cõstituẽtib. c quod non est in actu: *vt ff. de serui. rust. prædio. l. via. & l. certo.* §. *latitudo. & l. via constitu.* Accur.

b Dũmodò cuilibet gerat & non deuastet fructus. Quod no. pro aspirante cui conceditur transitus per aliquod territorium. Angel. & Iason.

c & si expresse in aliquo loco angusto concedatur, valet saltem vt actus aut iter secundum Angel. hic.

b ¶ *Aquæ ducendæ.* siue inuentæ: siue inueniẽdæ: *vt ff. eod. l. Labeo.*

continet a. Aquæ ductus est ius aquæ ducendæ b per fundũ alienũ. 1 ¶ Prædiorum vrbanorũ sunt seruitutes hæ quæ ædificiis inhærent: ideo vrbanorũ prædiorũ dictæ, quoniã ędificia omnia, vrbana prædia appellamus, etsi in villa c ædificata sint. Item vrbanorũ prædiorũ seruitutes sunt hæ: vt vicinus d onera vicini sustineat: vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere: vt stillicidium e vel flumen recipiat quis in ædes suas, vel in areã vel in cloacam, vel nõ recipiat f: & ne altius quis tollat g ædes suas, ne luminibus vicini sui officiat. 2 ¶ Inter rusticorum prędiorũ seruitutes quidam computari rectè putant aquæ haustũ h, pecoris i ad aquam appulsum, ius pascendi, calcis coquendæ k arenæ fodiendæ. 3 ¶ Ideo autem hæ seruitutes prædiorũ appellantur, quoniã sine prædiis constitui nõ possũt. Nemo enĩ seruitutẽ potest acquirere vrbani vel rustici prædij, nisi qui habet prædiũ: nec quisquam l debere, nisi qui prædium habet. 4 ¶ Si quis velit vicino aliquod ius m cõstituere, pactionib. n atq; stipulationibus id efficere debet. Potest etiã testamento quis heredẽ suum damnare †, ne altius tollat ædes suas o, ne luminibus ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiũmve aduersus eum habere, vel vt patiatur eum per fundum ire †, agere, aquámve ex eo ducere p.

† Damnare. i. obligare. inquit Nebrissen. lexi. iur. ci. in dictione dãno.

† Et dies huius seruitutis legata cedit ab adita hereditate, non à morte secundum Nic. & gul. Pet.

DE VSVFRVCTV. TITVLVS. IIII.

Vsusfructus, seruitus est personalis, id est à re personæ debita. definitur autem hic à Iustiniano, constituitúrque tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. Item vsusfructus à proprietate separatus est. Qualitas non potest esse sine subiecto: & ad remotionem subiecti, sequitur qualitatis remotio, seu accidentis. Aretin.

Prædiorum vrbanorum.] CASVS. Domine, iam vidi q̃ sunt serui. rustico. prædio. dicatis mihi si placet, quę sunt serui. vrba. pdiorum? Ad hoc respõ. Amice, seruitutes vrbanorum prædiorum dicontur, quæ ipsis ædificiis inhærẽt. Dicuntur enim serui. vrba. prædiorũ, quoniam omnia ædificia, prædia vrbana appellamus, etiam si in villa posita sint. Nõ enim locus, sed materia vrbanum prædium efficit. Sed domine si placet, ponatis mihi exẽpla de seruit. vrba. prędio. Ad hoc resp. Amice, serui. vrbano. præd. sunt hæ, vt vicinus onera vicini sui in ædibus suis sustineat: videlicet vt liceat vicino tignum de ædibus suis in parietem vicini sui immittere. Item vt vicinus stillicidium vicini sui vel flumen in cloacam suam, vel in aream suam recipiat. & etiam inter seruitutes prædiorum vrbano. connumeratur hæc seruitus, ne quis ædes suas altius tollat, ne luminibus vicini sui officiat. Et hæc dicuntur vsque ad §. inter rusticorum. Franc.

c *In villa.* non enim locus, sed materia facit vrbanum prædium: quod dic. *vt ff. de verb. signi. l. vrbana prædia.*

d ¶ *Vicinus.* id est domus vicini.

e ¶ *Stillicidium.* quod stillat: & interdum directò cadit, interdum non propter ventum fortè: sed flumen directò cadit. & maximè per dochiam. i. canalem: *vt ff. de ser. vr. præ. l. seruitutes. §. stillicidium.* Accursius.

f ¶ *Non recipiat.* hoc. sc. non recipere, est ius non seruitutis, imò potius libertatis. & hanc negatiuam referas ad omnia exempla proximè dicta. 2 Vel dic sicut recipere talia est seruitus: ita ecõtra si desinit recipere, est mihi quondam recipienti seruitus & onus. & sicut in præscribẽda seruitute indigebam aliquo facto: sic ecõtra in præscribẽda sua libertate indiget facto: scilicet vt foramina obturet, vel similia faciat, quæ nõ sunt necessaria in prescriptione libertatis cõtra rusticam seruitutem: & ideo tãtùm in affirmatiua lex dicit de eis, scilicet iure eundi, agẽdi, &c. *vt ff. de seruitu. vrb. prædiorum. l. v. & supra eod. circa princip.* ADDITIO. Dic rationem diuersitatis, quòd vrbanæ seruitutes sunt nobiliores, & magis interest reipublicæ quòd conseruentur, quàm rusticæ. & ideo si quædam foramina obturentur, quædam non: in nihilo acquiritur libertas secundùm Ang. hic.

Vel non recipiat. Aut stillicidium meo iure non recipio, aut iure seruitutis: meo iure, si non vicino cessero ius stillicidij immittẽdi. iure seruitus, si vicino iam ante cessero ius stillicidij immittẽdi. Eodémque prorsus modo, aut iure meo ædes altius tollo, aut iure seruitutis. Cuiac.

g ¶ *Tollat.* vel non tollat: quod potest mihi prodesse ad lumina refulgenda. vnde dicitur in libro Machabæorum d. Refulsit sol in clypeos aureos: & resplenduerunt montes ab eis: *vt ff. eo. de ser. vrb. præd. l. si arborem. §. interdum.* 2 Vel dic quòd tollat vt sit seruitus, vt modo in aliis diximus.

d 1. Machab. 14.

[*Inter rusticorum.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi quæ sunt seruitutes rusticorum prædiorũ, & quæ vrba. sed nunquid plures sunt seruitutes rustico. prædi? Ad hoc respon. quòd sic. nam inter serui. rusti. prædiorum quidam rectè putant huiusmodi seruitutes connumerari: videlicet ius hauriendi aquam ex fonte vicini, itẽ appulsum pecoris ad aquam, item ius pascendi, item seruitutem calcis coquendæ, vel arenæ fodiendæ. Et hæc dicuntur vsque ad §. ideo autem. Franc.

h ¶ *Aquæ haustum* scilicet e ius, hauriendi aquam necessariam agro meo, vel laborantibus in eodem, ex fonte vicini. ADDITIO. Dic quatenus est necessariũ ꝑ vtilitate fũdi mei: *vt l. ergo. § Neratius. ff. de seru. rusti. præd.*

e Aquæ haustus seruitus hoc præstat domino, vt ei liceat hauriẽdæ ex fonte vicini aquæ necessariæ agro vel opetaria.

i ¶ *Pecorum.* s. constituti ad stercorandum agrũ meum: & sic bibẽt vel pascẽtur in tuo vicino agro: & sic sunt reales seruitutes. Sed contra *ff. de aliment. & ciba. lega. l. Mela. §. nam & si bauilius. in glossa. personæ.* Resp. ibi personales dicuntur, quia cum persona durãt. argum. *ff. de seruitutibus rusticorũ prædiorũ. l. pecorũ.* 2 Vel si non habeo prędium cui supradicta expediant, non erit seruitus: sed magis aliud ius, scilicet pactionis vel conuentionis: *vt ff. de seru. l. vt pomum.* Accur.

k ¶ *Calcis coquendã.* necessariæ ad domunculã in agro meo cõficiẽdam propter fructus recipiendos. Idẽ dicas de arena fodiẽda.

Ideo autem.] CASVS. Domine, iam vide quæ sunt seruitutes tã rusticorum quàm vrbanorum prædiorum. sed dicatis mihi quare huiusmodi seruitutes dicuntur prædiales? Ad hoc respon Imperator. Certè amice, optima ratione dicuntur prædiales prædictæ seruitutes. Huiusmodi enim seruitutes sine prædiis constitui non possunt. Nemo enim seruitutem vrbanorũ vel rusticorum prædiorum potest acquirere, vel alij debere, nisi prædium habeat. Sed pone: Domine, iam video quare dicuntur huiusmodi seruitutes prædiales: dicatis mihi qualiter constituuntur huiusmodi seruitutes? Ad hoc respond. Huiusmodi seruitutes possunt constitui duobus modis. Aut enim cõstituuntur seruitutes huiusmodi inter viuos, aut in vltima voluntate. Si inter viuos aliquis velit seruitutem aliquam de superioribus vicino suo cõstituere hoc pactis & stipulationibus efficere debet. Si autem in vltima voluntate, potest etiam testator in testamento suo heredem institutum damnare vt altius ædes suas non tollat &c. prout continetur in litera. h. d. vsque ad fi. tit. Franc.

l ¶ *Nec quisquam.* scilicet vt seruitus sit: obligatio tamen esse potest: *vt ff. de aur. l. fundum. xj. § j. & ff. fam. ercisc. l. heredes §. an ea stip. versi contra si promisser via & c.* ADDITIO. ¶ Et not. quòd debent esse domini in solidum: aliàs fundo communi non potest per vnum ex sociis libertas acquiri, nec seruitus imponi: quamuis sibi præiudicet, aliis postea etiam singulariter consentientibus potest tamen præscribere seu petere declarari ipsam deberi. Item pluribus sociis promissam vnus ex eis in aliorum præiudicium remittere potest, secundùm Ange. hic.

m ¶ *Ius.* i. aliquam seruitutem de superioribus.

n ¶ *Pactionibus.* id est pactionalibus stipulationibus. similis expositio est. *ff. de acquirend. possessio. l. si rem. in fi.* Vel pactionibus, id est contractibus aliis, vt venditione & donatione. & quòd subiiciet stipulationibus, id est obligationibus verborum tantum.

o ¶ *Ædes suas.* quibus seruitutibus non impositis, cuilibet b vsque ad cœlum liberum est ædificare: *vt ff. quod vi aut clam. l. fin. §. pe. & de ser. l. fina.*

b Ædificare licet vsque ad cœlum.

p ¶ *Deducere.* his deficientibus cuilibet res sua libera est, & poterit alium prohibere volentem ingredi in suum agrum: *vt s. de re. di. §. fera. & §. plant.*

DE VSVFRVCTV.

Visum c est supra de seruitutibus realibus. sequitur videre de personalibus: ideo sequitur de vsufructu qui est seruitus personalis: vt l. j. ff. de seruitutibus. quia plures sunt species seruitutis; vt not. glo. supra titu. j. in princ.

c Cõtinuatio.

a Diuisio.

[Vsusfruct.] Totus iste titul[a] diuiditur [a] in quatuor partes. Primò ponit definitionem vsusfructus. Secundò qualiter constituatur. Tertiò super quibus rebus. Quartò quo modo finiatur. Secunda ibi, Vsusfructus. Tertia ibi, Constituitur, Quarta ibi, Finitur. CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita proposui coram eo: Domine, iam video quid vultis tractare de vsufructu. dicatis, quid est vsusfructus? Ad hoc respon. imperator: Amice, vsusfructus est ius vtēdi fruēdi rebus alienis salua rerum substantia. Et quòd hæc definitio bona sit, patet tali ratione: vsusfructus est ius, id est seruitus constituta in corpore: quo corpore sublato, & ipsum vsumfructum tolli necesse est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. vsusfructus.

† Hæc definitio vsusfruct[a] ponitur etiam in Glo. super verbo vtatur, in c. si extra de pignor.

Vsusfructus [a] est † ius [b] alienis [c] rebus vtendi [d] fruendi [e] salua rerum substantia [f]. Est autē [g] ius [h] in corpore, quo sublato [i] & ipsum [k] tolli necesse est.

1 ¶ Vsusfructus [l] à proprietate separationem recipit: idq; pluribus modis accidit: vt ecce si quis vsumfructum alicui legauerit. Nam heres nudam [m] habet proprietatem, legatarius verò vsumfructum. Et contra si fundum legauerit deducto vsufructu: legatarius nudam habet proprietatem, heres verò vsumfructum. Item alij vsumfructum, alij deducto [n] eo fundum legare potest [o]. Sine testamento verò si quis velit vsumfructum alij constituere [p]: pactionibus [q] & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuersum inutiles essent proprietates, semper abscedente [r] vsufructu: placuit certis modis [f] extingui vsumfructum, & ad proprietatem reuerti.

Vsumfructum in quibusuis rebus constitui posse, explorati iuris est, his solis exceptis quæ vsu pereunt: quia salua non manet rei substantia: quasi tamen vsusfructus in eis constituitur: quo casu vsufructuarius cautionem domino præstat (quæ loco proprietatis succedit) de tanta pecunia aut rerum consumptarum iusta æstimatione vsufructu finito restituenda.

2 ¶ Cōstituitur autē vsusfructus

a ¶ *Vsusfructus.* sic ff. eo. l. j. & ij.

b ¶ *Est ius.* id est [b] seruitus. & per hoc patet quòd non loquitur de ipsis fructib. fundi, qui sunt corporales: imò de iure vtendi: *vt s. de reb. corporalib. & incorp. § j.* Sique per hoc verbū, scilicet quia expono ius. id est seruitus, remouetur [c] vasallus [d], superficiarius, & qui aliàs vtile dominium habet. Item hoc ius est etiam personale. quia cum persona extinguitur: *vt j. eod. §. finitur.* Itē est forma[e] quædam à proprietate separata: cum apud vnum possit esse proprietas, apud alium vsusfructus: *vt ff. ad leg. poss. l. peren. fcett.* Ius [f] autem quod dominus fundi habet in fructibus percipiendis, est cū causa. id est cum proprietate: *vt ff. de excep. rei iud. leg. si cum testamento. § penul.*

b Ius pro seruitute.

c Vsusfruct[a] ratione quatenus dicitur seruitutē habere, differt à vasallo, superficiario, & aliis vtile dominiū habentibus.

d Vasallus feudi vtile dominiū habet.

e Vsusfructus formalis quid.

f Vsusfructus causalis quid.

c ¶ *Alienis.* nam sua res nemini seruitutem debet: *vt ff. de ser. vrb. præd. l. in re commum. & ff. si vsusfru. pet. l. vti frui. in princ.* Itē quod subijcit rebus, dic scilicet quibuslibet, nisi vsu consumantur: *vt j. eo. §. constituitur. & ff. si cer. pe. l. j. in fin.*

d ¶ *Vtendi.* ad differentiam creditoris, qui vti non debet pignore: *vt j. de oblig. quæ ex delic. na. §. furtum.* Accur.

e ¶ *Fruendi* ad differentiam nudi vsus: in quo tantum vti, & non frui permittitur. *vt j. tit. j. in princ.*

f ¶ *Salua rerum substantia.* id est præstita cautione vel satisdatione de saluanda substantia rei, secundùm quosdam. Et sic dicunt cautionem esse de substantia vsusfructus. arg. pro eis: *Cod. eo. l. j. & ff. de vsufru. le. l. vxori.* Nos contra dicimus enim quòd hæc cautio non est de substantia vsusfruct. nam sine ea vsusfructus est. plus dico, quia in casibus nullo modo præstatur: *digesta vt le. vel fideicommiss. ea. l. prima. §. si ad fiscum. & Codice de bon. quæ li. l. finali. & ff. vsufructu. quemadmo. ca. l. si vsusfructus. § illud. & §. plane [g].* Dic ergo salua rerum substantia, id est ne pereat rerum substantia, quia diamdiu durat vsusfructus, quandiu durat substantia & hoc statim probatur ibi, est autem &c. & sic verba illa sunt de definitione, sed non cautio.

g Quod verò est respectu rerū quæ vsu nō consumūtur. alias secus vt j. eo § constituitur. in fin. qualiter tñ sit bitet per. l. in senatus con. § i. ff de vsufr. ea. re. quæ vsu cō. & propter hoc vnde habetur Glo.

g ¶ *Est autem.* s. vsusfructus.

h ¶ *Ius.* i. seruitus vel forma corpori inhærens.

i ¶ *Quo sublato.* i. corpore perempto: vt domo destructa: vel fundo chasmate perempto: vel iumento mortuo, in quo vsusfructus habetur: *vt ff pro socio l. verum. § pen.*

k ¶ *Ipsum* i. ius vtendi fruendi. Accursius.

[*Vsusfructus.*] CASVS. Domine, iā video quid est vsusfructus. dicatis mihi si placet, qualiter cōstituatur vsusfructus. Ad hoc respon. Amice, vsusfructus recipit separationē à proprietate: & hoc potest variis modis cōtingere: vt ecce, si Titius legauit tibi vsumfructum fundi sui. nam in hoc casu heres institutus nudam habet proprietatem: & tu habebis vsumfructum à proprietate separatū & similiter in casu cōuerso, si Titius legauerit tibi fundum deducto vsufructu. nā in hoc casu tu legatarius habebis nudā proprietatem: & vsusfructus penes heredem Titij testatoris remanebit. Item poterit testator in suo testamento vni vsumfructum legare: alij vsufructu deducto fundum legare potest. Et hæc dicuntur vsq; ad illū vers. Sine testamento. Sed pone, domine, iam vidi qualiter constituitur vsusfru. in vltima voluntate. nunquid alio modo cōstitui potest? Respon. quòd sic. Inter viuos enim vsusfructus constitui potest. vnde si quis velit vsumfr. alij sine testamen. constituere: hoc pactionibus & stipulationib. inter viuos efficere potest. Hæc dicitur vsq; ad illū vers. Ne tamē. Sed pone, Domine, iam vidi quod vsusfru. formalis separatur à proprietate: & proprietas nuda remanet: quæ ergo vtilitas erit in proprietate? Ad hoc resp. Amice, magna vtilitas est in proprieta. Ne enim in vniuersum inutiles essent proprietates, semper vsufru. existente separato, statutū est certis modis vsumfru. finiri. Et hæc dicitur vsque ad illum §. constituitur. Franciscus de Are.

l ¶ *Vsusfructus.* Sed opponitur: ante separationem non est vsusfr. sed nec post separationem recipit separationem. Resp. vsusfructus id est qui postea dicitur vsusfructus.

m ¶ *Nudā* sic. *C. de mutu. quæ ser. propter l. j. § filio, sic. & C. communia de ma. l. j. in princip.*

o ¶ *Deducto.* ¶ Nota, deducto. si enim vni simpliciter fundum, alij vsumfru. legauerit, ambo concurrunt in vsufructu: *ff. de vsufru. accre. l. idem Neratius. §. non solum. & de vsufruct. earum rerum quæ vsu cō. l. si tibi.*

ADDITIO. Quod est verum secundùm Angel. quando vtrumque legatum erat speciale: secus si legatum vsusfruct. esset vniuersale: putà omnium bonorum: quod an obliget ad collectas, & ad debita hereditatis, vide per Ang. j. in §. sequen.

o ¶ *Legare potest.* item & aliis modis. *vt ff. eo. tit. l. Proculus.* datur autem cùm inducitur in possessionem fructuarius, & proprietarius patitur eum vti frui: *vt ff eo. l. iij. in princ.*

p ¶ *Constituere.* inter viuos.

q ¶ *Pactionibus.* expone: *vt s. tit. j. diximus. § fi.*

r ¶ *Abscedente.* i. separato existente. ¶ Et erit pro quæstione illa, quòd liber homo non[a] poterit locare operas suas in perpetuum, ne libertas sit inutilis: quod Ir. concessit: *arg. ff. de condi. & demonst. l. Titio. § Titio. ij. & de li. ho. ex l. j.* ¶ Sed Ioan. contra: cùm possit per substitutum seruire [b]: *vt C. de episcop. & cleri. l. quisquis censibus § fina. in gloss. surrogato & l. ad similitudinem.* cùm hoc non agatur vt per se tantum operetur: *vt Cod de cadu tol. l. vnica § ne autem. & ff. de diuer. re. l. nemo est.* vel etiam possit interesse præstare: *vt ff de re iud. l. si quis ab alio § fi.* Accursius.

a Hæc communiter probatur. Similiter Gl. in l. quicunque. Cod. in hoc sequitur neminē posse renūciare iuri cedēdi, nec se obligare ad perpetuū seruitiū, secundū Pet.

b Præsentialiter tamen suo, cuius industria erit approbatus à iudice, vel requiritur. Item debet esse talis, qui aliàs principaliter ex industria esset idoneus. Item verum si non fuit electa industria personæ, & nō posset per semetipsum seruire aliàs secus. Angel.

f ¶ *Certis modis.* vt j. eod §. finitur.

[*Constituitur.*] CASVS. Domine, iam video quid est vsusfru. & quibus modis constituitur vsusfr. dicatis modò mihi, in quib. rebus vsusfr. constitui potest? Ad hoc resp. Amice, cōstitui potest vsusfr. non tantummodò in fundo, & ædificiis: sed etiam in seruis & iumentis & pecoribus, & omnibus aliis reb. tam mobilibus, quàm immobilib. exceptis videlicet his quæ ipso vsu cōsumuntur. Nam in huiusmodi rebus neque ciuili neq; naturali ratione vsusfr. cōstitui potest: velut in vino & oleo, frumento & vestimētis: quib. similis est pecunia numerata. nā sicut prædictæ res vsu consumūtur, ita pecunia numerata in ipso vsu assidua permutatione quodammodo insensibiliter extinguitur. Sed licet propriè in prædictis reb. vsusfructus cōstitui nō possit: tamē senatus vtilitatis causa statuit huiusmodi rerum quæ vsu consumuntur, quasi vsumfru. posse constitui; ita tamen vt nomine earum rerum heredi idoneè cautum sit vnde si pecuniæ vsusfruct. alicui legatus sit, ipsa pecunia ita legatario datur, vt etiam in dominiū ipsius legatarij transferatur: sed legatarius satisdationē exponit heredi de tanta pecunia restituenda cum ipse legatarius morietur, aut capite minuetur: & ita securitas cautionis apprehēdendæ, loco proprietatis remanebit. & similiter si vsusfructus aliarum rerū quæ ipso vsu consumantur, legatus fuerit, veluti vini & olei & frumenti: huiusmodi res ita traduntur legatario, vt eius fiant: sed tamen antequam tradantur legatario, æstimātur, & legatarius satisdat heredi, se, cùm morietur aut capite minuetur, tātum restituturum, quantum huiusmodi res tempore traditionis æstimatæ fuerāt. Ex prædictis igitur manifestè patet quòd senatus non fecit vsumfructum rerum quæ vsu consumuntur (nec enim poterat hoc facere) sed tamen per huiusmodi satisdationem heredi expositam quasi vsumfructum in rebus huiusmodi vtilitatis causa constituit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. finitur. Fran. de Aret.

In fundo.

non tantùm in fundo [a] & ædibus, verùm etiam in seruis & iumẽtis, & cæteris rebus, exceptis his quæ ipso vsu consumuntur. Nam hæ res neque naturali [b] ratione neque ciuili [c] recipiunt vsumfructũ: quo in numero sunt vinũ, oleum, frumentum, vestimenta [d]: quibus proxima est pecunia numerata. † Nanque ipsò vsu assidua permutatione [e] quodámodo extinguitur. Sed vtilitatis causa senatus [f] cẽsuit posse etiã earum rerũ vsumfructum constitui, vt tamen eo nomine heredi vtiliter caueatur. Itaque si pecuniæ vsusfructus legatus sit, ita dat᷑ legatario, vt eius fiat, & legatarius satisdet [g] heredi de tanta pecunia restituẽda, si morie᷑, aut capite minuetur [h]. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: sed æstimatis his satisdatur [i], vt si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint æstimatæ [k]. Ergo senatus nõ fecit quidem earum rerum vsumfructum (nec enim poterat [l]) sed per cautionem [m] quasi vsumfructum constituit.

Vsusfructus finitur modis hic descriptis. Aretinus.

3 ¶ Finitur autem vsusfructus morte [n] vsufructuarij †, & duabus capitis [o] deminutionibus, maxima & media [p], & non vtẽdo per modũ & tempus [q]: quæ omnia nostra statuit constitutio [r]. Item finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur, (nam cedẽdo [s] extraneo nigil agitur) vel ex cõtrario si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit [t]: quæ res [u] cõsolidatio appellatur. Eo ampliùs constat, si ædes incẽdio consumptæ fuerint [x], vel etiam terræ motu vel vitio suo corruerint, extingui vsumfructum, & ne areæ [y] quidem vsumfructum deberi. 4 ¶ Cùm autem finitus fuerit totus [z] vsusfructus, reuertitur scilicet ad proprietatẽ: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

DE VSV ET HABItatione.

TITVLVS V.

Hæc quoque seruitus vsus personalis est, id est à re persona debita: itidem dicito in habitationis seruitute. quid autem differat vsus ab vsufructu, aperit Iustin.

a ¶ *In fundo.* etiam sterili: *vt ff. eod. statue. §. j.*

b ¶ *Naturali.* quia non potest esse salua substantia, quod esse debet: *vt s. eod. in princ.*

c ¶ *Ciuili.* quia transit in dominium legatarij: vnde sibi seruire nõ potest *vt ff. si vsusfruct. peta. l. vti frui in princip.*

d ¶ *Vestimenta.* Cõtra *ff. eod. le. sed & si quid. §. & si vestimentorum.* Sol. ibi loquitur de quibusdã vestimẽtis quæ perpetuò durabãt, hic de temporalibus. ACCVRSIO. Tu dic secundũ Ias. quòd ibi fit differẽtia: quia vsufructuarius quantitatis habet etiã dominium, vt hic: non autẽ vsufructuarius vestimenti: vt ibi secundùm Ang.

e ¶ *Permutatione.* nam quæ hodie est mea, cras erit tua. sic extinguitur quo ad dominium meum, quod desinit. *sic s. de rerum diui. §. si tamen.* Itẽ si cũ alia misceatur [a], extinguitur: *vt ff. de sol. l. si alieni.*

f ¶ *Senatus.* cuius nomen non habemus.

g ¶ *Satisdet.* Sed nunne hæc satisdatio, vel illa qua satisdat legatarius vel vsufructuarius se vsurum arbitrio boni viri, potest remitti à testatore? Respon. non: *ff. vt in poss. leg. l. si pecunia. & Cod. de vsufruct. l. j. & Cod. vt lega. no. ca. l. pen.* Illa autem satisdatio [b] quã præstat heres de legato soluendo, bene potest remitti: *vt ff. vt leg. no. ca. l. licet. & l. fin.* ¶ Et est ratio: quia hæc satisdatio contemplatione heredis interponitur: illa autem de legato præstando, gratia testatoris, vt sua voluntas adimpleatur: *vt C. vt le. no. ca. alias vt in poss. leg. l. ij.* Non est ergo mirum si illud quod sua gratia introductum est, testator potest remittere, aliud autem non: *vt Cod. de pact. l. si quis in conscribendo. & ff. de pac. l. pactum. & de ope. li. l. cerdonem. & ad leg. Fal. l. quid de bonis. §. si.* ADDITIO. Imò æquè de fauore heredis ac de suo disponere potest secundùm Christopho. *per l. vnum ex familia. §. si rem ff. de leg. ij.* Et dicit ipse rationem: quia vno casu inuitaretur ad delinquẽdũ: in aliis autem non. Ange. Aret.

h ¶ *Morietur aut capite minuetur.* His enim duobus modis tantum amittitur vsusfructus: *vt ff. de vsuff. ea. re. qua vsu consu. l. in stipulatione. & l. quoniam.*

i ¶ *Satisdatur.* à legatario.

k ¶ *Æstimatæ.* s. eo tempore quando dantur legatario. *sic ff. de vsufruct. ea. re. qua vsu consu. l. si tibi vini.* Accur.

l ¶ *Poterat.* s. cùm substantia in his non saluetur, & dominium mutetur, vt supra dictum est.

m ¶ *Cautionem* impropriè nam satisdare debet: *vt C. de verbor. signif. l. sancimus. & ff. de vsufruct. ea. re. qua vsu con. l. tribus in fine.* quæ cautio loco proprietatis erit apud heredem.

[*Finitur*] CASVS. Domine, iam video quid est vsusfructus, & qualiter constituitur, & in quibus cõstitui potest. dicatis modò mihi quibus modis finitur vsusfructus. Ad hoc resp. Amice, vsusfructus naturali morte vsufructuarij finitur: & similiter morte ciuili: videlicet maxima & media capitis deminu. vsufructuarij. finitur etiam vsusfructus si vsufructuarius non vtatur vsufructu per tempus à lege statutum. & hæc omnia statuit nostra cõstitutio. Et nõ solummodo prædictis modis finitur vsusfructus, sed etiam cessione. Nã si vsufructuarius domino proprietatis cesserit, finitur vsusfructus. secus si extraneo cesserit. Nam extraneo cedendo nihil agit. Et similiter in casu conuerso si vsufructuarius proprietatem rei in qua habet vsumfructũ acquisierit, finitur vsusfructus, & huiusmodi acquisitio proprietatis appellatur consolidatio. Et non solum prædictis modis finitur vsusfruct. sed etiã interitu ipsius rei in qua quis habet vsumfruct. nam si ædes incẽdio in totum cõsumptæ fuerint, vel terræmotu vel vitio proprio corruerint, constat vsumfructum extingui, nec areæ vsumfruct. deberi. Et hæc dicũtur vsque ad illum vers. cùm autem in quo pone casum sic: Domine, iam video quibus modis finitur vsusfruct. Dicatis mihi si placet quid iuris est quando totus vsusfructus est finitus? Ad hoc respon. Amice, cùm totus vsusfructus finitus fuerit, reuertitur statim ad suam proprietatem: & consolidatur cum ea: & qui primò erat dominus nudæ proprietatis, incipit ex eo tẽpore plenam proprietatem & potestatem in rem habere. hæc dicuntur vsque ad fi. tit. Franc. de Aret.

n ¶ *Morte.* sc. naturali. Sed contra. *ff. de noua. l. si vsumfructum.* Solu. non contradicit. ibi enim antequã essem vsufructuarius, delegaui: vnde ex eius persona cui delegaui, finitur: quia in eius persona incepit. si autem postea delegassem, ex mea persona finiretur: *vt ff. de peri. & com. rei ven. l. necessario. §. fin.* ADDITIO. ¶ Tu dic quòd formalis vsusfru. in formalẽ trãsire non põt: sed in causalem sic, & ecõtra. & ideo ibi vtendi tantũ commoditas ceditur secundùm Ang. hic.

† Sic etiã clerici consentiut vsufructus beneficiorum suorum, vt in c. fi. extra de pign. & c. vlt. in Gl. secunda. de peeul. cleri. & eorũ morte finiũt vsusfru. vt in dicto cap.

o ¶ *Capitis.* supra *de capi. di. §. j. & ij. & iij.*

p ¶ *Maxima & media.* quæ mortes ciuiles sunt: *vt ff. pro soc. l. verum. §. societas. ver. intereunt.* Non autem minima capitis deminutione: *vt j. de acqui. per arrog. in prin.*

q ¶ *Per modum & tempus.* s. vt bonus paterfamilias. [a] Vel meliꝰ per modũ & tẽpus. i. per moderatũ tẽpꝰ. s. x. an. inter præsentes. xx. inter absentes *vt C. de vsufr. l. corruptionẽ.* Sed relict[c] [b] ciuitati durat centũ an. *vt ff. eo. l. an vsufr.* Actio verò cõpetens per vsufr. nõ tollit ipso iure, cũ tẽpus nõ sit modus tollẽdæ obligationis: sed per exceptionẽ dicto tẽpore tollit: licèt in aliis modis fruendi ipso iure etiam actio tollatur: *vt ff. de act. & obli. l. obligationum ferè. § placet.*

a Imò tunc finitur: sed agitur cõtra eũ. l. Aquil. cautione interposita: vt l. cõquisitum. ff. t. eum duob. seq. ff. de vsufr.

b Vsusfructus ciuitati relictus durat centum annis.

Per modum & tempus.] Si fructuarius per constitutum tempus nullo modo vtatur, vel etiam si vtatur contra præscriptum modum, vtroque casu non vtendo vsumfr. amissum dicemus. *arg. ist. l. si communem. §. j. & l. si quis alia ff quemad. ser. amitt.* Cuiacius.

r ¶ *Constitutio.* *C. de vsufru. l. corruptionem.*

s ¶ *Cedendo.* Contra. *j. tit. j. in fine primi casus* Sol. hic dicit de iure vtendi, quod cedi non potest: imò tunc ad proprietatem redit: *vt hic. & ff de usu. do. l. si vsusfr.* ibi de ipsa fructuum perceptione. [c] *argu. ff. de peri. & com. rei ven. l. necessario. § fi.*

c Et sic intelligitur haberi titulo lucratiuo: quòd nota pro sententia. Itẽ finitur per mutationẽ formæ ipsius rei etiã in melius, etiã si fuisset per proprietarium factum. l. vsufructuarium nouum rium. ff. de vsufru. Angel.

t ¶ *Acquisierit.* scilicet finitur vsusfructus. Accursius.

u ¶ *Quæ res.* id est talis acquisitio.

x ¶ *Consumptæ fuerint.* scilicet in totum: *vt ff eo. l. si cui insulæ.*

y ¶ *Vt area.* sic *ff. quib. mod. vsusfructus amitt. l. repeti. § pen. arg.* contra. *ff. de pigno. act. l. domo* ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in pignore: & ideò facilius extinguitur vsusfru. quàm pignus, ne proprietas reddatur inutilis, iuxta princ. huius tex. secundùm Ias.

z ¶ *Totus* ¶ Nota, totus si enim pro parte, nõ redit ad proprietatem, *vt ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. excepta.* Itẽ si sint duo consructuarij, vno perdente alteri accrescit: *vt ff. de vsufru. accrescen. l. j. § pe.*

DE VSV ET HABITATIONE.

Supra tractatum est de vna seruitute personali, videlicet de vsufructu, hic sequitur de aliis.

H*isdẽ illis.*] Totus iste titulus in tres partes diuiditur. ¶ Primò ponit de vsu. ¶ Secũdò de seruitute habitationis. ¶ Tertiò facit quoddam præambulum, trãsiens ad aliàs materias. Secundæ

ibi, Sed si cui. Tertia ibi, Hęc de seruitutibus. Litera satis plana est vsque ad illum §. Sed si cui. ideo pone casum per te ipsum.

a ¶ *Constituitur.* i. in testamento, & inter viuos: *vt* §. *ti.* j. §. j.

b ¶ *Solet.* nisi quòd vsus pro parte constitui non potest. *vt ff. e. l. vsus pars.* Sed aliud in vsufructu: *vt ff. de vsufru. l. vsufructus ab initio.*

¶ Et ratio est: quia diuiduus est: quod non est in aliis seruitutib. *vt ff. ad l. Falcid. l.* j. §. *si vsufruct.* ¶ Nec obest. si duob. vsus constituitur. q concursu partes fiunt: quia occasione, i. necessitate magis q̃ ratione contingit: *vt ff. de rinu. l. Labeo.*

c ¶ *Modis.* quos. §. *tit.* j. §. *finitur.* habuimus.

d ¶ *Minus iuris.* sed in[e] casib. æquales sunt fructuarius & vsuari[9]: vt in vsu pecuniæ[b]: *vt ff. de vsufruct. ea. re. l. hoc senatus.* §. *fi.* 2 Itē in fundo de quo tātū fœnum colitur, quātū soli sibi sufficit: *vt ff. eo. l. fundi.*[c] 3 Itē si in sylua remota, ex qua vterq; ligna vēdere potest: *ut ff. e. l. diuus.*

e ¶ *Fœno.* i. de herba.

f ¶ *Stramentis.* i. de melega. genus[d] est bladi.

g ¶ *Quotidianum.* quid si hodie vsus qui mihi sufficit constituatur, & cras ab alio in alio fundo cōstituat. Resp. loc[o] erit electioni vel gratificationi in toto vel in parte. *arg.* j. *de le.* §. *si generaliter. & ff. de relig. l. fi.*

h ¶ *Vtatur.* Nūquid in viuo vel in frumēto & oleo? Resp. quidā nullo modo. Alij contra: quorū sentētia est verior. *vt ff. eo. l. plenu.* §. *præter.* ¶ I. ē q. s col. t agrū Resp. ꝓprietarius si[e] vult. alias vsuari[9]: *vt ff. eo. l. si domus vsus & ff. de vsufru. l. bactenus.*

i ¶ *Impedimento.* aliâs, i. si alia de causa veniat, dominum & eius familiam poterit prohibere: *vt ff. eod. l. habitatio.* §. *fi.*

k ¶ *Alij.* quasi dicat, nisi proprietario.

Cum is qui vsumfru.] Quare cùm vsusfr. extraneo vēdi, locari, donari, comodari, precario concedi, obligari possit, cum etiā idē in iure cedi non possit. An quia cedere in iure, est ad sellā prætoris, i. à se ius totū abdicare: at locare aut vendere, est ius vtendi, fruendi, ita in alium transferre, vt tamen peremptorem aut conductorem à fructuario reuocatur? Cuiacius.

l ¶ *Cum.* i. quamuis.

m ¶ *Hæc omnia.* contra. §. *tit.* j. §. *finitur.* Sol. vt ibi. Item. *contra. ff. loc. l. locare.* Solu. ibi in prædialibus[f] seruitutibus loquitur: hic in personalibus.

n ¶ *Vt ipse tantùm.* contra. *ff. eo. l.* ij. §. j. Sol. ibi ponitur solum pro solummodo: *vt ff. de vulga. sub. l. qui liberis. in princ.*

o ¶ *Cum marito.* præsenti & futuro: *vt ff. eo. l. cæterum.* §. *mulieri.*[g] & generaliter omnes recipiet quos & masculus dummodo honestè: *vt ff. eo. l. non solum. & l. non aliter.* Accursio. & inducitur iste tex. vt statuta & sententiæ quamuis sint stricti iuris, tamen recipiant interpretationem extensiuam, quando aliâs non possunt sortiri effectum quod no. secundùm Ang.

p ¶ *Vti potest.* non autē locare[h] potest. si tamē aliquid cōducat faciendum in eo. poterit vti opera vsuarij serui. Item ipsi eidē seruo sua opera poterit locari. acquirit autem ex re, non ex opera vsuario: *vt ff. eo. l. plenum.* §. *fi. & l. sequen.* Accursius.

q ¶ *Et in iumento.* facit *ff. eo. l. plenum.* §. *sed si pecoris. versicu. sed si bouem. &* §. *equitij.*

r ¶ *Neque.* nisi modico[a]: *vt ff. eod. l. plenum.* §. *sed si pecoris.* Aliàs nullo modo, secūdū P. Io. contra dicit enim omnibus his ad suū vsum & suorum posse vti[b] vt in fūdo §. diximus.

s ¶ *In fructu.* sic §. *de rer. di.* §. *in pecudum.*

[*Sed si cui.*] CASVS. Dicit iuuenis Domine Impe. vidi §. quid sit vsusfruc. & q̄d sit vsus: Nūc vellē scire q̄d sit habitatio: an cōueniat cū vsufructu & cū vsu? Et resp. Impe. q habitatio nō est vsusfruct[9], neq; vsus: sed quoddā ius mediū & im ꝓpriū. Itē qui habet habitationē: nō solū ipse potest habitare in domo cuius habitationē habet: sed etiam alij &c. Text[9] sequēs est plan[9] vsque ad seq. tit. Franc.

t ¶ *Habitatio.* siue dicatur habitatio, siue vsusfructus habitationis, idem est: *vt C. eo. l. cum antiquitas.*

u ¶ *Aliquo modo.* s. inter viuos pactionibus & stipulationib. *sic* §. *de ser.* §. *fi. & de vsufr.* §. j.

x ¶ *Neque vsus.* quia locat: *vt C. eod. l. cùm antiquitas.* sed vsuarius nō: *vt* §. *eo. circa princ.*

y ¶ *Neque vsusfructus.* q̄a hæc nō finitur nisi morte: *vt ff. eo. l. si habitatio. circa prin.*[c] sed vsusfructus multis modis: *vt* §. *de vsufr.* §. *finitur.*

z ¶ *Decisione.* vt *C. eod. l. cùm antiquitas.*

a ¶ *Hæc de seruitutibus.* excusat se quare de hereditatibus & obligationib. non dicit: cū videat hic dicere debere: *vt* §. *de reb. ca.* §. j.

b ¶ *Proponemus.* s. j. *de hered. inst. vsque ad ti.* j. *de obli. & exinde vsque ad tit. de act.*

c ¶ *Exposuimus.* hæc cōtinuatio refertur. §. *de rerum diui.* §. *singulorum.*

d ¶ *Et.* pro id est.

Eisdē illis modis quibus vsusfructus constituitur[a], etiā nudus vsus constitui solet[b], hisdémq; illis modis[c] finitur: quibus & vsusfructus desinit.

1 ¶ Minus[d] autē iuris est in vsu, quā in vsufructu. nā is qui fūdi nudū habet vsum, nihil vlterius habere intelligitur, quā vt oleribus, pomis, floribus, fœno[e], stramentis[f], & lignis ad vsum quotidianū[g] vtatur[h]. In eóque fundo hactenus ei morari licet, vt neq; domino fundi molestus sit, neq; his ꝑ quos opera rustica fiunt, impedimento[i] sit. Nec vlli alij[k] ius quod habet, aut locare, aut vendere †, aut gratis concedere potest: cum[l] is qui vsumfructum habet, possit hæc omnia[m] facere.

Habens vsum domus potest in ea habitare cum marito vel vxore & familia, & hospitem recipere: sed tale ius non potest alteri cedere. Aret.

2 ¶ Itē is qui ædium vsum habet hactenus ius habere intelligitur vt ipse tantùm[n] inhabitet: nec hoc ius ad aliū trāsferre potest. Et vix receptū esse videtur, vt hospitē ei recipere liceat: & cū vxore liberisq; suis, itē libertis, necnon personis aliis liberis, quib. nō minus quàm seruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter si ad mulierem vsus ædium pertineat, cū marito[o] ei habitare liceat.

Qui habet vsum seruí, ipse tantum vti potest: & idem in iumento. sed si pecoris vsum habet, solum vtetur ad impinguandum agrum. Aretinus.

3 ¶ Itē is ad quē seruí vsus pertinet, ipse tātùm opera atq; ministerio eius vti potest[p]: ad aliū verò nullo modo ius suū transferre ei concessum est. Idē scilicet iuris est & in iumento[q].

4 ¶ Sed & si pecorum veluti ouiū vsus legatus sit: neq; lacte[r], neq; agnis, neq; lana vtetur vsuarius †: quia ea in fructu[s] sunt. Planè ad stercorandum agrum suum pecoribus vti potest.

Angustior est seruitus vsus, quàm habitationis: nam cui habitatio data est, non tantùm inhabitandi ius habet, sed etiam alteri locandi, & commodandi: cui verò vsus concessus fuit, vt ipse solùm vtatur oportet.

5 ¶ Sed si cui habitatio[t] legata, siue aliquo modo[u] cōstituta sit: neq; vsus[x] videtur, neq; vsusfructus[y], sed quasi ꝓprium aliquod ius, quam habitationē habentibus ꝓpter rerū vtilitatem secūdùm Marcelli sentētiam nostra decisione[z] promulgata permisimus non solùm in ea degere, sed etiam aliis locare.*

Præmissa epilogatione, facit quoddā præābulū trāsiens ad alias materias.

6 ¶ Hæc de seruitutibus[a] & vsufructu, & vsu & habitatione dixisse sufficiat. De hereditatibus autem & obligationibus, suis locis ꝓponemus[b]. Exposuimus[c] summatim quibus modis iure gentium res acquiruntur: modò videamus quibus modis legitimo &[d] ciuili iure acquiruntur.

DE VSVCAPIONIBVS, ET longi temporis præscriptionibus.

TITVLVS VI.

Qui bona fide rē à nō domino emerit aliòve iusto titulo habuerit, eam, si mobilis sit, annis vtique tribus: si immobilis, decennio inter præsentes, & inter absentes vicennio vsucapit.

DE VSVCAPIONIBVS, ET LONGI temporis præscriptionibus.

Hæc rubrica continuatur per Imperatorem ad præcedentia vt visum est supra tit. prox. in fi. *Quia supra dictum est qualiter res iure gentium nobis acquiruntur: nunc sequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquirantur. Aretinus. Et dic de vsuc. scilicet mobilium sed præscriptio immobilium:* vt patet infra eod. in princ. & C. in quib. cas. ces. long. temp. præscrip. l. ij. *Sed in ff. eo. vsucapio largè sumitur per totum tit. & maximè in l. quare.* Accursius.

I[*Vre ciuili.*] Totus iste titulus diuiditur in nouē partes. Nā ponit 1 Primò quòd ad vsucapionē requiritur bona fides, & iustus titulus, & spatium tēporis. 2 Secundò quòd licēt prædicta interueniant: non tamen procedit vsucapio propter naturā vel vitium rei. 3 Tertiò rediens ad primā regulam ponit qualiter in re aliena mobili possit tradēs habere bonā fidē. 4 Quartò quòd in rebus immobilibus nō vitio possessis mala fides auctoris nō nocet successori. 5 Quintò ponit casum in quo res furtiua potest vsucapi. 6 Sextò an res fisci possit vsucapi. 7 Septimò qualis debeat esse res

feres vel titulus. 8 Octauò an possessio auctoris prosit successori. 9 Nonò quanto tempore res aliena alienata à fisco vel donata ab Imperatore vsucapiatur. Secūda ibi, Sed aliquando. Tertia ibi, Sed tamē. Quarta ibi, Quod autē. Quinta ibi, Aliquando. Sexta ibi, Res fisci. Septima ibi, Nouissimè. Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto. Item prima subdiuiditur. Nā primo ponit ius antiquū. Secūdò illud corrigit. Secunda ibi, Et cum. CASVS. Dixit iuuenis legū studiosus domino Imperatori: Domine Imperator, cū essē in domo patris mei, audiui à quodam viro antiquo, quòd quoddā pratū situ prope vrbē in qua natus sui, pertinebat olim suo meo: & me in tantū instigauit, quòd conueni possessorem dicti prati in iudicio, vindicādo ipsum pratū quasi ad me pertineret. ¶ Et cū satis diu litigassemus, eidem aduocatus quidā doctissimus in legibus interrogauit aduersarium meū, quāto tēpore possedisti istud pratū? qui respondit: per xx. an. cum titulo & bona fide. Postea eius aduocatus opposuit in iudicio cōtra me præscriptionē: quamobrem absolutus fuit aduersarius meus à iudice, & ego in expensis condemnatus fui. Ab illo tēpore citra semper optaui fieri iurisperitus: & inter cæteras rubricas iuris ciuilis desideraui scire materiam præscriptionum & vsucapionum. Deprecor igitur maiestatē vestrā, quatenus me doceatis quid sit vsucapio, & longi temporis præscriptio. Cui adolescenti respondet Imperator. O dilecte iuuenis, nihil nobis vnquam delectabilius fuit, quàm iuuenum sincerus amor ad leges perdiscendas. Ideo nihil à te quod petieris, abscondam: sed omnia ex scrinio pectoris nostri explanabimus tibi. Debes igitur scire quòd maiores nostri aliter de vsucapionibus & præscriptionibus sentiebant quàm nos. Nam si quis aliquam rem bona fide ab eo quem dominum esse credebat, emerit, aut alio iusto titulo habuerit: illam rem, si erat mobilis, vsucapiebat vno anno: si immobilis, biennio. & hoc in Italis tantùm: ne rerum dominia in incerto essent. Nos verò vsucapionum & præscriptionum ampliauimus & tempora & loca: & constitutionem fecimus qua ordinauimus, quod vsucapiones compleantur non minori tempore quàm triennio in rebus mobilibus: præscriptiones verò rerum immobilium inter præsentes compleantur decem annis, & inter absentes viginti: non tantum in Italia, sed in omnibus locis vel prouinciis nostro Imperio subiectis iusta causa possessionis præcedente. Franciscus.

IVre ciuili[a] constitutum fuerat, vt qui bona fide[b] ab eo qui dominus non erat[c], cùm crederet eum dominum esse, rē emerit; vel ex donatione, aliáve[d] quauis iusta causa acceperit, is eam rē, si mobilis erat, anno vbique vno: si immobilis, biēnio tantùm in Italico solo[e] vsucaperet, ne rerum † dominia[f] in incerto essent. Et cùm hoc placitum erat[g] putantibus[h] antiquioribus, dominis sufficere ad inquirēdas[i] res suas præfata tempora[k]: nobis melior sententia sedit[l], ne domini maturius[m] suis rebus defraudentur[n], neque certo loco[o] beneficium hoc concludatur. Et ideo cōstitutionem[p] super hoc promulgauimus, qua[q] cautum est, vt res quidem mobiles[r] per triennium[f], immobiles verò per longi temporis possessionem, id est[t], inter præsentes[u] decennio, inter absentes viginti annis vsucapiantur[x]. Et his modis non solùm in Italia[y], sed etiā in omni terra quæ imperio nostro gubernatur, dominia rerum[z], iusta[a] causa possessionis præcedente, acquirantur:

Homo liber, res sacra vel religiosa, & seruus fugitiuus, non possunt vsucapi. Arec.

1 ¶ Sed aliquādo etiā si maximè quis bona fide rē possederit:

† *Hæc verba recitantur in c. vigilātj. extra eod. super verbo sequentium. extr. de præscript.*

a ¶ *Iure ciuili.* i. l. xij. tabularum, vel Romanorum per excellentiā: *vt I. de iure na. §. sed ius &c.*

b ¶ *Qui bona fide.* quod præsumitur si à domino credat se emere: *vt ff. de contrahen. empt. l. qui à quolibet.* ¶ Vel quia putat vendentem habere ius vendendi: *vt ff. de verb. sign. leg. bonæ fidei emptor.* quæ bona fides præsumitur semper: *vt ff. de proba. leg. verius.*[a] Exigitur autem in venditione duobus temporibus bona fides: scilicet tempore contractus, & tempore traditionis: in aliis autem contractibus tempus traditionis sufficit: nec nocet posterior scientia: secus in petitione hereditatis: *vt ff. pro soluto. leg. penul. & pro emptore leg. ij. & Cod. de vsucapi. transfor. l. vnica. §. cum autem. ib. hoc tantummodo. & ff. de peti. hered. leg. sed & si. §. quòd si ab initio.* Accursius.

c ¶ *Dominus non erat.* si enim erat dominus, & accipiens fit dominus per traditionem: vnde non vsucapit: *vt ff. eod. leg. sequitur. §. lana. & de cap. leg. in bello. §. si quis seruum. & supra de re. diui. § per traditionem.*

d ¶ *Aliáve.* cùm sint multæ causæ iustæ siue tituli: *vt ff. de publi. l. j. §. sed cur. vsque ad l. eum qui.*

e ¶ *In Italico solo.* i. in Italia. non ergo etiam in prouinciali: *vt C. de vsuca. transfor. l. vnica circa prin.*

f ¶ *Ne rerum dominia.* hæc est ratio quare vsucapio sit inducta[b]. est & alia, scilicet vt aliquis sit litium finis: *vt ff. pro suo. l. fin.* Accursius. ADDITIO. Dic quòd istæ rationes hic introductæ processerunt propter bonum publicum: *vt dicit text. in leg. j. ff. de su.* de hoc vide Ang. hic.

g ¶ *Et cum hoc placitum erat.* id est cùm istud placebat.

h ¶ *Putantibus.* scilicet iurisconsultis.

a Dic hoc verū in reb. corpo. item si habet titulū verū vel putatiū. vt *l. nonne. in c. vigilanti. de præscrip.* vel saltem veritas cōmunis. *c. 1. de præs. rip. lib. 6.* aliàs secus. Et ratio est in corporalibus quia qualib. res præsumitur libera. *l. altior. ff. de seruit. & aqua. pluu.*

b Puta quia sine ipsa semper habens rē absque titulo esset in certus an esset effectu dominus, vel quia aliàs esset difficile probare dominium. Ias.

i ¶ *Ad inquirendas.* vel amittendas.

k ¶ *Præfata tempora.* s. anni vel biennij.

l ¶ *Sedit.* scilicet in animo.

m ¶ *Maturius.* id est maturè.

n ¶ *Defraudentur.* quod iura nolunt: *vt Cod. de vsufruct. l. corruptionem. & de præscrip. xxx. ann. l. finali.*

o ¶ *Certa loco.* scilicet solo Italico, vt olim: vt supra eodem.

p ¶ *Constitutionem Cod. de vsucap. transfor. l. prima.*

q ¶ *Qua.* scilicet constitutione.

r ¶ *Res quidem mobiles.* & se mouentes: *vt ff. de verbo. sign. l. mouentium.*

f ¶ *Per triennium.* quæ[a] tempora tam præscriptionis quàm vsucapionis continua sunt: *vt ff. eod. l. nunquam. §. j.* & [b] in vsucapione sufficit tetigisse vltimum diem. In præscriptione verò quæritur de momento ad momentum: *vt ff. eodem. leg. in vsucapionibus. & ff. de actio. & oblige. leg. in omnibus.* ¶ Et est ratio: quia vsucapio fauorabilis est[c] præscriptio verò odiosa: *vt C. de edict. diui Hadr. tol. leg. fina. & ff. de liberis & posthum. leg. cum quidam.*

t ¶ *Id est.* quandoque longum tempus aliter ponitur: *vt ff. de dam. infec. leg. si finita. §. non autem.* ¶ Itē aliud in personalibus actionibus: *vt Cod. qui non ob. long. temp. præscrip. leg. nequu. & de const. pec. leg. ij.*

u ¶ *Præsentes.* s. in eadem prouincia degentes: sed absentes in alia: *vt C. de præscrip. long. temp. l. fi.*

x ¶ *Vsucapiantur.* propriè[d] pro mobilibus accipitur: impropriè pro immobilibus quantum ad hunc titulum. *sit. ff. de off. pro con. l. ij.*

y ¶ *Non solùm in Italia* ex differentia enim locorum &c. *vt Cod. de ætem in integ. resti. l. superuacuam.*

z ¶ *Dominia rerum.* Ex hac litera voluit dicere. M. quòd præscriptione[e] decem vel viginti annorum dominium quæratur. pro eo est. *ff. eodem. l. eum qui in fun. j. respon.* B. contradicit[f] *argumen. ff. de iureiuran. leg. si duo. §. j. & Cod. de præscrip. xxx. ann. leg. si quis emptionis. in princip. & est argumen. pro. B. ff. de pign. l. j. §. cum prædium. & Cod. de pign. leg. vsucapio.* & quod hic dicitur, & his modis, referas secundùm. B. ad vsucapionem tantùm, per quam secundùm omnes dominium quæritur: *vt Cod. de pac. l. traditionibus.* Vel quod dicit dominium, ponitur propriè quantum ad vsucapionem: impropriè verò quantum ad præscriptionem, hoc est pro[g] effectu dominij, id est vt possidentes habeamus exceptionem: non possidentes habeamus actionem vtilem: *vt ff. de acquir. re. do. l. rem in bonis. & Codice de præscrip. xxx. annorum. l. si quis emptionis. in princi.* ¶ Et est ratio[h] quare vsucapione magis dominium quæratur: quia mobilium rerum vilis est possessio: *vt ff. de acqui. poss. l. si rem.*

s ¶ *Iusta.* vel quasi: *vt dicemus j. eo § error.*

[*Sed aliquando.*] CASVS. Iuit iuuenis cupidus scientiæ legalis apud dominum Imperatorem. Domine Imperator, supplico quatenus audiatis me patienter. Intellexi à vestra maiestate morem antiquorum, scilicet quanto tempore compleri valebant vsucapiones & præscriptiones. Itē audiui opinionem & ordinationem vestram, qualiter tempora & loca vsucapionum & præscriptionum ampliastis. Sed generaliter locuti estis: scilicet si quis rē &c. Rei autem nomē est generale. Vellem igitur edoceri, si vsucapio & præscriptio habeant locum in omnibus rebus indifferenter. Nam sunt quædam res sacræ, sunt quædam religiosæ, sunt liberi homines, sunt serui fugitiui, sunt quædam res furto sublatæ, sunt res vi possessæ: an si quis tales res bona fide possideat, possit eas vsucapere seu præscribere? Ad quæ quæsita respondet Impera. Videmus te egregie adolescens ita esse subtili ingenio præditum, quòd faciliter te in virum doctum in legib. euasurum speramus: quæ res profectò nos summopere delectat: & vtinā tales adolescentes plures in nostra republica Deus nobis contulisset. Speramus enim nostras prouincias optimè per tales viros gubernādas fore. Laudādi enim sunt qui singula perscrutari volunt, & plenius de omnibus edoceri. Quāpropter quia in te videmus multum inesse latentis energiæ, plenius te cupimus instruere: & de quib.

a Vsucapionis & præscriptionis tēpora cōtinua sunt.

b In vsucapionib. sufficit vltimū diem attigisse. In præscriptionib. secus, cū in ea tēpora computemus de momento in momentū.

c Vsucapiones fauorabiles sunt. vt hic. Cur hoc? quia solo fauore vsucapientis, nulla inspecta negligentia petentis currunt secundū Chris. Verū id falsum per hunc tex. ibi, putantibus. & l. 1. ff. eo. Dic rationem esse quia in rebus mobilibus vt plurimū agitur de minori præiudicio: secundū Ias.

d Vsucapio propriè mobilium: sed præscriptio, immobilium.

e Præscriptio vtile dominiū seu effectus dominij acquiritur. de quo v. Gl. & quod ibidem scrips. in l. traditionibus C. de pact.

f Qui sequuntur vltra mōtanis: vt refert Christopher. hic. & procedit secundū aliquos quādo præscribit domino patiente & sciente. aliàs procedit opin. Bal. vt refert Ang. opin. tamē Gl. est cōmunis.

g Dominium pro effectu dominij.

h Dominium vsucapione facilius acquiritur quàm præscriptione, & cæt.

vltro quæsiuisti, respōdemus quod licèt generaliter locuti simus de rebus quæ possunt vsucapi & præscribi:excipiuntur tamen ab illa regula nostra liberi homines, res sacræ vel religiosæ, serui fugitiui, res furtiuæ, res vi possessæ. ¶ Nam licèt quis tales res bona fide possederit per tempus prædictum: tamē non poterit eas vsucapere, seu præscribere. ¶ Lex enim duodecim tabularum, quæ est lex antiquissima, prohibuit vsucapionē vel præscriptionem talium rerum. Quærit vltra scholaris: Serenissime Imperator, quanto plus audio de hac materia, tāto magis dubito. An hoc qđ maiestas vestra nunc proxime dixit, debeat intelligi de ipsis furibus, qui alienas res furantur: an de his qui ipsi vi rapiūt: an de his qui inuaserunt possessiones alienas per vim. Respondet Imperator: O iuuenis, nō debetis dicta nostra de talibus furibus, vi raptoribus, aut violētis hominib. intelligere: quia tales alia ratione non possunt vsucapere vel pscribere: qa sunt malæ fidei possessores: sed intelligēda sunt de his personis quæ à talibus furibus, vi raptoribus, aut violentis hominibus tales res acquisiuerunt, quamuis bona fide à talibus acceperint. ¶ Et ideo in rebus mobilibus non faciliter etiam bonæ fidei possessorib. acquiruntur res per vsucapionem. ¶ Nam qui sciens alienam rē vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum eiusdem rei committit.

non tamen illi vsucapio vllo tēpote[a] procedit: veluti si quis liberum hominem, vel rem sacram, vel religiosam[b], vel seruū fugitiuum[c] possideat.

Furti & violentiæ expulsiuæ vitium vsque adeo rei infigitur, vt furtiuæ res, & vi possessa: nec lōgo temporis curriculo à quantumuis[n] bonæ fidei possessore vsucapi possint: tātum abest vt ab ipso fure aut violento occupatore vsucapiantur.

2 ¶ Furtiuæ quoque rés, & quæ vi[d] possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore[e] bona fide possessæ fuerint, vsucapi possunt[f], nā furtiuarum[g] rerum, lex duodecim tabularum & lex Atinia inhibent vsucapionem: vi possessarum[h], lex Iulia & Plautia. 3 ¶ Quod autem dictum est, furtiuarum & vi possessarū rerum vsucapionem per leges prohibitam esse, non eò pertinet[i], vt ne ipse fur, quive per vim possidet, vsucapere possit (nā his[k] alia ratione[l] vsucapio nō competit: quia scilicet mala fide possident) sed nec vllus[m] alius quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, vsucapiendi ius habeat.

a ¶ *Vllo tempore.* etiam quadraginta annorum: *vt C. de præscript. long. temp. quæ pro lib. l. fi.*

b ¶ *Rem sacram vel religiosam.* nisi desinant esse sacræ vel religiosæ: quod fieri potest. *vt ff. de reli. l. cum loca.* Accur.

c ¶ *Seruum fugitiuum.* qui facit furtum suiipsius: *vt C. de ser. fu. l. j.* ¶ Sed nunquid[e] .xxx. an. fugitiuus vsucapitur. Respond. non, cum possessio retineatur: *vt ff. de acqui. poss. l. j. § per seruum. & l. rem quæ in fi.* ergo non currit vsucapio possidenti: *vt C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. l. male.* nisi ex tunc quando ab alio cœperit possideri, vel steterit diu[b]: quia ex tunc desinit possideri: *vt ff. de acqui. poss. l. iij. § si seruus. & leg. per eum. § per seruum.*

d ¶ *Vi.* sci.[c] expulsiua, non[d] compulsiua: *vt C. quod met. cau. l. si vi vel metu. in glo. fi.*

e ¶ *Prædicto longo tempore.* s. triennij, vel decem vel viginti annis sed xxx. vel xl. annis possunt. *vt C. de præscrip. xxx. vel xl. annor. l. omnes. & l. sicut in rē. & de anna. excep. l. j § nō hæc.* Accur. ADDITIO. Quod procedit in eo qui ab ipso emit bona fide. aliàs secus de iure canonico, *vt dixi. s.*

f ¶ *Possunt.* nisi purgato vitio. *vt j. eo. § aliquando.*

g ¶ *Nā furtiuarū.* Similis ratio, quia lex volt: *vt s. quib. ex cau. ma. nō li. in prin.* vnde illud, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Est & alia ratio: quia res vitiosæ sunt: *vt j. eo. § nouissime.*

h ¶ *Vi possessarum.* s. si expulit, & possedit: nec sufficit expulisse: *vt ff. eo. l. sequitur. § si tu vi.*

i ¶ *Non eo pertinet.* s. tantum.

k ¶ *Nam his.* s. possessoribus violentis & furibus.

l ¶ *Alia ratione.* ¶ Not. quod præualet[e] generalis ratio speciali. *sic s. de nup. § affinitatis. & § socrum. arg. contra digestū de eden. leg. quædam.*

m ¶ *Sed nec vllus.* contra. *C. quod me. cau. l. si vi vel metu.* Sol. hic de vi expulsiua: ibi de compulsiua, quæ voluntatem licèt coactam habet in se: *vt ff. quod me. cau. l. si mulier. § pen.*

n ¶ *Vnde* quia in reb. mobilibus alienis fit furtum cōtrectando: *vt j. de oblig. quæ ex deli. nasc. § j. & ex eo fit furtiua:* sic non vsucapibilis: *vt s. prox.* vnde sequitur quod in rebus mobilibus &c.

o Serui fugitiui an triginta annis vsucapiatur.
b Pro libero, & bona fide. Item si sit petatur sub iudicio libertate secundū diu[?]
c *Al. de Gil. j. in verbo. violē ter. C. de vsuca. pro emp.*
d Violentiarū quinq; genera. Expulsiua, cū si, vt expelli tur à re immobili. Ablatiua, cum res mobilis ausfertur alicui: & hę duæ impediunt vsucap. & præscript. Compulsiua quoties quis cogit ad suā alienare. Turbatiua quoties quis turbatur in sua possessione: Inquietatiua cum duo conēdant se possidere. ult. rum nulla vsucapionē vel præscriptionē impedit. Gl. in l. C. quod metus
e Generalis ratio præualet speciali.

o ¶ *Competat.* Sed videtur[a] quòd culpa auctoris nō comitetur. i. non sequatur accipientem: *vt ff. de diuer. & tempora. præscri. leg. an vitium. & ff. de dolo ma. excep. leg. apud Celsum. § si cum legitime.* Respon. si vitiū est[b] rei, comitatur vt bicis psonæ, comitat in vniuersum succedētē: *vt de acquir. poss. l. vitia. & C. communia de vsucap. l. fin.* ¶ Sed si in rē singularē succedat, non comitatus: *vt ff. de dolo ma. excep. l. apud §. de auctoris. & Cod. de peri. & com. rei vend. l. dolum.* nisi quando vtetur accessione tēporis eius auctoris: *vt ff. de acquiren. poss. l. Pomponius. § fi.* Sed hodie vitium personæ nocet singulari successori, per authen. malæ fidei.

Vnde[n] in rebus mobilibus nō facilè procedit vt bonæ fidei possessoribus vsucapio competat[o]. Nam si sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit: furtum eius committit.

Rem alienam bona fide possessam, vitióque reali carentem, si quis bona fide accipienti, ex causa ad dominium idonea tradiderit, tunc vsucapio procedit: licèt in facto vel in iure tradens errauerit.

4 ¶ Sed tamen id aliquando aliter se habet. nam si heres[p] rem defuncto commodatam aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bona fide accipienti[q] vendiderit, aut donauerit, aut dotis[r] nomine dederit: quin is qui acceperit, vsucapere possit, dubium non est: quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: cum vtique heres qui bona fide tanquam suam alienauerit, furtum non committat.

5 ¶ Item si is ad quem ancillæ vsusfructus pertinet, partū suum esse credens, vēdiderit, aut donauerit, furtum non committit[f]. Furtum enim sine affectu[t]

[*Sed tamen.*] CASVS. Domine Imperator, inquit iuuenis, quo modo possunt hæc fieri, & qua via potest procedere vsucapio in rebus mobilibus? Respōdet Imperator. pfecto dilecte iuuenis, si essetis vir grādæuus & pfectus: iustè possem vobis respōdere quod dominus noster in euāgelio respondit Nicodemo: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Veruntamen qa estis teneræ ætatis, audiem vos patiēter, docebimúsq; vos quo modo vsucapio potest pcedere in rebus mobilib. ¶ Nam si aliqua res alicui commodetur, vel apud aliquem deponatur, vel alicui locata fuerit & ille cui cōmodata vel locata erat, vel apud quem deposita erat, moriatur: & heres qui eidem succedit, adiuerit hereditatē eius, & inuenerit res illas in hereditate defuncti, credēs eas esse de bonis ipsius mortui, eásq; res alicui alij vēdid. aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aut quolib. alio titulo sufficiēte ad dominij translationē, tradiderit. in his casib. nō est dubium quin ille qui huiusmodi rē bona fide acceperit, eā vsucapere possit: quia in prædictis casib. huiusmodi res mobilis ab herede bo. fi. & iusto tit. tradita, furti vitio non est affecta. Heres enim qui huiusmodi rē tāquā suā bo. fi. alienauit, furtū non cōmisit. Et non solū in prædictis casib. habet locū vsucap. sed etiā in alio casu. Nā si vsufructuaria ancillæ crediderit partū eius vsufr. esse, & idcirco partū ancillæ credens esse suum, alicui bo. fi. ementi vendiderit, ille fructuarius furtū non cōmittit: & hoc secundū illā regulā generalē, qua cauetur furtū sine affectu furandi nō cōmitti. Et nō solùm his modis sed etiam aliis multis modis potest accidere vt quis rē alienam mobilē sine vitio furti in alium transferat & ita efficiat vt à bo. fi. pos. vsucapi possit. Et hæ dicuntur vsque ad illū. §. quod autem. Franciscus de Are.

p ¶ *Nam si heres.* sic *ff. eo. l. potest. & l. sequen.*

q ¶ *Accipienti.* An ipse heres vsucapit titulo pro herede? Respon. non: *vt ff. de diuer. & temp. præ. l. cum heres.* Alij contra si vellet ex sua persona continuare possessionem: *vt Cod. de præ. long. temp. l. j.* quod falsum est. ¶ Quādo[c] ergo locū habet vsuc. pro herede, cùm nec in suis heredib. locū habeat: *vt ff. pro here. l. ij. § filium. & Cod. de vsuca. pro hered. l. nihil?* Respon. quando defunctus retinebat aliquam rem credens suam: sed non vsucapiebat, quia deficiebat titulus, & heres est extraneus.

r ¶ *Dotis.* p filia, vel alia. nam & hic iustus est tit. *vt ff. pro dote. l. j.*

s ¶ *Furtū non cōmittit.* & ita vsucapitur. ¶ Sed nōne fuit in iure erratū: *vt s. de re. di. § in pecudū.* ergo vsuca. nō pcedit: *vt ff. e. l. nunquā ij. in prin. & l. si fur. § j.* Resp. hic errauit tradens: ibi accipiens: vt ex illis legibus colligit[d]. Vel nō prodest, vt ibi, sed nō nocet, vt hic.

t ¶ *Furtum enim sine affectu.* sed probo quòd sine affectu furtum commit-

a Auctoris culpa realis, comitatur omnē successorē: personalis, vniuersalem tantum olim nō singularē, hodie etiam singularē sequitur.
b Et quæ sint realia & quæ personalia vitia, & an cōtra successorē agēte in iudicio possit opponi de vitio auctoris, vide Angel. hic.
c Vsucapio pro herede quando habeat locum.
d Et est ratio diuersitatis, quia in præscribente requiritur non modo bona fides sed & iustus titulus quē hic error impedit: sed in tradente sufficit bona fides.

cõmittitur. Nam in interdictũ vnde vi incidit sine affectu, quod est simile furto: ergo & furtum fit sine affectu. vt Cod. vnde vi. l. cum quærebatur §. j. ibi, & generali. & ibi, cùm talis &c. Respon. in interdicto est affectus. licèt non contra personam certam: sed hic suam esse credebat.

a ¶ *Non committitur.* sic ĩ. *de obliga. quæ ex deli. nasc. §. placuit.*

b ¶ *Aliis.* vt si iusto errore credam me heredem, cum non sim: *vt ff eo. l. potest.* Item mihi legatum: cùm sit ademptum: *vt ĩ. de act. §. si quis agens sic ff. pro lega. l. iiij. in fi.* & aliàs vbicunque quis putat rem suam.

furandi non committitur[a].

6 ¶ Aliis[b] quoque modis accidere potest vt quis sine vitio furti rem alienam ad quem transferat, & efficiat vt à possessore vsucapiatur.

Vacuæ possessionis occupator si cuipiam bona fide accipienti, ex iusta causa eam tradiderit, vsucapiẽdi conditionem transfert.

Quod autem.] CASVS. Domine, vos posuistis mihi multa exempla de vsuca. rerum mobilium, sed dicatis mihi si placet, quando locum habet vsucap. rerum immobiliũ. Ad hoc respon. quòd quo ad præscriptionem earũ rerum quæ solo continẽtur, expeditius ita procedit vsucapio: vt si quis sine vi nactus sit possessionẽ alicuius fundi vacantis (quod potest variis modis contingere: aut videlicet propter absentiam domini, aut propter eius negligentiam, aut si domini, aut si dominus fundi sine successore decesserit) licèt ipse qui occupauit, ma. fi. possideat, cum intelligat se alienum fundum occupasse: si tamen alij bon. fide accipienti huiusmodi fundum tradiderit, poterit ille cui traditur præscribere: & hoc ideo, quia huiusmodi fundus non videtur vitio affectus cùm ille qui fundum acceperit, neque furtiuum, neque vi possessum accepisse intelligatur, ex quo iste fundus nõ sit furtiuus. patet tali ratione, quia rei immobilis furtum fieri nõ potest. abolita est enim quorundam veterum sentẽtia, qui putabant totius fundi vel partis ipsius furtum posse committi. Patet igitur quòd cum huiusmodi fundus non sit furtiuus, nec etiã vi possessus: præscribi possit. Principalibus enim cõstitutionibus prospectum est, ne alicui eorum qui res mobiles bon. fid. possident, longa & indubitata possessio auferri debeat. h. d. vsque ad §. aliquando. Franc.

† Aliam, quo autem ad eas res quæ so. cõti. expeditius ita procedit &c. procedit fal. vsucapio, quo enim legit Fran. de Aret. in casu ad hanc li.

Annota, Furtum in rebus soli nequaquam cadere.

[*Supradicta.*] Totus iste tit. diuiditur [e] principaliter in duas partes. Primò ponit de militibus testantibus in tentorio eorum, vel in peculio castrensi. Secundò de testamento in quasi castrensi. Secunda ibi, Sciendum. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit continuationem per modum remotionis siue exceptionis cum positione noui status. Secundò qualiter priuilegium concessum militibus, quòd possunt testari quomodo volunt, intelligatur. Tertiò, quòd etiam miles mutus & generaliter defectiuus potest testari. Quartò, qualiter post missionem testatur. Quintò quòd mutatio status ipsius militis, dummodo interueniat noua voluntas, non viciat testamentum factum. Secunda ibi, Planè. Tertia ibi, Quinimo. Quarta ibi, Sed hactenus. Quinta ibi, Sed & si quis. CASVS. Accessi ad Iustinianum, & ita proposui coram eo: Domine, iam video quòd voltis tractare de mil. test. pro Deo dicatis mihi, quæ ratio mouet vos ad tractandũ separatim de militari testamento? nunquid illa quæ sunt à vobis tradita, in omni testamento possunt sufficere? Ad hoc respon. Amice, quoniam supradicta diligens obseruatio quam de ordinandis priuatorum testamentis supra exposuimus, auctoritate principalium constitutionum militibus propter eorum imperitiam remissa est: ideò hic specialiter de priuilegiatis militum testamẽtis tractare intendimus. Quamuis enim milites neq; legitimum numerum testium in suis testamẽtis adhibuerint, neq; aliã testamentorũ solennitatem obseruauerint: nihilo minus rectè testantur. & hoc verũ est quãdo in expeditione militari occupati sunt. nam vt ita demum gaudeãt priuilegio militari cũ in expeditione armorum fuerint occupati, non immerito nostra introducta est constitutio. Quocunque enim modo voluntas suprema militis in expeditione occupati, siue in scriptis, siue sine scriptis inueniatur valet eius testamentum ex voluntate eius. Secus tamen est qñ nõ est in necessitate militaris expeditionis. In illis enim tẽporibus, quibus milites in alienis vel suis ædibus degunt: ad vindicandũ sibi tale priuilegium nequaquam poterunt adiuuari. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. Sed testari. Sed pone: Dicit Iustinianus quod quamquam priuilegium militibus concessum circa solennitatem testamenti, post missionem ab expeditione militari finiatur, aliud tamen priuilegium conceditur eis circa substantiam testamenti duntaxat. nam testari possunt milites extra castra militaris

e Diuisio.

expeditionis existentea, quamuis filiifamilias sint, iura tamẽ cõmuni in hoc casu quando morantur extra castra, eadem obseruatio in eorum testamentis adhibenda est: quam scilicet in testamento paganorum exposuimus. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. planè Franciscus de Aretio.

Vpradicta diligẽs obseruatio [a] in ordinandis testamẽtis, militibus propter nimiam imperitiam [b] eorum constitutionibus principalibus remissa est. Nã quamuis hi neq; legitimũ numerum testium adhibuerint, neq; aliã testamentorum solennitatem [c] obseruauerint: rectè nihilominus testantur, videlicet cùm in expeditionibus occupati sunt. quod meritò nostra constitutio introduxit [d]. Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue nõ scripta: valet testamentum ex voluntate eius.

Miles etiam filiusfamilias tandiu iure militari testãdi habet priuilegium, quamdiu in expeditione est: qui si extra castra degit, communi omnium iure testari debet.

Illis autem [e] temporibus per quæ citra expeditionum necessitatem in aliis locis vel in suis sedibus degũt: minimè ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur [f]. Sed testari quidẽ, etsi filiusfamilias [g] sint, propter militiam conceduntur: iure tamen communi [h] eadem obseruatione & in eorum testamẽtis adbibenda, quam in testamentis paganorum [i] proximè exposuimus.

Licèt remittatur solennitas in re agenda: non tamen remittitur congrua probatio rei gestæ. Et licet lex priuilegiet aliquod factum: intelligitur tamen inquantum de facto legitimè appareat & cõstet. Aretinus.

c Testamenti scripti solennitas consistit in quatuor.

a ¶ *Obseruatio* quæ consistit in quatuor, [a] vbi est in scriptis testamentum conditum: vel in sola nuncupatione heredis coram septem testibus: *ut s. tit. j. sed cum paulatim. & §. fin. & ff. de hered. instit. l. j. qui neque.*

b ¶ *Imperitiam. C. de iur. delib. l. fi. §. j. & C. de in. & fact. igno. l. j.*

c ¶ *Solennitatem* scilicet circa sigilla & subscriptiones.

d ¶ *Introduxit.* sed tunc demum cum in militia sunt, habent priuilegium: *ut C. eo. l. pen. & hic subjicit.*

e ¶ *Autem.* pro sed.

b Cessante causa cessat effectus.

f ¶ *Adiuuantur.* ¶ Et nota quòd cessante [b] causa cessat & effectus. & potest hic sumi argu. quòd cessante [c] clerico ab ecclesia, cessat præbenda. *sic C. de episc. & cle. l. generaliter. j. in gloss. fin.* ¶ Sed arg. contra. *ff. de postu. l. j. §. secundo loco. ver. sexum.* quia Calphurnia dedit causam edicto: vnde cessante causa cessare debet edictum: quod non est verum. Sed hoc vltimum generale de causa impulsiua dicit: primum de finali, sine qua res esse nõ potest. [d] ADDITIO. In dubio autem præsumitur esse impulsiua: *ut per glo. fi. in leg. ij. §. fi. ff. de don.* Ang.

c Scilicet cõtumaciter: vt quia citatus à superiore nimè intra tẽpus conuenientem [illegible] doct. hic.

d Cessante causa finali nõ impulsiua, cessat effectus, secundum Pere. Ange. Per.

g ¶ *Et si filiusfam.* licèt hi aliàs prohibeantur: *ut j. tit. j. in prin. & ff. de do. cau. mor. l. tam is. §. j.*

h ¶ *Iure tamen communi.* scilicet quantum ad solennitatem, non quo ad hoc vt detur querela contra eius testamentũ: sicut in alio veterano, qui sui iuris est: *ut Cod. de inoffi. testa. l. fi. §. in his. & ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. si quis in militia.* Itẽ hoc est verum, quando est domum reuersus sicut j. proxi. dicit. aliàs sicut miles alius vtitur speciali iure sic & iste. *ar. ff. e. l. ex militari. §. j. & l. testamentatorum § fin.* ADDITIO. Hodie tamen secundùm communem opin. in filiusfami. milite per præteritionem factam sine causa, annullatur eius testamentum quantum ad institutionem. *Authen. ex causa. C. de libe. præ.* Si verò cum causa, habetur pro exhered. & subiacet querel. vt per Ang. hîc.

a Dic paganorum, id est togatorũ à quibus differunt milites. Pli. Milites à plebe annuli distinxêre, sicut tunica ob alios Senatum. Ang. Per.

i ¶ *Paganorum.* [e] à pago, quod est villa, dicitur, quasi dicat, non militum.

[*Plan.*] CASVS. Domine, iam video quòd testamentum de militibus mirabiliter est priuilegiatum, licèt enim iuris solennitatem non seruauerit miles, tamen testamentum eius in castris cõditum valet. ¶ Pone igitur quòd aliquis dicat aliquem militem in expeditione militari occupatũ, ipsum in suo testamento heredẽ instituisse: hoc tamen neque per ministrum, neque per testes ad hoc conuocatos probare poterat. nunquid credetur eius adsertioni, ita vt ad hereditatem militis valeat admitti? Et respõdet quòd non. De militaribus enim testamentis diuus Traianus Statilio Seuero in consimili casu quærenti rescripsit sic. O Statili Seuere illud priuilegium quod militaribus testamentis datũ est, vt videlicet ea testamenta quocunq; modo facta, rata sint: sic debet intelligi, vt omnino prius constet eos testamentum fecisse: quod etiam sine scriptura non solũ à militantibus, sed etiam à non militantibus fieri potest. Vnde si is miles de cuius bonis quæstio apud te ventilatur, ad hoc conuocauit saltem duos homines, vt causa testandi coram eis voluntatem suam exprimeret: & ita coram eis locutus est, vt declararet in præsentia eorum quem vellet sibi heredẽ esse, & cui vellet libertatem tribuere: potest videri etiam sine scripto hoc modo rectè fecisse testamentum: & voluntas eius suprema omnibus modis rata habenda est. ¶ Cæterum si causa ludendi, vel demonstrandi alicui iocosè dixerit, Ego te heredem facio; vel, Bona mea tibi relinquo, sicuti plerumq; sermonibus iocosis fieri solet: nõ oportet hoc pro testamento obseruari. Nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec enim vllorum magis interest, quàm ipsorum militum, quibus huiusmodi priuilegium datũ est, huiusmodi exemplũ pro testamentis nõ admitti: alioqui si tale testamentum admitteretur, non difficulter post mortem alicuius militis existerent testes, qui dicerent se audiuisse militem relinquere bona sua alicui, prout eis videretur expedire: & ita vera militum iudicia frequenter subuerterẽtur. Et hæc vsque ad illum §. quinimo. in quo reuertitur ad secundum casum determinando plenius de priu. milit. quod circa substantiam testamenti conceditur militibus: videlicet vt quamuis sint filiifamilias, testari possint. sic & hîc vt miles surdus & mutus testamentum facere possit. Et hæc vsq; ad illum §. sed hactenus. Fran. de Aret.

1 ¶ Planè de testamentis militum diuus Traianus Statilio Seuero ita rescripsit [k]: Id priuilegium quod militantibus datum est, vt quoquo modo facta ab his testamenta, rata sint: sic intelligi debet, vt vtique prius constare debeat testamentum factum esse: quod & sine scriptura à non militantibus quoque fieri potest. Is ergo miles de cuius bonis apud te quæritur, si conuocatis ad hoc hominibus [l], vt volũtatem suam testaretur, ita locutus est, vt declararet quem vellet sibi heredẽ esse, & cui libertatẽ tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus: & voluntas eius rata habẽda est. Cæterùm si (vt plerumque sermonibus [m] fieri solet) dixit alicui, *Ego te heredem facio: vel, Bona mea tibi relinquo:* non oportet hoc pro testamento seruari. Nec vllorum [n] magis interest, quàm ipsorum quibus id priuilegium datum est, huiusmodi exemplũ non admitti: alioqui non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse † dicẽtem aliquem se relinquere bona sua cui visum sit: & per hoc vera iudicia subuerterentur.

Miles licèt sit mutus vel surdus tamen testatur.

2 ¶ Quinimò [o] & mutus [p] & surdus miles testamentum facere potest.

Miles post missionem vel extra castra existens debet iure communi facere testamentum. Sed si

f Testes qui sunt præsentes in testamẽto, debẽt audire vocem testantis. & quod magis est debẽt videre eius faciem: nec sufficit cortina in medio: licèt Gl. in l. ij. § adl. Labeo ff. de or. quo plu. arc. contineat contrarium: sed reprobatur per l. § vnum. C. de testamentis.

k ¶ *Rescripsit. vt ff. eod. diuus. & ille §.* est ibi lex sub eadem verborum forma, & incipit, Diuus Traianus.

l ¶ *Hominibus.* saltem duobus: *ut ff. eo. l. Lucius. & ff. de testib. l. vbi.* & hoc est quando in centurio. Si autem [a] in conflictu belli, nullo etiam teste vocato: *ut C. eod. miles.* [b] si autem est domi, iure communi: *ut j. eo. §. illis.*

a Idem Plac. Fab. & Ang.

b Necesse est tamen aliquo modo de voluntate constare: vel per duos testes, vel per comparationem literarum, vel aliàs, & sic ut remissa penitus omni solennitate non de substantiali, sed causali tantum intelligatur. Angel.

m ¶ *Sermonibus.* fortè causa demonstrandi: vt magister discipulo, vel ludi causa: *ut ff. de act. & obl. l. obligationum substantia §. fi.* vel affectionis: *ut ff. de iur. codic. l. tit.* ADDITIO. Tu dic quòd nulla verba operantur testamentum, nisi appareat quòd voluerit testari, & ad hoc se disposuerit: secus in contractibus, vbi in dubio verba præsumuntur obligatoria: nisi aliud ex coniecturis appareat. An verbum, relinquo, importet institutionem, legatum vel fideicommissum vide Ioan. Fab. hic.

n ¶ *Nec vllorum.* sic j. ad leg. Fal. circa prin. ibi, idque ipsorum. *sic C. de rescin. ven. l. rat. as.*

o ¶ *Quinimo* habet priuilegium [c] circa solennitatem: quinimo & circa substantiam testamenti: vt qui alias testari non posset, hic tamen possit. *ut D. eo. l. iij.*

c Idem Fab. Ang. & Lass.

p ¶ *Mutus.* siue natura, siue casu, vt sit priuilegium aliquod: *ut C. qui testa. fa. pos. leg. discretus.* & hoc iure militari: *ut ff. eod. l. iure militari.* Accursius. ADDITIO. Dummodo appareat ipsum sic voluisse

luisse testati per signa sua, quæ per notos poterunt interpretari.

[Sed hactenus.] CASVS. Domine, dicatis ergo mihi, quãdiu durat priuilegium militare circa solen. testa. Ad hoc respon. Amice, hoc priuilegium circa solen. testa. tandiu ex principalibus cõstitutionibus militibus indulgetur, quãdiu militãt, & in castris degũt. Post missionem verò à castris, siue veterani, siue adhuc militantes extra castra fecerint testamen. id cõmuni iure omnium ciui. Rom. facere debent. Veruntamen illud test. quod in castris factum est, intra annum tantùm valet. Pone igit quòd aliquis miles in castris fecerit testa. iure militari, & heredẽ sub cõditione instituit: & postea iste miles iã decessit: si conditio sub qua erat heres institutus, diu post annũ, vel fortè post bienniũ extiterit: nũquid valebit illud testamentum militis? Et respond. quòd sic. Nam placet hoc testamentum quasi militis valere. Conditio enim retrotrahitur, & perinde habetur ac si heres purè institutus statim post mortem militia adiisset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed & si quis ante militiam. Fran.

fecerit testamẽtum in castris iure militari: durat etiam post missionem, si moritur intra annum: licet post extiterit conditio institutionis. Aretinus.

Annotato, Conditionem in testamentis retrotrahi ad diem mortis testatoris.

3 ¶Sed hactenus[a] hoc illis[b] a principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militãt, & in castris degunt. Post missioné[c] verò veterani, vel extra castra alii, si faciant adhuc militãtes testamentum, communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debẽt. Et quod in castris fecerint testamentum, non cõmuni iure, sed quomodo voluerint: post missionem intra annũ tantùm valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autem heredi adscripta, post annũ extiterit: an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere[d] quasi militis.

Testamentum factum ante militiam sine solennitate valet: si post militiam apparet de militis voluntate. Et idem si miles post testamentum fuerit capite minutus. Areti.

4 ¶Sed & si quis ante militiam non iure fecit testamentum, & miles factus, & in expeditione degens resignauit[e] illud, & quædam adiecit[f], siue detraxit, vel aliàs manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex noua[g] militis voluntate.

a ¶Sed hactenus. Quidã dicũt hic bõ esse. §. & asserũt[a] quòd omne priuilegium quod habet miles, perdit cũ redit de militia. Sed nos dicimus §. hic esse & distinguimus[b] inter priuilegium quod habet vt testetur, qui aliàs testari non potest, vt filiusfamilias & mutus, vt illud duret post reuersionẽ: vt ĩ. proxi. §. & §. sed testari. & ff. eo. l. Titius in prin. Alia verò priuilegia quæ habet in testando, finiantur,[e] vt hic, & ĩ. eo §. illis autem.

a Miles militia renunciãs verum amittit omnia priuilegia militaria.

b Idem Platea.

c Hæc est vera, etiam si sit surdus & mutus à natura: vt possit testari, intelligẽdo tamen vt per Angel. ĩ. § pri. quãuis secus ab eo contrarium.

d Angel. notat ... si obses à studio per quinquẽ nisi fuerit priuilegiorum amittere.

e Idẽ in scholari, qui si est in patria post gradũ doctoratus vel missus ob morbũ, gaudet ĩ. eorũ priuilegio scholastico, si est honestus, secundum ... Pretorium. Ægid. Pet.

b ¶Illis. s. militibus: vt reliqua priuilegia. s. de numero testiũ habeant in testando, & sic non refertur ad proximum. §. Accursius.

c ¶Post missionem. honestam. s. finito tempore militiæ: vel causariam, si ante tempus ex necessitate recessit.[d] si autem ignominiosa est missio, desinit statim valere: *vt ff. eod. l. testamenta eorum. & Cod. eo l. ex testamento.*[e] Sed si miles capitali crimine damnatus fuerit: si quidem communi, vt homicidio, & simili, non poterit amodo testari. *ff. de vete. success. l. j. in fin.* Si autem militari, vt quia alienauit arma vel similia, quæ numerantur. *ff. de re. mili. l. v. & vi.* (& idem etiam de fide rupta) non potest testari: *vt ff. eod. l. ex militari.* aliàs poterit in castrensibus tantum, si ei hoc in sententia permissum fuerit, aliàs non: *vt ff. de iniust. rup. testam. l. si quis filio. §. irritum fit versi. sed & si quis capite. & de leg. iij. in l. si quis. in princ. §. miles.* ADDITIO. Ergo à contrario sensu in pagano erit secus: imò testamentũ antea factum ab eo postea ex capitali sententia morienso non valet nisi pendẽte appellatione, vel supplicatione pro gratia consequenda, moreretur. de hoc vide Ange.

d ¶Valere. quia conditio retrotrahitur: *vt ff. de peri. & commo. rei ven. l. necessario. §. quod si pendente. & qui potiores in pign. habe. l. vlt. & fa. cit ff. eo. l. quod dicitur. & l. quod constitutum* Accursius.

[*Sed & si quis*] CASVS. Accessi ad Iustin. & ita proposui coram eo: Domine, quidã ante militiã fecit testa. iuris solen. nõ adhibita: quia fortè non adhibuit nisi tres testes ita testa. nõ valuit propter defectũ solẽnitatis. postea idẽ miles factus, & in expeditione militari occupatus, illud test. resignauit. i. aperuit: & quædam adiecit siue detraxit: vel alio modo manifestauit se velle valere hoc test. Institut.

iure militari. modò quæro, vtrũ hoc testamen. quod ab initio non valuit, ex voluntate militis cõualescere possit. Respon. quòd sic. nã in hoc casu test. valere dicendũ est quasi ex noua militis volũtate. 2 Sed pone, Quidã miles fecit testamentũ, & postea dedit se in arrogationẽ: & iis post testa. passus est cap. demi. vel quidã filiusf. in castrẽ. pec. cõdidit testa. & postea à patre emãcipatus est: & ita tacitè demi. est. nunquid in his casib. p cap. demi. irritatur testa? Respon. quòd in vtroque casu valet testa. quasi ex noua militis voluntate: & non videtur capi. demin. irritũ fieri: quia sicut de nouo cap. demi. iure ciuili etiã primum testa. facere potest: ita veterate testa. cap. demi. non euanescit. Hæc dicuntur vsque ad illum. §. sciendum est tamen. Franc.

5 ¶Denique & si in arrogationẽ datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est, testamentum eius quasi ex noua militis voluntate valet: nec videtur[h] capitis deminutione irritum fieri.

Qui de quasi castrensibus testãtur, iure communi testari debent.

6 ¶Sciendũ tamen est, quòd cum ad exemplum castrẽsis peculij tã anteriores leges[i] † quàm principales constitutiones[k] quibusdam[l] quasi castrẽsia dederãt peculia: & horũ quibusdam permissum fuerat etiam in potestate degentibus testari: nostra id constitutio[m] latiùs extendens; permisit omnibus in his[n] tantũmodo peculiis testari quidẽ, sed iure cõmuni[o]. Cuius cõstitutionis tenore perspecto, licentia est nihil eorum quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

e ¶Resignauit. i. sigilla aperuit & remouit: cõtrarium scilicet suo simplici.

f ¶Adiecit. *vt ff. de iure co. l. consciuntur. §. si miles.*

g ¶Ex noua. ¶Nota quod ab initio non valuit: ex postfacto tamẽ conualescit.

h ¶Nec videtur. quia resignauit postea. Vel dic: sicut nũc de nouo facere potest, sic vetus non rescinditur. & secundũ hoc dic de noua volũtat. s. tacita. Aliud in pagano: *vt ĩ. quibus mod. test. infir. §. alio.*

† Cum hic leges Pandectarũ intelligit: l. e. §. nec castrense, de col. bonor. l. j. §. dari de bon. poss. l. j. §. in fi. ad Treb. l. fi. ad fin. de donat. Cũ constitutiones. Codicem. Nã exẽplo castrẽsium computata sunt quasi castrensia, & illa sunt ex constitutionibus, hoc etiam vt sic ex cõstitutionibus concesse est: quæ ignotæ legibus cõtinentur de q. ad castrẽsi peculio, ex constitutionib. sunt. Cuiac.

[*Sciendum tamen est.*] CASVS. Domine, iam video qualiter milites priuilegiati sunt circa factionẽ testa. & qualiter intelligẽdũ sit priuilegium datum militibus: & inquantũ durat: vnde videtur mihi quòd de cætero possemus quiescere. Ad hoc respon. Amice, adhuc nõ est loc[us] quieti: imò certè in hoc loco, sciẽdum est, quod ad exẽplum castrensia peculij tam anteriores leges quàm principales constitutiones quibusdã personis in dignitate cõstitutis in quasi castrẽsi peculio specialiter concesserunt testari. quod quidẽ nostra constitutio latius extendens, generaliter omnibus quasi castrense pecu. habentibus in hoc permisit testari: iure tamẽ cõmuni obseruato. cuius tenore perspecto, licitũ est, nihil eorũ quæ ad præfatũ ius pertinent, ignorare. Et hæc dicuntur vsque ad finem tituli. Franciscus.

i ¶Leges. s. digestorum: *vt ff de colla. bono. l. j. §. nec castrense.*

k ¶Constitutiones. *vt C. de adse. l. velut. & C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. & aliæ plures.* Accursius.

l ¶Quibusdam. vt consulibus & præfectis legionum, & præsidibus prouinciarum, qui sunt filiifamilias: *vt C. de inoff. testa. l. fi.*

m ¶Constitutio. *C. de inoff. testa. l. fi.* Accursius.

n ¶In his. s. castrensi & quasi. nam in aduẽtitio nõ potest, licèt habeat proprietatẽ: *vt C. de bonis quæ lib. l. fi. §. filius autẽ famil. in gl. j.* Acc.

o ¶Iure communi. nisi sit miles in castris: *vt ĩ. eo. in prin.* Item tale testamẽtum non[a] expugnatur per querelam inofficiosi testamenti: *vt C. de inoff. test. l. fi.*

a Querela inofficiosi testamentum militis expugnari nõ potest. ĩ. hoc. Verum l. j. hodie tãtũm esse notat Ang.

QVIBVS NON EST PERmissum facere testamentum.

TITVLVS XII.

In parentum potesta. cõstituti, etiam si paternus accedat consensus, iure testari nequeunt: his tamen demptis, qui castrense & quasi castrense peculium habent, i. qui vel in castris vel bonis literis militant: quibus super eo (haud secus quàm si sui iuris essent) etiam inuito patre testandi libertas data est.

Annotato, Castrensia, aut quasi, mortuo patre non communicanda fratribus.

QVIBVS NON EST PERMISSVM &c.

Dictum est ĩ. qualiter testamenta fiant: sequitur videre de personis quæ testari possunt, & quæ non. quamuis fuerit ordo præposterus: quia si quæramus an valeat testamentum, prius videndum est an persona testantis potuerit testari l. si quæramus ff. de test. *Angel. Aretinus.*

Non tamen. Iste titulus diuiditur in septẽ partes: quia enumerãtur septem gradus personarum. Et primò ponit de filiosfa-

a Diuisio.

miliâs.[a] Secūdò de impubere. Tertiò de furioso. Quartò de prodigo. Quintò ponit de surdo & muto. Sextò de cæco. Septimò de capto ab hostibus. Secūda ibi, Præterea. Tertia ibi, Itē furiosi. Quarta ibi, Itē prodigus. Quinta ibi, Itē surdus & mutus. Sexta ibi, Cæcus. Septima ibi, Eius qui. Iste titulus est facilis in casus positione: ideo vide per teipsum.

b ¶ *Non tamen.* videbatur quilibet seruantem supradicta posse testari: sed cōtrariū est in tredecim casib. qui in titulo isto pro parte dicuntur.[b] Et hoc est quod dicit, non tamen &c. & no. j. eo. §. fi. Acc.

b ¶ *Statim.* in primis, vel statim. i. ex ipso.

c ¶ *Permiserint.* sed[e] causa mortis filius donare potest patre consentiente: *vt ff. de donatio. causa mortis. l. tam is in fi.* Et ratio diuersitatis est: quia testamentum ex libero non alieno arbitrio debet procedere: *vt ff. de here. insti. l. illa institutio.* Accursius.

ADDITIO. Quamuis enim donatio causa mortis sit vltima voluntas: tamē magis accedit contractui: *vt not. j. de donat. in prin.*

d ¶ *Nihilomagis.* i.[d] nō ideo magis. habet enim in se negatiuā. sicut nihilominus affirmatiuā. Accur. ADDITIO. Aduerte, licèt textus dicat filios nō posse testari: hoc tamen fallit quando testantur ad pias causas: quia tūc possunt. *ca. licet de sepul. lib. vj.*

e ¶ *His.* scil. castrense vel quasi castrense peculium habentibus: *vt j. tit. proxi. §. fi.*

f ¶ *Constitutionibus.* extrauagantibus.

g ¶ *Quod quidem ius.* scil. posse testari in castrensibus.

h ¶ *Augusti quam Neruæ &c.* quorū dicta nōn habemus. Accursius.

† Tamen Vestales olim vt primùm erāt captæ, ius faciendi testamentum adipiscebātur, licet prius essent in potestate parentum, se non in aliena, testam. de vestalibus. Ang. Per.

b Hæc Glo. est approbata per Ang. hic.

a Filiusfamilias licèt testari non possit, potest tamen donare causa mortis, & etc.

d Nihilo magis & nihilominus differunt: illud negatiuam: hoc affirmatiuam connotat.

Non tamē[a] omnibus licet facere testamētū. Statim[b] enim hi qui alieno iuri subiecti sunt †, testamēti faciēdi ius non habent, adeò quidē, vt quāuis parentes eis permiserint[c], nihilo magis[d] iure testari possint: exceptis his[e] quos antea enumerauimus, & præcipuè militibus, qui in potestate parentum sunt: quibus de eo quod in castris acquisierunt, permissum est ex cōstitutionibus[f] principum testamentum facere. Quod quidem ius[g] ab initio tantùm militantibus datum est, tam ex auctoritate diui Augusti, quàm Neruæ[h], nec nō optimi Imperatoris Traiani: postea verò subscriptione[i] diui Hadriani etiam dimissis à militia, id est veteranis[k] concessum est. Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum: pertinebit hoc ad eum quem heredē reliquerint. Si verò intestati decesserint, nullis liberis vel fratribus superstitibus[l], ad parētes eorum iure communi[m] pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune[n] esse: sed scilicet proprium eius esse, qui id in castris acquisierit: quāquam iure ciuili[o], omnium qui in potestate parentum sunt, peculia[p] perinde in bonis parentum computentur, ac si seruorū peculia in bonis dominorum numerentur: exceptis videlicet his quæ ex sacris constitutionibus, præcipuè nostris[q], propter diuersas causas non acquiruntur[r]. Præter hos igitur qui castrense peculium, vel quasi castrense habent: si quis alius filiusfamilias testamentum fecerit, inutile est[f]; licèt suæ potestatis factus decesserit[t].

Impubes nō potest facere testamentum, nec etiam furiosus, nec factum conualescit, licèt efficiatur pubes vel sana mentis. Aretinus.

Annota. Ab initio nullum, tractu temporis non conualescere: & versa vice, rem legitimè factam, etiam si ad eum casum veniat, à quo initiū sumere non potuit, nequaquam irritari.

1 ¶ Præterea † testamentum facere non possunt impuberes[u]: quia nullum eorum animi iudicium[x] est. Item furiosi[y]: quia mēte carent. nec ad rem pertinet, si impubes postea pubes, aut furiosus postea compos mentis factus fuerit, & decesserit.

Furiosi[z] autem si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati[a] esse videntur: certè eo quod ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neque testamentum ritè factum, neque

si mortis tēpore nō fuerit testamenti factio: vt si sanus & frugi testamentū fecero, furiosus aut prodigus decessero, & hoc non iure tantū ciuili, sed etiā in iure prętorio seruatur. Illud tamen etiam vtroq; iure receptū, vt irritū fiat testamentū capitis deminutione: ideoque necesse est, lege Cornelia excepta, vt testamēti & mortis tempore testator ciuis Romanus, & sui iuris existat. Cuiacius.

t ¶ *Decesserit.* nō idem de seruo testante, si fideicommissum sit relictum: quia valet. si durat voluntas: *vt ff. de leg. iii. l. j. § j.*

u ¶ *Impuberes.* sed ex quin tetigerunt de vltimo die xiiij. vel xij. anni: satis est, fauore testamenti: *vt ff. de testa. & qui test. fac. pos. l. qua ætate.* Idē in vsucapione: *vt ff. de vsucap. l. in vsucapionib.* Secus in præscriptionib. odiosis: *vt ff. de act. & obli. l. In omnib. temporalib.* Item secus vbi est fauor eius qui vult prorogare: vt in contractibus à minore factis: *vt ff. de mino. leg. iij. §. minorem.*

x ¶ *Iudicium.* i.[a] discretio: *vt ff. de iudic. l. cum prætor. §. non autem ver. lege.* 2 Quandoque ponitur pro sententia, vt rei iudicatæ standum est: *vt C. de re iud. l. j.* 3 Quandoque pro instantia causæ triennij: *vt Cod. de iudi. l. properandum. per totum.* 4 Quandoque pro actione, vt iudicium familiæ erciscundæ, vel communi diuidondo: *vt infra de offi. iudi. §. si familiæ erciscundæ. & §. fin.* 5 Quandoque pro lite siue controuersia vt iudicium pendet super hereditate: *vt ff. ad Treb. l. j. ¶. respon.* 6 Quādoq; pro auctoritate, vt negotia ecclesiastica nō sunt disponenda laicorum iudicio, id est auctoritate. *extra de iudi. c. decernimus.* 7 Quandoque pro foro: vt causa iuris patronatus definiri debet ecclesiasticū iudicio. i. foro. *c. quanto. extra de iudi.* 8 Quandoque pro arbitrio. *ff. qui satis. cog. l. arbitrò.* Si enim arbiter est iudex: ergo arbitrium est iudicium. 9 Quandoque pro vltima voluntate[b] vt iudicium testatoris cassum esse non debet. *C. de sacrosan. eccl. l. j.* 10 Quandoque pro quæstione: vt ciuilis causa in iudicium, id est in quęstionem deducta cum criminali, post criminalem est decidenda. *C. de ordi. iudi. l. fin.* 11 Quandoque pro discussione siue iuris disquisitione: *vt in rubrica de iudi. ff. & C.* 12 Quandoque pro potestate iudicandi: *vt ff. de iudi. l. iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iusserat.* 13 Quandoque pro pernicie siue damnatione: vt ibi,[c] Qui manducat & bibit indignè corpus & sanguinem domini, iudicium sibi manducat & bibit. 14 Quandoque pro pœna, vt ibi,[d] Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in resurrectionem iudicij. i. pœnæ æternæ. 15 Quandoque pro processu iudiciali: *vt ca. j. de iudicijs. l. vj.* Et ista quindecim significata iudicij possunt his versibus[e] comprehendi: Actio, lis auctor, forus, arbiter, vltima velle. Quæstio, decret. sent. instāt. dicussio, posse: Pernicies, pœna, processus iudicialis. ADDIT. *Facit ca. in iudicijs. de reg. iur. lib. vj.*

y ¶ *Item furiosi.* repete, non possunt testamentum facere.

z ¶ *Furiosi.* hac ratione idem in mēte capto dicam: *vt arg. ff. de verbo. obli. l. à Titio in fine.*

a ¶ *Testati.* vt *Cod. eod. qui testamen. fa. pos. leg. furiosum. in princip.* ADDITIO. Idem in dubio si tempus testamenti erat remotum à tempore furoris: sed si vicinum, tunc ex qualitate ipsius actus præsumi-

a Iudicij quindecim acceptiones siue significationes.

† Facit ad illū §. quod dicitur, ut c. sicut tenor, una & cū super ver. memini, extra de regul.

b Hinc iudicare quandoque i. in vltima voluntate aliquid relinquere cap. licet de sepultu. lib. vj. Ag. Per.

c 1. Corinth. 11.

d Ioan. 5.

e Versus.

i ¶ *Subscriptione.* cuius verba non habemus.

k ¶ *Veteranis.* i. filiisfamilias: de quibus hic loquitur.

l ¶ *Nullis liberis vel fratribus superstitibus.* nam liberi defuncti militis & fratres patrem excludebant: *vt C. eo. de succes. l. fi.* Hodie soli lib. militis: *vt in Auth. de here. ab intest. venientibus. circa prin. ibi. si quis igitur. col. ix.* ADDITIO. Quibus non extantibus succedit pater vnà cū fratribus: *vt in Auth. loco j. alleg. §. si igitur defunctus descendētes. versicu. si verò cum.* dummodo deferatur tanquam hered. *vt j. proxi.*

m ¶ *Iure communi.* non hereditario: sed tanquā occupāti peculium profectitium vel aduentitium: *vt ff. de castren. pecu. l. ij.* hodie videtur etiam iure hereditario: *vt in Authen. de here. ab intest. venien. §. si igitur defunctus descendentes. col. ix.* Accursius.

n ¶ *Commune.* sic j. *per quas perso. no. acquir. §. j.*

o ¶ *Iure ciuili.* s. antiquo, sic j. *per quas perso. no. acqui. §. j.*

p ¶ *Peculia.* s. aduentitia & profectitia. nā castrensia vel quasi etiā iure veteri non acquirebantur patri: *vt ff. de col. bo. l. j. §. nec castrense.*

q ¶ *Nostris.* & alienæ & nostræ sunt, *vt C. de bon. mat. & C. de bonis quæ libe. per totum.*

r ¶ *Non acquiruntur.* s. nobis patribus.

f ¶ *Inutile est.* quia quod[e] ab initio non valet, ex tractu temporis non conualescit, *arg. j. tit. j. circa prin. ibi. alioqui.*[f] Arg. contra. *C. de nup. l. & si contra.* Sol. ibi non valuit matrimonium ex primo, sed ex nouo post matrimonium consensu.

Licèt suæ potestatis. Non satis est habere testamenti factionē mortis tempore, nisi eam tēpore testamenti etiam habeamus. At satis est habere testamenti factionē testamēti faciendi tempore, etiam

e Tēporis tractus non conualidat inualidum.

f Et hoc verū iud. sinōdā si defectus in persona heredis. Idem si in persona testatoris: vt quia si intestabilis, & eius fi onerat creditoribus seruos instituere nequeant vt l. ei qui solvendo. ff. de hered. insti. defectus quoque solennitatis: vt in numero septem testium rogatorumve postfacto ob firmari non potest: nisi in casu l. x. Cod. de fideicom. & l. testamēto. C. de fideicom. lib. le cus si respiciat scientem pro nunc. l. filio præterito. ff. de inost. test. Ang.

præsumitur fuisse sanæ mentis, vel non. Et qualiter probetur furor, vide Ange. hic.

a Vsucapio inchoata furore non perimitur.

a ¶ *Negotium.* vt vsucapionem[a] inchoatam: *vt ff. de vsucap. l. iusto. §. eum.* vel possessionem quæsitam: *vt ff. de acqui. poss. l. si is qui animo. sic ff. de pecul. l. quam Tuberonis. in prin.*

b Prodigus quis est.

b ¶ *Prodigus.* Prodigus[b] est qui neque finem neque modum habet in expensis: *vt ff. de cur. fur. l. j.* Nam prodigus dat danda & non danda: auarus tenet tenenda & non tenenda: largus medium tenet inter vtrunque. ADDITIO. Vnde versus:[c] *Prodigus est, animi vitio retinenda profundens. Qui retinet danda cupidè, censetur auarus. Largus, qui sumptum facit ex ratione libenter.* vide notata in ca. ex parte. extra de consue. in gl. ij.

c Versus.

c ¶ *Administratio interdicta est.* si dicas à iudice,[d] planum est: si dicas à lege, vt quia[e] crimē. l. Iuliæ maie. cōmisit: multo minus testat. sed & tūc prius factū rumpitur: *vt Cod. ad leg. Iul. ma. l. fi.* ADDITIO. Et sufficit quod fiat per præconiū publicè cum causæ cognitione, quod nemo contrahat cum eo: vel quòd iudex declaret eum esse prodigum: vel det ei curatorem tanquam prodigo: seu aliter notoriè prodigus existat.

d Interdictio bonorum fit vel à iudice, vel à lege.

e Interdictor bonis censetur, qui crimē maiestatis cōmisit.

vllum aliud negotium[a] rectè gestum, postea furor interueniens perimit.

Non valet testamentum prodigi factum post interdictum: sed prius factum sic. Aret.

2 ¶ Item prodigus[b] cui bonorum suorum administratio interdicta est[c], testamentum facere non potest: sed id quod antè fecerit, quàm interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est[d].

Mutus & surdus possunt certis casibus condere testamentum: sed non semper. h. d. primò. Et vitium superueniens post testamentum perfectum non nocet. Aret.

3 ¶ Item surdus & mutus non semper[e] testamentū facere possunt. Vtique autem de eo surdo[f] loquimur, qui omnino non audit, non qui tardè exaudit. Nā & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, nō qui tardè loquitur. Sæpe enim etiam literati & eruditi[g] homines variis casibus & audiendi & loquēdi facultatē amittunt[h]. Vnde nostra constitutio[i] etiā his subuenit, vt certis[k] casibus & modis secundùm normā eius possint testari, aliáque facere quę eis permissa sunt. Sed si quis[l] post testamētum factū aduersa valetudine, aut alio quolibet casu mutus aut surdus

f Interdictio facta prodigo qui re vera nō est prodigus, tenet.

d ¶ *Ratum est.* Quid[f] si fiat interdictio, cum tamen nō sit prodigus? Respō. fortè non valet interdictio. *argu. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. Seia.*[g] Sed contrarium verum est, cum[h] sit facta contra ius litigatoris tantum: non contra ius legis. *ff. quæ senten. sine app. resc. l. j. in prin. & §. j. & C. quando prouocare non est necesse. l. ij.* ADDITIO. *vide ca. cum inter. extra de re iudic.*

g Et hoc verū quando datus est simpliciter curator impuberi, tanquam puberi, vt l. si curatorem. ff. de tuto. & cur. da. ab his. secus si tanquā prodigo, cum nō sit: vt hoc in fin. & est ratio, quia pupillum declarat natura, sed prodigū ipse iudex, vel quia curatoris datio facilius, id est solo tractatu posis pa. dicuires, quàm prodigalitas, sibi exigit certitudo iudiciaria ad sanam mentem Ang.

h Sententia lata contra ius litigatoris tenet, secus si cōtra ius legis.

i Mutus & surdus an & quo modo testamentum possit facere.

k Testamenti per cæcum faciendi solennitas.

e ¶ *Non semper.* sed quandoque possunt, secundùm distinctionem sequentem.

f ¶ *De eo surdo.* sic. j. *de inutil. stipul. §. mutum.*

g ¶ *Eruditi.* s. in morbus.

h ¶ *Amittunt.* & maximè impij aduocati: vt in eo puniātur, in quo deliquerunt. *ca. literas de tempo. or. cap. pastoralis. de iure patrona. & ca. fin. de immu. eccle. cum si.* quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

i ¶ *Constitutio.* vt. *C. qui testam. fa. poss. l. discretis.*

k ¶ *Certis.* vt mutus[i] & surdus casu, vel mutus tantùm, siue natura, siue casu, si scribere nouit, sua manu scribat testamentum. Si autem per alium scribere velit, impetret hoc à principe: *vt ff. eod. de testa. & qui testa. fac. pos. l. si mutus.* Item si surdus tantum casu est, vel etiam natura, testetur si vult, si potest loqui articulatè: *vt Cod. qui testamen. fa. poss. l. discretis.* si autem natura est surdus & mutus, non potest, nisi sit miles: *vt j. tit. j. §. quinimo.* ADDITIO. Quidam dicunt habere intelligi de muto & surdo à casu: & tunc miles testabitur de licentia principis in his casibus, in quibus paganus non posset.

l ¶ *Sed si quis.* sic j. eo. *§. præterea. & §. si furiosi.*

m ¶ *Cæcus.* naturaliter,[k] vel casu: & orbatus vtroque lumine. secus si vno tantum: *vt C. de excu. tut. l. frater.*

n ¶ *Per obseruationem.* sc. vt coram septem testibus & tabellione, vel alio loco eius, si non inueniatur tabellio, dilucidiùs voluntatē suā declaret & in hereditatibus & in legatis: & omnia in scriptis referantur. *vt C. eo. l. hac consultissima.*

o ¶ *Patris nostri.* aliàs mei. *sic j. de dona. §. est & aliud.*

p ¶ *Apud hostes.* scilicet vt captus vel obses: *vt ff. eodem de testa. l. obsides*

q ¶ *Non valet.* quia serui sunt, vel quasi: *vt j. de iure person. §. seru. & ff. de libe. ho. exhi. l. ij.*

r ¶ *Fuerat.* ante captiuitatem.

s ¶ *Postliminij.* quòd fingit[a] eum semper in ciuitate fuisse: *vt j. quib. modis ius pa. pote. sol. §. si ab hostibus.* non autem lege Cor. ita fingitur, & quod dicitur. *C. de cap. l. j. & l. captum.* impropriè[b] ponitur lex Cornelia pro iure postliminij.

a Postliminium fingit captiuum semper fuisse in ciuitate.

b Lex Cornelia impropriè sumitur pro iure postliminij.

esse cœperit: ratū nihilo minùs manet eius testamentum.

Cæcus cum solennitate communi non potest facere testamentum, sed seruando quandam solennitatem specialiter ad hoc assignatam. Aret.

4 ¶ Cæcus[m] autē non potest facere testamentum, nisi per obseruationē[n] quam lex diui Iustini patris nostri[o] introduxit.

Captus apud hostes, testamentum facere non potest, sed prius factum, si ibi moriatur, ex lege Cornelia valet, si redeat ex postliminio. Aret.

5 ¶ Eius qui apud hostes[p] est, testamētum, quod ibi fecit, non valet[q], quāuis redierit. Sed quod dum in ciuitate fuerat[r], fecit: siue redierit, valet iure postliminij[s]: siue illic decesserit, valet ex lege Cornelia[t].

t ¶ *Ex lege Cornelia.* quæ fingit[c] eum prima hora captiuitatis mortuum, & sic liberum: *vt ff. eo. de test. l. lege Cornel.* Aliud esset si nulla esset fictio: vt in seruo pœnæ facto: *vt j. quibus modis testamen. infir. §. non tamen.* ¶ Vltimo. nota quòd tredecim[d] sunt personæ & plures, quæ testari non possunt. 1 Filiusfamilias. 2 Itē seruus *vt j. eo. in prin. & ff. eod. de testa. l. si filius.* 3 Item impubes. 4 Itē furiosus. 5 Itē mente captus. 6 Item prodigus. 7 Itē mutus. 8 Itē cæcus. 9 Itē surdus *vt j. eo. §. præterea. & §. item furiosi. & §. item prodigus. & §. item surdus. & §. cæcus.* 10 Item damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem: *vt ff. eo. de testa. l. eius qui. §. j. vsque ad finem.* 11 Item obses: *vt ff. eod. l. obsides.*[e] 12 Item de crimine famoso damnatus: *vt ff. eod. l. si cui. §. fin. & l. cum lege.* 13 Item de statu suo dubitantes: *vt ff. eod. de statu. & l. qui in domini. l. de sta. tu.* 14 Item monachus: *vt in Authen. de mona. §. illud quoque. coll. j.* (Sed hodie secundùm quosdam corrigitur: *vt in Auth. de san. episc. §. si qua mulier. coll. ix.*). 15 Item is cui interdicitur bonis à lege: *vt C. de heret. & Mani. l. Manichæos. & ad leg. Iul. maiest. l. vltimo.* Vnde versus.

c Filius lege Cornelia.

d Testamentum facere qui & quot personæ prohibitæ.

e Intellige si sint dati pro pace tenenda, & à populo Romano: in quibus habet locum etiam lex Cornelia, secundùm Iac. Rab. aliàs si dati ab ciuitate vel domino, non sunt serui, vt per Angel. hic.

Testari nequeunt impubes, religiosus.
Mortis damnatus: & sub patre filius, obses:
Prodigus, & stultus, dubius seruus, furiosus,
Crimine damnatus, cum muto surdus: & illum
Qui maiestatem læsit: cæcum quoque iungas.

DE INSTITVTIONE ET exheredatione liberorum.

TITVLVS XIII.

Quisquis filium habens in potestate rite testari vult, operæpretium est vt eum aut instituat, aut nominatim exheredem faciat. illius etenim præteritione vsque adeo nullum fit testamentum, vt etiam si viuo patre decesserit, non conualescat. In filiabus autem cæterisque per virilem sexum descendentibus, longè diuersam rationē tenuit antiquitas: vt ex hoc textu denotare potes.

DE INSTITVTIONE &c.

Ista[f] rubrica continuatur per glos. i. j. in nigro. Ang. Vel sic, Dictum est. j. de testamentis, & eorum ordinatione, verum quia in testamentis quandoque liberi exheredantur, ideo sequitur rub. de exheredatione liberorum.

f Continuatio.

Non tamen } Totus iste titulus diuiditur[g] principaliter in tres partes. Primò ponit quid iuris erat de iure antiquo circa exheredationem liberorum, & qua forma exheredabātur. Secundò qualiter hodie exheredari debeant. Tertiò aliqua dubia circa prædicta subinfert. Secunda ibi, Sed hæc quidem. Tertia ibi, sed si sit expeditione. Item prima subdiuiditur. Nā primo ponit quandam continuationem ad præcedentia. Secundò ponit qualiter exheredationē fieri de iure antiquo sufficiebat de liberis natis & in potestate, & primum locum siue gradum obtinentibus. Tertiò de liberis nascituris, vel de natis non obtinentibus primum gradum. Quartò de emancipatis, Quintò de liberis ciuilibus tantum, & de eorum exheredatione. Secunda ibi, Sed qui filiū. Tertia ibi, Postumi. Quarta ibi, Emancipatos. Quinta ibi, Adoptiui. CASVS. Domine, iam video de hac obseruatione solenni obseruāda in testamento: nunquid sufficit huiusmodi obseruatio ad hoc quòd testamentum inexpugnabiliter valeat? Respon. quòd non. Non enim vt omnino valeat testamentum, sufficit prædicta obseruatio, quam supra de testa. ordi. exposuimus: sed testator qui filium in potestate habet, eum vel heredem in testamento instituere, vel nominatim

g Diuisio.

exheredare necesse habet. Si enim eũ sub silentio præterierit, inutile erit testamentũ: & in tantũ erit inutile, vt licèt ille filius præteritus viuente testatore mortuus fuerit, nemo tamen ex eo testaméto heres existere possit. & hoc ea ratione, quia præterito filio in potestate tempore facti testamẽti existente, testamentũ ipso iure nullum fuit. & hoc verũ fuit in filiis masculis primi gradus, sed secus erat in filiabus. Nã non ita de filiabus vel aliis liberis vtriusque sexus in remotiori gradu cõstitutis apud veteres obseruabat. Neque enim exheredabantur, & tamen testamentũ propter heredis præteritionem non infirmabatur: sed ius accrescẽdi vsque ad certam portionem, id est dimidiã illius portionis quam habituri essent ab intestato eis præstabetur. Nec solũ fuit huiusmodi differẽtia inter filios masculos & huiusmodi personas, sed etiã alia: quia licèt filij masculi nominatim debeãt exheredari, non tamen supradictas personas nominatim exheredare parentibus erat necesse: sed licebat eis illas personas inter cæteros exheredare. Sed domine dicatis mihi, qd est exheredare nominatim? Ad hoc respõdet: Amice, exheredare nominatim videtur, qui proprio nomine expresso exheredat: veluti si testator di. Titius filius meus exheres esto. vel nõ addito proprio nomine, sed appellatiuè tantum: vt putà si testator vnum solum filium habuit. Et hæc dicuntur vsque ad illum. § postumi quoque. Franc. de Aret.

Non tamen[a] vt omnino valeat testamentum, sufficit hæc obseruatio quã supra[b] exposuimus: sed qui filiũ[c] in potestate[d] habet, curare debet vt eum heredẽ instituat, ex exheredẽ nominatim faciat. alioqui si eum silentio præterierit[e], inutiliter testabitur: adeò[f] quidẽ, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo[g] heres ex eo testaméto existere possit, qa scilicet ab initio non constiterit[h] testamentũ. Sed nõ ita[i] de filiabus & aliis per virilẽ sexum descendentibus liberis vtriusque sexus antiquitati fuerat obseruatum: sed si nõ fuerãt scripti heredes scriptæve, vel exheredati exheredatæve, testamentum quidẽ non infirmabatur[k], ius tamen accrescendi eis ad certam portionem[l] præstabatur. Sed nec[m] nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat: sed licebat inter cæteros[n] hoc facere.

a ¶ *Non tamen.* licèt dicta obseruatio supra de testamento. ordin. solennis sit, non tamen &c. ¶ Vel sic. supra de ea obseruatione quæ est circa fidem & probationem, satis dictum est: nunc de ea quæ est circa pietatem, dicendum est. & licèt ea obseruatio quæ circa fidem est, satis diligens sit, non tamen &c.

b ¶ *Supra.* s. in titu. *de testa. ordinan.*

c ¶ *Filium.* etiam militem: *vt ff. de liberis & postumis. l. filiusfamilias.*

d ¶ *In potestate.* secus in emancipato iure ciuili: sed idẽ iure prætorio: vt *j. eo. l. emancipatos.* Accursius. ADDITIO. Imò hodie præteritus dicit nullum etiam de iure ciuili, sicut in potestate constitutus: *vt per glos. in § exheredatos. in gloss. voluit. in Authen. de here. & fal.* Angel.

e ¶ *Præterierit.* scil. nec instituendo, nec exheredando: *vt j. de here. quæ ab intesta. § eadem.* nec ipso iure valet: *vt C. de lib. præter. l. maximum.*

f ¶ *Adeo.* s. inutiliter testabitur.

g ¶ *Nemo ff. de iniusto rupto testamento. l. si ro. § fi.* si contra. Sol. ibi filius viuit, hic non. s Vel[a] hic iure stricto, ibi, ibi æquo. Accur.

h ¶ *Non constiterit.* aliud si constitit: licèt postea rumpatur: purà agnatione postumi, qui postea moritur: quia tunc recõualescit testamentum: *vt ff. de iniusto rupto testamento. l. postumus. in prin.*[b] *& j. eo. § postum.* ibi, quod & filio &c. Nec est mirum: quia si ab initio rumpitur agnatione postumi, eo mortuo conualescit: *arg. ff. de regu. iur. l. quod ab initio.*

i ¶ *Sed non ita* not. ex vna parte ponit filios tantum, ex alia filias, & omnes ex masculis vel fœminis descendentes.

k ¶ *Non infirmabatur.* contra. *j. eo. § sed fœminini.* Sol. vt ibi.

l ¶ *Ad certam portionem.* s. dimidiam eius quod ab intestato habituri essent: *vt C. de lib. præ. l maximum.* circa me. ibi, cum enim per contra tabulas &c.

m ¶ *Sed nec.* hæc est secunda differentia inter prædictas personas.

n ¶ *Inter cæteros.* s. hoc[c] modo, vnum de filiis meis exheredo. Vel vno instituto sic dicen, reliquos exheredo. nã nisi diceret, cæteros exheredo: licèt dicat, filium meum exheredo, cum plures habeat, nemo exheredatus videtur: *vt ff. de libe. & postumis. l. y.* sed secus erit in aliis. nam bene valet, vt hic dicitur.

a Tu dic filium mortuũ viuo patre, testamentum omnino nullum esse, *vt in l. si superuixit patri*, & dixit testamentũ nullum, nõ valere. si verò tacuit & approbauit, licet satis subtiliuare nulli, fit, ex æquo tamen recedus, fatetur, sed passim tenetur.

b Et ibi est casus in quo est hodie necessaria est bonorum poss. & alios vigint. v. per Ang. quòd est magnæ vtilitatis, quia cum liberi intra annũ, cognati verò intra centum dies tantum, & non solum animo, sed corã pro tore agnoscere exheredatio inter cæteros qualiter fi.

o ¶ *Non extet.* item aliis modis vt, omnes liberi mei sint exheredati: etsi sit vnus tantum: *vt ff. de libe. & postu. l. Titius in princ.* Item si dixerit alia verba quæcunque, dummodo certa: *vt ff. si cer. peta. l. certum. & de inius. rup. testa. l. postum. § nominatim. & ff. de libe. & postu. l. j. & y.* sed secus si dicat: filium meum instituo, cæteros liberos exheredo. vel, Seium extraneum instituo, liberos autem exheredo. & hic non dicit omnes, vt non contradicat. j. gloss.[a] Nam dicor exheredare filium inter cæteros: qa mixtio fit cum cæteris in remotioribus gradibus constitutis: vnde non valet, cum debeam exheredari nominatim, vt hic dicitur.

a Hanc Gl. reprehẽ. in Iod. F. b. Me.

Exheredatio nominatim fit dupliciter. Aretinus.

Nominatim autẽ quis exheredari videtur, siue ita exheredetur, *Titius filius meus exheres esto*, siue ita, *Filius meus exheres esto*. nõ adiecto proprio nomine, scilicet si alius filius non extet[o].

Postumi præteritione non protinus ab initio infirmatur testamentum, sed ita demum cum natus fuerit postumus, quo non nascente firmum manet testatoris iudicium.

1 ¶ Postumi quoque liberi vel heredes institui[p] debent, vel exheredari. Et in eo[q] par omnium[r] conditio est, quòd & filio postumo, & quolibet ex cæteris liberis, siue fœminini sexus siue masculini[s] præterito: valet quidem testamentum, sed postea agnatione[t] postumi siue postumæ rumpitur[u], & ea ratione totum infirmatur[x]. Ideóque si mulier ex qua postumus aut postuma sperabatur, abortum[y] fecerit: nihil impedimento

[Postumi quoque] CASUS. Domine, iam viden quid iuris est circa exheredationem liberorum iam natorum: sed quid domine, si testator reliquerit vxorem prægnantem, nunquid necesse habet exheredare vel instituere ventrem? respon. quòd sic. Nam non solùm nati liberi, sed etiam postumi exheredari debent, vel heredes institui: & in eo par omnium postumorum cõditio est, quòd quocunque postumo siue masculi sexus siue fœminini præterito, non valet testamentum: quia si nascatur postumus vel postuma, natiuitate eius rumpitur testamentum. vnde si mulier prægnans de qua sperabatur postumus nasciturus, ediderit abortiuum: nihil erit impedimento heredib. institutis ad hereditatem ex testamẽto adeundam. Nam iste abortiuus qui mortuus natus est, vel contra formam humani generis editus: pro non nato habetur. Sed licèt in hac particula sit conditio omnium postumorum purificata: in alio tamen differunt. nam fœminini sexus postumæ vel nominatim vel inter cæteros solebant exheredari, prout placuerat testatori: ita tamen, vt si testator huiusmodi personas inter cæteros exheredaret, aliquid eis legaret, ne videretur huiusmodi postumæ per obliuionem à testatore præteritæ esse. sed secus erat in masculis postumis. Postumos enim masculos putà filium, & deinceps, statutũ est non posse aliter rectè exheredari, nisi nominatim exheredentur. Sed domine, pro Deo qualiter potest postumus nominatim exheredari, si testator de sexu faciat mentionẽ? Respon. quòd hoc modo, Quicunque mihi filius masculus genitus fuerit, exheres esto. Et hæc dicuntur de veris postumis vsque ad illum. § postumorum. Franc. de Areti.

p ¶ *Institui.* ista institutione ex præsenti matrimonio nascituri & ex futuro institui videntur: *vt ff. de lib. & postu. l. placet. & l. idemque.*[b] Quid in exheredatione postumorum: an omnes siue hi qui sunt in vtero tantum, an alij qui sunt nascituri ex præsenti matrimonio vel futuro, intelliguntur exheredati. Respon. non: cum masculi debeant nominatim exheredari: *vt infra eod. § masculos.* Accur. ADDITIO. Et hæc vera licet glo. teneat contrarium in d. l. placet quam soluat Io. Fab. vbi essent apposita verba multiplicatiua vel vniuersalia, quisquis, quicunque, & similia: secus si indefinita tantum, vt hic.

b Et etiam si postea adoptati, qui dicuntur postumi similes. *l. si quis postumos. ff. eo* An autem naturales tantum, & quid si instituat ventrem vxoris suæ: vide per Ange. hic.

q ¶ *In eo.* s. quod sequitur: quòd & filio &c.

r ¶ *Omnium* s. postumorum ex se nasciturorum, & ex filiis suis: licèt iam natis non sit par conditio: *vt j. eo. § sed non ita.*

s ¶ *Masculini.* siue ex masculo, siue ex fœmina.

t ¶ *Agnatione.* i. natiuitate. *sic. j. quib. mod. test. infir. § j.*

u ¶ *Rumpitur.* si verò exheredabatur, de inofficioso egebatur: *vt j. de inoffi. test. § postum.* Hodie[c] verò exheredari non possunt: *vt C. de inoffi. test. l. si quis. § illegis.*

c Posthumi hodie exheredari non possunt.

x ¶ *Infirmatur.* Hic adde quod est *ff. de milit. testa. l. si filiusfamil. j.*

y ¶ *Abortum.* qui est pro non nato: *vt ff. de verb. sig. l. qui mortui. & C. de postu. here. l. j.* Accur. ADDITIO. Idem in semmato mortuo antequam perfectè extrahatur. Secus tamen in nato execto vẽtre, qui non declinat ad monstrum, dummodo habeat pulsum: etiam si vocem non emiserit. Vide Angel. hic.

Postumæ.

a ¶ *Postume.* nam iam natis fœminis nō erat necesse legari: *vt C. de libe. præt. l. maximum. in fi. & ī. eo. §. sed non ita.*

b ¶ *Inter cæteros.* Hodie per constitutionē omnes nominatim: *vt ī. eo. §. sed hæc. vers. nostra.* Sed nouissimo iure nō cū non sint ingrati *vt in Auth. vt cum de ap. cog. §. aliud. col. viij.* Acc. ADDITIO. Quæ causa debet exprimi, & per heredē probari: *vt in Auth. ex causa. C. de libe. præt.* Ang.

a Posthumorū exheredationum varia in antiquo iure ... Nouissimo iure, exheredari posthumi non possunt.

[*Postumorum.*] CASVS. Dñe, iā video & pateo mihi qualiter exheredātur liberi nati, & etiā postumi. nūquid sūt plures modi exheredandi vel instituēdi? Et respō. q sic. Nā sicuti dictum est veros postumos debere exheredari vel institui: ita & hi qui loco postumi sūt. Sed dñe dicatis mihi, q sunt hi q loco postu. sūt? Ad hoc resp. Amice, loco postu. sunt hi, qui tēpore testamēti nō erāt immediatè adiūcti testatori: postea tamē adhuc viuente testatore in locū sui heredis succedunt: & ita quasi agnascēdo immediatè adiūgūtur testatori, & sui heredes efficiunt, vt patet in tali exēplo: Titius habet filiū in potestate sua: & ex eodē filio nepotē. hoc casu, quia filius vno gradu præcedit nepotē, solus filius iura sui heredis habet: licèt nepos & neptis ex eo in eius potestate sint. vnde si Titij filius viuēte adhuc Titio mortuus fuerit, aut de potestate eius exierit, incipit nepos ex filio natus in locum patris sui mortui succedere, & eo modo quasi agnatione suus heres efficitur: cū nullus in potestate existēs eum præcedat: & ideo sicut testator ipsum filiū vel heredē instituere vel nominatim exheredare debet, ita nepotē vel neptē ex illo necesse habet exheredare, vel heredē instituere. ne fortè viuo adhuc testatore, filio eius qui immediatè erat ei adiunctus, mortuo, vel emācipato, vel alio modo patria potestate liberato, nepos ex filio in locū patris sui succedens, quasi agnatione eius rumpat testamētum. Et ista prouisio ad securitatē testatorū per legē Velleiā introducta est, in qua quidē lege similis modus exheredationis ad exēplū verorū postumorū demōstrat. Et hæc dicūt vsq; ad filiū §. emācipatos. & casus eius est planissimus vsque ad §. sed hæc quidē. Frā.

est scriptis heredibus ad hereditatē adeundā. Sed fœminini quidem sexus posthumæ[a] vel nominatim vel inter cæteros exheredari solebant: dum tamē si inter cæteros[b] exheredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ esse per obliuionem. Masculos verò postumos, id est filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, nisi nominatim exheredarentur, hoc scilicet modo: *Quicunque mihi filius genitus fuerit, exheres esto.*

Ex filio nepos, viuo patre suus heres auo nō est, quamuis in eius sit potestate. sed si viuo auo patrē mors contigerit: eius patris locū subintrās, quasi agnoscēdo suus heres fit, idcirco institui vel heres fieri debet, ne illius præteritio aui testamentum infirmet.

2 ¶ Postumorum[c] autē loco[d] sunt hi, qui in sui heredis[e] locum succedendo, quasi agnascendo[f] fiunt parentibus[g] sui heredes: vt ecce si quis filium, & ex eo nepotem neptémve in potestate habeat: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui heredis habeat: quāuis nepos quoq; & neptis ex eo, in eadē potestate sint. Sed si filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius, incipit nepos neptísve in eius locū succedere: & eo modo iura suorū heredum quasi agnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, sicut ipsum filiū vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non iure faciat testamētum: ita & nepotē neptémve ex filio necesse est[h] ei vel heredem instituere, vel exheredare, ne fortè eo viuo[i] filio mortuo, succedēdo in locū eius nepos neptísve, quasi agnatione rumpat testamentū. Idque lege Iulia Velleia[k] prouisum est: in qua similis[l] exheredationis modus ad similitudinē postumorum demonstratur.

Emancipati quoque liberi institui vel exheredari debent: alioquin eis præteritis quamuis iure ciuili succursum non sit, iure prætorio bonorum possessio contra tabulas datur.

3 ¶ Emancipatos liberos iure ciuili[m] neque heredes instituere, neque exheredare necesse est[n]: quia non sunt sui heredes[o]. Sed prætor omnes tam fœminini[p] sexus, quàm masculini, si heredes non instituantur, exheredari iubet: viriles sexus nominatim: fœminini verò, & inter cæteros: quia si neque heredes instituti fuerint, neque ita vt diximus exheredati[q]: promittit eis prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

Adoptiui quandiu in adoptantis nexibus constituti sunt: haud secus quàm naturales liberi instituendi vel exheredandi sunt: adoptione verò soluta, impunè ab adoptante patre præteruntur: qui tamen ad naturalem patrem tanquam ab eo emancipati haberi incipiunt.

4 ¶ Adoptiui liberi quandiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdē iuris habētur[r], cuius sunt iustis nuptijs quæsiti. Itaq; heredes instituēdi[s], vel exheredandi sunt secūdū ea quę de naturalib. exposuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo: neq; iure ciuili[t], neq; eo iure quòd ad edictū prętoris attinet[u], inter liberos cōnumerātur. Qua ratione accidit, vt

i ¶ *Eo viuo.* secus si post: *vt ff. de iniust. rup. test. l. si quis filia.* & in hoc differt à vero postumo. Item differt ab ascendentibus: *vt ff. de inoffi. test. l. pater filiūe.*

. *Lege Iulia Velleia.* Ius antiquū ad idq; pertinēt Galli cautio, est de veris postumis. Ius nouū, i. primū caput legis Velleiæ non est omnino de veris posthumis. nā veri posthumi sunt qui patre iam humato nascūtur: qui fuit antiquus sepeliēdi mos, nūc a Christianis renouatus. Arnobius. lib. viij Nec vt creditis vllum damnum sepulturæ timemus: sed veterem & meliorem humandi consuetudinem retinemus. Velleia autē postumis viuo parēte post testamentum nascuntur. Secundum caput est de quasi posthumis, quod in hoc §. proponitur. Cuia.

a Scilicet testamento ...

k ¶ *Velleia.* nomen est cuiusdā nouæ legis: sed ius Galli Aquilij antiquius est: & loquitur in vero postumo: vt statim dicam. *vt ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. si eius qui filium.*

l ¶ *similis.* in veris postumis talis erat modus: si me mortuo nascetur mihi filius intra decē mēses *vt ff. de libe. & posth. l. Gallus. §. et si on. & §. j. ij. & iij.* sic ergo & hic per legē Velleiā, si suus heres, suus esse desierit viuo testatore: *vt ff. de lib. & posth. l. Gall. §. videndū est an.* & in hoc habet locum lex Velleia. sic etiā est paritas ab intestato. *vt ī. de hered. quæ ab intestat. § cum autem.*

m ¶ *Iure ciuili.* sic *ī. de here. quæ ab inte. §. emancipati.*

n ¶ *Necesse est.* nā nihilo minus ręuet testamentū. aliud in eo qui est in potestate: *vt s. eo in prin.* ADDITIO. Dic etiā de iure ciuili, quia nō erat cognitus, quàm etiā de iure prętorio: q: à prętor habet illas p tabulis, si septē signis testiū signatæ sint. & dat bo. pos. secundū tab. *vt l. cū tabulæ. ff. de bono. poss. secundum tabu.* nec de vitio prǽteritionis curauit, secundū Ang.

o ¶ *Sui heredes.* supple: & quia desierunt esse heredes sui. aliàs non esset bona ratio, cū filij necesse habeant patres instituere: licèt nō sint patres sui heredes ad filios. Filius autē emancipatus per capitis deminutionē desinit agnatus esse, & remanet cognatus: qui nō cognoscitur à iure ciui. *vt ī. de here. quæ ab inte. defer. §. emancipati. & ī. de leg. agna. tute. § fi. & ff. de bonor. pos. l. sed cum patrono. §. j.* Acc.

p ¶ *Fœminini.* licèt to[ta]lis esset differentia inter masculos & fœminas iure ciuili: *vt s. eo §. j.*

q ¶ *Exheredati.* i. rite. aliàs autem exheredato datur contra tab. *vt ff. de bon. pos. contra tab. l. non putauit. §. non quæuis.* Itē etiā instituetis datur contra tab. si alius cōmittat eis edictū: *vt ff. de contra tab. l. j. §. pater. vers. planè & ff. de leg. præ. petit. a. bon. poss. contra tab. l. si duo.*

r ¶ *Habentur.* quo ad adoptiuum patrem.

s ¶ *Instituendi.* ab adoptiuo patre. Accursius.

t ¶ *Iure ciuili.* quod. i. ius ciuile (scilicet adoptionis) quo vocantur sui adoptiui ad hereditatem, alio iure ciuili. i. per emancipationē, sublatum est, quod esse potest: *vt ī. de legit. agna. tute § fin.*

u ¶ *Attinet.* quod vocat emancipatos: *vt ī. prox. §. & est ratio:*

c ¶ *Postumorum.* sic. *ff. de iniust. rup. test. l. postumorum.* vbi omnino habetur iste §.

d ¶ *Loco.* non tamen veri postumi sunt: *vt ī. eo. §. hoc. in fin.*

e ¶ *In sui heredis.* *ī. de here. quali. & diff. §. sui.*

f ¶ *Agnascendo.* i. subitus vel postea nascēdo, sicut postumus verus. non enim nascitur, cū natus sit: *vt ī. de adop. §. j.* a. Vel dic agnascendo. i. incipiendo esse agnati, quo ad effectum succedendi.

g ¶ *Parentibus.* s. masculis. Nam testamentum[b] fœminæ nō rumpitur per legem Velleiam: *vt ff. de libe. & posthum. l. Gallus. § nunc de lege. aut, nam & si ita verba sunt.* sed[c] per querelam irritatur: *vt C. de inoffi. test. l. xij. & ī. eo. §. matir.*

h ¶ *Necesse est.* causatiuè, i. ne rumpatur testamentum, vt sequitur: non præcise, vt *C. de adop. l. penult. §. quæ in filio.*

b Testamentum fœminæ non rumpitur per legē Velleiā. c Testamentū fœminæ non rumpitur præteritione liberorum ... Potestate ... posthumo nascitur, ...

Institut.

quia definunt esse filij. Sed naturales non possunt desinere esse filij per emancipationem: *vt j. de here. quæ ab intesta. §. minus ergo.* ibi, nec quia. Accursius.

a ¶ *Extraneorum. ff. de contra tab. l. j. §. & sui iuris.*

b ¶ *Patre. ff. de bo. poss. contra tab. l. si emancipatus. §. pe. in fi.*

ex diuerso (quod ad naturalē parentem attinet) quādiu quidem sunt in adoptiua familia, extraneorum[a] numero habeantur: vt eos neq; heredes instituere, neq; exheredare necesse sit. Cum verò emācipati fuerint ab adoptiuo patre[b], tūc incipiāt in ea causa esse, in qua futuri essēt si ab ipso naturali patre emācipati fuissēt.

Sublata veteri differētia, recentiori iure sancitum est, vt hisdem testamēto modis & mares & fœmina instituātur, vel exheredes fiāt, idq; in reliquis liberis, vt puta nepotib. neptib. & deinceps, necnō & in postumis, & emancipatis filiis obseruare conuenit.

5 ¶ Sed hæc[c] quidē vetustas[d] introducebat: nostra verò cōstitutio[e] inter masculos & fœminas in hoc[f] iure nihil interesse[g] existimans, quia[h] vtraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio[i] fungitur; & lege antiqua[k] duodecim tabularū omnes similiter ad successionem ab intestato vocabātur, quod & prætores postea secuti esse videtur[l]: ideò simplex[m] ac simile ius & in filiis, & in filiabus, & in cæteris descendentibus per virilem sexum[n] personis, non solùm iam natis, sed etiā postumis introduxit: vt omnes siue sui siue emancipati sint, vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur, & eundem habeant effectum[o] circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hereditatem auferendam, quem filij sui vel emancipati habent; siue iam nati sint, siue adhuc in vtero cōstituti postea nati sint[p]. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionē, quæ in nostra constitutione[q], quam super adoptiuis tulimus, continetur.

[Sed hæc quidem.] c a-3 v. 3. Dicit Iustin. quòd huiusmodi differentias sexus & modi eshe. de quibus dictū est hoc-vsque, vetustas, id est media iuris prudentia introducebat, sed nostra constitutio differentias amouet, & nihil inter mascu. & fœmi. quantū ad modum exheredandi vel instituendi interesse existimauit: & hoc triplici ratione. Primò quia vtræque personę in procreatione hominum simili naturæ officio funguntur. Secūda ratio: quia lex antiqua. xij. tab. omnes tā masculos quàm fœminas pariter ad successiones parentum ab intestato vocabat. Tertia ratio est: quia prætores secuti sunt l. xij. tabu. dando scilicet filiabus sicuti & filiis præteritis bo. posses. contra tabu. in totum. vnde nos his rationibus moti, simile ac simplex ius antiquū, differentiis explosis, in filiab[a] & filiis & omnibus aliis per virilē sexū descendētibus, non solū iam natis, sed etiā postumis, introduximus & statuimus in cōstitutione nostra, vt omnes siue sint sui, siue emācipati, aut instituātur heredes, aut nominatim exheredētur: & omnes siue sint iam nati, siue adhuc in vtero constituti, & postea nati sunt: eūdē habeāt effectū circa parentum suorum testamentum infirmandū & hereditatem à scriptis heredibus auferendā. quem quidem effectū filij sui vel emancipati præteriti vel exheredati habere poterunt. & hæc dicuntur vsque ad illū §. circa adoptiuos. & casus planus est vsque ad fi. ti. Franc. de Aret.

c ¶ *Sed hæc.* scilicet supradicta à principio titu. vsque ad §. emancipatos. Et dic hæc, scilicet differentiam sexus & gradus & modi exheredationis: *vt supra eod. §. j. & §. postumi. & § sed fœminini.* non autem dicit de his quæ postea vsque modo dicta sunt à §. illo, emancipato.

d ¶ *Vetustas.* i. media iurisprudentia, vt statim sequitur.

e ¶ *Constitutio.* *C. de lib. præt. vel exhereda. l. maximum.*

f ¶ *In hoc.* aliàs[a] enim multæ differentiæ sunt: *vt ff. de sta. homi. l. in multis.*

a Masculorum & fœminarum in suis corporis multa differentia.

g ¶ *Nihil interesse.* in *Auth. quib. mod. natu. effi. sui. §. non autem. coll. vij.*

h ¶ *Quia.* prima ratio.

i ¶ *Officio.* id est simili officio. vna enim indiget altera ad procreationem subolis: *vt C. de leg. hered. l. lege xij. tabu.* & hæc est prima ratio legis.

k ¶ *Lege antiqua.*[b] argumentatur[c] ex iure antiquo. *sic j. qui ma. non poss. §. fi.* & hæc est secunda ratio.

b Lege xij. tab. ita admittebatur ab intestato [illegible] masculus secundū Ang.

c Argumentū [illegible] potest à iure antiquo.

l ¶ *Videntur.* s. dando filiæ bonorum possess. contra tabu. in totum: licèt non possit dicere nullum, vt suus: *vt C. de libe. præte. l. maximum. ibi,* & si præteritus &c & hæc est tertia ratio. Accursius.

m ¶ *Simplex.* ad differentiam antiquæ distinctionis: *vt j. eo. §. j.*

n ¶ *Per virilem sexum.* Quid de descendentib. per fœmininū? Resp. admittuntur: sed cum deminutione tertiæ partis: *vt j. de here. quæ ab intest. §. item vetustas verss. diuus & C. de colla. bo. l. filiam.* Accur.

o ¶ *Eundem habeant effectum.* quod ad commodū, diuerso tamen iure nā[a] suus præteritus & dicit nullū, & cōtra tab. habet, si non vult dicere nullum, quādo præteritus est. Sed emancipatus tantū habet cōtra tab. *vt C. de lib. præt. l. maximum. §. sancimus itaque &c. & ff. de le. præst. l. si qui.* Si[b] autem exheredentur, habent querelam omnes: *vt ff. de cōtra tab. l. non putauit, § non quasi. & de inoff. testa. l. Papinianus.*

a Heres suus præteritus habet duo remedia: emancipatus vnicum.

b Querela cōpetit liberis exheredatis, siue sui sint, siue emancipati.

p ¶ *Postea nati sint.* qui[c] exheredari non possunt, vt diximus *j. eo. §. postumi.*

c Postumi exheredari tunc nondum nati non possunt.

q ¶ *Constitutione.* *C. de ado. l. cum in adoptiuis & recitatur j. de adopt. §. sed hodie.*

Præteritio militis in expeditione testantis, si scit se habere liberos, pro exheredatione habetur. Aretinus.

6 ¶ Sed si in expeditione occupatus[r] miles testamentum faciat, & liberos suos iā natos vel postumos nominatim nō exheredauerit, sed silentio præterierit, non ignorans[s] an habeat liberos: silentium eius pro exheredatione[t] nominatim facta valere, cōstitutionibus principum cautum est.

Matris auorúmve per lineam maternam ascendentium præteritio, vim exheredationis obtinet: idcirco ad eorum successionem citra querelam aspirare non potest præteritus filius.

7 ¶ Mater[u] vel auus maternus necesse non habent liberos suos aut heredes instituere; aut exheredare: sed possunt eos silentio † omittere. Nam silentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrē ascendētium, tantum facit, quantum exheredatio patris. Neque enim matri filium filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia, si eum eámve heredem non instituat, exheredare necesse est, siue de iure ciuili[x] quæramus, siue de edicto[y] prætoris, quo prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit: sed aliud eis[z] adminiculū seruatur, quod paulo post[a] vobis manifestum fiet.

r ¶ *Occupatus.* Quid si non est in expeditione? Respon. ius commune. obtinet: *vt j. de mili. testa. §. illud.*

s ¶ *Non ignorans.* Si enim ignorat, non valet testamentum: *vt C. de testa. mili. l. si non certi iuris*[d]: nisi fuerit eius animi, vt si filium haberet, esset exheres: *vt ff. de mili. testa. leg. qui iure militari.*

d Et si verba essent generalia apta cōprehendere nondum nascituros, secundum Bald. sicut Angel. dubitat; hic, loculi tamen in pagano: vt in [illegible].

t ¶ *Pro exheredatione.* ideòque querela inofficiosi testa. agitur: sed hoc cum miles est paterfamilias. nā tunc nō potest habere locū castrense peculiū. si enim esset filiusfamilias, nō haberet locum querela: *vt C. de inoff. testa. l. si. § fi.* ADDITIO. Ista gloss. hodie est falsa: *vt no. j. de mili. test. §. illis autem. in gl.* super verbo, iure tamē cōmuni.

† Nō est, silentio, in ver. lib. Omittere est, silentio exheredare *l. si patronus ff. de bon. lib.* Cuiac.

u ¶ *Mater.* idē intelligo in silentio liberorū ad maternā lineā: *vt C. de inof. teste. l. cum filium.* Acc. ADDITIO. Et hæc vera quando fuit incerta causa: & tunc hoc quo ad matrē vel eius lineam habetur pro exheredatione, & habet locum querela, vt hic. Quo autem ad patrem & eius lineam, si sit facta præteritio à filio in potestate, competit ius dicendi nullum: si ab emancipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expressa causa testamentum est nullum: *vt §. j. in Auth. vt cum de appella. cog.*

x ¶ *De iure ciuili.* quia[e] non habet eos in potestate: *vt j. de hered. qualit. & differen. §. cæteri.*

e Mater filios in potestate non habet.

y ¶ *Edicto* quo emācipati vocantur: *vt j. eo. §. emancipatos.* quia[f] eos non potest emancipare: vnde contra tabulas locum non habet: *vt hic, & ff. de contra tab. l. aliud. § testamenta.*

f Mater filios emancipare nō potest: vt quos etiā nō habet in sua potestate.

z ¶ *Eis.* sc. descendētibus per lineam fœmininam. datur tamen & aliis, sed his maximè: *vt C. de inoff. testa. l. filiam.*

a ¶ *Paulo post.* *vt j. de inoff. testa. per totum.*

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS.

Continuatur[g] *hoc modo: Vidimus de ordinatione testamentorum in tit. de testam. ordinan. Verum quia causa efficiens fuit necessaria: ideo postea posuit de personis testantium, vt in tit. de mili. testam. & qui testari non possunt, in tit. quibus licet facere testamentum, vel non. aliàs est tit. quibus non est permissum facere testamentum. Verùm quia in testamentis heredes instituuntur: videndum est ergo de hoc titu.*

g Continuatio.

hoc tit. Aretinus. Vel sic: Visum est suprà de filiis tam natis quàm nascituris heredibus instituendis, vel exheredandis. Nunc sequitur videre generaliter de extraneis heredibus instituendis.

a ¶Instituendis.s.^a *qui possunt institui.* vt j.eo. vsque ad §. si plores. & §. fi. *Item & qualiter debeãt institui.* vt j.eo. §. si plures. vsque ad §. fi.

HEredes.] Totus iste titolus diuiditur in septem partes. ¶ Primò ponit regulã generalem quòd non solùm liberi, sed etiam serui: & non tantùm proprij, sed etiam alieni possunt heredes institui. ¶ Secundò declarat qualiter proprius seruus potest institui: & quis dicatur proprius seruus. ¶ Tertiò quis dicatur alienus, & quomodo potest institui. ¶ Quartò quod non tantùm vnus, sed etiã plures possunt heredes institui. ¶ Quintò ponit diuisionem portionum hereditatis, & de effectu ipsius. ¶ Sextò de institutione sub conditione. ¶ Septimò quòd etiam ignotus testatori potest heres institui. Secunda ibi, Proprios autem. Tertia ibi, Alienus seruus. Quarta ibi. Et vnum hominem. Quinta ibi, Hereditas plerumque. Sexta ibi, Heres & purè. Septima ibi, Hi quos.

DE HEREDIBVS instituendis^a

TITVLVS XIIII.

Liber homo, vel seruus proprius vel alienus potest heres institui sine mentione libertatis. Et etiam intelligitur proprius, in quo quis habet nudam proprietatem.

HEredes instituere^b permissum^c est tam liberos homines, quàm seruos: & tam proprios^d, quàm alienos^e. Proprios autem olim quidem secũdùm plurium sententias non aliter quàm cum libertate rectè instituere licebat: hodie verò etiam sine libertate ex nostra constitutione^f heredes eos^g instituere permissum est. Quod non per innouationem^h induximus, sed quoniam & æquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris tam quos ad Massurium Sabinum, quàm ad Plautium scripsit, refert. Proprius autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam^i proprietatem testator habet, alio vsumfructũ habente.

Seruus accusatus de crimine adulterij commissi cum domina sua, non potest ante sententiam manumitti, nec ab ea heres institui. Aretinus.

Est autem casus in quo nec cũ libertate vtiliter seruus à domina heres instituitur: vt constitutione^k diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius^l verba hæc sunt^m: Seruũm adulterio maculatum^n, nũ iure testamento manumissum^o ante sententiam ab ea muliere videri, quę rea fuerat eiusdem criminis postulata^p, rationis est. Quare sequitur vt in eundem à domina collata heredis† institutio, nullius momenti habeatur^q.

Seruus in quo quis habet vsum-

a Vel diuidas vt diuidit hic glos. rub. CASVS. Domine, vos vultis tractare de here. institu. dicatis igitur mihi qui possunt heredes institui? Ad hoc respond. Amice, heredes institui possunt tam liberi homines, quàm serui, & tam proprij serui quàm alieni: sed olim secundùm sententias plurium nõ licebat proprios aliter instituere heredes, quàm cũ libertate expressè data: sed hodie secus est. nam auctoritate nostræ constitutionis, licet dominis, nulla mentione facta de libertate, proprios seruos in testamento suo heredes instituere. hoc tamen de nouo non induximus. nam antiquitus Attilicinus iurisconsultus hoc induxerat. Paulus etiam in libris suis, quos tam ad Massurium Sabinum, quàm ad Plautium scripsit, refert hoc idem Attilicino antiquo iurisconsulto placuisse. vnde quod antiquitus Attilicino & Paulo placuit. nostra constitutio in legis necessitatem introduxit. & hæc dicuntur vsque ad illum §. proprius autem seruus. in quo pone sic casum. Domine, vos dixistis mihi quòd proprius seruus potest heres institui. modo dicatis mihi, quis dicatur proprius seruus; Ad hoc respondet, Amice, proprius seruus quo ad hoc vt possit institui intelligitur etiam ille in quo testator nudam habet proprietatem: licèt alius in eo vsumfructum habeat. nam nihilominus proprius seruus intelligitur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. est autem. Franc. de Areti.

b ¶*Heredes instituere.* quasi^b dicat dominos intus in bonis suis facere. nam heres,^c id est dominus: *vt infra de heredum qualitate & differentia. §. fin. ibi pro herede.* Item ideo dixi intus, quia ita subintrat heres in^d dominium rerum defuncti, ac si eadem persona esset: *vt in Authen. de iureiuran. à maiori. §. j. ibi, cum vtique colla. v. & ff. quibus ex causis maio. leg. cùm miles in fin. j. responsi.* Accursius. ADDITIO. Non tamen est idem dominium quod erat penes defunctum: sed fingitur esse idem. Secus autem in possessione, quam volens perdere, & in alium transferre, statim perdit, & noua renascitur statim quòd est apprehensa, & intelligitur semper fuisse continuata, si interim à nemine fuit occupata. Angel.

c ¶*Permissum est.* s. à iure.

d ¶*Proprios.* s. seruos.

e ¶*Alienos.* sic *ff. eo. l. non minus.*

f ¶*Constitutione.* vt *C. de necess. ser. here. insti. l. cum quidam.*

g ¶*Eos.* s. proprios seruos.

h ¶*Non per innouationem.* q. d. non induximus hoc de nouo, sed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus, vt subijcit. Sed contra *supra ex quibus cau. ma. l. non licet. §. idémque iuret. ibi, noua humanitatis &c.* Sol. iste Iustinianus non inuenit, sed rationem reddit. Institut.

cùm non sit verisimile, &c. vt ibi. 2 Vel aliter: Attilicino placuit, & Paulo, sed in legis necessitatem non deduxerunt sic. *& j. de test. §. neque heres.* Iustinianus verò in legis necessitatem deduxit: vt ex ipsa institutione lib. esse videatur.^a ¶Item nunquid corrigitur quod aliàs dicitur, scilicet quòd purè institutus, & sub cõditione liber: quia expectatur conditionis euentus: *vt ff. eod. leg. seruus. §. j. & leg. quotiens. §. fin. & leg. qui filio. §. j.*? Respond. non quia istud locum habet quod hic dicitur, quãdo libertas nec est data expresse, nec fuit retardata: at ibi expresse fuit retardata. ADDITIO. Si autem esset expresse inhibita, non valeret institutio: *vt d. §. idémque iurat.* Ange.

i ¶*Nudam proprietatem.* vt iste liber & heres necessarius sit: *vt j. eod. j. responso.* Sed tamen vsufructuarius perinde vtetur, ac si esset seruus adhuc: *vt Cod. communia de manu. leg. j. §. fin autem proprietarius.*

[*Est autem.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi supra quòd dominus potest seruum suum in testamento heredem instituere. nunquid est hoc generaliter verum, quòd liceat cuilibet domino seruum suum heredem instituere? Et respon. quòd non. Est enim casus in quo non licet domino seruum suum heredem instituere, quamuis libertatem eidem seruo se dedisse in testamento suo expresserit. & ita cauetur constitutione diuorum Seueri & Anto. cuius constitutionis verba sunt hæc: Rationis est, seruum maculatum, id est, accusatum de adulterio cum domina sua commisso, non videri iure manumissum ante sententiam ab eadem domina sua, quæ fuerat rea postulata eiusdem criminis vnde sequitur quòd ex quo manumissio in testamento suo non valet: nec cũ institutione valere possit. Manifestum est igitur quòd institutio heredis in eundem à domina collata, nullius momenti habeatur. & hæc vsque ad illum §. alienus seruus. Franc. de Aret.

k ¶*Constitutione.* s. Græca, quam non habemus. Accursius.

l ¶*Cuius.* s. constitutionis.

m ¶*Verba hæc sunt.* quæ sequuntur.

n ¶*Maculatum.* i. accusatum. Nam aliàs est in litera, accusatum: *vt ff. eo. leg. his verbis. § interdum.* vbi de verb. ad verbum sunt ista quæ hic dicuntur, excepto quòd ibi non scribitur maculatum vt hic, sed accusatum. similis expositio dicitur in li. Sapientiæ de Ioseph, Maculauerunt me impij. Et alibi in diuina scriptura, Mendaces ostendit, qui maculauerunt eum, id est accusauerunt eum.

o ¶*Manumissum.* s. videri: vt postea subijcit. & dic manumissum simpliciter, non institutum: & ex hoc infert quod sequitur, quòd nec cum institutione fieri potest liber, vt subijcit: quare sequitur &c. Aretinus.

p ¶*Postulata.* i. accusata de eodem adulterio cum seruo proprio commisso: pro quo grauiter^b punitur vterque: *vt C. de mulie. quæ ser. pro. se iunxe. l. j. in princip.* ¶Quid si cum extraneo commisit adulterium? Respon. nec tunc manumittit vsque ad lx. dies: *vt C. de adul. l. iij. & ff. de adul. leg. si postulauerit. §. iubet.* ¶Item quid si adulterium tale commisit: non tamen accusatur adhuc? Resp. bene potest^c manumittere. sed in crimine læsæ maiestatis est speciale, vt post commissum crimen tale non possit manumittere vel testari: *vt C. ad leg. Iul. maiesta. l. fi. & ff. de dona. l. post contractum. & l. donationes §. fi.* Accursius.

q ¶*Nullius momenti habeatur.* quia si valeret institutio, valeret libertas: *vt j. eod. j. respon. & j. quibus ex causis manu. non li. §. j.* ¶Et ita not. arg. quòd vbi^d aliquid prohibetur fieri directò, similiter & per obliquum prohibetur: *sic ff. de cond. insti. l. quæ sub conditione. §. sed si sub. ibi, sed est verius.* ¶Item arg. quòd cassato^e principali, cassatur quicquid sequitur ex eo vel ex his: *vt 6 de legi. & constitutio. l. non dubium.* Accursius.

[*Alienus seruus.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi supra quis

a Hoc dicit ratione constitutionis, quia heredum impuberum necessitate. Gloss. in rubr. ff de eod. Vnde ergo hic agi de his qui necessariò sui hæredes instituendi. quod est falsum secundum Ias. Ægid. Pert.

a Tu dic secundò quod primò fuit iuris legis necessitas: postea abrogatum ratio per testamentum heredem ad legem sedatum. parum.

† Al. hereditatis. alij nostrum habetur nec hic ... nec hereditatis.

intelligitur proprius seruus: dicatis mihi quis intelligitur seruus alienus? Ad hoc respon. Amice, alienus seruus non solū dicitur ille in quo testator nihil iuris habet: sed etiā ille in quo testator habet vsumfr. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autē à domino. F. de A.

a ¶ *Testator.* & ideo non potest eum cum libertate instituere: *vt ff. eod. l. si alienum. in princ.* Sed[a] contradicit ad hunc § *ff. de bo. au. iu. pos. l. in venditione.* Sed certè quo ad alia est loco domini: non quo ad hoc vt possit fieri liber. Sed cum aliàs manumissus esset à fructuario simpliciter sine institutione, erit tanquam liber quamdiu duraturus erat vsusfruc. *vt Cod. communia de ma. l. j. §. si autem fructuarius.* ¶ Nunquid & hic seruus alienus heres institutus erit tanquam liber, licèt verè liber non sit? Respon. non: quia ex morte testatoris protinus erat futurus quasi liber si valeret hoc quod ageretur: *vt argu. infra de here. qua. & diff. in princ.* Item & tunc erat vsusfructus perdendus: *vt* ῑ. *de vsufruct. §. finitur.* vnde etiam sic esset quasi liber, donec duraret vsusfructus quia nisi duraret post mortem testantis, nihil valet talis institutio, vt fit liber: sed domino suo hereditatem quærit: *vt* ῑ. *eo. §. Alienus.* ¶ Sed quid si erat vsusfructus repetitus in persona primi heredis, vel etiam vlterius, quod potest: *vt ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. repeti. in prin.*? Respon. tunc erit quasi liber toto illo tempore: *vt in d. l. communia de ma. l. j. §. sin autem fructuarium.*

a Et ff. ad Sille. l. 1 §. domino de quo v. &l. in l. vel . . . dictione ff. de verb. sign. A. g.

fructum dicitur alienus: & ideo institutus cum libertate ab vsufructuario, non consequitur libertatem ipsam. Aret.

Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator[a] habet.

Simplex proprij serui institutio eū & liberum & domino necessarium heredem facit: qui si viuo adhuc testatore libertate donetur, voluntarius, efficitur: sin autē à domino alienetur, nec liber nec heres fit: sed nouo domino hereditatem quærit.

1 ¶ Seruus autem à domino suo heres institutus, si quidem in eadem causa[b] manserit, fit ex testamēto liber[c], heresq; ei necessarius. Si verò à viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest: quia non fit heres necessarius: cum vtrūq;[d] ex domini testamēto non cōsequatur. Quòd si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hereditatē debet: & ea ratione per eū dominus fit heres. nā ipse alienatus, neq; liber[e], neque heres esse pōt, etiā si cū libertate heres institutus fuerit. Destitisse enim à libertatis donatione videtur dominus qui eum alienauit[f].

Seruus alienus heres institutus quærit domino suo hereditatem, si iussu suo hereditatem adit. Si verò fuerit alteri alienatus, debet iussu noui domini adire. Si verò antequam adeat fuerit manumissus: potest suo arbitrio adire. Aretin.

Alienus[g] quoque seruus heres institutus, si in eadem causa durauerit iussu[h]: eius domini adire hereditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius[i] antequam adeat: debet iussu noui domini[k] adire. at si manumissus est viuo testatore, vel mortuo antequam adeat: suo arbitrio[l] adire potest hereditatem.

Seruus alienus potest institui etiam post mortem domini sui, & etiam seruus hereditarius, vel eius qui est in vtero. Aretinus.

[*Seruus autem*] CASVS. Domine, iam video quòd proprius seruus à domino in testamēto heres institui potest: pro Deo dicatis modo mihi, quis est effectus illius institutionis? Ad hoc resp. Amice, institutio proprij serui à domino facta, gloriosum habet effectū. Proprius enim seruus à domino suo heres institutus, si in eiusdem domini dominio vsque ad mortem eius perseuerauerit, mortuo testatore fit ex testamento liber, & heres, scilicet necessarius: sed si testator viuus manumiserit: tunc post mortē testatoris adire hereditatē suo arbitrio poterit. nā in hoc casu, quando à viuo testatore manumissus fuerit, nō cogitur heres necessarius esse: quia non consequitur hereditatem & libertatem ex testamento domini. Ad hoc enim vt heres necessarius sit, necesse est eū tum libertatem quàm hereditatem ex domini testamento habuisse. & hæc obtinent, quando dominus viuus seruum institutum manumisit. Sed pone quòd dominus seruum proprium instituit: & post institutionem alienauerit, vel quolibet alio modo in aliū transtulerit. certè in casu isto mortuo testatore iussu noui domini debet iste seruus adire hereditatem, & eam nouo domino acquirere: & ea ratione per eius aditionē iussu noui domini factum, nouus dominus heres efficitur. Nam ipse seruus post institutionem alienatus, nec liber nec heres esse potest: licèt etiam cum libertate in testamento expressa heres fuerit institutus. Dominus enim post institutionem eum alienando à libertatis datione videtur destitisse. Et hæc dicuntur vsque ad illum. § alienus quoque. Fran.

b ¶ *In eadem causa.* i. seruus eiusdem domini. Ioan. *vt ff. si ex noxa. cau. ag. l. j. §. j.*

c ¶ *Liber.* nisi aliqua lex[b] impediat libertatem: *vt ff. eo. l. si non lex. ad fi. tit.* Vel conditio: *vt ff. eo. l. quotiens. § fin.* Vel quia ex lege peruenit ad libertatem. *vt ff. eo. l. testamento. ad fi. tit. secundum Io.* Item fit liber à semetipso, nisi institutus fuerit ita: cùm quis mihi heres erit, Stichus liber & heres esto. nam tunc à coherede accipit libertatem: *vt ff. de acquiren. hered. l. ex parte.* Item & ignorans fit heres & liber: *vt ff. si cer. peta. l. eius qui.*

d ¶ *Vtrunque.* i. hereditatem & libertatem. nam vt liber fit & heres necessarius, hæc duo consequi debet ex testamento domini: *vt* ῑ. *de here. quali. & diff. § j.*

e ¶ *Neque liber.* Directa enim libertas in seruo alieno non potest habere locum: sed institutio potest habere effectum, vt hîc, sed aliud in legatis quæ adimuntur hoc ipso quòd alienantur serui: *vt ff. de adim. leg. l. seruo cum libertate.* & est ratio quia in legato spectatur dies quo cedit, an sit manumissus: *vt ff. quando dies leg. ce. l. si post. §. si cum.* ADDITIO. Hæc ratio non est bona: quia siue inspiciamus diem cedentis legati, siue diem aditæ hereditatis: vtroque casu reperitur alienus. vnde quemadmodum etiam hereditas venit acquirenda nouo domino, ita & legatum. & propterea noua redditur ratio, quia facilius legata reuocantur quàm heredum institutio. *l. ex parte. ff. de adimen. lega.* cum enim facilius legata instituantur, facilius destruuntur: *vt in Authen. ex causa. Cod. de lib. prateri.* Christophor.

f ¶ *Alienauit.* scilicet alicui habenti factionem testamenti:[a] *vt ff. eo. l. seruum meum in fine. j. respons.* & hoc nisi redimatur ab eodem testatore qui eum instituit, & postea eum alienauit. tunc enim reuiuiscit libertas: *vt digestis de ma. testa. l. verum. & digestis eod. l. quotiens. § fin. & l. si non lex. & l. antepen.*

a Id est capaci hereditatis. Ægid. Fer.

[*Alienus quoque.*] CASVS. Domine, non video quis sit effectus institutionis alieni serui. Ad hoc respon. Amice, alienus seruus heres institutus si durauit in eadem causa: debet iussu domini sui adire hereditatem, & eidem per aditionem hereditatem acquirere. Si verò alienatus fuerit à domino suo viuente adhuc testatore, aut etiam post mortem testatoris, tamen antequam hereditatem adierit: in hoc casu iussu noui domini debet adire hereditatem. & hæc sunt vera quando iste seruus in seruitute remanserit. sed si à primo domino, vel à nouo, viuente testatore, vel mortuo ante aditionem hereditatis, manumissus fuerit: tunc liber factus suo arbitrio hereditatem adire, & sibiipsi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus alienus. Franc.

g ¶ *Alienus.* qui sic institui potest, cùm liber erit: prius non: *vt ff. de condi. instit. l. seruus alienus & l. quia.*

h ¶ *Iussu.* præcedente aditionem: *vt ff de acqui. here. l. si quis mihi bona. §. iussum.*[b] & ita domino quæritur, aliàs si seruus velit adire (quod potest esse etiam domino iubente) non quærit: *vt C. eo. l. cum proponas.* ADDITIO. Si tamen coactus adeat, valet aditio. Sed pater filia recusante, item monasterium monasterio recusante adire, vel ante aditionē mortuo testatore, possunt adire suo iure: vt per Angelum Areti. hic.

b Quod facit & ex statuto vel lege requiratur iussus, auctoritas, consensus vel voluntas: & an præcedere debeant vel sequi: vnde no. in l. fin. § necessitatem. C. de bon. quæ lib.

i ¶ *Post mortem eius.* etiam post iussum eius, antequam tamen adiret: *vt ff. de acquiren heredi. l. Antistius. §. j.* Accur.

k ¶ *Noui domini.* hoc est enim in hereditate, vt illi acquiratur, qui tempore aditionis est dominus, vel sibi, si liber est tunc. Sed[c] in legatis spectatur dies cessionis: vt si tempore mortis legantis sit meus: licèt alienem tamen mihi debeatur legatum: *vt ff. quando di. leg. ced. l. si post. § y. & ibi glo. in verbo,* statim.

c Dies cessionis spectatur in legatis.

l ¶ *Suo arbitrio.* sic ῑ. *eo. §. si vero.* Accursius.

[*Seruus autem alienus.*] CASVS. Domine, iam video quòd seruus alienus viuente domino possit heres institui: nunquid poterit institui post mortem domini? Et respondetur quòd sic. Seruus enim alienus post mortem domini heres potest institui: & cum hereditarijs seruis est testamenti factio. Nam hereditarij serui acquiruntur hereditati, & per consequens heredi futuro. Hereditas enim nondum adita sustinet vicem personæ defunctæ non heredis futuri. vnde sicuti si defunctus viueret, ex testamento capere posset: ita eo mortuo capere posset hereditas: cùm hereditas quantum ad hoc vicem personæ defunctæ repræsentet. Item non solùm seruus alienus iam nati institui potest: sed etiam seruus eius qui in vtero est, rectè heres institui poterit: quia quantum ad hoc qui in vtero est, pro iam nato habetur: cùm in hoc casu de commodo eius tractetur. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autem

b Publicè vox præferenti pri . . . vnde per statutum de . . . rogatur vlti . . . voluntati l. testamento. ff. eod. & Tull. lib. Rhet. . . .

a

autem plurium. Franciscus.

u ¶*Post domini mortem.* verba legis sunt omnia, & secundùm hoc planum est. Vel testatoris: quia sic dat, Instituo seruum heredem post mortem domini. & probatur hæc lectio. *v. ff. eo. leg. qui filio. j. respon.* Nec ob. quòd videatur in diem fieri hæc institutio: *vt infrà eo. §. heres.* quia incertus est dies mortis: *vt ff. de condi. & demonst. l. j. §. dat autem. vnde valet. & ff. eod. l. in tempus. in princip.*

2 ¶Seruus etiam alienus post domini mortem [a] rectè heres instituitur: quia & cum hereditariis seruis est testamenti factio [b]. Nondum [c] enim adita hereditas, personæ vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti [d]: cùm etiam eius qui in vtero est [e], seruus rectè heres instituatur.

Seruus plurium ab extraneo institutus, acquirit vnicuique pro parte dominica. Aretinus.

3 ¶Seruus autem plurium cum quibus [f] testamenti factio est †, ab extraneo [g] institutus heres, vnicuique dominorum, cuius iussu [h] adierit, pro portione dominij acquirit hereditatem.

Quis potest & vnum & plures heredes facere. Aretinus.

4 ¶Et vnum hominem, & plures vsque in infinitum [i], quot quis heredes velit [k] facere licet.

Vniuersa quælibet hereditas in vncias xij. (quæ assis appellatione continentur) scinditur: quarum quælibet certum nomen à lege sortita est: potest tamen in plures pauciorésve vncias (prout testatori libitum erit) distribui.

5 ¶Hereditas † plerunque [l] diuiditur in duodecim vncias, quæ [m] assis appellatione [n] continentur. Habent autem & hæ partes [o] propria nomina ab vncia vsque ad assem, vtputà hæc, sescunx [p], sextans [q], quadrans [r], triens [s], quincunx [t], semis [u], septunx [x], bes [y], dodrans [z], dextans [a], deunx [b], as [c]. Non autem vtique semper duodecim vncias esse oportet. nam tot vnciæ assem efficiunt, quot testator voluerit: & si vnum tantùm quis ex semisse (verbi gratia) heredem scripserit, totus as [d] in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus [e] decedere potest, in castrensibus testari potest, & in paganicis intestatus decedere. Sola enim voluntas militis in testando spectatur. Cùm igitur aliquis in semisse vnum tantùm instituerit, & alium posteà non instituerit: præsumitur in totum assem instituisse. & similiter in casu conuerso: quia sicut ego tibi dixi non semper esse necesse duodecim vncias còtineri in asse. ita & in quantacunque. voluerit plurimas vncias potest quis hereditatem diuidere. Et hæc dicuntur vsq. ad §. si plures instituantur. Franc. de Aret.

b ¶*Testamenti factio.* scilicet passiuè, non actiuè: *vt infrà de heredum quali. & diff. §. in testamenti.* & iussio heredum spectatur, si modò cum defuncto fuit, licèt cum herede instituto non sit testamẽti factio. *vt ff. eo. l. seruus hereditarius.*

c ¶*Nondum* bene dico seruum hereditarium posse institui: quia non est nullius, sed alicuius, scilicet hereditatis: quæ vicem defuncti [a] obtinet.

d ¶*Defuncti.* & est fortè ratio: quia defunctus est certus quis fuerit: sed non sic de herede: quia etsi certus sit institutus, poterit esse quod non adeat hereditatem: quia potest desistere multis de causis: *vt infrà quib. mod. testamen. infirm. §. posteriore. & facit ad hunc §. infrà de stipula. seruo. in princip. & ff. de acquirend. re. do. l. in eo. in fin. & l. sequen.*

e ¶*Eius qui in vtero est.* cùm [a] pro nato sit habendus quo ad commodum: *vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. & ff. eod. l. eius. in princip.*

[*Seruus autem plurium.*] CASVS. Domine, iam video quis sit effectus institutionis, quando seruus vnius alij instituitur. Sed pone quòd aliquis instituat seruum plurium dominorum: dicatis mihi quis sit effectus huiusmodi institutionis? Ad hoc respon. Amice, seruus plurium dominorum cum quibus testamenti factio est, ab extraneo heres institutus, vnicuique dominorum, cuius iussu adiit hereditatem. acquirit pro portione dominij quam in seruo habet, & efficitur heres. Sed pone: domine, iam video quòd per institutionem serui plurium dominorum plures heredes institui possunt. estne hoc verum? Et respon. quòd sic. nam & vnum hominem & plures vsque in infinitum, quot testator voluerit, heredes facere potest. Et hæc dicuntur vsque ad §. hereditas. Francisc. de Aret.

f ¶*Cum quibus.* scilicet dominis.

g ¶*Ab extraneo.* si verò ab altero ex dominis sit institutus, acquiritur cæteris sociis hereditas. quod dic: *vt ff. pro socio. l. verum. §. si seruo communi.*

h ¶*Iussu.* dic quòd sufficit vna iussio, licèt sint plures domini: *vt ff. de acquir. here. l. seruus duorum.* [b]

i ¶*In infinitum.* quid ergo si instituam omnes homines quicunque sunt in mundo? Videtur nullum esse, cùm effectum habere non possit: puto tamen valere, vt hic. sed tamen non poterit confirmari aditione, propter nimiam difficultatem, vel impossibilitatem.

k ¶*Velit.* cùm sua voluntas sit [c] lex: *vt in Authen. de nupt. §. disponat. col. iiij.*

[*Hereditas.*] CASVS. Domine, iam video qui possunt heredes institui: & quis sit effectus institutionis. pro Deo dicatis mihi qualiter diuiditur hereditas? Ad hoc respond. Amice, hereditas plerunque diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem hæ partes nomina ab vncia vsque ad assem. vtputà hæc sescunx, &c. prout in litera continetur. Et hæc dicuntur vsque ad §. non autem. in quo pone sic casum. Domine, vos dixistis mihi quòd hereditas diuiditur in xij. vncias: & propria nomina vnciarum mihi expressistis: nunquid generaliter oportet esse xij. vncias in hereditate? Et respond. quod non semper duodecim vncias in hereditate oportet esse. Nam tot vnciæ assem constituunt, quot testator voluerit. Si enim testator vnum tantùm heredem ex semisse instituerit totus as in semisse continebitur. & hoc ideò, quia idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere non potest. & hoc est verum nisi sit miles qui

l ¶*Plerunque.* ideò [a] dicit plerũque, quia quandoq. in plures: *vt infrà eod. §. si plures.* quandoque in pauciores diuiditur: *vt infrà eod. §. non autem.*

m ¶*Quæ.* scilicet vnciæ simul collectæ.

n ¶*Appellatione.* id est significatione.

o ¶*Hæ partes.* infrà positæ, in quantitate differentes. a Vel dic melius hæ partes. sc. vnciæ duodecim ad partes redactæ. est [b] enim ad superiora facienda relatio.

p ¶*Sescunx.* [b] id est, vncia & dimidia: *vt ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta, in fin. §.* ¶Sed quare non posuit nomen quod vnciam signaret? Respon. quia plura sunt negotia, quàm vocabula: *vt ff. de præs. ver. l. natura.* ¶Et not. quòd primum & secundum & tertium & quartum nomen interpretationem sumit ex eo quòd quotam designat hereditatis portionem, Sescunx enim dicitur quasi semuncia & vncia. & est tertia eius litera s. non x. Sextans, quia sextam eius partem designat, id est, duas vncias. Quadrãs, quia quartam & ita tres vncias signat. Triens, quia tertiam partem. & na quatuor vncias signat. Sequentia verò nomina etymologiam habent ex eo quòd certum numerum vnciarum signant. Dicitur enim quincunx, non quia quintam partem habet: sed quia quinque denotat vncias. Semis, quia sex. & sic de singulis per ordinem. ¶Item not. quòd non omnes vnciæ quæ designantur per ista nomina, continentur in asse: licèt hoc innui videatur. Sic enim contineret as lxxviij. vncias & dimidiam. Ideò autem ponit has partes, quia quælibet potest in asse contineri. hac ratione & homo dicitur risibilis & actio legis Aquiliæ pœnalis dicitur: *vt infrà ad leg. Aquil. §. his verbis.* ¶Item no. ista tria nomina, as, pondo, libra, idem signare. ¶Item quandoque as ponitur pro obolo: vnde illud Nũne duo passeres asse veneunt: vnde versus: As, obolus, pondus [d], as est possessio tota, id est, hereditas: vt hic sed & pondus largè dicitur omne quod est in statera positum. sed hic strictè accipitur pro pondere duodecim vnciarum. vnde dupondium, quasi duplex pondus, scilicet xxiiij. vnciarum: *vt j. eod. §. & si plures. & facit ad hunc §. ff. eod. l. seruum meum §. fin.*

q ¶*Sextans.* i. duæ vnciæ, quasi sexta pars assis.

r ¶*Quadrans* i. tres vnciæ, quasi quarta pars assis.

s ¶*Triens.* i. quatuor vnciæ, quasi tertia pars assis.

t ¶*Quincunx.* id est v. vnciæ.

u ¶*Semis.* id est vj. vnciæ: scilicet dimidium assis.

x ¶*Septunx.* id est vij. vnciæ.

y ¶*Bes.* id est viij. vt olim des, quasi dempto triente.

z ¶*Dodrans.* id est ix. quasi dempto quadrante.

a ¶*Dextans.* id est x. quasi dempto sextante.

b ¶*Deunx.* id est xj. quasi dempta vncia.

c ¶*As.* id est xij.

d ¶*Totus as.* Nam [e] in totum præsumitur instituisse defunctus, cùm alium non instituit: *vt hic, & ff. eo. l. interdum. §. j.* Idem quoque præsumitur in milite: *vt C. de testamen. milit. l. iij. §. nam cum.* [f] nisi quod hic sequitur, non ad superius proximum responsum, sed ad hoc quod sequitur, refertur. s. neque enim &c. Sed si miles fecit testamentum in castrensibus, potest decedere intestatus in paganicis: *vt C. de test. milit. l. ij.*

e ¶*Intestatus decedere.* Imò videtur quòd sic: *vt ff. de inof. testa. l. nam & si parentib. §. pen. & fin. quæ est contra.* Sed hoc est verum ab initio. sed ex postfacto potest: *vt C. de inof. testa. l. cum duob.* ¶Et no. hic idem

† Passiuè. s. vt ex alieno testamento capere possunt. non enim potest institui seruus, nisi cũ domino ius habeat passiuæ testamenti factionem: vt j. de her. qua. & differen. § in extraneis. & g. Porr.

a Qui in vtero est pro nato habetur quoties de eius commodo agitur.

b Hæc Gl. non est Accursii. Heredes institui possunt simul omnes homines mũdi.

c Voluntas testatoris est lex.

a Hereditas plerunque in xij. vncias, plerunq. in plures vel pauciores diuiditur.

† Cum hoc §. concor. 2. Reynaldus. mõ. 3. ſ. per totum. supra posita. aut. de testa.

b Relatio eadem totius sit ad proxima.

c De asse & partibus eius vide Bu[illegible] lib. 2. de Re[illegible] & mutata. Bartolomeum Pontanum in Persii satyr. vit. Bart. Pomps & Tul. lib. 1 Rheto. de legitima constitutione. § 3. [illegible] Ang. Pet.

4 Versus.

e Præsumitur in assem institutus a qui solus scriptus est

f Et hoc est communis opinio: licèt Angel. putet de iure verius ne distinguendum vt præcedat quando verba possunt aptari ad ius commune aliàs præsumi ut testatus de iure speciali [illegible] [illegible] [illegible] de mil. [illegible].

a Partis quod ad partem interdũ non idẽ ius est quod totius ad totũ est.

iuris[a] non esse in parte quo ad partem, quod est in toto quod ad totum: *vt ff. famil. ercifcun. l. in hoc iudicio.* Argu. contra. *ff. de pact. l. iurisgentium. §. adeò. & §. sequen.* & facit ad hunc §. *de regulis iuris. l. in testamentis.* Accursius.

ADDITIO. Et meliùs l. ius nostrum. eod. tit. Et procedit iste textus indistinctè, siue simpliciter sit facta institutio in re certa vel parte, de reliquo non facta mẽtione: siue dixerit testator in residuo se velle intestatum decedere. Ioan. Fab. & Ang. Aret.

nisi sit miles[a]: cuius sola voluntas in testando spectatur. Et e contrario potest quis in quotcunque[b] voluerit plurimas vncias suam hereditatem diuidere.

Qui partibus non designatis heredes scripti sunt, æquis portionibus scripti videntur: qui verò iam aliquot in certis partibus institutis, simpliciter instituuntur, quotquot sint in residuo assis heredes sunt: asse autem toto distributo, qui sine partibus scripti sunt, semissem hereditatis consequuntur.

6 ¶ Si plures instituantur heredes, ita demum partium distributio[c] necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus[d] heredes esse. satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos heredes esse. Partibus autem in quorundam personis expressis si quis alius sine parte nominatus erit: si quidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte heres fit[e]. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandẽ partem concurrunt. Si verò totus as completus sit: hi qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem[f] vocantur[g], & ille vel illi omnes[h] in alteram dimidiam. Nec interest[i], primus an medius, an nouissimus sine parte heres scriptus sit. ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

b Miles pro parte testatus: pro parte intestatus decedere potest.

a ¶ *Nisi sit miles.* nam miles bene potest pro parte testatus decedere, pro parte intestatus: *vt C. de test. mil. l. ij.*

b ¶ *Quotcunque.* & facit *ff. e. l. interdum. §. paterfamilias. & l. sequen. vsque ad l. ex facto.*

[*Si plures.*] CASVS. Domine, pone quòd aliquis plures instituit heredes: núquid necesse est quòd testator exprimat partes in quibus eos instituit? Et respõ. quòd non: nisi voluerit eos ex disparibus partib. heredes esse. Si enim plures heredes instituuntur: ita demum necessaria est partiũ distributio, si voluerit testator heredes instituendos ex inæqualibus portionib. succedere. Satis enim manifestũ est, quòd si eos simpliciter instituat, partibus hereditatis in institutione non expressis, omnes institutos ex æqualibus portionibus heredes esse intelligendum est. ¶ Sed pone quòd testator quosdam instituit in certis portionibus, putà Titium in triente, & Mæuium in sextante: & posteà Semproniũ instituit simpliciter, nulla portione in eius persona expressa: dicatis mihi, quid iuris erit in casu isto? Ad hoc respon. Amice, si plures instituantur certis partibus in quorundam personis expressis: & aliquis posteà sine parte institutus fuerit: ille qui sine parte institutus est: si aliqua pars assi deest, ex ea parte institutus intelligitur. vnde in casu prædicto ille qui sine parte institutus est, in semisse erit heres. & idem iuris est si plures sine parte instituti sunt. nam omnes in eam partem quæ assi deest, concurrunt. & hæc sunt vera, quando aliqua pars deest assi. Sed pone quòd totus as completus sit: quia instituit Publium in semisse, & Mæuium in alio semisse: postea vnum vel plures sine parte instituit. quid iuris est in casu isto? Ad hoc resp. Amice, si totus as sit completus, omnes instituti vocantur in dimidiam partem hereditatis: & ille solus qui sine parte institutus fuerit, vel etiam si plures sine parte instituti fuerint, in alteram partem vocabuntur. Nec etiam interest in eo casu quando aliqui sunt instituti in certa portione, & posteà alius sine portione institutus est: vtrum primus vel medius, an nouissimus sine parte institutus fuerit. nam semper illa pars quę vacat. intelligitur data ei qui sine certa portione institutus est & hæc dicunt vsq. ad § videamus. Franc.

c ¶ *Distributio.* i. assignatio partium: quam s. partem velit testator quemlibet habere.

d ¶ *Ex æquis partibus.* facit *ff. e. l. quotiens. §. heredes.*

e ¶ *Heres fit.* eadem est ratio in dupondio. *vt ff. eod. l. item quod Sabinus. & j. eo. §. & si plures.* Item est hoc verum, si testator non ignorat. *vt ff. eo. l. quo loco. §. j. quæ est contra.* Accursius.

f ¶ *In dimidiam partem.* aliter enim si asse expleto scripsit, ex reliqua parte heres esto; tunc enim cùm nihil reliquum sit, ex nulla parte heres institutus est: *vt ff. e. l. item quod Sabinus. §. vnde vers. sed si esse.* Accursius.

g ¶ *Vocantur.* scilicet illi qui erant instituti in tota hereditate partibus expressis.

h ¶ *Omnes* qui erant instituti sine partibus. Accursius.

i ¶ *Nec interest.* hoc refertur non ad proximum casum, sed ad superiorem, s. quando pars vacat. idem tamen in secundo, sed non haberet locum ratio quæ redditur, Ea enim, &c. a Vel dic quòd ad proximum §. & statim cùm sic fit institutio, intelligitur pars vacare. & facit ad hoc *ff. eod. l. quo loco. j. respon.*

Pars hereditatis per testatorem non distributa, accrescit heredibus pro portionibus hereditariis. Idem econtra si testator plus distribuit quàm sit in hereditate: tunc enim cuilibet heredum decrescit pro rata. Aretinus.

7 ¶ Videamus[k] si pars aliqua vacet nec tamen quisquam sine parte sit heres institutus, quid iuris sit: veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sunt. Et constat vacantem partem singulis tacitè pro hereditaria parte accedere, & perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent: & ex diuerso si plures heredes scripti in portionibus sint, tacitè singulis decrescere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus heredes scripti sint, perinde habeantur, ac si vnusquisque ex quarta parte scriptus heres fuisset.

Si plures vnciæ quàm duodecim sint distributæ, & alius sit institutus sine parte: transit ad dupondium. Aret.

Annota, dupondium appellat hereditatem in XXIIII. vncias distributam: quasi duo pondo, id est, duo asses: sic in tripondio dicito.

8 ¶ Et si plures vnciæ quàm duodecim distributæ sint: is qui sine parte institutus est, quod dupõdio[l] deest, habebit. Idemq; erit[m] si dupõdius expletus sit. quę omnes partes

[*Videamus.*] CASVS. Domine, iam video quid iuris est quando aliqua pars deest assi, & aliquis instituitur sine parte. sed pone quòd aliqua pars prævalet: & nemo sit institutus sine parte: vt in tali exemplo: testator instituit Publiũ in quadrante, & M. in alio quadrante, & Titium in quadrante, & ita tres institu. ex quartis partibus. modò manifestè liquet quòd quarta pars hereditatis vacat. dicatis mihi, quid iuris est in casu isto? ad hoc respond Amice, si tres ex quartis partibus heredes instituti sũt: in hoc casu constat vacãtem partem singulis tacita voluntate testatoris pro hereditaria portione accedere & perinde erit ac si ab initio singuli ex tertiis portionib. fuissent instituti. ¶ Idem iuris erit in casu conuerso. Nam si plures in portionibus instituti fuerint singulis pro hereditariis portionib. decresceet. vtputà si iure in certis portionibus instituti sunt. nam si testator Publium instituit in triente, & Mæuium in alio triente, & Titium in alio triente, & Caium in alio triente, in hoc casu perinde erit ac si vnusquisque in quadrante institutus fuisset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. & si plures vnciæ Franc.

k ¶ *Videamus.* vt *ff. eod. l. interdum. §. paterfamiliàs. vsque in finem leg.*

[*Et si plures vnciæ.*] CASVS. Quidam instituit Publium in semissem, & Mæuium in bessem: & ita plures vnciæ quàm duodecim sunt distributæ. & posteà instituit Titium sine parte. modò quæro quid iuris sit in hoc casu? Ad hoc respond. Amice, si plures vnciæ quàm duodecim à testatore distributæ sunt, & posteà aliquis sine parte institutus fuerit: in hoc casu ad dupondium transeundum erit: & qui institutus est sine parte, quod deest dupondio habebit. & idem iuris est si dupondius fuerit completus: nam tunc transeundum est ad tripondium: & sic deinceps: nec propter hoc augetur hereditas, licèt in plures vncias distribuatur: quia omnes partes distributæ posteà ad assem reuocantur: quamuis sint plurium vnciarum. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. heres & purè. Franc.

l ¶ *Dupondio.* dicitur autem dupondium, pondus siue hereditas in xxiiij. vncias diuisa. sic enim pondus dicitur ea quæ in xij. diuiditur. & tripondium quod in xxxvj. & quadripondium quod in xlviij. & sic de singulis.

m ¶ *Idémque erit.* a id est, quod diximus si quis expleto asse fuit institutus heres, in dimidiam vocatur: vel non expleto asse, in vacantem partem vocatur: *vt suprà eodem §. partibus autem.* vel transcendente in vacantem vsque ad dupondium: *vt suprà proximo responso.* Idem est etiam si dupondius sit expletus. Sed contra *ff. eodem. l. item quod Sabinus. in fine legis*, vbi dicit, expleto dupondio institutum non habere partem vacantem vsque ad tripondium. Sed certè tu dicis quòd sic, si rectè illa litera intelligitur:

a Hæc Glo. diuiditur in quatuor partes. In prima declaratur. In secunda format vnum contrarium ad istum vers. idémque. & soluit. In tertia format aliud contrarium non ad istum vers. sed ad versic. & si plures. proximè præcedentem in qua: ea format aliud contrarium. quod potest esse commune ad vtrumq. vers.

telligitur: & concordat. Item videtur contra. ff. eod. l. ex vnciis. Sed certè & illa est concordantia, si rectè ibi fiat computatio vnciarum. Sed magis videtur contra. C. de lega. l. cùm quæstio. vbi dicit non fieri transitum ad dupondium vel tripondium: sed tantum videtur adimi primo, quantum confertur secundo. a Sed distingue: aut voluit testator excedere assem vel dupondiũ: quod potest: vt s. eo. §. non autem. & ita hic intelligitur. Aut noluit: & tunc habeat locũ lex contraria. Item & tunc quãdo dubium est, similiter locum habeat l. cùm quæstio. quæ est contra. Alij dicunt hanc corrigi per illam. Accur. ADDITIO. Aduerte diligenter, quòd si nominatim assem expleuit, videtur transire ad dupondium, aliàs non: vt l. qui non militabat. §. filius. ff. eo. Et de effectu an fiat transitus ad dupondium, vel non, vide Ioan. Fab. hic, qui infert, quòd si Papa ex certa scientia prouideat duobus de eadẽ præbẽda: quòd vterque admittatur. extrà de rescript. c. duobus. in sit. lib. vj.

tes ad assem posteà reuocantur a, quamuis sint plurium vnciarum.

Heres potest institui purè & sub conditione, non autem ex certo tempore, vel ad certum tempus. Si tamen sic instituatur, valet institutio tanquam pura vitiata tali adiectione.

9 ¶ Heres & purè & sub conditione institui potest: ex certo tempore b, aut † ad certum tempus † non potest: veluti, *Post quinquennium quàm moriar:* vel, *Ex Kalendis illis:* vel, *Vsque ad Kalendas illas heres esto.* Denique diem adiectum haberi pro superuacuo placet: & perinde esse, ac si purè heres institutus esset.

Impossibilis conditio adiecta institutioni, legato, vel fideicommisso vitiatur: dispositione pura remanente.

10 ¶ Impossibilis conditio c in institutionibus & legatis, necnon in fideicommissis & libertatibus, pro non scripta d habetur.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur implementum vtriusque partis. Ad veritatem verò alternatiuæ, sufficit verificatio alterius.

11 ¶ Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt, siquidem coniunctim, vt putà, *Si*

illud & illud factum fuerit, omnibus parendum est e: si separatim f, veluti, *Si illud aut illud factum erit,* cuilibet conditioni obtemperare satis est.

Etiam penitus ignotus, & quem testator nunquam vidit, potest heres institui. Aretinus.

12 ¶ Hi quos nunquã testator vidit, heredes institui possunt: veluti si fratris filios g peregrinantes h, ignorãs qui essẽt, heredes instituerit. Ignorãtia n. testantis inutilẽ institutionẽ nõ facit.

a ¶ *Reuocantur.* Hereditas enim non augetur, quòd in plures diuiditur vncias: sicut nec libra licèt per solidum vel aliũ numerum diuidatur: & ideò quotam partem quis debet habere in dupondio, totam potest partem habere de asse: vt hic. & ff. eod. l. ex vncus.

[*Heres.*] CASVS. Domine, quidam instituit heredem sub conditione. nunquid valet talis institutio? Et respon. quòd sic. Nã heres purè & sub conditione institui potest. ex certo tamen tẽpore vel vsque ad tempus non potest institui: veluti si quis ita instituerit, Titium post quinquennium quum moriar, heredem instituo. In hoc enim casu non valet institutio eo modo quo facta est. Dies enim in institutione adiectus pro superuacuo siue pro non adiecto habebitur: & perinde erit ac si Titius purè & sine dicti adiectione institutus fuisset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. impossibilis conditio. Franc.

b ¶ *Ex certo tempore.* Sed in a diem incertum quis potest institui heres: putà cùm ipse poterit capere ex testamento b: vel cùm ipse morietur: vel cùm Titius morietur: vt ff. eo. l. in tempus. & l. qui filiõ. j. respon. & ff. de libe. & posth. l. filius à patre. j. respon. & C. eo. l. extraneum. Miles autem potest etiam extraneum ex certo tempore vel in certum tempus instituere: vt ff. de mili. testam. l. miles. & facit ad hunc §. ff. eo. l. hereditas. Arg. tamen est contra ff. de regul. iuris l. actus. Sed ibi non loquitur de hoc actu. s. factionis testamenti. vnde interpretandum est vt magis valeat, quàm pereat vt ff. de reb. dub. l. quoties.

[*Impossibilis.*] CASVS. Quidam Titium heredem sic instituit, Titium heredem instituo, si cœlum digito tetigerit. quæro à vobis, vtrum valeat institutio ista? Et respon. quòd sic. Nam in hoc casu impossibilis conditio non vitiat, sed vitiatur, & institutio pro pura habetur. Impossibilis enim conditio in institutionibus & legatis & fideicommissariis libertatibus adiecta, pro non scripta habetur. & perinde est ac si nulla cõditio fuisset apposita. Sed pone: quidam instituit heredem sub pluribus conditionibus, nunquid oportet omnes conditiones adimpleri antequam possit adire? Ad hoc respon. Amice, si plures institutioni adscriptæ sunt conditiones: distingue vtrùm per conditionem copulatiuam vel disiunctiuam illæ conditiones sunt appositæ. nam si per coniunctionem copulatiuam, vt putà si illud & illud factum fuerit, Titium heredem instituo: necesse habet heres in hoc casu omnes conditiones adimplere. Si verò sub disiunctiua coniunctione plures conditiones appositæ sunt, vt putà si illud aut illud factum fuerit, Titium necessarium meum heredem instituo: in hoc casu tantum alteri obtemperare satis est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. hi quos nunquam. Franc. de Aret.

c ¶ *Impossibilis conditio* Tribus modis potest dici conditio impossibilis. Vel de natura: vt, si cœlum digito tetigeris, heres esto. vt j. de inuti. stipula. §. si impossibilis. Item de iure: vt si patrem ab hostibus non redemeris, vel similis. nam hoc facere nos non posse præsumit ius. vt ff. de condi. insti. tu. l. conditiones. in gloss. j. & l. finali. & in his duabus habet locum iste §. impossibilis. Item de facto: vt, si montem aureum dederis, heres esto. Et hoc casu non valet institutio, vel libertas: cùm nec animus dandi fuerit, iuris præsumptione: vt ff. de statu. libe. l. cùm heres §. j. Item est quædam quarta impossibilitas propter perplexitatẽ, quæ vitiat: vt hæc, si Titius heres erit, Seius heres esto: vt ff. de condi. & institutio. l. si Titius. quæ lex est huic contra. Sed certè hic de impossibilitate naturæ dicit: vt infra de inuti. stip. §. si impossibilis. Sed certè idem videtur in primis duabus, quòd vitietur institutio. vt ff. de leg. § fina. in gloss. impossibilia, quæ est contra. Sed solue vt ibi. Item facit ff. de lega. j. l. si mihi §. j. & ff. de condi. insti. l. j. Accurs.

d ¶ *Pro non scripta.* sed cur secus in contractibus, vbi vitiat contractum impossibilitas: vt infra de inut. stip. §. si impossibilis. & ff. de actio. & oblig. l. non solùm. Respon. hoc solùm est fauore vltimæ voluntatis.

e ¶ *Parendum est.* si sit potestatiua: vt hæc, si decem dederis, vel mixta: vt, si ieris Romam: vt ff. eo. l. sicut quoque. § puto generaliter. si autem casualis, tunc sufficit primam a existere. vt ff. de condi. insti. l. si plures institutiones. Accursius.

f ¶ *Si separatim.* id est, sub disiunctiua coniunctio. Idem in legato seruatur, quod hic in institutione dicitur. Sed si in diuersis partibus testamenti iteratur, nouissimæ debet obtemperari. b Sed in libertate directa cuilibet obtemperari sufficit: vt ff. de condi. & demonst. l. sub diuersis. In fideicommissaria nouissimæ: vt ff. de condi. & demon. l. per fideicommissum. & l. quod traditum. secundùm Ioan. Et facit ad hunc § ff. de verb. oblig. l. si ita quis stipuletur.

[*Hi quos.*] CASVS. Domine, quidam instituit quosdam sibi ignotos heredes. nunquid valet talis institutio? Et respond. quòd sic. Nam hi quos nunquam vidit testator, heredes institui possunt: veluti si aliquis fratris sui filios peregrinantes heredes instituit: non ideò impeditur institutio, si testator ignorauerit qui essent. ignorantia enim testatoris inutilem institutionem non facit. Et hæc dicuntur vsque ad finem tituli. Franc. de Aret.

g ¶ *Fratris filios.* vel etiam suos seruos, vel quemcunque alium: vt C. eod. l. extraneum.

h ¶ *Peregrinantes.* aliàs peregrinatos: putà quia visitant limina sancti Iacobi, vel sancti Petri. aliud si esset peregrinus, id est deportatus. tunc enim institui non potest: vt C. eo. d. l. j. quæ est huic contra. & ff. eo. l. sed & si in conditione. §. solemus. Item sunt & alij qui non possunt institui heredes, vel habere commodum ex testamento: quos notaui. j. de lega. §. legati.

† Ratio, quia non recipit conditionem in re, nec in tempore: sed hæc hereditas nõ recipit diuisionem in re, quia nõ potest quis decedere pro parte testatus [illegible]

† Ratio, quia impossibile est vt quis qui semel heres [illegible] desinat esse heres, secundùm Nic. Aug. Petr.

a Institui heres quis potest in diem certũ. Quod verò quando incapacitas est respectu heredis tantum: [illegible] si esset [illegible] respectu testamenti, [illegible] Ang. hic.

a Et iste impossibilibus relinquendo ponitur in dispositione & tũc si sit circa substantialia, semper vitiant: si circa accidentalia, in vltimis voluntatibus vitiatur. Idem in contractibus bonæ fidei & in iudicio [illegible] pro [illegible] saltem vbi [illegible] expressis. Aliquando ponitur in conditione: & tunc in contractibus vitiat, in legatis [illegible] vel arbitrio vitiare sententiam.

a Hæc gl. est diabolica secundùm Petr. Fab. Angel. & Pau. quia vbi sunt plures conditiones in institutione, debent omnes obseruari.

b Quod verò est in legatis: sed in institutionibus videtur quod prioris [illegible] si plures. & in his casu potest verificari gl. præcedens.

a Nam omnis heres post primum dicitur secundus [illegible] Plin. lib. [illegible] Massurij Sabini, vbi secundo herede [illegible] C. de sec. nup. [illegible] Sociniuo [illegible] Clau. §. de fauore [illegible] vocat secundo heredes secundo loco substitutos & d. Petr.

a Videtis innuere, quia substitutus in re certa per verba communia, nunquam trahitur ad casum: vt l. regi. § qualiter ff. ad Treb. vbi esset substitutus in quota alio non existente habere fit totum adsem est in institutione [illegible] §. si sen fun. ff. de hered. inst. Ang.

DE VVLGARI substitutione. TITVLVS XV.

Potest quis plures gradus heredum facere, & in subsidium substituere seruum necessarium heredem. Est autẽ substitutio, vt Accursius & interpretes eodẽ tit. ff. in Rubr. definiunt, secunda conditionalis institutio. Vulgaris autem substitutio, de qua hoc ti. disseritur, vt ex dictis scribentium in l. j. ff. eodem colligere est, sic potest definiri: Substitutio vulgaris est directa substitutio in locũ prioris institutionis effectũ nõ sortitis facta, quæ à quolibet, & cuilibet fieri potest, nihil specialitatis habẽs.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Suprà dictum est de institutionibus primis: vt suprà eo. tit. § j. Nunc de secundis. quæ substitutiones dicuntur. a siue primo gradu fiant, siue d aliis: vt infrà eod. in principio. *Et quia vulgaris est magis communis, quia & à quolibet, & cuilibet fieri potest: ideò de ea vulgari præmittit.* Accursius.

POtest.] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. ¶ Primò ponit quòd cuilibet liberum est facere pluralitatem graduũ

heredum. ¶ Secundò quòd loco vnius instituti possunt plures substitui, & econtra. ¶ Tertiò, quando partes sunt in institutione expressæ, & non in substitutione. ¶ Quartò, quando seruus alienus vt paterfamilias instituitur. Secunda ibi, Et plures. Tertia ibi, Et si ex disparibus. Quarta ibi, Si seruum. ¶ Et not. quòd istud principiũ textus cũ

Potest † autem quis in testamento [a] suo plures gradus [b] heredum facere: vt putà, *Si ille heres non erit, ille heres esto*: & deinceps in quantum [c] velit testator substituere [d] potest: vt nouissimo [e] loco in subsidium vel [f] seruum necessarium heredem instituere † possit.

Possunt plures in locum vnius, & vnus in locum plurium, & singuli singulis, vel omnes inuicem substitui. Aretinus.

1 ¶ Et plures in vnius locum possunt substitui: vel vnus [g] in plurium, vel singuli in singulorum, vel inuicem [h] ipsi [i] qui heredes instituti sunt.

Quem testator instituendo prælegit: eum etiam substituendo prælexisse creditur: ideò heredes ex disparibus instituti & inuicem simpliciter substituti, ex hisdem portionibus substituti censentur, ex quibus instituti fuerunt.

2 ¶ Et si ex disparibus parti-

† De forma huius substitutionis vul[illegible] habetur [illegible]

§. j. habetur ferè sub eadem forma verborum: *in l. potest. ff. de vulgari & pupillari substit.* CASVS. Domine, vos vultis tractare de substitutione vulgari. dicatis ergo mihi qualiter fit volgaris substitutio? Ad hoc respondet. Amice, testator in testamento potest facere plures gradus heredum. Vnde hoc modo habet fieri vulgaris substitutio: veluti si testator primò ita instituat: P. heredem instituo: & si P. heres non erit, M. ei substituo. & si M. non erit heres, Tit. ei substituo: & sic deinceps in quantum testator voluerit, substituere potest, per negatiua verba gradus substitutionis multiplicãdo. & nouissimo loco si habet hereditatem suspectã, seruum suũ potest heredem de necessitate substituere: vt si fortè omnes alij hereditatem repudiauerint, saltem seruum in subsidium heredem necessarium habeat. ¶ Et non solùm vnus in locum vnius substitui potest, sed etiam plores in locum vnius sobstitui possunt: & etiam ipsi heredes instituti inuicẽ substitui possunt: & vnus in locum plurium substitui potest: veluti si testator ita dixerit: P. & M. heredes instituo: & eos sibi inuicem substituo. nã in hoc casu tacitè vulgariter alter alteri intelligitur substitutus. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. & si ex disparibus. Franciscus de Aret.

† Hic vero nõ negat seruo substitui [illegible]

a ¶ *In testamento.* in [a] aliis autem volontate, quàm in testamento, in codicillis, vel aliqua alia non fit huiusmodi substitutio, vt directò valeat: sicut nec institutio fieri potest: *vt j. de codicil. § pen. & C. de codicil. l. hereditatem.* [b] fit tamen in codicillis ex certa scientia: vt per fideicommissum saltem directò substitutus per hæc verba, substituo, admittatur: *vt ff. ad Trebell. l. Scæuola respon.* nisi testator putaret se facere testamentum, & facere codicillos non destinasset, licèt posset. Nam tunc substitutus in his, nec directò, nec per fideicommissum admitteretur, licèt posset: *vt C. de codicil. l. fi. § illud quoque. & facit. ff. eo. l. potest.* Accursius.

b ¶ *Gradus.* ad similitudinẽ enim graduum sic dicuntur, qui faciũt scalas. sic & dicitur gradus consangui. *vt ff. de grad. l. iurisc. § gradus.*

c ¶ *In quantum.* i. in quot.

d ¶ *Substituere.* s. potest.

e ¶ *Nouissimo.* i. vltimò. *sic j. de suspe. tuto. § nouissime.* ¶ Sed nunquid in alio nisi in vltimo fieri potest? Respon. non: cùm enim ipse seruus omninò esse heres compellatur: vt hîc subiicit, *& j. de hered. quali. & diff. § j.* patet alium, qui esset ei substitutus, admitti: *vt C. eo. de impu. & alij. substi. l. post aditam.* Accursius. ADDITIO. Et sic licèt datio substituti vulgaris tollat suitatem in filio, non tamen tollit necessitatem in seruo: & intelliguntur tunc collata substitutio in casu impotentiæ. Angelus.

f ¶ *Vel.* pro saltem.

g ¶ *Vel vnus.* s. substitui potest in locum plurium.

h ¶ *Inuicem.* sic *j. tit. j. § substituitur.* & [c] per talia verba fit substitutio compendiosa.

i ¶ *Ipsi.* s. possunt substitui.

[*Et si ex disparibus.*] CASVS. Quidam fecit testamentum, & in testamento suo instituit tres heredes ex disparibus partibus, putà P. in sex vncias, M. in quatuor, & Titium in duas. & posteà adiecit, vos inuicem substituo: & nullas partes in substitutione expressit. mortuo testatore P. in sex vncias institutus antequam adiret, decessit: vel fortè vnus portionem suam repudiauit. modò quæro in quas portiones substituti P. debeant succedere? Ad hoc respon. Amice, si ex disparibus partibus heredes institutos testator inuicem substituerit: & nullam mentionem partium in substitutione fecerit: easdem partes videtur in substitutione dedisse, quas in institutione expressit. & ita diuus Pius rescripsit. vnde dico tibi, quòd in casu proposito M. institutus in iiij. vncias, quatuor vncias ex substitutione habebit: & Titius institutus in duas, ex substitutione ad duas similiter vocabitur. Eodem enim modo quo eos testator dilexit in institutione, videtur eos in substitutione dilexisse. Et hæc dicuntur vsq. ad illum §. Sed si instituto. Franciscus.

e Substitutio heredi directo non fit nisi in testamento: in codicillis per fideicommissum fit [illegible]

b Nec exheredatio [illegible]

bus [k] heredes scriptos inuicem substituerit, & nullam mentionem partium in substitutione habuerit †, eas videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit [l]. & ita diuus Pius rescripsit.

† al. fecerit.

Si institutus fuerit coheredi substitutus, & demum tertius substituto: substitutus admittitur ad partes vtriusque neutro institutorum adeunte. Aretin.

3 ¶ Sed si instituto heredi [m] & coheredi [n] suo substituto dato, alius [o] substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus sine distinctione [p] rescripserunt, ad vtramque partem substitutum admitti.

Vulgariter substitutus alieno seruo, quem testator liberum opinabatur, quamuis domini iussu seruus hereditatem adierit, ad partem hereditatis admittitur: qualis autem sit horum verborum, si heres non erit, interpretatio, hîc traditur.

4 ¶ Si seruum alienum quis pa-

k ¶ *Disparibus partib.* puta vnum in sex vncias, alium in quatuor, alium in duas institutum ponas. nã si non adeat institutus in sex vncias, iiij. accrescũt habẽti iiij. & duæ habenti duas: *vt hîc, & ff. eo. l. si in testamento. & l. si pteris. & C. eo. l. j.*

l ¶ *Expressit.* contra *ff. ad Trebellianum. l. quotiens. & l. nonnunquam.* Sed dic loquitur cùm non expressit propria nomina [a]: nã pecuniã ex æquis partib. substitutos dare iussit.

Sed si instituto.] CASVS. Quidam fecit testamentum & in testamento suo Titium & Seium heredes instituit, & posteà adiecit, Si Titius heres non erit, Seium coheredem suum substituo: & si Seius heres non erit, Mæuium substituo. Mortuo testatore, Titius primò repudiauit, Seius secundò. modò Meuius qui fuit substitutus Seij, vult admitti ex sobstitutione: modò vertitur quæstio, vtrum debeat admitti Mæuius ad totam hereditatem, vel ad partem dimidiam? Et certè respondet, quòd ad vtramque partem admittitur. & ita diui Seuerus & Antoninus in hoc casu requisiti, sine distinctione rescripserunt. Et hæc dicuntur vsque ad §. si seruum alienum. Franc.

[*Sed si instituto.*] CASVS. Titius & Seius instituti sunt heredes: & Titio Seius substitutus, & Seio fuit substitutus Mæuius: primò Titius, secundò Seius repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriusque heredis: *vt hîc. & ff. eo. l. si Titius. & l. coheredi. in princ.* Accur.

m ¶ *Heredi.* s. Seio.

n ¶ *Coherede suo.* s. Titio.

o ¶ *Alius.* s. Mæuius.

p ¶ *Sine distinctione.* s. ordinis pupillaris, vel vulgaris substitutionis, quasi dicat, non distinguitur si fuerit pupillaris, vel vulgaris substitutio: & quæ fuerit primò facta, vel institutio, vel substitutio. & idem in volgari. Sed hanc reprobant quidam, quia debet ibi esse ordo: vt primò principalis institutio, & posteà substitutio fiat: *vt ff. de vulg. & pupill. substitu. l. ij. § princ.* Sed certè ille §. prius corrigitur per seqqen. §. vsque in fin. dicit l. Sed ego hoc reprobo: quia non est hæc huius literæ intentio, sed hæc: quia sic fuit de facto, quòd non distinxerunt cùm ab eis quæreretur. Est tamen distinguendum à nobis, sicut & aliàs *ff. de iudi. leg. non potest in fi. & de postul. leg. Imperator. in fin. glos. § ij.* Item non dicitur hîc de pupillari, sed de vulgari tantùm: vt patet ex serie titu. per [b] quod etiam reprobatur superior sententia, s. quia in principio gloss. fuit dictum, secundùm quosdam non distinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris substitutio. ¶ Distingue ergo, vtrum institutus adierit, vel coheres, vel ambo, vel nullus. si enim vterque adiuit, substitutus repellitur. si coheres tantùm, s. Seius idem: quia Mæuius repellitur. Item si neuter, habet locum quod hîc dicitur, s. quòd Mæuius habet totum. si autem Titius tantùm s. primus heres adiuit, & Seius non: in partem repellitur, s. Mæuius. nam in partem repellitur quam adiuit Titius: *vt C. eod. l. post aditam. & ff. de vulgar. sub. l. qui habebat filium. j. respons.*

Sine distinctione.] Nam neque ordinem scripturæ in hac re spectamus, neque ordinem successionis. Cæterùm in [c] pupillari substitutione ordo successionis spectãdus erit *l. qui habebat ff. eo.* Cuia.

[*Si seruum alienum.*] CASVS. Quidam fecit testamentum, & in testamento suo seruum P. quem credebat liberum hominem, heredam instituit: & posteà adiecit, & si institutus heres non erit: Mæuium

a Scilicet ipsos substitutos: quia tunc admitterentur pro virili. [illegible] si appellatione quãdo sic fuit [illegible] de volũtate testatoris [illegible]. Quid autem si aliquos proprie, aliquos appellatiue, vel omnis [illegible]

b Et in casu [illegible]

c Ordo successionis in pupillari substitutione spectandus est.

tremfamilias [a] arbitratus, heredem scripserit: & si heres non esset, Mæuium ei substituerit, isque seruus iussu [b] domini adierit hereditatem: Mæuius substitutus in partem [c] admittitur.

Illa enim verba [d], *Si heres non erit* [e], in eo quidem quem alieno iuri subiectum esse testator scit [f], sic accipiuntur: si neque ipse heres erit [g], neque alium [h] heredem effecerit [i]. in eo verò quem patremfamilias esse arbitratur [k], illud significant: si hereditatem sibi, vel ei cuius iuri posteà subiectus [l] esse cœperit, non acquisierit [m]. Idque Titus † Cæsar in persona Parthenij serui [n] sui constituit †.

DE PVPILLARI † substitutione.

TITVLVS XVI.

Qui liberos impuberes in suis habet sacris constitutos, non solum vulgariter, id est, si heredes non erunt, sed etiam pupillariter si heredes fuerint, & intra pubertatem decesserint, eis substituere potest. ideo primo casu contingente, substitutus fit testatoris heres: secundo verò casu ipsi pupillo heres efficitur.

Mæuium ei substituo, mortuo testatore apparuit, quòd ille quem testator errore deceptus credebat fuisse liberum, & tanquam liberum heredem instituit, seruus erat P. & ita iussu P. domini adiit hereditatem, qui eam dicebat sibi acquisitam: ex aduerso Mæuius substitutus viriliter se Pet. opponebat, & allegabat in hunc modum. Ego domine P. dico, quòd per aditionem serui tui in isto casu nō potest tibi acquiri hereditas: quia testator errore deceptus credebat liberum seruum tuum, quem sibi heredem instituit: vnde cū in veritate nō tenuerit institutio facta: ideò deficiente institutione, dico me ex substitutione ad totam hereditatem admittendum, & te omninò repellendū. Sed in contrarium P. videbatur sibi posse defendere hereditatem, in hunc modum allegando contradicens: Domine Mæui, ego dico quòd veritas præferenda est opinioni. vnde, cùm in veritate seruus meus fuerit institutus, & si heres non esset, tu ei futurus eras substitutus: & ipse seruus iussu meo adierit hanc hereditatem, mihi per traditionem totam hereditatem acquisiuit: & vulgaris substitutio expirauit: & sic ex virtute vulgar. substitutionis nihil iuris in hac hereditate poteris vindicare, cùm per aditionem substitutio penitus sit extincta. & ita magis crescebat contentio inter P. dominum serui instituti, & Mæuium substitutum: & ideò supplicant Imperatori dicens, pro Deo domine, si placet, terminetis istam contentionem, & dicatis quid iuris est in casu isto proposito? Ad hoc respon. Amice, si quis alienum seruum patremfamilias arbitratus, heredem instituerit & si heres non esset, Mæuium substituerit: licèt iste seruus per errorem institutus, iussu domini adierit hereditatem, non tamen substitutio vulgaris penitus euanuit: imò Mæuius vulgariter substitutus in partem hereditatis acquisitæ admittendus est. Sed domine, qualiter respondebitis ad allegationes hincinde propositas? Ad hoc respon. Amice, allegatio domini pro seruo instituto, locum habet in eo seruo quem testator sciens esse seruum heredem instituit. Illa enim verba quæ ponuntur in vulgari, Sed si heres non erit: in eo quem testator in rei veritate scit esse seruum, intelliguntur, si neque ipse seruus institutus acquirit sibi hereditatem, neque domino præsenti, neque futuro: quia tunc demum admittitur substitutus, si in hoc casu primo ignorabat ipsum esse seruum: & ita non omninò obtinet allegatio domini. Allegatio verò Mæuij substituti locum habet in eo seruo quem testator sciens hominem liberum instituit, & ei vulgariter substituit. Ista enim verba, scilicet, Si heres non erit, in eo seruo quem testator scit esse patremfamilias hoc significant: si neque ipse sibi acquirit hereditatem: neq. illi cuius iuri posteà subiectus erit. tunc enim demum ad hereditatem admittitur substitutus. sed certè secus erat in casu proposito. nam testator credebat ipsum esse liberum, & in rei veritate seruus fuit: vnde non est mirum si aliud in j. respon. quàm in secundo vel tertio statutum sit Nec videatur alicui nos aliquid durum in hoc casu statuisse. Nam ita Titus Cæsar in persona Parth. serui sui quondam à testatore per errorem instituti constituit. Francisc. de Aret.

a ¶ *Patremfamilias.* id est, liberum hominem. Accursius.

ADDITIO. Et hoc verum, nisi error esset in ea personæ qualitate, quæ præsumeretur causa finalis ipsius institutionis, putà in consanguinitate: *ut l. si pater. C. de hered. instituen.* Angel.

b ¶ *Iussu.* quem [e] necessariò oportet præcedere: *ut ff. de acquiren. hered. l. si quis mihi. §. iussum.*

c ¶ *In partem.* Sed in quam? Respond. hereditas in duas partes diuiditur: & iterum vnus semis diuiditur in duas partes: quæ sunt duæ quartæ totius: & vnam harum particularum habet dominus instituti, aliam substitutus: *ut ff. de hered. insti. l. si paterfam. in fi.* ¶ Sed de alio semisse quid erit? Respond. quidam quòd substitutus habet inspecta opinione testantis, scilicet qui credidit institutum liberum fuisse. & ita per consequens credit substitutum admitti, si hereditatem sibi institutus non acquisierit, vel alij cuius iuri posteà subiectus foret: *ut in fine huius §.* ergo si aliquod istorum duorum non contingit, debet habere substitutus secundùm opinionem testantis totam hereditatem. sed quia non erat liber, vt testator credidit, de æquitate datur domino ipsius quarta hereditatis. (& facit pro hoc illud generale, opinionem [b] considerandam: *ut ff. pro empt. l. ij. §. si à pupillo. in gloss. fi. in ve. & ff. de acquiren. hered. l. si quis putat.*) [a] Alij [a] dicunt quòd domino datur, considerata veritate magis quàm opinione: quia verè seruus eius domini factus erat ille qui institutus fuit: quod verius esse videtur, veritate magis attenta. vnde facit & illud generale, veritatem spectandam: *ut infra de leg. §. si quis rem.* Accursius. ADDITIO. Dic quòd vltima opinio glossæ est verior. *& ita not. gloss. & do. in dicta l. si paterfamilias.* videlicet quòd dominus serui habeat locum alium semissem. Angel. Aretinus.

d ¶ *Illa enim verba.* nunc mutat casum: nam suprà dixit quando aliud arbitrabatur testator, & aliud erat. in his autem duobus responsis quæ sequuntur, idem est id quod arbitratur testator. Accursius.

e ¶ *Si heres non erit.* quæ apponuntur in substitutionibus vulgaribus.

f ¶ *Testator scit.* & verum scit. aliàs enim non diceretur scire, nisi esset: *ut ff. de aqua plu. arcend. leg. ij. §. idem Labeo ait cum quæritur.*

g ¶ *Erit.* scilicet liber factus.

h ¶ *Neque alium.* i. si neque sibi, si liber fieret, vel domino suo præsenti vel etiam futuro quærat.

i ¶ *Effecerit.* nam tunc quando non est aliquod istorum duorum, admittitur substitutus.

k ¶ *Arbitratur.* scilicet testator, subaudi, & verum arbitratur. Accursius.

l ¶ *Subiectus.* putà quia vendidit se ad pretium participandum, vel quia dedit se in arrogationem, quod potest.

m ¶ *Acquisierit.* supple in litera. At in nostro casu, primò scilicet huius §. aliud est, & aliud arbitratur. vnde vbi in partem admittitur, vt ibi diximus. & hæc omnia sic distinguendo seruauit princeps, quando seruus suus fuit institutus, & alius substitutus, *ut hic dicit; & digestis de heredibus instituendis. leg. & hoc Titius.* ¶ Collige ergo talem distinctionem. quæ cùm heredem aliquem instituo, & si heres non erit, substituo: Aut [b] scio liberum, aut scio seruum, & tunc seruatur quod in secundo & tertio responso huius §. dicitur. 2 Aut puto liberum, sed falsò, cùm sit seruus. & tunc subdistinguo. aut per eum volui aut nolui alium fieri heredem, quia hoc expressi, & tunc seruatur mea voluntas: *ut Cod. de heredibus instituendis. l. cum proponas. in gloss. penultima ibi. item not. quæ est huic contraria.* 3 Aut est dubium an volui vel non alium fieri heredem per eum: & tunc seruatur quod in principio huius §. dicitur. Si autem puto seruum, cùm sit liber, [c] hic casus indubitabilis est, scilicet quòd erit liber heres. Accursius.

n ¶ *Serui.* scilicet instituti, [d] cui fuerat alius substitutus. Nam diuisa fuit hereditas inter Titium dominum serui, & inter ipsum substitutum: *ut patet in leg. & hoc Titium ff. de heredibus instituendis.*

DE PVPILLARI SVBstitutione.

Continuatur: Quia supra visum est de vulgari substitutione: & quia parentes non solum vulgariter, verum etiam pupillariter liberis substituere possunt, ideo sequebatur videre de pupillari substitutione. Christophorus Porcius.

Liberis.] Totus iste titulus diuiditur in sex partes. ¶ Primò ponit qualiter quis possit facere pupillarem substitutionem. ¶ Secundò de exemplari substitutione cui fieri potest. ¶ Tertiò redit ad pupillaris substitutionis materiam. ¶ Quartò, quòd etiam exheredatis potest fieri illa substitutio. ¶ Quintò, circa pupillarem substitutionem aliquos casus ponit, & potissimum vsque ad quam quantitatem fieri possit. ¶ Sextò, quòd maiori vel puberi vel extraneo fieri non potest pupillaris. Secunda ibi, Qua ratione. Tertia ibi, Igitur. Quarta ibi, Non solùm. Quinta ibi, Quæcunque. Sexta ibi, Extraneo. Litera in hoc titulo est planissima: ideo pone casum per te ipsum.

o Hereditatē sine domini iussu prece[de]nte seruus adire non potest.

1 Opinio an & quando sit veritati anteponenda.

a Et hanc opinionem verā esse censet Angelus. & ea[m] notat Glo. & doctores in l. si pater fa. vid. videlicet vt dominus serui liberi incognitum alium semissem.

† al. Tiberius. Flor.

† Princeps potest esse iudex in causa sua. Contra, l. 4 & l. vlt. ff. de iure fi. & ratio huius text. sit magis ex voluntate principis, quàm ex subtilitate rationis. Ægid. pert.

‡ Vide Alc. lib. ... & Castellionem Cotton in editione, testamentum.

b Testator est aliquem institui conditionem institui, vel scit, vel in eo errat, vel dubitatur conditionem sciuerit necne. hi casus quoties accidunt quid iuris sit quæri potest. Dic vt hac Gl.

c In dubio autem error nō præsumitur, & tunc hoc cōstat in animo testatoris, quod non probatur nisi ex coniecturis. Quod autem in filio vel monacho instituto cum datione substituti vulgaris, quos testator credebat esse sui iuris, vel etiā sciebat esse alieni, & an haec primi instituti ex iure deliberandi gesserat, an substitutus, vide Ang. hic.

d Hæc Glossa est Accursij, sed additio.

a Substitutio pupillaris habet quatuor necessaria.

a ¶ *Liberis.* No.[a] ex hac litera tria esse necessaria vt pupillaris substit. teneat. 1. Primum, vt sit de liberis cui substituitur. nam extraneo substitui non potest: *vt* ℑ. *eo.* §. *extraneo.* 2 Secundum, quòd sint impuberes. nã puberib. non potest substitui: *vt* ℑ. *eo.* §. *masculo.* 3 Item tertiò quòd habeat in potestate: vt in hac litera probatur per ordiné. Emancipatis autem non potest substitui: *vt ff. eo. l. ij.* §. *j.* b 4 Item est necessariam quartũ, quòd filij sint instituti, vel exheredati: aliàs nullũ esset principale testamentum: *vt* ℑ. *de exhered. libe. in princ. & ff. eo. l. j. in fine.* vnde nec pupillare valeret, *vt* ℑ. *eo.* §. *liberis.* & hæc omnia similiter in nepotibus seruantur si non sint recasuri in sui patris potestate: *vt ff. eo. l. ij.* § *planè posth.* aliàs cùm sunt recasuri, non valet testamẽtum: cùm in ea causa sint, vt eorum testamenta non valeant, etiam si ipsi essent maiores.

† Forma huius pupillaris substitutionis ponitur in cap. Raynutius. in Gl. super verb. liberis, post prin. extra de test.

b Et est ratio: quia substitutionis suos de iure ciuili: non emancipatus habetur pro extraneo. Fallit tamen hoc in milite. *vt l. miles ita.* §. *exheredare. ff. de test. mil.* dummodo filius non sit in potestate eius. aliàs secus d. l. in ff. eod. tit.

LIberis[a] † suis impuberibus quos in potestate quis habet, non solùm ita vt suprà diximus[b] substituere potest, id est vt si heredes ei non extiterint, alius sit ei heres: sed eo ampliùs, vt si heredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis heres: veluti si quis dicat hoc modo[c], *Titius filius meus heres mihi esto*[d]. *Et si filius*[e] *meus heres mihi non erit, siue heres*[f] *erit, & priùs moriatur quàm in suam tutelam venerit, id est, antequam pubes*[g] *factus sit, tunc Seius heres esto,* quo casu[h] siquidem non extiterit heres filius: tunc substitutus patri fit heres[i]. Si verò extiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit: ipsi filio[k] fit heres substitutus. nam moribus[l] institutum est, vt cùm eius ætatis[m] filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.

Qua ratione potest pater filio impuberi pupillariter substituere, eadem poterit filio furioso, aut mente capto exemplarem substitutionem facere. itaque sicuti pupillaris pubertate adueniente expirat, ita exemplaris furore sedato, & sanitate mentis restituta euanescit.

1 ¶ Qua ratione excitati[n], etiã constitutionem[o] in nostro posuimus Codice, qua prospectum est, vt si qui mente captos habeant filios vel nepotes vel pronepotes cuiuscunque sexus: liceat eis etsi puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis certas personas[p] substituere: sin autem resipuerint[q], eandem substitutionem infirmari sancimus: & hoc ad exemplum[r] pupillaris substitutionis: quæ[s] postquam pupillus adoleuerit[t], infirmatur.

Facto pupillari substitutione, censentur duo testamenta, vel vnum duarum hereditatum. Aret.

2 ¶ Igitur in pupillari substitutione secundùm præfatum modum[u] ordinatã, duo quodammodo[x] † sunt testamenta: alterum patris, alterum filij †, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset: aut certè vnum testamentum est duarum causarum, id est duarum hereditatum.

Potest pater facere substitutionem pupillarem filio separatim

b ¶ *Ita vt suprà diximus.* scilicet vulgariter, *suprà tit. j.* & hoc inde hic subiicit: vt si heredes &c.

c ¶ *Hoc modo* hîc cautè nota quòd primò ponit verba institutionis, secundò substitutionis vulgaris, tertiò substitutionis pupillaris. Accursius.

ADDITIO. Aliqui dicunt quòd omnia sunt verba pupillaris substitutionis: quæ etiam non heredi & exheredato fieri potest: cùm hic text. non intendat exemplificare vulgarem. Ioan. Fab.

d ¶ *Esto.* Hæc est institutio tantùm. Accursius.

e ¶ *Et si filius.* ecce vulgaris. Accursius.

f ¶ *Siue heres.* ecce pupillaris.

In suam tutelam. Vt qui sunt alieni iuris, manumissione sui iuris fiant: ita qui sunt alienæ tutelæ, pubertate fiunt suæ tutelæ. *l. quotiens.* §. *j. D. de admin. tut.* quod planè est in suam tutelam venire. Cuiacius.

g ¶ *Pubes.* bene facit quòd exponit: aliàs interdum pro quatuordecim annis, interdum pro vigintiquinque annis ponitur hæc oratio, cùm in suam tutelam venerit: *ff. de leg. iij. l. cum filio.*

h ¶ *Quo casu.* suprà dicto.

i ¶ *Patri fit heres.* & solius patris habeat bona, secundùm Azo:

k ¶ *Ipsi filio.* & nihilominus patri: *vt ff. eo. l. paterfamilias.* & bona pupilli vndecunque quæsita sint habet: *vt ff. eo. l. sed si plures.* §. *ad substitutos.* nisi in duobus casibus, vt in testamento militis, & arrogatoria: *vt ff. eod. l. sed si plures.* § *in arrogatore. &* §. *ad substitutos in fine.* Accursius.

l ¶ *Moribus.* aliàs à maioribus: *vt C. de impube. & aliis substit. l. humanitatis.*

m ¶ *Aetatis.* vt masculi ante quatuordecim annos, fœminæ autem ante duodecim annos *ff. de testa. l. qua ætate. &* ℑ. *qui manumittere non possunt.* §. *cùm ergo.*

n ¶ *Excitati.* s. nos Iustinianus.

o ¶ *Constitutionem.* C. *de impuberum & aliis substitutionibus. l. humanitatis.*

Ad exemplum. Ratione[e] successionis duo tantùm sunt genera substitutionum. Ratione personarum tria: vulgaris, pupillaris, Iustiniana. Ratione scripturæ quatuor. nam vel primus casus exprimitur vel secundus, vel vterque, vel neuter. Cuiacius.

e Substitutio nũ plura vel pauciora genera sunt diuerso respectu, ratione successionis vnũ genus est: personarũ tria genera: scripturæ quatuor.

p ¶ *Certas personas.* s. filios mente captorum si habeant: aliàs fratres mente capti. ADDITIO. Etiam supradictis existentibus, qui sunt spurij, vel naturales tantùm, aut etiam mente capti. Ang.

d Adeò vt certè exheredatis vel ex iusta causa præteritis, vel quomodo substituere possit. Angel.

q ¶ *Resipuerint.* id est, cùm compotes mentis vel sani facti fuerint.

c ¶ *Agere possint.* s. ab adita hereditate intra quinquennium [c]: *vt C. eo. l. scimus. § si. & l. si quis filium in fi. & ff. eo. l. Papinia. in fi. & C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. l. ij.* Et hoc proposita quadam petitione ad hoc vt testamentum rescindatur: quæ non est actio prorsus, nec accusatio, sed medium tenet, & quãdoque actio, quandoque accusatio dicitur: sed proprius dicitur querela: *vt not. ff. eo. l. posthumus. §. si quis ex personis. in glo. j. & glo. si quis. in fi.*

d ¶ *Qui.* s. liberi.

e ¶ *Queruntur.* i. conqueruntur.

f ¶ *Se exheredatos.* à qualibet linea.

g ¶ *Præteritos.* ab aliquo de linea fœminina.

h ¶ *Hoc colore.* i. hac honestate verborum.

i ¶ *Nullum testamentum. vt I. quib. non est permis. fa. testa. §. item furiosi.*

k ¶ *Liberorum parentibus.* s. est permissum accusare filiorum testamentum, quãdo sunt ab eis exheredati. & hoc accipe in filio pagano emãcipato. aliàs [a] si esset miles, nõ subiiceretur querelæ: *vt C. eo. l. si. in fi.* Item si esset in potestate, testamentũ ipso iure non valeret: *vt I. qui. non est permis. facere testament. in princ. & secũ. ff. eo. l. nam & si parentibus.*

l ¶ *Soror autem & frater.* Hoc accipe in consanguineis & vterinis, vel consanguineis tãtũ. [b] nã vterini nõ possunt *vt C. eo. l. fratres.* ¶ Et not. ꝙ duo [c] dicit. iste. §. primum, ꝙ frater & soror possunt agere querela. secundũ, ꝙ hoc verum est quãdo turpes personæ instituuntur heredes.

m ¶ *Turpibus.* s. infamibus ipso iure, vel per sententiam, vel etiã de facto. ADDITIO. Et talis infamia [d] iuris vel facti etiã excludit à querela: *vt l. in arenã. C. eo. Ang.*

n ¶ *Prælati sunt.* i. admissi sunt. & tunc turpibus personis, ablatiui sunt absoluti. ꝗ Vel dic prælati sunt. i. præpositi turpibus personis, datiuè legendo.

o ¶ *Non ergo.* hoc refertur ad primũ responsum: vel potius ad secundùm. Accur.

p ¶ *Possunt.* s. de iure.

q ¶ *Vltra.* hoc ad secundum, vel potius ad primum, si rectè inspiciatur series textualis.

r ¶ *Agentes vincere.* s. etiam de facto agentes non vincerent. melius ergo facerent, si se sumptibus suanibus non vexarent: *vt ff. eo. l. j.* Sed contra. *ff. eo. l. posthumus. § si quis ex his.* Sed ibi nemo repellit agentem, repelli tamen potuit: *vt hic.* ¶ Sed an [e] filij fratrum agãt? Videtur ex hac litera eos excludi. Sed cũ hodie vocentur ab intestato, & fratribus æquiparentur: fortè & ipsis querela datur: *vt in auth. de here. ab intest. ve. §. reliquum & in authen. vt fratrum filij. §. j. coll. ix. quæ est in. C. de legi. here. auth. cessante. & arg. ff. de inof. test. l. posthumus. in prin.* Sed respondent quidã, ꝙ non admittuntur ad querelam: & tamen vnà cum eo qui potest agere, admittuntur ab intestato: *vt C. de inoffi. testa. l. fratres. & C. communia de succ. authen. itaque.* Vel posset responderi ꝙ admittuntur iure diuerso. nam frater agit querela, & rumpit: & filius alterius fratris cum sit ruptum testamentum, admittitu[r a]b intestato. Accur. ADDITIO. Si autem esset solus, à querela excluderetur. Ang.

f ¶ *Naturales.* s. & legitimi: nam naturales tantum non agunt in bonis patris, sed matris. *vt ff. eo. l. si suspecta. § j.*

t ¶ *Diuisionem.* vt ab auo paterno, vel materno.

u ¶ *Adoptati.* i. arrogati, qui habent quartam ex constitutione diui Pij. *vt ff. eo. l. Papinianus. § si quis impubes* [f]. Item adoptati, si auo paterno dati sunt: *vt C. de adop. l. cum in adoptiuis. & I. de adop. § sed hodie.* & hoc prædixit.

x ¶ *Partem.* s. quartam. si autem minus, tunc ad supplementum agitur: *vt I. § proxi.*

y ¶ *Veniunt.* i. venire possunt, vt iure legati vel donationis: *vt I. e. §. pe.* vel quia eorum filij vel serui sunt instituti. *vt ff. eo. l. nihil.*

z ¶ *Posthumi.* s. exheredati. nam si præteriti, ipso iure rumpitur testamentum: *vt I. de exhere. lib. § posthumi.* sed hodie non possunt exheredari: *vt C. eo. l. si quis in suo. §. legis.*

a ¶ *Sed hæc.* hoc refertur ad supradicta à principio vsque huc.

b ¶ *Testamento.* s. iure institutionis [g] cum testamentum facit, *vt in auth. vt cum de app. cog. §. aliud. coll. viij.* Sed si aliam voluntatem facit, sufficit quoquo relinquatur tit. *vt in auth. de trien. & semis. §. j. col. iij.*

c ¶ *Constitutio.* *vt C. eo. l. omnimodo.* Accor.

d ¶ *Eis.* s. exheredatis vel præteritis.

e ¶ *Non fuerit adiectum.* *vt C. eo. l. scimus. in prin.*

† Pietas enim vt inquit Cic. est ꝑ quã sanguine nobis coniunctis patriæq; beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. Quid igitur à pietate alienius quàm liberos propinquos, hoc est, suo ipsius velut viscera negligere?

† Pone casum de Vitellio lenone apud Va. Maxi. li. 7. ca. 7.

† Pone casum in filio Tere. qui patrẽ exheredauit. sed ꝑsis verbis ꝑfectus odiosa filium iudicauit: eum autẽ mouit patria maiestas, donum vitæ, & beneficium educationis, vt ait Val. Maxi. eod. & j. eod. vers. fere.

a Pone cas. de Tertio filio Aretij apud Vale. Maxi libr. 7 de inof. vers. § Cæterum

b Pone casum de Septitia & eius filiis, apud eundem Va. Ma.

c Supplemẽtũ quartæ legitimæ etiã præparatiuũ transmittitur, & durat 30 an. secũdũ communem opin.

a Querela nõ datur aduersus testamẽtũ militis.

b Dummodo sint ex legitimo matrimonio nati, aliàs secus, etiã si agerent pro parte ipsis etiã legitimati. Item procedit iste text. siue sint exheredati, siue præteriti dummodo legitimã in totũ vel in parte nõ habeãt, quia tũc agũt ad supplemẽtum vt hic per Ang.

c Querela aduersus testamentum fratris, fratri cõpetit, turpi persona à fratre testante instituta.

d A querela excludit infamia etiam infamia.

e Filiis fratrũ querela competere videtur, si turpis persona sit instituta à patruo. Contrariũ sentit Acc. in l. fratres. C. eod. Idem tenet Hostig. in summa de test. § qualiter vers. sed nunquid. § ij. Paul. Nou. in prin. nu. 14.

f Hæc expositio est mala, quia arrogatis consulitur alio remedio, scilicet per conditionem l. vtile. & l. si arrogator ff. de adopt. igitur &c.

g Cuius beneficio plenius ius consequũtur, quàm legato, propter accrescendi ius, quod habent in testamẽto etiã ex causa partis vel rei quod habent legatarij: nota eo quæ tractantur in l. quæstione de rei restit. Co. in Glo. vbi vt in misit Bal. & Fr. de Aret.

a ¶ *Si tutor.* testator extraneum instituit, & filium exheredauit, & eidam pupillo existenti in tutela filij sui legatum reliquit: quod petit filius nomine pupilli sui: nō tamē ideo repellitur a querela suo nomine. Sed contra. *ff. eo. l. si. j. respon.* Sed ibi certè aduocatus vel procurator sponte faciebat, cum[a] illa officia sint spontanea: *vt j. mand. §. mandatum.* at hic etiā ex necessitate: q, a tutela ea necessitate suscipitur: *vt ff. de tuto. & cura. da. ab his l. necnon.* & necessariò geritur: *vt ff de edmi. tut. l. j. in prin.*

b ¶ *Nihilominus.* nam videbatur paternum iudicium approbasse, & sic non posse postea querela agere: sed tamen nihilominus potest, vt hic dicit.

c ¶ *Patris.* s. ipsius tutoris, imò erat exheredatus. Accur.

d ¶ *Sed si econtrario.* hic testator filium suū pupillū exheredauit, & tutori, quem ipsemet pater filio dabat, legatum dimisit. licèt ergo agat de inoffi. nomine pupilli, & succūbat: tamen ad legatum admittit. ¶ Et ita not. arg.[b] ea hoc & superiori responso, q quis agit aliquid interdum nō vt ipse, sed vt alius. simile. *ff. de adop. l. si pater. §. qui duos. & ff. eo. l. si ex qui. §. si heres. & l. aduersus. §. j. & C. de admi. tuto. l. cu quedam. & ff. de cōpen. l. pen. C. de dolo l. j.*

e ¶ *Igitur quartam.* Contrarium formatur ex eo quod habes. s. eo. §. sed hac ita. vbi dicit etiam si minus quarta habet, non agi querela, sed ad complementum. Sol. hic loquitur ante Iustinianum: *vt C. eo. l. cum quæritur & ff. eo. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta.* arg. s. secundum Iustiniani tempora, *per l. C. eo. l. omnimodo.* ¶ Et illud igitur, quod est hic, ponitur inceptiuè[c], non illatiuè. *sic ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile §. hoc igitur.* Vel lege illatiuè ea eo quod habes. *supra eod. §. tamen eotem. in fi.*

f ¶ *Iure legati.* Sed hodie[d] iure institutionis, si facit testamētum: *vt in Auth. vt cu de appe. cog. §. aliud. colla. vij.*[e] Si verò alia sit volūtas sufficit quoquo relicti titulo *vt in Auth. de trien & semis. §. j. col. iij.*

g ¶ *Inter viuos.* s. data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartā cōputetur[f]: *vt C. eo. l. si quando §. generaliter.* & hic subijcit.

h ¶ *Aliis modis.* vt dotis causa, & donationis propter nuptias: *vt C. de inoffi. testa. l. quoniam nouella.*

i ¶ *Diximus.* vt s. prox. §.

k ¶ *Pro virili portione.* vt s. quilibet habeat quartam huius partis quam habiturus erat ab intestato: *vt C. eo. l. parentibus. & l. cum quæritur.* hoc tamen est hodie iure authenticorū mutatū s. vt tertia det, si sint quatuor vel pauciores. Si verò plures sint filij exheredati, habēt dimidiā. *vt in Auth. de trien & semi. §. j. col. iij. quæ est. C. eo. Auth. nouissimo*[g]. Vnde versus, Quatuor aut infra dant natis iura trientē. Semissem verò dāt natis quinq; vel vltra. ¶ Et no. in fi. huius tit. q quidā dicūt hūc tit. hodie nō habere locū nisi inter fratres turpib. psonis heredib. institutis: & hæc fuit sentētia M. *per Auth. quæ est. C. de libe. prateri. vel exhere. Auth. nō licet. & Auth. ex causa.* Sed nos dicimus q habet locū vt olim: quod plenè diximus in Auth. *vt cu de ap. cog. §. al. ud. col. iij. in glo. nominatim. in fi. & d. Auth. ex causa.* nisi q quædā capitula in d. Auth. circa querelā sunt innouata: vt q, olim nō transmittebat ad heredē etiam suum, nisi esset præparata: *vt ff eo. l. posthumus. §. fin. & l. seq.* hodie sic ad suum heredem: *vt Cod. eo. l. scimus. in fi.* Item olim quarta dabatur, hodie triens vel semis, vt dictum est. Item olim filij se gratos esse probabant: hodie heredes probant ingratos: *vt Cod. eod. l. omnimodo. in glo. arguantur.* Item no. hunc tit. loqui de gratis filiis. si enim essent ingrati, nihil tenetetur pater eis dimittere: *vt in auth. de hered. & Fal. §. exheredatur, col. j. in glo. iuste ibi, vt quia. & in Auth. de immen. do. in filios. §. hæc itaque.* ¶ Et sunt[a] causæ ingratitudinis. xiiij. quibus filij exheredātur: & vij. quibus pater à filiis: *vt in Auth. vt cum de ap. cog. §. causas. & §. & hoc prædiximus.* Et tres quibus frater à fratre: *vt in Authen. de nup. §. ingratitudinem.* Accur. ADDITIO. Illæ omnes causæ facilè habētur p hos versus: Bis septē causis exheres filius esto. Si patrē feriat, vel maledicat ei. Carcere detrusū si negligit, ac furiosū: Criminis accuset, aut paret insidias. Si dederit grauia sibi damna, nec hoste redemit, Testari phibet, aut dat arena socū. Si prauos sequit, vel amat genitoris amicā: Nō orthodoxus, filia quādo coit. Sed pater ex septē: si nati spernet honorē, Hūc accusabit, dira venena dabit. Testari vetat, aut vxorē diligit eius. Nō redimit captū: dū furit, odit eū. Pellitur à fratre frater causis trib. vt si Arguit hūc sceleris, vel et vult tollere vitā. Vel si iacturā rerū sibi mouerit vnquam.

Portione quarta.] Sic rectè legit quarta, Et sensus hic est. diuidi inter eos quartā omniū bonorū pro rata earū partiū, quas ab intestato habituri essent, ita vt virilis singulorum portio sit quarta legitimæ partis. Sic igit pro virili diuidit, & p rata sioe ἀναλόγως diuiditur. sic in leg. j. Cod. vnde lib. Cuiacius.

betur illud inofficiosi querela impugnare: è regione etiam qui impugnauit, legato sibi in eo testamento facto minimè priuabitur.

4 ¶ Si tutor[a] nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat tutori relictum à patre suo, nihilominus[b] poterit nomine suo de inofficioso patris[c] testamento agere.

5 ¶ Sed si è contrario[d] pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit.

Sufficit quòd filius habeat vnam quartam quoquo relicti titulo ad hoc vt excludatur à querela, siue sit vnus, siue plures. Areti.

Nouissimo tamen iure institutionis titulo legitimam relictam esse operæpretium est.

6 ¶ Igitur quartam[e] quis debet habere, vt de inofficioso agere nō possit, siue iure hereditario, siue iure legati[f] vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos[g]: in his tantummodo casibus, quorum nostra constitutio mentionem facit, vel aliis modis[h] qui constitutionib. cōtinētur. Quod autem de quarta diximus[i], ita intelligendū est, vt siue vnus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, vna quarta eis dari possit: vt ea pro rata eis distribuatur, id est pro virili portione[k] quarta.

DE HEREDVM QVALITATE & differentia.

TITVLVS XIX.

Triplices sunt heredes. Aug. Are.

HEredes autem aut necessarij[l] dicuntur, aut sui & necessarij, aut extranei[m].

Seruus proprius heres à domino institutus, dicitur necessarius: quia est heres velit nolit: bona tamen quæ post mortem domini quærit, propria sibi reseruantur. Areti.

1 ¶ Necessarius[n] heres est seruus heres institutus: ideóque sic appellatur, quia siue velit, siue nolit, omnino post mortem testatoris protinus[o] liber & necessarius[p] heres fit. Vnde[q] qui facultates suas suspectas[r] habent, solēt seruum suum primo aut secundo, aut etiam vlteriore gradu heredem instituere:

DE HEREDVM qualitate & differentia.

Quia heredes de quibus supra dictum est, diuersi sunt, ideo de eorum differentia & qualitate, id[b] est differenti qualitate videamus. Accursius.

HEredes.] Totus iste not. titu. diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit regulam, quòd heredū sunt tria genera. Secundò illa genera prosequitur, & declarat seriatim. Secunda ibi, Necessarius heres.

l ¶ *Necessarij.* sc. tantum.

m ¶ *Aut extranei.* de his autem omnibus hic titu. dicit per ordinem. vt j. prox. § & §. sui. & §. cæteri.

[*Necessarius.*] Diuiditur in tres partes. ¶ Nam primò psequitur primū genus heredum. s. qui sunt necessarij heredes tātum. ¶ Secundò prosequitur secundū membrum siue genus, videlicet qui sunt sui & necessarij. ¶ Tertiò psequitur q, sunt extranei heredes. Secunda ibi, Sui autem. Tertia ibi, Cæteri qui. Item subdiuiditur prima pars in quatuor partes. Primò, quis sit heres necessari⁹ tātum. Secūdo rationē adsignat quare sic vocatur. Tertiò infert, cōsulēdo testatori qui nō est soluēdo. Quartò prouidet ipsi seruo. Secunda ibi, Ideo. Tertia ibi, Vnde qui. Quarta ibi, pro hoc tamē.

n ¶ *Necessarius.* ad hoc vt sit necessarius, est necesse vt sit seruus testatoris tempore testamēti. *vt hic. & ff. eo. de here. instit. l. si alienum. in prin*[c]. Item & tempore mortis. *vt s. de hered. instit. §. seruus. j.* Item quòd non sit alteri legatus. tunc enim legatario quæreret heredi. & ipse eius esset: nisi idem seruus sibi substitutus esset heres & liber: *vt ff. de pup. subst. l. fi. §. j.*

o ¶ *Pretium.* i. statim. & si quidē purè institutus est, à seipso libertatē cōsecutus videtur: *vt ff. de acqu. here. l. ex parte. & de here. insti. l. & si in conditione. §. fi.* & etiam ignorans: *vt ff. si cer. pet. l. eius qui in prin. & in glos. statu. & ff. de testa. l. qui in dominij.*

p ¶ *Et necessarius.* etsi sit institutus sub hac conditione, si vellet. quæ verba faciunt eum voluntarium. sed in extraneo nihil operantur: *vt ff. de condit. instit. l. verba. & ff. de heredi. insti. l. Cornelius.* Accursius.

q ¶ *Vnde.* quia necessarius.

r ¶ *Suspectas.* vt quia sciunt se non esse soluendo: *& facit. j. quib. ex cau.*

a Aduocati & procuratoris officium est sponsaneum.

h Tāq; si aliquid interdū aliquid agere possumus, qd vt nos etiā e ipsi non possum⁹ vide quæ scripsi in. l. si pater ff. de adopt.

c Quarta super ple [illegible] esse inre odiosa à [illegible].

d Igitur particula incepti ua, interdum illatiue.

e Legitima libera hodie est [illegible] ee institutionis [illegible] quoquo relicti titulo. si nō sit testamentum.

f Quod est verum etiam in legitima quæ debetur parentibus, & an sit necesse quòd exprese loquatur iure institutionis, an sufficiat relinquere pro legitima vel Falcidia. vide Angel. hic.

g Quod si filius videtur ex [illegible] fi dixit, dono tibi hoc pro parte tua: arg. l. pacto. in prin. ff. de [illegible] quia legitima debetur ex bonis quæ reperiuntur mortis tempore in quibus non reperitur hæc donatio, cum idem in vita patris patrimonium perfectè exinerat. Ang.

h Idē in quarta debita patrib. secus in debita fratrib. An aut portio vnius filij incapacis accrescat alijs vide Ang. hic.

a Exheredare pater filium potest 14. causis, filius patrem septem: frater fratrē, tribus.

b Figura est hēdiadis. nam diuersa nomina in vnam conuenientiā iunguntur. ff. l. de iud. si [illegible] bis, vis atque potestas i. violenta potestas. Virg. Molémque & mōtes. i. molem mōtium. & pateris libamus & auro. i. pateris aureis & in prædā & partē. i. partē prædæ. & C. de agric. & cens. in rudes & l. Dro nobor. sib. legitimè vel ex pacto. i. ex pacto legitimo. C. de episc. & cle. Æg. Par.

c Dic hoc verum siue insolidū, siue pro parte sit heres vt ibi not. glo.

ex cau.manu.non licet.in prin. & ̄I.de vul.subst.in prin.
a ¶ *Satis non fiat*. s. ab hoc seruo herede & libero instituto.
b ¶ *Heredis*. i. serui instituti. & hoc ne defunctus iniuria afficiatur: *vt ̄I.quib.ex cau.manu.non licet.§ j.in fi.*
c ¶ *Incommodo* quia inuitus hereditati adstringitur. Accur.

vt si creditorib. satis nõ fiat[a], & potius eius heredis[b] bona, quam ipsius testatoris à creditoribus possideantur, & vel distrahãtur, vel inter eos diuidãtur. Pro hoc tamẽ incommodo[c] illud ei cõmodum præstatur[d] †, vt ea quæ post mortẽ[e] patroni[f] sui sibi acquisierit, ipsi reseruentur[g]. Et quamuis nõ sufficiant bona defuncti creditoribus, iterum tamen ex ea causa res eius quas sibi acquisierit, non veneunt[h].

Vt quis sui nomine dignus sit, duo copulatim interuenire necessum est, vt scilicet in potestate sit morientis, & priorem locum tunc temporis obtineat quorum alterum nequaquam sufficere aperto iure ostenditur. & quãquam olim qui sui erant, hi quoque essent necessarij, iure tamẽ prætorio eis abstinendi beneficium conceditur.

2 ¶ Sui autem & necessarij heredes sunt, veluti filius, filia, nepos neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui modò in potestate morientis fuerint. Sed vt nepos neptisve sui heredes sint, non sufficit eum eámve in potestate aui mortis tempore fuisse: sed opus est vt pater eius viuo patre suo desierit[k] suus heres esse, aut morte interceptus[l], aut qualibet alia ratione[m] liberatus à patris potestate. † tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit[n]. Sed sui quidẽ heredes ideo appellantur[o], quia domestici[p] heredes sunt: & viuo quoque patre quodammodo domini existimantur[q]. Vnde etiam si quis intestatus

d ¶ *Commodum præstatur*. sic & aliàs inuenitur in multis locis: vt qui in vno casu grauatur, debet in alio releuari: *vt ff. de inoffi. test. l. eum qui. in prin. in glo. probandi.*

e ¶ *Post mortem*. s. ante aditam hereditatem: *vt C. ad Sila. de his qui. vt indig. l. cum Silanianum.* Vel certè hic protinus videtur adita hereditas: *vt d. l. cum Silanianũ.* alio casu loquitur. ADDIT. Scilicet quando libertas est legata sine institutione: quæ statim nõ cedit: *vt l. vnic. §. libertatibus. C. de cadu. tol.*

† Qui in vno grauatur, in alio releuatur. Æg. Fer.

f ¶ *Patroni*. i. qui esset patronus, si esset liber in vita illius.

g ¶ *Reseruentur*. separatione impetrata, si bona patroni non attingat, id est non incepit administrare: *vt ff. de sepa. l. j. §. fin.* aliàs, id est, si incepit administrare, non poterit postea impetrare separationẽ, nisi sit minor: *vt ff. de minor. l. ait prætor. §. non solum.* quo casu tantũ, scilicet cum est minor, separationem impetrabit: etiã si iam attigerit hereditatẽ, nõ autẽ vt ab hereditate se abstineat: *vt ff. de acquir. hered. l. necessarius. §. fi.*

h ¶ *Non veneunt*. i. nõ venduntur.

† Vel si est patre exheredatus, tunc enim nepus est suus heres & necessarius. l. qui in aliená. ff. interdum. ff. de acq. her. Ægi. Fer.

Sui autem.] Iste. §. diuidit in quatuor partes. ¶ Primò ponit qui sunt sui & necessarij heredes. ¶ Secũdò hoc limitat & restringit. ¶ Tertiò rationẽ reddit quare dicuntur sui heredes. ¶ Quartò rationẽ ponit quare dicuntur necessarij. Secunda ibi, Sed vt nepos. Tertia ibi, Sed sui quidem. Quarta ibi, Necessarij.

i ¶ *In potestate*. aliàs si sunt emãcipati, extranei sunt: *vt ̄j. e. § cæteri.*

k ¶ *Desierit*. impropriè ponitur, quia viuo patre non fuit heres: sed dicitur desinere quãtum ad id quod futurum erat. *sic & aliàs: vt ff. usufruct. quemadmo. ca. l. ij. §. desinere.*

l ¶ *Interceptus*. s. filius. & aliàs est interemptus. aliàs interceptus, id est remotus ab hoc seculo. ADDITIO. Vnde Ouidius in sua Metamorphosi loquens de ranis, dicit,

Colla intercepta videntur.

m ¶ *Alia ratione*. veluti emancipatione, vel deportatione: *vt ̄I. quib. mod. ius pa. pot. sol. §. præterea. & §. cum autem.*

n ¶ *Succedit*. ita vt etiam filius emancipatus repellatur: & nepos qui remansit in potestate ex eo, vel alio filio natus, admittatur: & hoc iure ciuili, quod non cognouit emancipatos, quia erãt capite minuti: *vt ̄j. de here. quæ ab intest. def. §. emancipati.* de iure autem prætorio soli filij emancipati admittuntur, non nepotes: *vt d. §. emancipati.* sed per edictum, *de coniungendis cum emancipato liberis eius.* admittuntur simul filius & nepos: *vt ff. de coniung. cum emancip. l. j. §. respons.* Quod (id est, quòd simul nepos cum patre vel fratre patris admittatur) locum hodie non haberet, cum sit sublata omnis differentia quæ fiebat occasione emancipationis: *vt in authen. de here. ab intest. §. j. col. ix.* Accursius. ADDITIO. Quod est verum, quando ab intestato succeditur nullo facto testamento: vel facto, sed non solenniter: aut eo per querelam penitus expugnato. Secus si per contra tabulas de iure prætorio filius succedat, quia etiam hodie procedit dictus titul. de cõiungend. & cæt. Angel.

moriatur, prima causa est in successione liberorum[r]. Necessarij verò ideo dicuntur[s], quia omnino, siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento heredes fiunt[t]. Sed his prætor permittit[u] volentibus abstinere ab hereditate, vt potius parentis quàm ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur.

Qui non est in potestate morientis tempore mortis, dicitur heres extraneus. Aretin.

3 ¶ Cæteri qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur[x]. † Itaque liberi quoque nostri qui in potestate nostra non sunt, heredes à nobis instituti, extranei heredes videntur. Qua de causa & qui heredes à matre instituuntur, eodem numero sunt: quia fœminæ in potestate liberos non habent[y]. Seruus quoque heres à domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur[z].

Extraneum heredem (quo ex testamento sibi delatam adsequatur hereditatem) tribus temporibus esse capacem iura requirunt, testamenti scilicet tempore, & mortis testatoris, item aditionis: media autem tempora inter prædicta, hereditatis capessendæ eum minimè inhabilem reddunt.

4 ¶ In extraneis heredibus[a] illud obseruatur, vt sit cũ eis testamenti factio[b]: siue heredes ipsi instituantur, siue hi qui in potestate eorum[c] sunt. & id[d]

o ¶ *Appellantur*. s. supradicti filij & nepotes. Accur.

p ¶ *Quia domestici*. Not. filium[a] domesticum patri. Sunt & alij multi domestici: *vt C. de his qui ad eccles. confu. l. præsenti. §. fane enim. & ibi glossa j.* Accursius. ADDI. Et ideo ex furto facto per filium, seruum, aut vxorem, non oritur actio ciuilis vel criminalis: cum sit domesticum: nisi esset magnũ. quod not. secundùm Ange. hic.

a Domestica patri persona filius censetur.

q ¶ *Existimantur*. scil. ex artificio[b] iuris ciuilis, quod fingit eandẽ[c] personam patrẽ & filium: *vt Cod. de impub. & ali. sub. l. fin. in fine.* Item eandem vocem vtriusque: *vt ̄J. de inuti. stipul. §. si quis.* Item & ideo videtur dominus[d], quia in bonis patris alitur sicut ipse pater: sicut vxor domina dotis dicitur, & habere possessionem: *vt C. de iure dot. l. in rebus. ad princ. & in glos. iure naturali & Cod. qui pot. in pign. l. fina.*[e] Item & possessionẽ[f] viuo patre habere videtur filius: *vt ff pro herede. l. q. in fin.* hinc est quòd sola administratio dicitur transire ad filium cum pater moritur: *vt ff. de libe. & posthum. l. in suis.*

b Pater & filius iuris artificio, & fictione, dicuntur vna & eadem persona: eadem vox vtriusque.

c Sic Christus Ioan. 4. Ego in patre, & pater in me est & filius est pater ipsius patris s. eundẽ Aristo. l. 5. Æs ho Æg. Fer.

† Et ideo filius est extraneus heres materni. ex quo sequitur quid sublata causa ex patria potestate, qua sublata tollitur & ipsa sublata Æg. Fer.

d Hoc verum quoad dominiũ interpretatiuum & intellectuale, secus quoad effectuale, & verũ, quia dominium nõ quandã plenitudo, quam nõ capit plures in solidũ. *l. si vt certo. § si duob. ff. commo.* secundum Per.

e Dic quod idẽ maritus est dominus & possessor constãte matrimonio, non vxor, *vt l. doce cum vbi ne. per Glo. & doc. C. de rei vx. Sed* mortuo viro dominiũ transfertur in vxorem & perinde est, ac si semper fuisset apud eam, *vt d. l. in rebus. C. de iu. dot.* sed in filium non transfertur sed continuatur: *vt l. in suis ff de libe, & posthu.*

f Hoc verum de possessione interpretatiua & intellectuali, nõ de vera & naturali. Ægi. Per.

g Hæc Glo. est Accur.

r ¶ *Liberorum*. *vt ̄J. de here. quæ ab intest. §. j.*

s ¶ *Dicuntur*. sc. dicti filij.

t ¶ *Heredes fiunt*. sc. iure ciuili inspecto, aliud de prætorio: vt subiicit. quod præualet.

u ¶ *Prætor permittit*. s. liberis in potestate positis: non vt habeant necessitatem adire prætorem: sed sufficit si se non immisceant: *vt ff. de acqui. here. l. ei qui se. & C. si mi. ab here. se abs. l. j.*

x ¶ *Appellantur*. sic *C. de rei vxor. act. §. accidit.* versic. extraneum ADDITIO. Alio modo dicitur extraneus ille cui nihil attinet vel non est de ascendenti aut descendenti linea. quæ faciunt ad quæstionem de eo qui promisit non alienare in manum extraneam, secundùm Ioan. Fab. & Ang. hic.

y ¶ *Non habent*. *vt ̄I. de adop. §. fœminæ.*

z ¶ *Habetur*. s. vt sit heres extraneus. nam non consequitur iste vtrunque, scilicet libertatem & hereditatem ex domini testamento: quod est necesse vt sit heres necessarius: *vt ̄I. de heredibus instituendis. §. si verò à viuo.*

a ¶ *In extraneis heredibus*[g]. iste. §. habetur sub eadem verborum forma in. *l. si alienum seruum ff de heredibus insti. circa prin.* vsque ad finem legis.

b ¶ *Testamenti factio*. passiuè accipe, id est, vt possit capere ex testamento: quod potest quilibet, exceptis quibusdam, quos nota. *̄I. tit. j. §. legari.*

c ¶ *Earum*. nam seruo instituto, domini persona inspicitur: *vt ̄I. de here. insti. §. seruus autem plurium.*

d ¶ *Id*. s. quòd sit capax.

a ¶ *Duobus temporibus.* aliàs tribus, & aliàs duobus. sed tamen tria spectantur tempora, vt subijcit.

a Hæc Gl. vsq. nō est Accur. sed additio.

b ¶ *Inspicitur.*[a] testamenti facti, vt constiterit institutio: & mortis testatoris, vt effectum habeat. ita est text. *in l. si alienum. ff. de hered. instit.* & re vera melius & ornatius quàm hic.

c ¶ *Mutatio.* vt quia medio tēpore efficiatur non capax: tamen his tribus temporibus bene inuenit capax[b]: *vt hic, & ff. de here. instit. l. sed & si in conditione. §. solemus. & l. si alienum. §. in extraneis.* ¶ Sed contra. *ff. de acquirend. heredita. l. si seruus eius qui.* ¶ Sed certè quòd seruus in seruitute non dicebatur capax, vt ibi, ex persona domini principaliter erat: nā dominus erat non capax, vnde eo manumisso nō nocet ei manumissio: cū præsumatur nūc, quòd tūc fuerit capax. Item sunt *argum. contra. ff. pro empt. l. ij. in principio. & in auth. vt cu de appel. cog. §. generalē. col. viij.* ADDIT. ¶ Dic, prout loquitur ibi in contractu emptionis, concordat: sed cum loquit. in aliis cōtractibus, contradicit: sed ibi loquitur in capace, & qui non patiebatur defectum in persona sua, sed hic secus. Angel.

b Nisi ex tali mutatione tā olim indaretur repudiatio hereditatis: vt quis faceret actum contrarium incōpatibilē.

duobus tēporibus[a] inspicitur[b]: testamenti quidem facti, vt cōstiterit institutio: mortis verò testatoris, vt effectum habeat. Hoc amplius, & cùm adit hereditatem, esse debet cū eo testamenti factio: siue purè, siue sub conditione heres institutus sit. Nā ius heredis eo maximè tēpore inspiciendum est, quo acquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem mutatio[c], iuris non nocet heredi: quia (vt diximus) tria tempora[d] inspici debent.

Testamenti factio capitur in actiua & passiua significatione.

5 ¶ Testamēti autem factionem[e], nō solùm is habere videtur, qui testamētum facere potest: sed etiam qui ex alieno testamēto vel ipse capere potest, vel alij acquirere[f], licèt nō possit facere testamentum. Et ideo furiosus, & mutus, & posthum[9] & infans, & filiusfamilias, & seruus alienus, testamēti factionē[g] habere dicuntur. Licèt enim testamentū facere nō possint: attamen ex testamento vel sibi[h] vel aliis[i] acquirere possunt.

d ¶ *Tria tempora.* scil. in[c] extraneo herede: sed in suo & necessario exigitur vnū secūdùm Ioan. scil. tempus mortis: *vt ī. eo. §. sui.* ¶ Vel secundùm Azo. etiam tēpus testamenti inspicitur: tempus autem aditæ hereditatis non inspicitur, quia statim sunt heredes patre mortuo, s. de iure ciuili: *vt ff. de suis & legit. l. in suis.* In necessariis autem tātùm duo tempora inspiciūtur, scilicet testamēti, & tempus mortis: *vt ff. de here. insti. l. si alienum. §. respon. & l. seruum.*

c Hæreditas acitas quo temporib. est inspicienda.

e ¶ *Factionem.* s. in actiua significatione.

f ¶ *Acquirere.* scilicet potest.

g ¶ *Factionem.* in passiua significatione.

h ¶ *Sibi.* si sunt sui iuris.

d De argumē tis à proposi tione vide tractatum in locis.

Extraneis heredibus facultas libera est adire vel repudiare, nisi semel fuerit hereditas adita: quia tunc non potest repudiari, nisi a minore. Aretinus.

6 ¶ Extraneis autem heredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed siue his cui abstinendi[k] potestas est, immiscuerit se bonis hereditatis: siue extraneus cui de adeunda[l] hereditate deliberare[m] licet, adierit: postea relinquendæ hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit vigintiquinque

i ¶ *Aliis.* si sunt in aliena potestate: *vt hic, & ff. de testa. leg. filius fami. & facit ff. de fu. l. j. §. fin.*

e Heredes sol. immiscēdo & abstinent, adeunt & repudiant, extranei.

k ¶ *Abstinendi.* vt est suus heres cui datur abstinendi facultas per prætorem: *vt ī. eo §. necessary.* Accur.

l ¶ *De adeunda.* No. hic quatuor proportionabilia[d], s. immiscere & abstinere, quæ duo pertinēt ad suos heredes. Item adire & repudiare: quæ duo pertinēt ad extraneos, vt hic dicitur. Sed quādoque suus dicitur adire & repudiare: *vt C. de legi. hered. l. defunctu.*

f Id est eo iure quo quilibet diligens paterfam. vtetetur, quia nō euentur ... restitutio nō indulget. sed incōsulta facilitas. d. l. verum Ang. Per.

m ¶ *Deliberare.* intra annum deliberationis petito tempore, & indulto ab Imperiali culmine: à nostris autē iudicibus intra nouē menses, & non nisi semel peti potest: *vt C. de iure deliber. l. scimus. §. & hæc quidem.* Accur.

n ¶ *Omnib.* nisi sint vsi iure communi[f]: *vt ff. de mi. l. verū §. ist nā restituitur.* Item nisi[a] iurauerit adultus super contractum: *vt in l. Fridericus, hac edictali. in Auth. de pace tenenda inter sub. §. item sacramenta. li. ij. seu quæ est in Auth. sacramenta puberum C. si aduer. ven.*[b]

o ¶ *Succurrit.* vt *ff. de minorib. l. aut prætor. § sed & si hereditatem.*

p ¶ *Maiori.* s. cuidam pro priuilegio.

annis. Nā huius ætatis hominibus sicut in cæteris omnibus[o] causis, deceptis: ita & si temerè damnosam hereditatem susceperint, prętor succurrit[o]. Sciendum est tamen, diuum Hadrianū etiam maiori[p] vigintiquinque annis veniam[q] dedisse, cū post aditam hereditatem grande æs[r] alienum, quod aditæ hereditatis tēpore latebat, emersisset. Sed hoc quidē diuus Hadrianus cuidam speciali beneficio præstitit: diuus autē Gordianus[f] postea in militibus tātummodò hoc extendit.

Quisquis inuentarium rerum hereditariarum rite confecerit, tutus etiam citra deliberationē subire hereditatem potest. creditoribus etenim catenus tantum tenebitur, quatenus hereditatis vires sese extendunt.

6 ¶ Sed nostra beneuolentia cōmune omnibus subiectis imperio nostro præstitit[t] hoc[u] beneficium: & cōstitutionem[x] tā æquissimam[y], quàm nobilissimam[z] scripsit: cuius tenorem si obseruauerint homines, licet eis adire hereditatem, & in tātū teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: vt ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis necessariū, nisi omissa obseruatione nostræ cōstitutionis[a] & deliberandū existimauerint, & sese veteri grauamini[b] aditionis supponere maluerint.

Etiam nuda voluntate verbis aut facto declarata, aditur hereditas. facto autē declarat, qui se pro herede gerit: id est, hos act[9] exercet, qui nō nisi ab herede & domino fieri queunt.

7 ¶ Itē extraneus heres testamēto institutus, aut ab intestato ad legitimā[c] hereditatē vocatus, pōt aut pro herede gerendo, aut etiam nuda volūtate[d] suscipiendæ hereditatis heres fieri.

q ¶ *Veniam.* abstinendi. Accur.

r ¶ *Grande æs.* sic *ff de condi. indebi. l. ij. §. si quid. & l. ij.*

f ¶ *Gordianus.* Sed vbi sunt leges istorum Imperatorum? Resp. non habemus, sed habetur mentio earum. *C. de iure delib. l. scimus in prin.*

t ¶ *Præstitit.* aliàs præstauit.

u ¶ *Hoc.* scilicet vt aliquis nō grauetur propter improuisum debitum, vel etiam prouisum, si non est sufficiens hereditas: *vt Cod. de iure delibe. l. scimus. §. in omnibus.* & hoc facto inuentario si res præsentes sunt, intra[e] tres menses: si absuerint, intra annale spatium: *vt C. de iure delibe. l. scimus. §. sin autē dubius. & §. sin autem à locis.*

x ¶ *Constitutionem.* vt *C. de iure delibe. l. scimus.*

y ¶ *Æquissimam.* quantum ad tractatum.

a ¶ *Nobilissimam* quantum ad sententiam.

a ¶ *Constitutionis.* quæ de compositione dicti inuentarij loquitur.

b ¶ *Veteri grauamini.* Sed quod erat grauamen? Respond. tenebatur in solidum omnibus creditorib. & legatariis, etiam si excedāt mensuram hereditatis: *vt Cod. de iure delibe. l. fin. §. si verò postquam.* Si autem petiit tempus ad deliberandum, & fecit etiam inuentarium: creditoribus quidē tenetur in solidum, sed de legatis detrahit Falcidiam: siue adierit hereditatē intra deliberationis tempus, siue nō recusauerit. sed si nō fecisset inuētarium, omnibus in solidū teneret: *vt Cod. de iure delib. l. fi. §. si autem hoc aliquis. & §. si quis autem* Accur.

c ¶ *Ad legitimam.* s. iure ciuili. aliud si iure prætorio. tunc enim necesse habet coram prætore agnosc. *vt C. de iure delibe. l. j. & l. puberem. & l. suum. & C. qui admit. ad bo. poss. l. vlt.* ADDITIO. Dic quòd sola agnitio bonorum possessionis facta coram prætore etiam non auctorante, sufficit, siue sit bonorum possessio secundùm tabulas, siue ab intestato, siue etiam contra tabul. *vt est glo. singu. in l. fi. §. j. C. de curat. furiosi. in verb. pro anniq.* Angel.

d ¶ *Nuda voluntate.* oportet tamen quòd extrinsecus declaretur[d]: Si quid ergo pro herede veluti heres gessit, vt hic dicit, tūc voluntatem illam declarat, nisi protestetur[e] se non vt heredem facere: *vt hic, & ff. de acquir. hered. l. pro hered. in princ. & l. gerit.* ¶ Sed contra id quod dicit hic, nuda voluntate, est. *Cod. de iure deliberan. l. potest.* Sed certè est necessaria voluntas, & actus, si ab actu incipias. sic & aliàs. *ff. de acquir. possess. l. quemadmodum.*

a Iuramentū firmat cōtractū minoris. vt hic, qualitcūque ille fuisset forte renunciauerit ... iuramēto beneficio restitutionis in integrum. in hoc enim videtur deceptus vt scrips ad l. si index. ff de mino. & id quidem mihi sane aquius videtur, licèt alij contrā sentiāt. de quo vide Oddum de restitutionib. q. 14 articulo 6.

b Et sic iuramentum interpositū tollit beneficium restitutionis secundum Petr. Ang. Per.

e Inuentarij faciendi tempus hoc est: res præsentes intra tres menses: absentes intra annum in inuentario describendas.

d Et sic quòd vulgo dicitur, hæreditatem nuda voluntate posse adiri, intelligitur dūmodo hæc voluntas extra sit declarata, secundum Pet. Ang. Per.

e Gerit pro hærede, qui animo cognoscit successionem, licèt nō attingat rem hæreditariā. l. gerit. ff. de acquir. hæred. Ang. Per.

f Quæ protestatio non est necessaria vbi facit actum prīū, qui dilationem non recipit: nec releuat vbi facit actū contrarium: vt e. cum. M. Ferrat. de constit. secundum Ioan. Fab. & Ang.

Pro herede.

a ¶ *Pro herede.* i. factis ipsis gerendo pro herede.
b ¶ *Obiisse.* aliàs enim nisi hoc sciat, non præiudicat sibi aditio. nam non videtur adire: *vt hic. & ff. de acquir. heredit. l. si is ad quem. & l. eum qui duobus.*
c ¶ *Heredem esse.* etiam purè. nam si sub conditione, non potest ante existentem cõditionem adire: *vt ff. de acquiren. hered. l. is qui heres. §. ceterum.* Sunt & alia necessaria. sc. vt sit liber & sui iuris qui adit: aliàs nõ potest, nisi iussu patris vel domini præcedente: *vt ff. eod. l. si quis sub. §. iussum. & l. quoties.* Itẽ oportet q sit compos mentis: *vt in fi. huius tit.* Itẽ quod sit maior xiiij. annis, aliàs non potest adire: *vt C. de iure delibera. l. potest. & l. si infanti. de prin.* Item q sciat mortuum esse testatorẽ: aliàs nõ potest adire: *vt ff. de acquir. hered. l. is qui heres. §. si quis dubitet. & l. qui hereditatem. & l. nemini. & l. qui superstitis.* Itẽ tertius de conditione testatoris esse debet: *vt ff. de acquir. heredita. l. heres. j. §. fin. & l. seq.* ADDIT. Simile habetis, in *l. aliud. si pars hered. pet. & l. si qui putat. de acquiren. here.* hinc est quod vulgo dicitur, quòd ille qui vult adire hereditatem, debet scire causam ex qua defertur, *vt l. si is ad quem. de acquir. hered.* secundùm Christoph.

¶ Pro herede[a] autem gerere quis videtur, si rebus hereditariis tãquam heres vtatur, vel vẽdendo res hereditarias, vel prędia colendo locandóve, & quoquo modo voluntatẽ suã declaret, vel re, vel verbis † de adeunda hereditate: dummodo sciat eum in cuius bonis pro herede gerit, testatũ intestatúmve obiisse[b], & se ei heredem esse[c]. Pro herede enim gerere, est pro domino[d] gerere. veteres enim heredes pro dominis appellabant. ¶ Sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit: ita cõtraria destinatione[e] statim ab hereditate repellitur. ¶ Eum qui surdus vel mutus natus, vel postea factus est, nihil prohibet p herede gerere, & acquirere sibi hereditatem: si tamen intelligit[f] quod agit.

DE LEGATIS.
TITVLVS XX.

Legatarius triplici actione eorum persequi posse legata cõcessum est: videlicet personali, in rem, & hypothecaria.

POst hæc[g] videam' de legatis, q̃ pars[h] iuris extra ppositã[i] quidẽ materiã videtur: nam loquimur[k] de his iuris figuris †[l], quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur, sed cum omnino[m] de testamentis[n] & de heredibus[o] qui in testamento instituuntur, locuti sumus: non sine causa sequenti[p] loco potest hæc iuris materia tractari. 1 ¶ Legatũ[q] itaque est donatio quædam[r] † à defuncto relicta, ab herede præstanda. †

Antiqua solennitas verborũ quæ olim in legato obseruabatur, est hodie sublata. Aret.

2 ¶ Sed olim quidem erant legatorũ genera quatuor: p vindicationẽ, per damnationem †, per sinendi modum, per præceptionẽ †. Et certa quædam verba[s] cuiq; generi legatorum adsignata erant, per quæ singula

d ¶ *Pro domino.* vnde herus, id est dominus: *vt ff. ad l. Aquil. l. item. Mela. §. item & cum eo versi. legis autem Aquiliæ.* Item dicunt Teutonici herr. id est dominus.
e ¶ *Destinatione.* dummodo & hoc actu extrinseco declaretur. *arg. tamen contra ff. de petu. lega. l. non statim.* Accur.
f ¶ *Intelligit.* non ergo demens vel furiosus.

DE LEGATIS.

Dic quòd textus continuat istam rubricam. Vel sic: Dictũ est. s. de testamẽtis in quib. legata relinquantur. Nunc sequitur videre de ipsis legatis.

POst hæc.] Totus iste titulus diuiditur principaliter in quinque partes. ¶ Primò cõtinuat se ad præcedẽtia. ¶ Secũdò ponit definitionem legati. ¶ Tertiò recitat quot genera legatorũ olim erãt. ¶ Quartò illud corrigit. ¶ Quintò incipit tractare materiã legatoru. Secũda ibi, Legatorum. Tertia ibi, Sed olim. Quarta ibi, Nostra autem. Quinta ibi, Non solum autem. Et illa quinta suo loco subdiuiditur. CASVS. In hoc princ. dicit dominus Iusti. cõtinuando processum suum. Post hæc quæ diximus supra de testamentis: videamus de legatis nunc. sed certè hæc pars iuris, quæ circa legata versatur, videtur esse extra propositã materiã. quã locuti sumus supra de illis solis iuribus quibus per vniuersitatẽ nobis acquiritur. Igitur videtur mihi quòd materia legatorum hic nõ debeat tractari. Sed licet hoc prima facie videri possit: tamen cũ diligenter de testamentis locuti simus, & de heredibus qui in testamẽtis instituuntur: cum legata relinquantur in testamentis, ab heredibus præstentur: ideo potest in hoc loco non sine ratione competenti materia legatorum tractari. & hæc dicuntur vsque ad illum §. legatum itaque est. Franc.
g ¶ *Post hec.* s. quæ diximus. *s. de testa. ordi. & in seq.*
h ¶ *Pars.* quæ est circa legata, & longa est; *vt patet. ff. eo. per multas rubricas.*
i ¶ *Proposita.* s. *per quas personas nobis acquir. §. fi.* Acc.
k ¶ *Loquitur.* i. locuti sumus. Et sic tẽpus pro tempore ponitur: *vt C. de his qui no. infamia. l. si Possidonium.* Vel loquimur, id est loqui deberemus, si materiam præcedentem prosequeremur sic, *in auth. de consangui. & vter. fra. l. si igitur. col. vj.*
l ¶ *Figuris.* i. partibus vel formis. quæ quatuor sunt: per successionẽ ciuilem, per prætoriam, per arrogationẽ, per additionẽ cõseruandæ libertatis causa: *vt s. per quas personas no. acquiritur. §. fin.*
m ¶ *Omnino.* i. diligentissimè.

n ¶ *Testamentis.* vt s. *de testa. & ordi. sequen. tit.* Accur.
o ¶ *Heredibus.* vt s. *de here. insti. vsque huc.* Accur.
p ¶ *Sequenti.* quia nec debentur nisi in testamẽto relicta: & post heredis institutionem. Sed hodie contra in vtroque: *vt j. de fidei commiss. hered. §. præterea. & j. eod. §. sed non vsque. & §. ante.* Accur.

Legatum.] Diuiditur in septẽ partes. ¶ Primò ponit qualiter definiatur legatum. ¶ Secũdò, quot erant olim genera legatorum. ¶ Tertiò, qualiter vnumquodq; genus legatorũ fiebat: quia erant certa verba adsignata. ¶ Quartò, qualiter dicta verborũ solẽnitas est hodie sublata. ¶ Quintò, qualiter per Iustinianũ omnes isti modi legãdi, vel omnia ista genera legatorũ sunt redacta ad vnã naturã: & legatariis datur ius persequẽdi legata altero de tribus modis. ¶ Sextò remouet differentiã quæ erat inter legata & fideicõmissa: & ea adęquat. Septimò respõdet cuidã tacitæ obiectioni. Secunda ibi, Sed olim. Tertia ibi, Et certa quædã. Quarta ibi, Sed ex cõstitutionib. Quinta ibi, Nostra. Sexta ibi, Sed non vsque. Septima ibi, Sed nõ in primis. CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de legatis. Dicetis ergo mihi, si placet, quid est legatum? Ad hoc respon. Amice, legatum est donatio quædam à defuncto relicta &c. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed olim. Franc. de Aret.
q ¶ *Legatum.* sic *ff. de lega. ij. l. legatum.* sed aliter definitur. *ff. eo. j. l. legatum est. ad fi. titu.*
r ¶ *Donatio quædam.* sunt enim tres donationes: *vt ff. de don. l. j.* ¶ Et differt hæc à donatione causa mortis: vt diximus *s. de don. §. j. in fi.* Itẽ à donatione inter viuos: cũ legatum reuocari possit vsq; ad mortem: *vt ff. de adim. lega. l. iij. in fi. & l. iiij.* Sed in donatione inter viuos nõ est ita: *vt s. de don. §. aliæ.* Item differt ab hereditate cũ hoc singulare & sine onere sit, illud verò vniuersale, & cũ onere: *vt ff. man. l. si hereditatem. & ar. ff. de alien. l. quædam. §. nihil interest.*

Sed olim quidem.] CASVS. Dicit imperator, quòd olim erant quatuor genera legatorum adsignata: per quæ quidem verba genera legatorum discernebãtur. Si enim testator legabat his verbis, puta: vindica tibi rem illam: tũc dicebatur illud genus legati per vindicationem. Si autem dicebat testator heredi suo, Damno te Titium legatario illam rem dare: tunc illud legatũ dicebatur per damnationem. Si dicebat heredi, Sino Titium illã rem habere: tunc dicebatur per sinẽdi modum. Si verò dicebat alteri heredũ: illã rem præcipito, id est ante partẽ hereditariam capito: tunc dicebatur per præceptionẽ. Et ita singula genera legatorũ ex verbis singulis, quibus testator in legando vtebatur, propriũ nomen sortiebantur. & hoc ita antiquitus obtinebat: sed postea ex cõstitutionibus duorum principum huiusmodi verborum solennitas penitus sublata est. Nos verò cupientes voluntates testatorũ esse validiores, & non verbis testatorum, sed voluntatibus eorum fauentes in constitutione nostra, quam cum magna deliberatione fecimus, disposuimus vt omnibus legatis decætero vna sit natura: & quibuscunque verbis idoneis tamẽ aliquid à testatore relictũ sit, liceat legatariis id legatum persequi, non tãtum per personales actiones ex testamento, sed etiam per rei vindicationẽ, & per hypothecariam: videlicet in aliis rebus quæ erãt testatoris tẽpore mortis: & ita triplex remedium competit legatario ad legatũ sibi relictum persequendum. & huius nostræ constitutionis perpensum modò potestis ex ipsius constitutionis tenore perfectissimè accipere. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. sed non vsque. Franc. de Aret.
s ¶ *Quædam verba.* vt si dicat legatario. Vindica tibi rẽ talẽ. vel heredi dicas, Dãno te illũ ære alieno liberare: *vt j. eo. §. sed & tale.* Itẽ si sic dicas, Sino illũ habere talem rem. Item si dicat vni

heredum, præcipito rem illam. i. ante partem capito: *vt ff.* [a] *eo. l. si à pluribus. in prin. ibi, præcipere iubeatur.* Accur.

a ¶ *Ex constitutionibus.* quas non habemus. Accur.

b ¶ *Sublata.* sc. dudum retro.

c ¶ *Constitutio.* quæ est. *C. communia de leg. j.*

d ¶ *Lucubratione.* i. vigilatione, maximè nocturna. nam secundùm Philosoph. luna [b] dicitur habere radios lugubres, sed sol claros: *sic in Auth. vt iudi. sine quoquo suffra. in pri. col. ij.*

e ¶ *Voluntates.* interdum non est voluntas validior scriptura: *vt ff. de vsufr. le. l. si alij* [c] *& ff. de sup. le. l. Labeo.* Et facit ad hoc quod in textu dicitur, scilicet quòd voluntas sit validior scriptura, quod est verum: *vt ff. de leg. ij. l. cum pater. §. cum imperfecta. & de leg. j. l. nj.* secundùm Ioann. & hoc nisi sit impossibilis vel probrosa: *vt j. e. §. fin.* vel inepta: *vt ff. e. j. l. seruo alieno. §. fi.*

f ¶ *Validiores.* quàm sint verba solēnia, vel quàm sit scriptura. Ac.

g ¶ *Omnibus legatis.* id est omni genere legatorum.

h ¶ *Vna sit natura.* quantum [e] ad hoc vt debeantur: sunt tamen quædam fauorabiliora aliis: *vt j. de obl. quæ ex quasi contractu. §. fi.*

i ¶ *Quibuscumque verbis.* aptis [f] tamen ad hoc. *sic ff. de constitut. pecu. l. qui autem. in fi. & ibi glo. fin. & l. seq.* ADDITIO. ¶ Nota quòd lex generaliter loquens, recipit restrictionem de habilitate. *concordat glo. j. l. j. §. nuntiatio. & ibi docto. ff. de no. oper. nun. & in l. vt gradatim. §. sed si lege ff. de mu. & ho.* & Bar. latè in *l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.* Angelus.

k ¶ *Per actiones personales,* s. ex testamento.

l ¶ *Per in rem.* i. per rei vindicationem. nam recta via transit dominium in legatarium res legatæ: *vt ff. de fur. l. à Titio.* Accursius. ADDITIO. s. hic. [g] à morte testatoris, & verè ab adita hereditate, reuocabiliter tamen. Et hæc vera, quando purè legatur res testatoris, & legatarius non repudiat. Et tunc fructus post mortem & ante aditionem post moram tamen adeundi ab herede percepti, demum facta aditione debent legatario restitui. Si verò legetur res heredis, nullo modo transit dominium, nisi facta traditione.

m ¶ *Per hypothecariam.* [h] scilicet in rebus aliis [i], quæ fuerunt defuncti. ¶ Et not. quòd [k] si legatum sit in specie, & sit res testatoris, competunt illæ tres actiones. Si in genere, vt seruum: competunt duæ. s. testamenti, & hypothecæ. sed in casu tantum vna actio, scilicet ex testamento, & vna exceptio competit vt si lego debitori liberationem. *vt ff. de li. le. l. quod mihi. & ff. vt in poss. leg. l. j. §. si debitori.* Si autem sit res aliena, duæ tantum competunt. s. personalis & hypothecaria: *vt C. communia de leg. l. j.* Non tamen omnibus aget. i. actione in rem, & ex testamento: sed vna quam elegerit: *vt ff. de leg. ij. l. cum filius. §. varius.* ¶ Sed si legatarius sit dominus, qualiter personali aget: *vt infra de act. § sic itaque?* Respon. ratione [l] possessionis: *vt ff. de condi. indeb. l. ij.* ADDITIO. Et sic ex testamento agitur ad præstandum seu tradendum, non autem ad dandum. a Vel dic quòd. §. sic itaque. loquitur in vero domino facto per traditionem de iure communi, hic verò de iure speciali sine traditione. Igitur non est mirum si datur concursus. *vt l. in rebus. Cod. de iure do. secundum do.*

n ¶ *Perpensum.* id est deliberatum.

[*Sed non vsque.*] CASVS. Domine, iam video quòd fecistis satis vtilem constitutionem circa materiam legatorum: in qua quidem cōstitutione satis diligēter legatariis prouisum est: vnde videtur mihi quòd illa constitutio possit sufficere. Sed ad hoc resp. Amice, certè minus bene videtur sufficere. Non enim prædicta constitutione contenti sumus. Inuenimus enim quòd antiquitas stricto iure cōcludebat legata: & fideicommissis pinguiorem naturam indulgebat. Idcirco nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, necessarium duximus omnia legata omnib. fideicommissis penitus exæquare, vt de cætero inter ea nulla sit differentia. Statuimus enim eadem constitutione, vt quod hactenus legatis defuit, hoc ex natura fideicōmissorū impleatur: & si quid amplius etiam fuit in legatis, hoc fideicommissa accedat. & per hoc fideicōmis. & legata per nostram constitutionem exæquata sunt. Vnde dixi: Quare igitur coniunctim nō tractatis de legatis & fideicom.? Ad hoc respōdet, Amice, ad hoc optima ratio nos induxit, vt diuisim de illis tractare debeam. Ne enim in his primis legum cunabulis coniunctim de legs. & fideicommis. tractando, adolescētibus studiosis difficultatem introducamus: vtile nobis visum est separatim primò de lega. & postea de fideicommiss. animos informare: vt ita natura vtriusque iuris per se cognita, facilè possint iuuenes de vtriusq; natura erudiri, & permixtionem eorundem subtilioribus auribus intelligere. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. nō solum. Franc.

generа legatorum significabātur. Sed ex constitutionibus [a] diuorum principum solēnitas huiusmodi verborū penitus sublata [b] est.

In omnibus legatis, in quibus spectatur potius voluntas quàm verba, vna natura imponitur: habéntque legatarij ius persequendi legatum tribus actionibus.

Nostra autem constitutio [c] quam cum magna fecimus lucubratione [d], defunctorum voluntates [e] validiores [f] esse cupientes, & non verbis, sed volūtatibus eorum fauentes, disposuit vt omnibus legatis [g] vna sit natura [h]: & quibuscunque verbis [i] aliquid relictū sit, liceat legatariis id persequi, non solùm per actiones personales [k], sed etiam per in rem [l], & † per hypothecariam [m]: cuius constitutionis perpensum [n] modū ex ipsius tenore perfectissimè accipere possibile est.

Sublata legatorū & fideicōmissorum multiplici differentia, omnium hodie vna eadémque natura est.

3 ¶ Sed non vsq; ad eam [o] cōstitutionem stādum esse existimauim. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem strictè [p] concludentē, fideicommissis autem; quæ ex voluntate magis [q] descendebāt defunctorum, pinguiorem naturā indulgentem, necessarium esse duximus, omnia legata fideicōmissis exæquare [r], vt nulla sit inter ea differētia: sed quod deest [s] legatis, hoc repleatur ex natura fideicōmissorum: & si quid amplius [t] est in legatis, per hoc crescat fideicommissorū natura. Sed ne in primis legū cunabulis [u] permixtim de his exponendo, studiosis adolescentibus quādam introducamus difficultatem, operæpretium esse duximus [x], interim [y] separatim prius de legatis [z], & postea de fideicōmissis [a] tractare: vt natura vtriusque iuris† cognita [b], facile possint permixtionem eorum eruditi [c] subtilioribus auribus accipere.

Etiam res aliena potest legari: & heres tenetur eā redimere si potest, & soluere: aliàs tenetur æstimationem præstare. Et hoc verum, si testator scit esse rem alienam: & agenti incumbit onus probandi. Aret.

o ¶ *Sed non vsque ad eam.* i. nō sumus cōtenti sc. dicta constitutione: imò & aliam fecimus circa istam & eandē materiam: *vt C. communia de leg. l. ij.* Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legatorum, scilicet in quo erat differentia inter se. Secunda verò remouet differentiam inter legata & fideicommiss. Accursius.

p ¶ *Strictè* id [a] est stricto iure: sic vt ex testamento tantum debeantur: *vt j. de fideicommiss. hered. §. præterea.*

q ¶ *Magis.* scilicet quàm legata: vt ab intestato etiam debeantur: *vt j. de fideicom. hered. § præterea.* [a] Vel dic ex volūtate magis quàm ex solennitate testamenti. Accursius.

r ¶ *Exæquare.* quantum [b] ad sententiam & tractatum, non quantum ad verba. nam nō dicitur hodie legataria libertas & hereditas, licèt fideicommissaria appelletur. Item propter legatum non cogitur quis adire, sed propter fideicommis. vniuersale [c] sic: *vt j. de Falc. §. quātitas. versic. ex diuerso. & ff. ad Treb. l. quia poterat. & j. de fideicom. here. §. ergo. versic. sed si recuset.*

s ¶ *Sed quod deest.* In tribus enim deest: *vt j. eo. §. post mortem. & j. de fideicom. hered. §. præterea. & infra de sing. rebus per fideicomm. re. in princ.*

t ¶ *Amplius.* s. vt ex necessitate dentur. quod non erat in fideicōmis. *vt j. de fideicommiss. hered. in prin.*

u ¶ *In primis legum cunabulis.* id est hoc volumine. *vt s. eod. in proœ. circa medium.*

x ¶ *Operæpretium esse duximus.* i. pulchrum putauimus & vtile, vt dicitur in Sallustio.

y ¶ *Interim.* i. antequam veniamus ad illam constitutionem vbi tractantur communia eorum.

z ¶ *De legatis.* vt hoc titulo, & duobus sequentibus.

a ¶ *De fideicommissis.* vt *j. de fideicommiss. heredita. & alia ibi proximo titulo.*

b ¶ *Cognita.* scilicet separatim.

c ¶ *Eruditi.* sic *s. de iusti. & iure. §. his igitur generaliter.*

[*Non solum.*] CASVS. Domine, iam video quid est legatum, & quot erant olim genera legatorum, & qualiter authoritate vestræ constitutionis natura legatorum & fideicōmis. exæquata est: & quæ ratio vos induxit ad separatim tractādum primò de legatis, & postea de fideicōmis. pro Deo dicatis modò mihi, si placet, quæ res legari possunt? Ad hoc resp. Amice, non solùm res testatoris vel heredis

a Neque referri verba sios directa an obliqua, de quo vide Gl. in l. C. communia de legatis.
b Luna & solis radij diuersi.
c Nō ob hoc lex si alij, quia videtur solū contradicere, quia ibi attēditur scriptura, quia volūtas testatoris erat ambigua. Cæterùm si certa fuisset ea volūtas, ab ea nō recede retur, tamē obseruetur scriptura relicta interpretatione. vt l. cū mater. C. de fideicom. & hic.
† Circa Rogationem in Glos. super verb. in perfecta, post medium extra de test.
d In interpretatione testamenti recurrendum esse ad iudicem hinc colligit Angelus.
e Legatorum omniū eadē est natura, quia æqualiter debentur: non eadem, quia alia aliis fauorabiliora.
f Generalia verba ad aptitudinem restringenda ad. de Gl. in l. j. § nūciatio ff. de ope. no. nun. l. vt gradatim. §. sed si lege ff. de mun.
g Dominium legati an & quando seu à quo tempore transeat in legatarium.
h Hæc gloss. diuiditur in quatuor partes. In prima declarando textū remouet quoddam cōtrariū tacitum. In secūda per modum notabilis remouet aliud contrarium. In tertia remouet aliud cōtrarium. In quarta & vltima per modum quæstionis remouet aliud cōtrariū. Secunda ibi. & nota. Tertia ibi non tamen omnib. Quarta ibi. sed si legatarius.
i Hypotheca cia non competit legatario ipso iure testatoris legata, sed in aliis testatoris similis Glossa in l. j. C. de legatis, in verbo, de multis.
k Legatario quæ actiones competant pro legato.
l Personalis actio datur legatario legati ipsius domini, nō vt con.

sequatur dominium. (Id enim iam habet & actionem personalis actione dominium nō petit, sed legati possessionem. Alij solutionem Cyni & Raphaelis in violæ vide hic apud Angelum.

† Scilicet legati & fideicommiss. Ang. Per.

a Fideicōmissorum natura iure diger... tum seu ... quo pleniu... fuit quàm legatorum.
b Legata fideicōmissis ... tenus ... quata.
c Hanc le... totū & fid... commissor... adæquatio... dic procede... in legatis par... ticularib. ... ad particu... ria & in vniuersalib. ... ad vniuer... litatem ab... vt per dd. in ... & in l. ... leg. ...

vel heredis legari potest, sed etiam aliena. Sed in hoc casu, quãdo testator rem alienam legat, heres eius compellitur rem legatam redimere à domino rei, si emere potest. Si enim nullo modo vel pro non certo pretio redimere potest: ad eius æstimationẽ tenetur. & hoc verum est si talis est res, cuius commercium haberi possit. Si enim res legata sit talis quòd super ea cõtrahere nõ licet, tunc nec ipsa res, nec eius æstimatio debet: veluti si testator alicui legauerit campũ Martium, vel basilicas, vel templa, vel ea quę sunt publico vsui destinata. Nam in his casibus legatum nullius momẽti est. Sed quod diximus generaliter alienã rem legari posse, hoc ita intelligendum est, scilicet si testator quando legauit, sciebat rem alienam esse, nõ autem si ignorabat alienam esse, quia tunc forsitan si sciuisset rem alienã esse, non legasset. & ita omnia hæc diuus Pius rescripsit. Sed pone casum. Quidam legauit Petro rem alienã: vnde mortuo testatore Petr. illud legatũ petebat ab herede: heres autem ex aduerso ad sui defensionem allegabat testatorem ignorasse illam rem esse alienam: & idcirco dicebat se non teneri ad huius legati præstationem. Legatarius verò in contrarium adserebat testatorẽ sciuisse rem alienam. & ita dicebat legatum valere. vnde magna fuit discordia inter heredem & legatarium super isto legato. Pro Deo, domine, dicatis mihi quid iuris est in casu isto, videlicet verum legatarius debeat probare testatorem sciuisse rem alienã esse: vel heres debeat probare testatorem ignorasse? Ad hoc respõdet: Amice, in hoc casu verius est ipsum legatarium oportere probare scientiam testatoris, non autem oportet heredem probare ipsius ignorãtiam, & hoc propter illam regulam generalem, qua cauetur, quòd semper necessitas probandi illi incumbit, qui agit. Igitur cùm legatarius in hoc casu agat ad legatum sibi relictum præstandum merito onus probandi ei qui debet incumbere. Et non solùm in casu isto prædicto locũ habet hęc distinctio, sed etiam in alio casu: veluti si testator legauit rẽ creditori suo obligatam. Nã in hoc casu idẽ placet, quod in superiori fit. vt videlicet ita demũ necesse habeat heres eam à creditore luere, si testator sciebat rẽ esse obligatam. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserũt. & hoc est verum, nisi appareat de contraria voluntate testatoris. Nam si testator voluerit legatariũ luere, & hoc in testamẽto & codicillis expressit. quãuis testator sciebat rẽ obligatã, heres tamẽ in hoc casu eã luere non debet. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Si res aliena Fran.

† Concor. cum hoc §. ca. finu. cum Gl. 3. extra de testa.

† Quam scit esse alienam. & de quarta commercii. Ang. Per.

4 ¶ Non solùm † autem testatoris vel heredis[a] res, sed etiã aliena[b] † legari potest: ita vt heres cogatur redimere[c] eam, & præstare: vel si eam non potest redimere[d], æstimationem eius dare. Sed si talis sit res, cuius cõmercium non est[e], vel adipisci[f] non potest: nec æstimatio[g] eius debetur: veluti si quis campum Martium, vel basilicas[h], vel templa, vel quæ publico vsui destinata sunt[i], legauerit. nã nullius momẽti tale legatum est. Quod autem diximus alienam rem posse legari, ita intelligendũ est, si defunctus sciebat alienam rẽ esse: non si ignorabat[k]. forsitan enim si sciuisset[l] alienam rem esse, non legasset. & ita Diuus Pius rescripsit.

Annota ignorãtiam in dubio præsumi: idcirco scientiam asserens, onere probandi grauatur.

Et verius est[m], ipsum qui agit, id est legatarium, probare oportere sciuisse alienam rem legasse defunctum: non heredẽ probare oportere ignorasse alienã: quia semper necessitas probandi incumbit illi qui agit[n].

Rei hypothecatæ, quam testator cupiam sciens prudensque legauerat, luitio ad heredem spectat: nisi aliud sensisse testatorem appareat.

5 ¶ Sed & si rem obligatam creditori aliquis legauerit, necesse habet heres eam luere[o]. Et in hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: vt ita demùm luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse. & ita Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit: non debet heres eam luere.

Legatarius rei sibi legatæ dominium ex causa lucratiua nactus, legatum nequaquam petere potest. diuersum erit si ex onerosa. qui tamen lucratiuo titulo æstimationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipsam petere.

a ¶ *Heredis.* & in his nihil refert an sciens hoc defunctus, an ignorauerit *vt j. eo. §. si quis rem suam. & ff. de leg. ij. l. vnus ex familia. §. si rem tuam.* Idẽm de re communi legata, secundùm Io. *vt ff. eo. l. v. §. j. & ij.* Sed certè ibi non valet legatum, nisi pro ea parte pro qua non est error. Ad die 10. Idem si fiscus rem communem simpliciter legaret, quia non valeret nisi pro parte sua. Et est ratio: quia cum pro illa parte legatum sit vtile, maior ratio facit vt ad eam referatur. non sic in re penitus aliena Ioan. Fab.

b ¶ *Aliena.* etiam hostium[a]: *vt ff. eo. j. l. ab omnibus. §. etiam.* secundùm Ioan. Item ab hostibus capta: *vt ff. eo. j. l. seruus ab hostibus. & l. ad quod.*

c ¶ *Cogatur redimere.* speciale propter præceptum testatoris: *sic ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. §. fin.* Regulariter contra: *vt C. de contrahen. emp. l. inuitum.*

d ¶ *Non potest redimere.* vllo modo, quia non vult vendere: vel si vult, tamen nimium petit pro pretio: *vt ff. eo. l. non dubium. §. fin. & de leg. j. l. apud Iulianum §. constat.*

e ¶ *Cõmercium non est.* i. non potest super ea re contractus haberi.

f ¶ *Adipisci.* passiuè accipitur, id est acquiri vel haberi.

g ¶ *Nec æstimatio.* Si[b] apud nullum est commercium, vel etiam est, sed[a] cum grandi[b] difficultate. non valet legatũ: *vt hic. & ff. e. l. apud Iulianum. §. fi.* nisi testator voluerit cõtrariũ manifestè: *vt ff. eo. j. l. si quis in quibusdam. ad fi. tit. & ibi Gl. iiij.* & nisi in alio casu: vt si liber homo sibi legetur, qui fuerat redemptus ab hostibus: quo casu à pignore eximitur: *vt ff. eod. l. senatus. §. fin.* Si autem commercium[c] est in commune, sed non est ei[d]. s. à quo relinquitur, valet, vt ipsum detur, vel eius æstimatio: *vt D. eo. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. ij. resp. & sic intelligatur. D. de lega. j. l. sed si res.* Si autem tantùm ei non est, cui præstari debet: si propter suum delictũ, vel sectę diuersitatem, vt in Iudæo & mancipio Christiano: *vt C. ne Iud. christi. manc. l. j.* non valet, nec æstimatio datur: *vt D. de le. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. j. responsa. & de verb. obl. l. nudum interest.* ¶ Si propter status conditionem, vel corporis vitium, vt quia in suo militia, vel contracto legetur stipendium curtoris: si testator sciit vitium inesse, datur æstimatio. aliàs non, *vt D. de leg. ij. l. fideicommissa. §. si seruo alieno. & ff. r. j. filiumfamiliar. §. si quod aliter.* Accur. Ad dit 10. Vide Gin. ferè simile[e]. *D. eo. j. l. sed si res aliena. secun. Gl. in l. multum. D. de verbo. oblig.*

h ¶ *Basilicas.* Basilica[f] Græcè, Latinè regia domus dicitur. Accur.

i ¶ *Destinata sunt.* vt via publica.

k ¶ *Ignorabat.* quæ ignorãtia nocet, nisi[g] coniunctæ[h] personæ sit relictũ: *vt C. e. l. cum rẽ alienã.* & nisi cũ relinquitur libertas[i] seruo alieno: *vt D. de fideic. lib. l. Panius. j. resp.* ¶ Quid si res legata fuerit cuicta[k]? Resp. si in specie, non teneri debet heres de eui. *vt D. de eui. l. heres. & D. de le. j. l. si à substituto. §. heres[l].* Si in genere, siue extra iudicium siue in iudicio tradita fuerit legatario non stipulanti de eui. aget ac si nihil sibi datũ esset, si est extraneus. si iste legatarius: *vt D. de leg. j. l. si domus. §. j. & l. non quemque. & de leg. ij. l. qui concubinam. §. si heres. & D. de eui. l. heres.* Si de coniunctis est legatarius, vel si vni de fratribus est prælegatum, non agit, ne crescat inuidia inter eos: *vt C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & D. de le. ij. l. cum pater. §. pe. nultim.* Sed quando omnibus est prælegatum, omnes agunt: siue distributio prælegatorum fit per iudicem facta, siue per partes. Si autem à testatore, excipiendo seruant, non agendo: *vt C. communia vtriusque iud. l. si fratres. & D. de le. ij. l. cum pater. §. mille.*

l ¶ *Si sciuisset.* in eo casu quo ignorauit.

m ¶ *Et verius est.* vt D. de proba. l. verius. C. de rei vin. l. fin. & ibi Gl. & C. de eden. l. qui accusare volunt Cod. de excep. l. si quidem infra de vsu. & §. commodum. C. de alt. & obliga. l. negantes. & C. de prob. l. actor.*

n ¶ *Qui agit.* nisi qui negat, neget ius, & nisi præsumeret ius pro actore. tunc enim probat reus negans. *vt D. de prob. l. ab ea parte. & de dona. inter virum & vxorem. l. Quintus.*

o ¶ *Luere.* Tribus[m] casibus luit heres. 1 Si sciebat testator rem esse obligatã: *vt hic.* 2 Itẽ si ignorabat, sed reliquit cõiunctę personæ: *vt C. de fideic. l. prædia.* 3 Vel[n] si pro tanto res erat obligata, quantũ valet, vel pro maiori summa: *vt D. de leg. j. l. si res obligata. §. j.* Additio. ¶ Not. quòd quando testator legat rem pignoratam obligatã pro tanto, vel pluri quam valebat: siue sciuerit, siue ignorauerit obligatã, tenetur heres luere. Nã si teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tamen dubiũ facit. quis quãdo obligatus res pro tanto vel pluri quàm valeat, videtur res ipsa haberi pro alienata. facit quod not. *Glo. in l. qui habebat. D. de leg. iij.* Sed quando legatur extraneo res alienã ignoranter, non tenetur heres luere. ergo nec hoc casu. & hãc tenuit Rapha. sed hæc est cõmunior. Ias. ¶ Aduerte[a] diligẽter, quòd luo est verbum æquiuocum ad quatuor. Vno modo significat redimere siue liberare: vt luo pignus ære. & sic accipitur hic. ¶ Secũdo modo est sustinere siue pati, vel puniri, vt fur luit pœnas: & crux luit

a Siue quãdoque fecerit, siue nunquã. dũmodo legetur sub cõditione si nostra efficiatur: vel sub spe quòd efficiatur. aliàs secus Io. Fab. & Ang.

b Legatum rei cuius cõmercium non est, vel est, non quãdo valeat.

a Facile fieri non posse, nõ tollit cũ magna difficultate.

b Legatum est cuius cõmercium penitus nõ est, aut est siue, sed cum magna difficultate nõ valet, nisi dubb. & liber, vt hic.

c Commercium dicitur esse de re, quando est in dominio alicuius, & potest fabrica de loco aliena, priuari, alligad. Per.

d Commerciũ legat non est, vel ei à quo relinquitur, vel legatario idque vel propter suum delictum, vel status conditionem.

e Vide Gl. §. in l. in l. mortem. ff. c. ff. de leg. 2.

f Basilica quid.

g Legare rem sciens alienam coniunctæ personæ possumus, vt & libertatẽ seruo alieno, aliàs non sinceram scientes rem alienam legare non possumus.

h Coniunctæ personæ quæ dicantur. v. Gl. in l. cum alienam. C. eod.

i Vel quod ad plus trahitur, etiam causa libertatis comparatur. Ang.

k Legatum si euictum sit an legatario pereat.

l Nisi sciens alienã, vel coniunctæ personæ legasset, sunt. sed secundum Ang. debetur pretium æstimationis. si sit heres, & coheredibus etiam fuerit prælegatum: vt in Glo. de qua materia vide Ang. hoc.

m Legata res obligata per heredẽ, in tribus casibus est luenda.

o Idem si legatum ipsum sit à se legatum, vel pignoratum.

mala, id est punit. ¶ Tertio modo est purgare vel expellere: vt lus luce tenebras. ¶ Quarto modo pertinet ad actum venereũ, cùm oues sunt in ardore coeundi. Vnde versus. Ære luo pignus, cruce pœnas luce tenebras, Dicitur & luere, quãdo saliunt oues. Vel sic & breuius, Crux luit, æs, crepo, lux, mala, pignus, ouem, tenebrásq;. De hoc est glossa notabilis in l. luceti certam. C. de loc. & cõducto.

6 ¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo testatore [a] legatarius dominus factus fuerit: si quidem ex causa emptionis, ex testaméto actione pretium cõsequi potest [b]. Si verò ex causa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia [c] simili causa: agere [d] non potest. Nam traditum [e] est, duas lucratiuas causas in eundem hominem [f] & eandẽ rem [g] concurrere non posse [h]. Hac ratione [i], si ex duobus testamentis [k] eadem res eidem debeatur: interest vtrum rem, an æstimationem ex testamento consecutus sit. Nam si rem habet, agere potest [l]: quia habet eam ex causa lucratiua. si æstimationem, agere potest [m].

Etiam res futura, quæ tamen esse speratur, legari potest. Aret.

[Si res.] CASVS. Domine, quidam legauit Petro rem alienam. & Petrus viuente adhuc testatore consecutus fuit dominium illius rei. modo quæro, vtrũ mortuo testatore Petrus ratione illius legati cuius dominium habuit ante mortem testatoris, aliquid consequi ab eius herede possit? Ad hoc respon. Amice, si res aliena legata fuerit, & eiusdem dominium legatarius viuo testatore consecutus fuerit, distinguẽdum est ex qua causa legatarius consecutus fuerit dominiũ rei legatæ. nam si ex causa emptionis vel alia causa onerosa dominium consecutus fuerit: nihilominus actione ex testamen. æstimationem eiusdem rei ab herede testatoris consequi poterit. si verò ex causa donationis, vel ex alia causa lucratiua, putà ex causa legati in alio testaméto sibi relicti factus fuerit dominus rei illius: tunc de cætero ab hærede nihil petere poterit: & hoc propter regulam iuris generalem, qua cauetur duas lucratiuas causas in eundem hominẽ & in eãdem rem non posse directè concurrere. Et eadem ratione si ex duorũ testamentis eadẽ res alicui legatario debeatur: multũ refert, vtrum legatarius rem, an æstimationem ex testamento vnius consecutus sit. nam si ipsam rem habeat aduersus heredẽ alterius agere non poterit, cùm ex causa lucratiua iam ipsam rem habeat. Si verò æstimationem rei illius consecutus prius fuerit, nihilominus ab herede alterius ipsam rem consequi poterit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. ea quoque res. Franciscus.

a ¶ *Viuo testatore.* idem est & si post mortem: vt j. §. *si cui.*

b ¶ *Consequi potest.* ¶ Not. causè ponit consequi. nam pretium petere non potest: sed rem quæ tantùm est in obligatione, secundùm nos: æstimatio tamen datur propter defectum: *vt ff. de verb. obligat. l. si seruum. §. effectus.* Sed contra nos est. *ff. de legat. iij. l. si res mihi.* Respond. ibi propter defectum iuris petendi, ex præsumpta voluntate defuncti rem legatam alterius amisit: sed hic non ex voluntate defuncti amisit emendo. Quidam tamen dicunt æstimationem esse in obligatione: *vt ff. de condi. fur. l. in re furtiua. in princip. ibi, sed vtrum. in fin.* ¶ Et nota quatuor casus quibus peto [b] id quod habeo. Primus est vbi res mihi data potest auferri: *vt ff. de sol. l. si rem. & l. qui res. j. respon.* 2 Item si haben ex alia causa quàm debeam habere: quia non videor habere, cùm precium absit: vt hic. 3 Item si aliquid iuris rei deest, id adhuc tradendum est: *vt ff. de solut. l. etiam. & de verb. oblig. l. Iulianus. §. fi.* 4 Item si res deterior est dolo dantis, ex causa stricti iuris datur de dolo, licèt habeat rem: *vt ff de dolo l. & eleganter. §. non solum.* Sed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: *vt ff. commoda. l. iij. §. si reddita.*

c ¶ *Ex alia.* vt legati: *vt ff. mandati. l. si non hereditatem.* non [d] dotis promissione: *vt ff. de actionib. & obligationibus l. ex promissione.* Accursius.

d ¶ *Agere.* etiam si sua postea esse desijt: *vt ff. de lega. ij. l. Maxim. §. duobus.*

e ¶ *Traditum* [e]. à iure: *vt ff. de act. & oblig. l. omnes. & ff. de leg. j. l. si seruus legatus Stichum.* Accursius.

f ¶ *In eundem hominem. ff. eod. l. j. si seruum §. j. contra.* Solu. ibi per obliquum concurrunt, non directò: *vt hic. & arg. ff. de vulg. & pup. subst. l. quæ liberis. §. fin.*

g ¶ *Rem.* id est speciem, aliud si quantitatem: *vt ff. de leg. ij. l. Titia Seio. in prin.*

h ¶ *Non posse.* Sed cur secus quando emit? Respondeo, quia nec rem habere videtur: cùm precium ei absit. & loco rei successerit: *vt dig. de peti. hered. l. & si rem. & quod met. cau. l. videamus. & l. si ipsa.*

i ¶ *Hac ratione.* f. supradicta regula.

a l. in dãdi obligationibus res ipsa petenda, etiamsi præstari non possit: verum æstimatione. l. si seruum. in fi. ff. de verb. oblig.

b Petere id quod iam ipsi habemus, quatuor casibus possumus.

c Hæ leges nõ faciũt ad propositum: quia cùm res sit empta: non possit dici quòd eam habeat & petat, sed sa cit. ff. de leg. j. l. non quacunque. in prin. Est & alios casus quãdo res tradi dicitur, forma tamen mutata. vt l. mulier. ff. rei ab. ff. de verb. signifi. secundum lea. Fab.

d Dotis causa onerosa est respectu viri, mulieris respectu, pecuniaria alij. l. vbi ff. quæ in fraudem.

e Causæ duæ lucratiuæ regulariter in eandem personam & de eadẽ re concurrere non possunt vt hic vide cont. et exceptiones apud Socinum Regula Causa duæ lucratiuæ at & Angel. hic.

k ¶ *Ex duobus testamentis.* f. duorum hominum. si enim vnius esset, primum per secundum corrigeretur: *vt j. quib. mod. testa. infir. §. posteriore.* ¶ Quod si in eodem bis legauit? Respon. distingue [a] speciem à quantitate: *vt ff. de le. j. l. planè. ubi. §. si eadem. vsque ad illum. §. si coniunctim.*

a Speciei & quãtitatis differentia.

speratur, legari potest. Aret.

7 ¶ Ea quoque res [n] quæ in rerum natura non est, si modò futura est [o], rectè legatur: veluti fructus qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit [p].

Eiusdem rei legatum duobus coniunctim aut separatim factum, vtrique accipienti æquis portionibus quæritur: sin autem alterius portio defecta fuerit, accrescendi quodam iure ad collegatarium pertinebit.

8 ¶ Si eadem res duobus [q] legata sit, siue coniunctim [r] siue disiunctim [f]: si ambo perueniant ad legatum, scinditur [t] inter eos legatum. si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut

l ¶ *Agere non potest.* vt *ff. de lega. j. l. planè ubi. §. si eadem. versic. sed si duorum.* cõtra: vt sequitur, ex eodem testamento. Solue illa intelligitur secundùm huius §. distinctionem.

m ¶ *Agere potest.* Cõtra *ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. j.* Solu. ibi testatoris [b] & heredis testantis est eadem persona: *vt in Authen. de iurisiu. ano. in prin. colla. v.* Vel ibi in secundo legato commodum repræsentationis primi legati relictum videtur: *vt j. e. §. ex contrario.* quia [c] non videtur legari bis in duobus testamentis: & ideò non habebit nisi semel.

b Testatoris & eius heredis censetur vna persona.

c Bis idẽ legari nõ videtur in duobus testamentis.

[Ea quoque.] CASVS. Domine, pono quòd aliquis legauit rem quæ tempore cõditi testamenti in rerum natura non erat, futura tamen sperabatur: nunquid valet legatum? Et respond. quòd sic. ea enim res quæ in rerum natura nõ est, si tamen futura speretur, rectè legari potest: veluti si testator legauerit fructus qui in fundo Semproniano nati erunt: vel si legauerit quod ab ancilla natum erit. nam in vtroque casu valet legatum. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. si eadem res duobus. Fran. de Aret.

n ¶ *Ea quoque res.* sic *ff. de leg. j. l. quod in rerum. in princ. & de leg. iij. l. etiam.* Accur.

o ¶ *Futura est.* si autem nec fuit res, nec est in rerum natura, nec erit, vt Chimæra: vel fuit, sed [d] non est, vt homo mortuus, non potest legari: *vt j. de inu. stip. in prin.* Si autem est dubium an sit vel non sit in rerum natura: caueт heres de prosequendo & restituendo, *vt ff. de le. j. l. seruo legato. §. si.* Idem in seruo legato qui fugerat ante testamentum: aliud in eo qui fugerat post, scilicet testamentum, qui. f. est periculo legatarij: *vt ff. eo. tit. l. cùm seruus. & l. si seruus legatus j. respon.*

d Homo mortuus, non est homo.

ADDITIO. Dic plenius & ordinatius per Gloss. *in dicta l. cum seruus.* & ibi Bart. & Doct. *ff. de lega. j. & per Gloss. in l. si quis seruo. ff. de leg. ij. & addi quod not. Gloss. & Doct. in l. quod legatur. D. de iudi.* Ang.

p ¶ *Natum erit.* & [e] tunc competit sibi exactio: *vt ff de verbor. oblig. l. interdum j. respon.*

e In futurorũ obligatione, statim nascitur obligatio & actio, differtur tamen exactio in tẽpus fructus.

[Si eadem res.] CASVS. Domine, quidam legauit eandem rem duobus P. & M. ego quæro, quid iuris sit in isto casu? Ad hoc resp. Amice. si duob. eadẽ res legata sit: si diuisim vel coniunctim legetur, si ambo peruenerint ad legatũ, diuiditur inter eos legatũ. Si autem alter eorum per modum repudiandi deficiat, vt quia legatum peruenit in casum caduci, vtputa quia legatarius decesserit viuo testatore: vel si quolibet alio modo deficiat, veluti per mortem ciuilem: tunc omnibus his casibus totum legatum ad legatarium iure accrescendi pertinebit. Sed domine, iam video quid iuris est quando eadem res legatur duobus, siue cõiũctim, siue disiunctim: pro Deo dicas mihi, quando quis censetur legare coniunctim: & quando disiunctim? Ad hoc respond. quòd coniunctim videtur quis legare in hunc modum, veluti si quis dicat Titio & Seio hominem Stichum do lego: Sed disiunctim videtur quis ita legare, veluti si dicat, Titio Stichum do lego: Seio Stichũ do lego. nam in hoc casu etiam si expresserit eundem hominem, scilicet dicendo sic, Stichum do lego, nihilo minus eum disiunctim legare intelligitur. Et hæc vsque ad illum §. si cui fundus. Franc. de Aret.

f Glossa ibi, tenet contrariam huic Gl. Ang.

g Coniunctim legatur per copulatiuam cõiũctionem.

h Coniunctio re tantùm, admittitur cum verbis tantùm coniunctio, vt ibi, secundum communem intellectum, nisi dicas cum Raphaele ibi penitus esse separatos.

i Coniũcti locũ vnius obtinent, nisi æquis partibus instituti.

q ¶ *Duobus.* Quid si dicat, illi aut illi lego? Respon. duo rei stipulandi esse videntur, *vt D. de leg. ij. §. [f] Titio aut Seio.* Accur.

r ¶ *Coniunctim.* f. [g] per copulatiuam coniunctionem. *vt D. de hered. instit. l. si ita [h] quis heredes.*

f ¶ *Disiunctim.* i. separatim, *vt j. proxi. §.*

t ¶ *Scinditur.* viriliter: nisi simul [i] duo coniuncti essent, qui locum vnius obtinent, *vt ff. de hered. instit. leg. Titius. & l. interdum. in princ.* Accur.

Viuo

a ¶ *Viuo testatore.* nam si testatore mortuo legatarius decedat, ad heredem suum legatum transmittit: *vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur.*

b ¶ *Decesserit.* post testamentum tamen: vt differat à sequenti.

c ¶ *Defecerit.* f. legatarius, vt per mortem eiusdem. 2 Vel dic legatum, quod tribus casibus deficit, & accrescit legatario: præter[a] duos qui ponuntur hic. Primus, si non est collegatarius io rerũ natura tempore testamẽti. *vt C. de cadu. tollendis. §. j. in princi.* 2 Secundus si mihi & posthumo legatur, qui abortiat postea: *vt ff. eo. j. l. si duobus. §. fi.* 3 Tertius, si mihi & heredi suo legat: *vt ff. eo. j. l. planè vbi. §. si duobus.* & sic sunt quinque casus. Ecõtra[b] sunt tres casus quibus deficit legatũ: sed collegatario nõ accrescit. 1 Primus, si mihi & seruo suo legat: *vt ff. eo. j. l. planè vbi. §. si coniunctim.* 2 Secundus, si mihi & tibi res tua legatur: *vt ff. eo. j. l. huiusmodi. §. si Titio.* 3 Tertius, si mihi & non capaci legatur: *vt ff. de lega. ij. l. si Titio.*

a Legatũ quin que casibus deficit: & legatario accrescit.

b Legatum in tribus casibus deficit, nec legatario accrescit.

viuo testatore[a] decesserit[b], vel alio quoquo modo defecerit[c], totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim[d] autem legatur, veluti si quis dicat, *Titio & Seio hominem Stichum do lego.* Disiunctim[e] ita, *Titio hominem Stichum do lego. Seio hominem Stichum do lego*[f]. Sed & si expresserit eundem hominem Stichum, æquè disiunctim[g] legatum intelligitur.

Si legati fundi proprietas ad legatarium oneroso titulo peruenerit, vsusfructus verò lucratiuo: proprietatis æstimationem iudicis officio tantùm consequetur.

9 ¶ Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit[h] proprietatem deducto vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit,[i] & postea ex testaméto agat: rectè

d ¶ *Coniunctim.* f. re & verbis: *vt ff. de leg. ij. l. re coniuncti.*

e ¶ *Disiunctim.* f. verbis tantùm. nam re sunt coniuncti.

f ¶ *Do lego.* Sed nonne dando Seio adimit Titio: *vt ff. de pupil. sub. l. si quis eum. & de adim. leg. l. ij. in prin. & l. sicut.* Resp. sic, si probatur testatorem hoc scilicet adimere Titio, & dare Seio voluisse[c]: non aliàs: *vt ff. eo. j. l. si pluribus. §. j.*

g ¶ *Disiunctim.* f. verbis[d] tantum, re tamen coniuncti sunt: *vt ff. de leg. ij. l. re coniunctis.* 2 Sunt & alij re & verbis disiuncti: vt si ita dicam, lego Titio dimidiam serui: Sempronio lego dimidiam eiusdem serui: *vt ff. eo. l. ij. l. & Proculo.* Nec obstat *in eod. titu. de leg. ij. l. Maio. in princ.* quia ille intelligitur quando viam dimidiam vtrique legauit. Et in istis non habet locũ accessio, id est accrescendi: *vt d. l. & Proculo.* 3 Sunt etiam re disiuncti, sed verbis coniuncti: vt si dico, lego tibi & Sempronio pro æquis portionibus. ¶ Sunt & alij[a] re & verbis coniuncti: *vt s. prox.* Et[f] coniuncti vtroque modo, præferuntur disiunctis vtroque vel altero tantum modo coniunctis. Coniuncti verò vno modo tantùm, simul admittuntur, scilicet re tantùm. Coniuncti verbis tantùm, disiunctis re & verbis præferuntur: *vt ff. de here. insti. l. si ita quis heredes & ff. de leg. ij. l. re coniunctis. §. pe. & §. fi.* ADDITIO. Similem Glo. habeas *l. j. §. fi. ff. de vsufruct. accresc.*

c Nota quia hoc asserit facere consona ratione primi legati ... secundo ... fundum quẽ ... Sempronio, ... non fecit ex interuallo ... disiunctorũ ... coniunctorũ ... Cõiunctorũ ... coniunctorũ ... verbis ...

[*Si cui fundus.*] CASVS. Domine, quidam legauit Petro fundum alienum, postea legatarius scilicet P. proprietatem eiusdem fundi emit, vel ex alia causa onerosa deducto vsufructu acquisiuit: procedẽte tẽpore vsusfructus eiusdẽ fundi peruenit ad Petrũ per mortẽ vel per capitis deminutionẽ vsufructuarij vel ex alia causa lucratiua, vsufructu finito, & ad proprietatẽ reuerso: & ita legatarius fundũ in plena proprietate habuit. modò Petrus nihilominus agit ex testamẽto cõtra heredem, & petit totum fundum in plena proprietate ab herede testatoris, modò quæro, vtrũ Petrus legatarius rectè agere videatur? Et respon. q sic. Nã si fundus alienus legatus fuerit, & postea legatarius emerit proprietatẽ eiusdẽ fundi deducto vsufructu: licèt postea vsusfructus ad legatarium ex causa lucratiua peruenerit, tamen ad fundũ nihilominus actione ex testamẽto rectè agere poterit. & ita Iulianus ait. Contrarium tamen videbatur. nam si legatarius petat fundũ in plena proprietate. (quæ proprietas cõstat ex duobus, videlicet ex nuda proprietate, & vsufructu) si legatarius ex causa lucratiua habuit vsumfructũ: videtur quòd fũdum in plena proprietate petere nõ potest. Ad istam tacitam obiectionem quæ fieri posset respondet Iustinianus in litera, dicens quòd hæc obiectio non obstat: quia vsusfructus in petitione tali, videlicet quę fit per actionẽ ex testamento, nõ obtinet partem dominij, sed vicem seruitutis: & ideò petẽdo fundum in plena proprietate, nõ videtur petere illã partẽ rei quæ sibi obuenerat ex causa lucratiua, scilicet vsumfructũ. & hoc est verum de rigore iuris: sed de æquitate ait Iulianus officiu iudicis contineri, vt æstimatione vsusfruct. deducta, heredem ad æstimationem nudæ proprietatis debeat condemnare. & hæc dicuntur vsque ad illum §. sed si rem.

b ¶ *Emerit.* f. legatarius.

i ¶ *Peruenerit.* f. morte vsufructuarij, vel capitis deminutione, vel simili causa, lucratiua tamen: *vt s. de vsufr. §. finitur.* & sic factus est causalis.

eum agere, & fundum[k] petere[l], Iulianus ait: quia vsusfructus[m] in petitione[n] seruitutis[o] locum obtinet. sed officio iudicis continetur, vt deducto[p] † vsufructu, iubeat æstimationem[q] præstari[r].

Legatum rei propriæ legatarij non valet, etiam si post testamentum sua esse desierit. Aret.

10 ¶ Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatũ[s]: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest[t] †. Et licet alienauerit[u] eam, non debetur nec ipsa res, nec æstimatio eius.

Valet legatum rei testantis, licet testator putauerit alteram.

11 ¶ Si quis rẽ suã quasi alienam[x] legauerit, valet legatum. Nam plus valet quod in veritate

k ¶ *Et fundum.* id est proprietatem plenã. de iudicia tamen officio aliter fit, vt j. sequitur.

l ¶ *Petere.* hic repete quod diximus. *s. e. si res.* Accur.

m ¶ *Quia vsusfructus.* dixit fundum peti, & sic in plena proprietate. ¶ Sed opponitur: plena[a] proprietas constat ex duobus, scilicet ex nuda proprietate, & vsufructu: & iam habet partem, id est vsufructum ex causa lucratiua. quo modo ergo petitur fundus in plena proprietate? Respõd. vsusfructus hoc[b] casu cùm fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partem dominij, sed vicẽ seruitutis prædialis; quæ non est pars rei, cùm non possit esse sine re: & ideò non videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex causa lucratiua: scilicet vsusfructus, & hoc de rigore: sed contra de æquitate, vt subiicit.

† id est detracto à proprietate. l. plan. Deducop... detracto. i. detraho, separo. Ang. Per.

a Proprietas plena constat ex duobus, purã ex proprietate nuda & vsufructu.

† Concor. cum ... §. ... inter ... ff. cum Gloss. super ver. quod meum. extr. de fid. instr.

b Vsusfructus ... & quando sit pars dominij, vel nõ sit.

Quia vsufr. Intentio eius qui fundum petit hæc est, vt si à proprietate separatus sit vsusfructus, hæc cõfundantur atque ita fundus detur. Rectè igitur in hoc casu legatarius ex testamẽto agit. nam vsufr. seruitutem petit quam ipse non habet. In re enim sua nemo vsumfructum habet. Cuiac.

n ¶ *In petitione.* f. tali, id est prædicta fundi per actionem ex testamento. aliàs in[a] multis locum dominij habet: *vt ff. de dam. infect. l. qui bona. §. & superficiarium. & ff. de bo. auct. iud. poss. l. in venditione. in princ. & ff. fami. ercisc. l. & puto. §. ij. & ff. de vsufr. l. iiij. & v.* ADDITIO. Dic quòd non est pars dominij prædicatiua seu subiectiua. vt posita specie ponatur genus: sed est pars integralis: quia fructus iuncti cum proprietate faciunt plenum dominium: *vt per Gloss. in l. rectè dicimus ff. de verb. signi.* Ang.

a Vsusfructus in multis locũ dominij habet.

o ¶ *Seruitutis.* f. realis.

p ¶ *Deducto vsufructu.* i. æstimatione vsusfructus: quem scilicet vsumfructum ex causa lucratiua habet: & ideò non debet plus habere: *vt s. eo. §. si res.*

q ¶ *Æstimationem.* f. proprietatis.

r ¶ *Præstari.* f. ab herede suo.

[*Sed si rem.*] CASVS. Domine, quidam legauit P. fundum ipsius P. modò quæro a vobis, vtrum valeat? & respond. quòd nõ. Nam licèt supra dictum sit alienam rem legari posse: si tamen aliquis rem propriam ipsius legatarij ei legauerit: inutile est legatum. & hoc ideò, quia illud quod proprium est ipsius legatarij, amplius eius fieri non potest. & in hoc casu iterum inutile est legatum, & nullius est momẽti: quia nec ipsa res, nec ipsa æstimatio debetur. Sed pu. Quidam testator rem suam propriam credens esse alienam rem, quasi alienam legauit P. ego quæro, vtrum valeat? Resp. Iustinianus quòd sic: dicens ita, Si quis rem suam quasi alienam legauit: in hoc casu bene valet legatum. nam plus valet quod est in veritate, quàm quod est in opinione. Sed domine, ponamus quòd testator putans rem suam esse legatarij, legauit: nunquid valet tale legatum? Respond. quòd sic. In hoc enim casu legatum valere constat, quia voluntas testatoris volentis huiusmodi rem acquiri legatario, exitum habere potest. Et hæc dicuntur vsque ad §. si rem suam. Franc.

s ¶ *Legatum.* vt ff. de lib. leg. l. j. contra. Sol. ibi liberatio relinquitur, quæ non erat debitoria.

t ¶ *Non potest.* sic *j. de act. §. sic itaque ff. de le. iij. l. cùm qui. j. respon. & ff. de excep. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones & de acqui. poss. l. ij. §. ex pluribus.* Accur.

u ¶ *Alienauerit.* Contra. *ff. de reg. Cato. l. j. in fi.* Sulo. secundùm Bart. ibi, viuo testatore alienauit, hic postea[d]: Vel hic purum fuit, ibi conditionale: secundùm Ioan. *arg. ff. eo. j. l. cætera. §. ij.*

x ¶ *Quasi alienam.* id est credens alienam.

d Hæc responsio nõ est bona, quia quãdo ad conualescentiã legati nihil refert an viuo testatore rem sibi legatam propriam alienauerit, an verò post eius mortem vt *l. cætera. §. 1. ff. de le. 1.*

a ¶ *In opinione.* Nota *sic. ff. de manu. vin. l. si pater. §. quotiens. ibi*, plus est enim. *& ff. de iur. & fact. igno. regula. §. qui ignorant. arg. contra. ff. de acquiren. hered. l. is qui putat.* Solu. ibi de re quæ consistit in animo,

b ¶ *Exitum.* id est effectum. *vt ff. quemad. test. ape. l. vel negate. ibi*, publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere, id est res talis legatario acquiri potest.

te est, quàm quod in opinione[a]. Sed & si legatarij esse putauerit, valere constat: quia exitum[b] voluntas defuncti habere potest.

Ita demùm rei legatæ alienatio aut pignori datio legatum adimit, si testatorem adimendi animo alienasse constet.

12 ¶ Si rem suam legauerit testator, posteáque eam alienauerit[c]: Celsus putat, si non adimendi animo[d] vendidit, nihilominus deberi[e]: idémque[f] diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Iidem[g] rescripserunt, eum qui post testamentum factum prædia quæ legata erant, pignori dedit[h], ademisse legatum non videri[i]: & ideo legatarium cum herede eius agere posse, vt prædia à creditore luantur. Si † verò[k] quis[l] partem rei legatæ alienauerit, pars quæ non est alienata, omnino debetur. pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

[*Si rem suam.*] CASVS. Quidam legauit Petro fundum: postea idem testator eundem fundum vendidit M. quæro, vtrum valeat legatum an verò videatur ademptum per alienationem factam à testatore? Respon. Iustinianus quòd in hoc casu sententia Celsi tenenda est. Celsus enim in hoc casu existimat si testator non adimendi animo fundum legatum vendidit, nihilominus etiam post alienationem deberi legatum. & hoc idē diui Seuerus & Antoninus rescripserunt: & iidem principes in quodam alio casu idem ius statuerūt videlicet in tali casu. Quidam fecit testamentum, & in testamento suo quædam prædia legauit P. & postea eadem prædia P. legata pignori obligauit. Nam rectè in hoc casu rescripserunt testatorem obligando prędia legata, legatum non videri ademisse: & ideò legatarius cum herede experiri poterit actione ex testamento, vt prædia à creditore luantur. Et quod dixi supra quando testator totam rem legatam alienauit, idem toria est & si partem rei legatæ alienauerit. nam in parte non alienata, ita demum valet legatum, si testator non adimendi animo eam alienauerit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. si quis debitori suo. Franc.

† Si feudatarius feudi partem domino non rogato alienet, feudi ea sola parte priuari feudatarium hinc colligit, quod nō placet Io. de Are. Si quidem per contra rationem in parte, toto feudo caret per l. si quis in gratis. ff. si quis omnem. in §. autem ff. ad Velleia. & etiā si pars ff. de leg. l. de quo plenius vide Bald. & Ias. Aluar. in 1. sub feu.

c ¶ *Alienauerit.* vendendo, sed donando indistinctè videtur adimere: nec distinguitur an valeat donatio vel non: & etiam si renocetur: *vt ff. de adimen. leg. l. cum seruus. & l. rem relegatam. & l. legatum sub conditione.* §. j si ex alia causa à donatione, distingue animum: vt hic, & in dubio probat heres mutatam voluntatem: *vt ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si rem. & ff. eo. y. l. Lucius. §. pe. ibi, nisi heres. & ff. de proba. l. cum qui.*

d ¶ *Non adimendi animo* qui animus ex hoc probatur, quia si necessitate rei familiaris, non videtur reuocasse: aliàs sic. quæ distinctio in donationem non cadit: *vt ff. de adimen. leg. l. rem legatam & not. C. eo. l. qui post.* Accursius.

e ¶ *Deberi.* scilicet rem legatario *arg. J. eod. §. non solum.* vbi ab initio fuit alienata.

f ¶ *Idémque* scilicet iuris esse.

g ¶ *Iidem.* scilicet Imperatores Seuerus & Antoninus.

h ¶ *Pignori dedit* quid si rem obligatam creditori debitor legauerit, nunquid valet legatum? respon. sic: & nihilominus poterit petere: debitum, nisi voluntas testatoris ostendatur volentis compensare: *vt ff. de leg. y. creditorem.* Accursius.

i ¶ *Non videri*[a]. nisi sub dicta distinctione, id est an habuit animum adimendi, vel non. a Vel dic nullo modo: *vt hic, & C. eo. l. qui post.* & hoc quia primo valuit relictum. aliàs contra: *vt C. de donat. inter vi. & vxo. l. si maritus. y & ff. de don. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si maritus. & ibi in glo. j.*

a Nisi pro sā ta pecunia ei sit pignorata quod non sit verisimile eā redimi, vel qui habeat ff. de leg. y. An.

k ¶ *Si verò.* Nota de toto ad partem.

l ¶ *Quis.* scilicet testator.

[*Si quis debitori*] CASVS. Quidam habuit debitorem in c. & in testamēto suo legauit debitori suo liberationem. modo quæro, vtrum valeat huiusmodi legatum? Et respō. Iustinianus quòd sic. nam si quis debitori suo liberationē siue quittationē legauit, in hoc casu vtile est legatū: & neque ab ipso debitore, neq; ab herede debitoris, vel à quocūque alio eius successore heres testatoris aliquid cōsequi poterit: sed etiam debitor cui liberatio legata est, cum herede testatoris agere poterit vt eū liberet. Et non solum in casu prædicto valet legatum, videlicet quando liberatio legata est: sed etiā si dilatio debiti legata sit. Potest enim testator iubere ne heres suus vsque ad aliquod certum tēpus à debitore petat. Sed licèt dixerim tibi valere legatū liberationis. secus tamē est in casu cōuerso. ¶ Nā si debitor quod debet purè creditori suo, eidē legauerit, inutile est legatū. & hoc est verum, si nihil plus est in legato quàm in debito, quia in hoc casu legatarius nullam vtilitatē ex huiusmodi legato habiturus est. & hoc est verū quidē porè debitum legauit. sed si debitor quod in diem vel sub cōditione debet creditori suo purè legauit eidem: in hoc casu vtile est legatum: videlicet propter modū repræsentationis: quia illud quod primò erat in diē vel sub conditione debitum: per legatum mortuo testatore purificatum est. ¶ Sed quid si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: nunquid legatum euanescit? & certè videbatur quòd sic, cùm debitum per aduentum diei vel conditionis iam sit effectū purum: & ita nihil amplius est in legato quā in debito. Papinianus tamen in hoc casu scripsit nihilominus valere legatū: & hoc ideo, quia ab initio tenuit. & certè sententia Papiniani est vera. Non enim placuit nobis sententia quorundam existimantium in hoc casu extinctum esse legatum, quia in eam causam peruenit à qua incipere non potest. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed si vxori. Casus qui sequuntur, planissimi sunt vsque ad illum §. si peculium. Fran. de Aret.

Liberationis legatum, tutum legatarium eiúsque in posterum iuris successores reddit: actionémque ei aduersus creditoris heredem, vt liber ab obligatione fiat, acquirit.

13 ¶ Si quis debitori suo liberationem legauerit[m], legatum vtile est[n]: & neque ab ipso debitore, neque ab herede eius potest heres[o] petere[p], neque ab alio qui heredis loco sit[q]. sed & potest à debitore conueniri, vt liberet[r] eum. Potest etiam quis vel ad tempus[s] iubere ne heres petat.

Debitor creditori debitum legando, tunc vtiliter legat, cùm qualecunque commodum creditor ex legato consequitur.

14 ¶ Ex contrario, si debitor[t] creditori suo[u] quod debet legauerit: inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quàm in debito: quia nihil amplius[x] per legatum habet. Quòd si in diem

m ¶ *Liberationem legaueris.* quod tribus modis fit. Primus, peti nolo, vel, quod debet, relinquo, vel actionē remitto. & hic liberandus est legatarius ab omni debito: *vt hic, & ff. de lib. leg. l. si quis rationes. & l. Aurelio. j. respon.* Secundus est si negotium testatoris gessisset. & testator dixerit, rationes reddere nolo. & hic ab omni liberatur, nisi ab eo quod penes eum sit, & ab eo quod dolo fecit *vt D. de lib. leg. l. Aurelio. §. si cum suis concor*[a]. *vt in Gl. si ibidem.* Tertius si damnauit heredem ne exerceat actiones: quo casu si bonam causam habet testator: litis euentus & sumptus ab aduersario facti legati videntur: *vt D. de lib. leg. l. petitor.* si malam causam, nihil videtur[*] legare: *vt in eadem l.* ADDITIO Similem Glo. habes in l. *Aurelio. D. de li. leg.*

a Tenebitur tamen purè vel in grosso rationes reddere omissa scrupulosa inquisitione, vt l. si seruum testa. ff. de leg. j. * quia si non valet principale nec accessorium. Ange. Per.

n ¶ *Vtile est.* licèt res sua sibi legari videatur: *vt ff. de lib. leg. l. j. j. respon.* & est hoc verum, nisi testatore viuo exactio fiat: *vt infra eodem titu. §. tam autem. & ff. eod. iij. l. fideicommissa. §. si rem.* Accursius.

o ¶ *Heres.* vel heres heredis: *vt ff. de lib. leg. l. j. in fi.*

p ¶ *Petere* cum effectu propter exceptionem: *vt ff. de lib. leg. l. iij. §. nunc de effectu.*

q ¶ *Heredis loco sit.* sicut est bonorum possessor. & fideicommissa. vniuersalis: *vt infra de bon. poss. ff. §. quos autem. & de fideic. here. §. restituta.*

r ¶ *Vt liberet.* per acceptilationem, si solus est debitor. si habet correum suum, idem: aliàs correus siue socius pacto est liberatus *vt ff. de lib. leg. l. iij. §. nunc de effectu. in fi.*

s ¶ *Ad tempus.* *vt ff. de lib. leg. l. non solum nostrum. §. ij.* Accur,

t ¶ *Si debitor.* secus si alius: quia interest creditoris plures reos habere: *vt ff. de lib. leg. l. si quis decedens. §. fi.* aliàs incipit Iulianus.

u ¶ *Creditori suo.* s. ciuiliter & naturaliter, & cum effectu, & purè: aliàs valet: *vt ff. de leg. j. l. si creditori. per totam legem. & l. si autem.* Accur.

x ¶ *Nihil amplius.* Sed nonquid hodie semper est plus cum habeat statim rei legatæ dominium, & hypothecariam aliarum rerum defuncti? Respond. nō: *vt ff. de leg. iij. l. iij. §. si rem*[b]. quia plus tantùm quatuor modis dicitur: *vt J. de act. §. plus autem.* & iste modus non est aliquis de his. Accur.

b Hæc Gl. dicit verum respectu hypothecæ, sed respectu dominij valet legatum vt ibi probatur. Angel.

Ei.

vel sub conditione debitum ei[a] purè legauerit[b]: vtile est legatũ, propter repræsentationẽ. Quòd si viuo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus scripsit vtile esse[c] nihilominus legatum, quia semel constitit[d]. quod & verum est. Nõ enim placuit sententia existimantiũ extinctum esse legatum, quia[e] in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest[f].

Dotis prælegatio vxori à marito facta, iure subsistit, propter commodũ repræsentationis. dotem igitur (etiam si nullam dederit) consequetur vxor. modo certam dotis quantitatem testator legando expresserit.

15 ¶ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatũ: quia plenius est[g] legatũ, quàm de dote actio. Sed si quam nõ acceperit dotem[h], legauerit: diui Seuerus & Antoninus rescripserũt, si quidem simpliciter † legauerit, inutile esse legatũ †. si verò certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumenta dotis[i] in prælegando[k] demonstrata sunt, valere legatum.

Si res legata facto heredis etiam ignorantis præstari non potest, heres tenetur: secus si non suo facto. Ares.

16 ¶ Si res[l] legata sine facto[m] heredis perierit[n], legatario decedit[o]. Et si seruus alienus legatus, sine facto[p] heredis[q] manumissus[r] fuerit: non tenetur heres. Si verò heredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri[s] ipsum Iulianus scripsit: nec interest[t], sciuerit[u], an ignorauerit à se eum legatũ esse. Sed & si alij donauerit[x] seruũ[y]: & is cui donatus est, eum manumiserit, tenetur[z] heres, quamuis ignorauerit[a] à se eum legatum esse.

Copulatorum altero pereunte, aliud æquè principale firmum manet. quod si alteri fuerit accessorium, principali corruente, & id quod accedit, corruere necessum est.

17 ¶ Si quis ancillas cum suis natis[b] legauerit: etiamsi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt[c]. Idem est[d] & si ordinarij[e] serui cum vicariis legati fuerint: quia licèt mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed si seruus fuerit cum peculio legatus: mortuo[f] seruo, vel manumisso, vel alienato, peculij legatum extinguitur[g]. Idem est si fundus instructus[h], vel cum instrumento[i] legatus fuerit. Nam fundo alienato[k], & instrumenti † legatum extinguitur.

Grex etiam in vna oue retinetur, & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi post testamentum. Idem est in legato ædium.

a ¶ *Ei.* scilicet creditori.

b ¶ *Legauerit.* s. debitor.

c ¶ *Vtile esse. ff. de leg. 2. l. debitor. in prin.* contra, vbi est inutilis. Solu. hoc corrigitur. a Vel ibi dicit inutile, id est non vtile, cum & aliam habeat actionem[a]. potest tamen & illa agi. vt hic. Accur.

d ¶ *Constitit.* i. valuit. Accur.

e ¶ *Quia.* ratio illius falsæ opinionis.

f ¶ *Non potest.* Nota arg. pro vtraque parte ad hanc regulam: *vt ff. de verbor. obligat. l. existima. & l. pluribus. §. & si placeat. & de his quæ pro non scrip. ha. l. si in metallum. §. item si seruo. & de seruitu. l. pro parte.* Additio. De isto brocardo dic vt per Dynum in regula, factum legitimè. *de regulis iur. in vj. & per Bart. in leg. pluribus. §. j. ff. de verb. oblig.* Ang. Aret.

g ¶ *Plenius est.* s.[b] in commodo repræsentationis, cùm legatũ statim, dos verò annua bima trima dic olim, hodie[c] post annũ mobilia sed immobilia statim: *vt C. de rei vxor. act. l. j. §. cum autem. & ff. de dote prælega. l. j. §. verum est.* Item de dote datur actio in quantum maritus facere potest, vel eius heres: *vt ff. sol. mat. l. etiam. j. respon.* at legatum in solidũ, nisi in falcidia per beneficium inuentarij: *vt in Auth. de here. & Fal. §. si verò non fecerit. coll. j.* Item si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur: *vt ff. de dot. præleg. l. j. j. respon.* Accur.

h ¶ *Dotem* id est illam dotem quam non recipit.

i ¶ *Instrumenta dotis.* s. in quibus confessus fuit se recepisse dotẽ, quam non recepit: *vt ff. de do. præ. l. fi. §. fi. & l. cum scriptum. § item quæ.*

k ¶ *In prælegando.* i. legando. abundat enim præ, *vt ff. de dote præleg. l. j. j. respon. in Glo. j.*

In prælegando.] Dos[d] prælegari dicitur propter repræsentationem. Peculium prælegari *in l. j. §. si seruum. D. de excep. rei ven.* Dos etiam relegari[e] dicitur in tit. de dot. præl. l. sæpe, quòd non tam legari quàm retrodari videatur. *l. cum pater. § filiæ ff. de l. lib. 2. l. 3. §. dicebam. ff. de do. præleg. Paul. lib. 4. senten. tit. j.* Re, enim, redditionem, significat: vt verè cùm maritus dotem legando dicat, do, lego: hoc dicere videatur, Reddo, relego. Cuiac.

l ¶ *Si res.* putà seruus Stichus.

m ¶ *Sine facto.* i. mora. quo casu de interitu tenetur: *vt D. de verb. oblig. l. si seruum. j. respon. & de leg. j. cum res. § fi.*[f] Vel quia sine causa occidit. *vt d. l. si seruum.* Aliud si cum causa *vt D. de leg. j. l. quid ergo. § si heres.* tenetur enim de dolo & lata culpa & leui: *vt D. eo. j. l. cum res. §. sed si Stichus. & vers. sed si culpa. § culpa.* Accur.

n ¶ *Perierit.* vel non compareat: quo casu caueat heres de dando si ad eũ redierit. & suis sumptibus recuperator, quãdo post mortem fugit. aliàs. i. si in vita, sumptibus legatarij: *vt D. de leg. j. l. cum res. § item si res. & de leg. 2. l. si quis seruum. in prin.*

o ¶ *Decedit.* quia qui in specie tenetur, eius interitu liberatur: *vt hic*[g], *& D. de verb. oblig. l. si ex legati.*

p ¶ *Sine facto.* in hoc quoque scilicet alieno seruo, potest admitti culpa: putà non certificauit heres dominum (qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset) scilicet fortè cùm videret eum velle manumittere: *vt D. eo l. j. l. cùm res. § sed & si alienus. & § pe. & fi.* Item si fuerit in mora emendi: *vt D. de verb. oblig. l. si seruum. § si autem alienus.* & dic facto, id est culpa vel mora.

q ¶ *Heredis.* contra. *ff. de leg. pia. l. nanque naturam.*[h]

e ¶ *Manumissus.* nam manumissus[a] similis est mortuo: *vt D. de solu. l. si mihi ostenum.*

f ¶ *Teneri.* s. ad æstimationem: *vt D. eod. j. l. si quis inquilinos. §. j. & D. qui & à quibus. l. heres.* Sed hic non dicit tenere manumissionem, sed dicit quòd non minus valeat legatum, scilicet quoad æstimationem. Accur.

Additio. Et valet etiam manumissio: quia dominium serui heredis non transit in legatarium. *vt hic, & dict. l. si quis inquilinos.* secus in seruo hereditario etiam sub conditione legato. *l. si seruum qui sub conditione. D. de manumiss.* Ang.

t ¶ *Nec interest.* Contra vbi seruum indebitum sibi solutũ quis manumiserit: *vt D. de condi. inde. l. in summa. §. si seruum.* quæ est contra? Io. respond. quia[b] debuit scire cùm factum suum censeatur: *vt in Auth. de instrum. à mo. prestaon. coll. 5.*

u ¶ *Sciuerit.* s. ipse heres.

x ¶ *Donauerit.* s. heres.

y ¶ *Seruum.* à testatore legatum: & erat heredis.

z ¶ *Tenetur.* ad æstimationẽ: *vt l. prox. dixi.*

a ¶ *Ignorauerit.* s. heres.

b ¶ *Suis natis.* aliàs suo nato.

c ¶ *Cedunt.* quia duo legata sunt separata: *vt D. de pecul. lega. l. & si ancilla quæ est l. iij.* Sed cõtra. *D. de ven. inspi. l. j. §. ex hoc.* vbi dicitur quòd partus est portio viscerum matris. Resp. ibi loquitur donec in ventre est.[e]

d ¶ *Idem est.* sic *D. de pecu. leg. l. iij.*

e ¶ *Ordinarij.* Qui sunt hi? Dic vt j. quod *cum eo. § cum autem.*

f ¶ *Mortuo.* s. viuo testatore, non si post: *vt D. de pecu. leg. l. tunc inutile.*

g ¶ *Extinguitur.* quia[d] accessio est: *vt D. de pec. leg. l. j. & l. ij.* Sed quare non ita in superiori casu? Resp. propter hominis dignitatem: quia non ita accedit: *vt D. de ædil. edict. l. iustissime. in prin.* Item quid si vicarij erant tantùm in peculio, & legatus est cum peculio? Respon. idem, vt exprimere periculum noceat: *vt D. de condit. & demonst. l. si in diem in fin.* Additio. Idem & si aliæ res erant in peculio, eadem ratione. Si verò leget ordinarium cum vicariis & peculio, obtinet, quasi separet vicarios à peculio. *l. si peculium. § si seruum. ff. de pecu. leg.*

h ¶ *Instructus.* Huic primo articulo contradicit *ff. de fundo. instru. l. si cui. in fi.* Sol. secundùm Ro. hic simpliciter propter rudes sic loquitur. 2 Vel dic quòd sit idẽ quod in partu & vicariis: & quod sequitur, cũ instrumẽto, referatur ad proximum de peculio. 3 Vel subtilius refert inter instrumentũ fundi, quod perit semper perempto legato fundi: & instrumentũ patrisfamiliàs, quod nõ perit licèt legatũ fundi pereat. & hoc casu loquitur lex contraria, & alia contraria *in eo. tit. l. j. arg. contra. ff. de de fundo instru. l. quæsitum. § si fundus & § si instructo.* quibus dicitur: si fundus instructus legatus sit. instrumentum patrisfamiliàs continetur, non agri. Sed ibi subaudi, tãtum. 4 Vel dic illam esse Pauli sententiam *in l. si cui.* istam Labeonis à Iustiniano probatam, & sic corrigitur illa.

i ¶ *Instrumento.* est autem instrumentum[a] apparatus rerum diutius permansurarum, sine quibus non posset exerceri possessio: *vt D. de fundo instru. l. quæsitum. j. resp.* & sunt instrumenta fundi, quæ fructus quærendi, cogendi, seruandi gratia comparata sunt: *vt D. de fun. instru. l. instrumenta in prin.*

k ¶ *Alienato.* à testatore.

a Manumissus similis est mortuo. l. ipsi manumittenti æquè & pereunte videtur.

b Scito quisque negotialis quin facti sui sunt tenetur.

† l. fundi non patris fa. Glo. in l. si cui. ff. de fun. instr. Æg. Per.

c Partus, dũ in ventre est portio matris & eius viscerum est, vt hic: vnde colligitur, quòd matre vehẽdo in naui, non debet mercedẽ pro fœtu in vtero. l. sed addes. § si quis mulierem. ff loca.

d Principali legato extincto, eius accessio & sequela extinguitur. Secus autem esset in fœtu animaliũ bonorum: & in his quæ non veniunt per modũ principalis & accessorij, vt si lego tibi equum ad ostium, quia duo legata censentur. Et hanc indistinct ad quæstionẽ de ingrediente in possessionem: vt videlicet ingressus non valeat bonorum deductio, nisi ex pressè sese sua dedicasset, secundũ doc. hic.

a Instrumentũ fundi quid sit, hic declaratur. Instrumẽtũ patrisfa. est quod habetur in rure pro subsidio personis. Æg. Per.

a ¶ *Si grex.* qui ex x ouibus cõstat, vel quatuor vel quinque porcis. *vt ff. de abigeis. l. oues.* ADDITIO. Tres autem homines constituunt collegium. *vt l. Neratius. ff. de verb. signi. no. in ca. j. extra de elect.* secundum Christoph.

b ¶ *Ad vnam ouem.* sic *ff. quod cu. vni. l. sicut. §. si e. j. l. grege.*

c ¶ *Vindicari potest.* Cõtra. *ff. quibus mo. vsusfr. amit. l. si.* Sol facilius perdit legatũ vsusfructus, quã proprietatis: *vt arg. ff. e. tit. l. repeti. §. res mutatione. & ff. j. l. si grege in fi.*

d ¶ *Legato.* sic *ff. eo. l. grege. sic j. §. prox.*

e ¶ *Corpus.* Tria[a] enim sunt corpora rerum. 1 Vnum quod vno spiritu, i. elementatione cõtinetur: vt homo, lapis. 2 Secundum quod ex cohærẽtibus cõstat: vt domus, & armariũ. 3 Tertium quod ex distantibus corporibus: vt grex, & populus, vt hic, & *ff. de vsuc. l. rerum mixtura. §. j. & ff. de rei vend. l. arẽ ast. §. ethi hu.*

f ¶ *Cedere.* sed columna vel tignum domus legati purè nõ potest: *vt ff. de leg. j. l. cætera.* ne vrbs desormetur. Acc.

[*Si peculium.*] CASVS. Quidam in testamento suo legauit peculium, & viuo testatore auctum est, vel forte deminutum est. modò quæro, cuius lucro vel periculo huiusmodi augmentatio & deminutio peculij est? Ad hoc respon. Iusti. generaliter, quòd si peculium legatum fuerit: quicquid viuente testatore peculio accesserit vel decesserit, sine dubio legatarij dãno vel lucro cedit. & in hoc casu si augetur vel deminuitur peculiũ viuẽte testatore, nõ refert vtrũ legetur seruo proprio cum libertate, an alicui extraneo. secus tamẽ est si augeatur peculiũ post mortẽ testatoris ante aditã hereditatẽ. nã si seru[a] hereditati[a] aliqd acquisiuerit, vel alio modo peculiũ legatũ augmẽtum susceperit Iulianus ait, quòd si ipsi seruo manumisso peculiũ legatũ fuerit: quicqd ante aditã hereditatẽ peculio accesserit, ipsi seruo legatario cedit. sed sec[us] est si peculiũ extraneo fuerit legatũ. In persona. n. extranei dies legati à morte testatoris in peculio legato cedit. & hoc est verũ, nisi ex reb. peculiarib. auctũ fuerit peculiũ. In hoc. n. casu augmẽtũ ex rebus peculiarib. procedẽs, legato cedere debet. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. peculiũ autẽ.

18 ¶ Si grex[a] † legatus fuerit, & postea ad vnam ouem[b] peruenerit: quod superfuerit, vindicari potest[c]. Grege autẽ legato[d], etiã oues quæ post testamẽtũ factum gregi adiiciuntur, legato cedere Iulianus ait. Est enim gregis vnũ corpus[e] ex distantib. capitibus, sicut ædium vnũ corpus est ex cohærentibus lapidibus. 19 ¶ Ædibus denique legatis, colũnas & marmora quæ post testamentũ factum adiecta sunt, legato dicemus cedere[f] †.

Quicquid legato peculio adhuc viuo testatore accrescit vel decrescit, legatarij commodum vel damnum respicit: quicquid vero mortuo testatore, nondũ adita hereditate accedit, ipsi seruo manumisso cedit. quòd si alij quàm seruo legatum sit, quod ex rebus peculiaribus augmẽtum prouenit, tantum consequitur legatarius.

20 ¶ Si peculiũ legatũ fuerit[g], sine dubio quicquid peculio[h] accedit vel decedit viuo testatore, legatarij lucro vel dãno est. Quòd si post mortem testatoris ante aditã hereditatẽ aliquid seruus acquisierit: Iulianus ait, siquidẽ ipsi manumisso peculiũ legatũ fuerit, omne quod ante aditã hereditatem acquisitum est, legatario[i] cedere[k] †: quia[l] huiusmodi legati dies ab adita hereditate cedit †. sed si extraneo peculiũ legatum fuerit: non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit[m].

Datus libertati in vltima voluntate, peculium (nisi expressim legatũ sit) nequaquam petere potest. secus si inter viuos. si quid autem seruus cui peculium quoque legatum fuit, pro domino impenderit, non repetit. Item legata alicui libertate si rationes reddiderit & reliqua intulerit, etiam legatum videtur peculium.

Peculium[n] autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur: quamuis[o] si viuus manumiserit, sufficit si non adimatur, & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt, peculio legato[p] non videri id relictum, vt petitionem[q] habeat pecuniæ quam in rationes dominicas impenderit. Iidẽ rescripserunt, peculium videri legatum, cum rationibus[r] reddi-

g ¶ *Legatum fuerit.* seruo vel extraneo.

h ¶ *Peculio.* nam & futurum peculium legari potest: *vt ff. de pecu. leg. l. si quoque & facit ad hoc j. prox. §.*

i ¶ *Legatario* eidẽmque manumisso. Accur.

k ¶ *Cedere.* no. tria tẽpora ante mortẽ testatoris & post ante aditã hereditatẽ: itẽ & post. In primo tẽpore, scil. quo inuenitur cessisse dies legati, omnes legatarij sunt pares. nã quicquid eo tẽpore acquirit seruus talis: ei cui hoc peculiũ est legatũ, acquirit: siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictũ: quia nõ cedũt legata. similiter in tertio, scilicet sunt pares. In secundo distinguit extraneus à seruo, vt hic. Nã quod legatũ cedit extraneo à morte, hoc seruo ab adita hæreditate: quia nec libertas sibi prius debetur. *C. de cad. tol. §. cũ igitur. & §. in nouissimo.* Nã plura legata, vel in diẽ certã relicta, à morte cedunt, nisi in sex casibus, vbi ab adita hereditate: *vt C. de cad. tol. §. cum igitur. & §. in nouissimo & ff. quãdo dies lega. ced. l. y.*[b] inter quos legatũ seruo manumisso relictũ, est vnũ: vt hic. Cõditionalia, vel in diẽ certum relicta, ex die vel ex cõditione existẽte cedunt, id est, trãsmittuntur ad heredes nã ante cõditionẽ vel diẽ venientẽ si decedit legatarius. nõ trãsmittuntur *vt C. de cad. toll. §. sin autem.* nisi in tribus casibus. Primus, *ff. de condi. & demon. l. conditiones.* Secundus. *ff. eo. l. j. l. iy.* Tertius. *ff. quãdo dies leg. ce. l. si cum præfinitione.* Itẽ verbũ cedere, duas habet significationes: i. incipere deberi: *vt ff. de ver. sign. l. cedere.* Itẽ cedere quãtũ ad transmissionem, vt vt accipitur. *C. de cadu. tol. per totũ.* & in vtraque potest hic accipi.

l ¶ *Quia.* bona est ratio. si enim prius cederet: idẽ esset quod in extraneo. Est & alia ratio: *vt ff. de pec. le. demq. § si.* vbi dicitur quòd verisimile est eũ omne augmẽtũ ad ipsũ protere voluisse, cum &c.

Ab adita hereditate cedit. Pura legata ex iure antiquo cedunt à morte testatoris, ex iure nouo ab apertura tabularũ. Vtimur autem iure antiquo ex constit. Iustin. sunt tamen quędã legata, quę ab aditione cedũt, vt puta vsus vsusfructus, habitationis, & eorum quæ in herede nõ trãsmittũtur, libertatis, & id quod seruo manumisso vel legato relinquit scripto, scil. herede voluntario, nõ necessario: & ad ea quidẽ legata regula Catonis non pertinet. Cuiac.

m ¶ *Auctum fuerit.* s. peculium.

Peculium autem] CASVS. Quidam condidit testamentum: & in testamento suo Sticho qui valde pingue habuit peculium, legauit libertatem, nulla mentione facta de peculio. modò quæro, vtrum legando libertatem videatur legasse peculium? Et respon. quòd non. Nam peculium nisi expressè fuerit legatum, seruo manumisso non debetur. & hoc verũ est in vltima voluntate: secus tamen est inter viuos: quia si manumiserit, videtur ei donasse peculiũ, nisi illud expressè ademerit. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserũt. Sed do. quidã legauit seruo suo peculiũ. iste seruus idẽmq; legatarius multa de peculio impẽdit in rationes domini: & ita dominus factus est debitor peculiaris. Modo quæro, vtrũ seruus mortuo testatore ab herede domini petere possit illud quod in rationes domini impẽderit? Et resp. quòd nõ. nã iidem principes, scilicet Seuerus & Antoninus in hoc casu rescripserũt peculio legato nõ videri id relictũ seruo, vt petitionẽ habeat pecuniæ quam in rationes dominicas impendit. & hæc dicuntur vsque ad illum §. iidem rescripserunt.

n ¶ *Peculium.* sic *C. de pecu. eius qui li. me. l. j.*

o ¶ *Quamuis.* Cur tã variè? Resp. quia secũdo casu, s. quando inter viuos, operas eius manumissor erat habitur[a]. vnde cõuersa donatio præsumitur, secundũ Io. *vt ff in sit. l. si verò non §. idem Papi.*[a] Vel secũdũ P. propter præoccupationẽ mortis: quia præsumitur auferre, si potuisset: *vt in Auth. de triẽ. & se. §. illud quoq; ibi,* præ tumultu mortis angustiatus, &c. & *C. qui test. fac. pos. l. hac consultissima. §. at cum.*

Iidem rescripserunt.] CASVS. Quidã legauit seruo suo libertatem his verbis, Volo quòd seruus meus redditis rationib. liber sit: & de peculio reliqua soluatur. i. ea in quibus apparuerit eũ mihi teneri. modò quæro, vtrũ testator his verbis videatur legasse peculiũ? Et resp. quòd sic. nã prædicti duo principes rescripserunt peculium videri legatum, quum rationibus redditis seruus liber esse iussus est, & ex ipso peculio reliqua inferre. & hæc dicuntur vsque ad illum. §. tam autem corporales res. Cæteri casus qui sequuntur in parte ista, planissimi sunt vsque ad §. illum. legari autem.

p ¶ *Peculio legato.* s. seruo. & etiam libertas fuit legata. aliud si extraneo. *vt D. de pecu. legato. l. vy. § si & l. si Sticho.* Accur.

q ¶ *Petitionẽ.* nisi testator fuerit huius cõsuetudinis, vt redderet seruo quæ sibi debebat: *vt D. de p c. le. l. dominus Sticho §. j. in fi.*

r ¶ *Cum rationibus.* quasi diceret, si relinquo seruo libertatẽ rationib. ab eo redditis: eo ipso & peculiũ legare sibi videor. aliud è cõtra si libertatẽ relinquo, & rationes reddere veto: quia nõ videt legatu peculiũ: *vt ff. de le. j. l. si seruus vetitus. in fi.* Rationes autẽ reddere dici, quãdo amoto dolo & fraude reddit: *vt ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Stichus.* ADDIT. Et sic no. quòd remissio redditionis rationũ nõ cõprehendit reliqua, nec dolũ seu latã culpã, sed scrupulosã tãtũ inquisitionẽ. quod facit ad quęstionẽ de eo cui cõcessum est liberum arbitrium: ita quòd nõ possit syndicari, secundũm Ange. hic.

Reliqua.

a Incorporalium terú numero continentur actiones & seruitutes.

c ¶ *Reliqua. aliás reliquas.* id est alia quæ erant reddenda, reddere: cùm iam quædam reddiderat, vel etiam si nihil: *vt ff. de verb. signif. l. cæterorum.*
b ¶ *Inferre.* repete, iussus est.
c ¶ *Incorporales.* i.[a] actiones & seruitutes: *vt s. de rebus corpo. & incorpo. & ff. de leg. j. l. j. & l. cætera. in prin.*
d ¶ *Præstet.* sine cessione tamen vtiles habet legatarius: *vt C. eo. l. ex legato.* Accur. ADDITIO. Nisi res sit litigiosa, vel lis cœpta. *l. quæcunque. & Auth. nunc si heres. C. de litig.* secundùm Ang. ¶ Et nota quòd quamuis directam personalem exercere non possit nisi cedatur, poterit tamen exercere directã realem: quæ quia nonnossibus affixa est, transfertur in eum directa via. *l. fun. §. fin. cum l. seq. ff. de condi. l. furt.* Ang.
e ¶ *Nisi exegerit.* nisi exegerit, semper in dubio præsumo voluisse legatum extingui: *vt ff. de adimen. leg. l. pen. §. fi. & de li. le. l. non solum autem. §. liberatio.* nisi probetur contrarium, vel quia debitor vltrò obtulit eo non petente: vel quia exactam pro legatario deposuit *vt ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem.*
f ¶ *Ære alieno liberare.* nam vtilitatem habet.
g ¶ *Res alia.* vt equus.
h ¶ *Electio legatarij.* Et à principio, & ex postfacto. secundùm Bar. *vt hic, & ff. de leg. j. l. si seruus legatus. §. cum homo.* Sed Ro. à principio dabat electionẽ heredi: sed ex cõtumacia transferebatur in legatariũ: *arg. ff. de serui. l. si cui. & C. de sol. l. j.* Io. distinguit aut in genere generalissimo, vel sub alterno: vt si substantia vel corpus vel animal legatur: quo casu nõ valet: cũ festucã vel muscam dando liberetur, vel in eo genere, quod dialectici speciẽ appellãt: vt homo, & similia: & tũc subdistinguit: aut habebat in hereditate seruos & tũc legatarius eligit, dũmodo nõ meliorẽ: *vt hic, & ff. eo j. l. legato. j. resp. & l. qui duos. & de lib. le. l. y.* Aut nõ habebat & tũc heres eligit *vt ff. de vi. tri. & oleo leg. l. iij. j. respon. & l. iiij.* Si autẽ testator ex certis reliquit incertũ: aut ipse sensit de certo (quod patet expresso nomine eius) & tũc eligit heres, & eius volũtatẽ interpretatur: *vt ff. e. j. l. si quis à filio. §. si quis plures.* aut nõ sensit: & tunc legatarius eligit: *vt ff. de le. j. l. qui duos.* In domo autem in genere legata, si habet testator duos, vnã ex his eligit heres. si nõ habet & relinquit, derisorium est legatũ: *vt ff. e. j. l. si domos.* In fundo in genere legato dic nõ valere legatum. cùm vnius digiti possit fieri fundus: *vt ff. de iure do. l. cum post. §. gener. & ff. e. j. l. litei. & l. quod in rerum. §. quòd si quis.*

tis liber esse iussus est, & ex eo reliqua[c] inferre[b].

Iura incorporalia possunt legari. Aretinus.

21 ¶ Tam autem corporales res legari possunt, quàm incorporales[c]: & ideò quod defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas heres legatariu præster[d], nisi exegerit[e] viuus testator pecuniam. nam hoc casu legatum extinguitur†.

Facta legari possunt.

Sed & tale legatum valet, *Damnas esto heres meus domum illius reficere: vel, illũ ære alieno liberare[f].*

Legati in genere †, electio est legatarij.

22 ¶ Si† generaliter † seruus vel res alia[g] legetur, electio legatarij[h] est: nisi aliud testator dixerit.

Optandi ius (quicquid antiquo iure seruaretur) hodie ad heredes transfertur: pluribus autem quibus optio competit, inuicem circa optandum dissentientibus, illius in optione potior erit sententia, ad quem sors deuenerit.

23 ¶ Optionis legatum, id est vbi testator ex seruis suis vel aliis rebus optare legatarium iusserat, habebat in se tacitã cõditionem[i]†: & ideò[k] nisi ipse legatarius viuus optasset, ad heredẽ legatũ nõ transmittebat. Sed ex constitutione[l] nostra & hoc in meliorem statũ reformatũ est: & data est licentia heredi legatarij optare seruum, licèt viuus legatarius hoc nõ fecerit. Et diligẽtiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione[m] additũ est, siue plures legatarij extiterint quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligẽdo: siue vnius legatarij plures heredes sint, & inter se circa optandũ dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente[n]: ne pereat legatũ, (quod plerique prudentiũ contra beneuolentiam[o] introducebãt) fortunam esse debere huius optionis iudicem, & sorte[p] hoc esse dirimendum: vt ad quem sors peruenerit illius sententia[q] in optione præcellat.

Illi possunt ex titulo legati capere, qui possunt heredes institui.

24 ¶ Legari autem illis solum[e] potest: cum quibus testamenti factio[f] est.

Neque paganus, neque miles poterant olim incerta personæ relinquere, & quæ dicatur persona incerta, declarat per duo exempla. Ang.

25 ¶ Incertis verò personis neque legata neq; fideicõmissa olim relinqui cõcessum erat[r].

cum quibus testamenti factio est, id est ad quorum vtilitatem testamentum fieri potest. Sed secundùm antiqua iura multæ erant personæ quibus legari nõ poterat. Incertis enim personis neque legata neque fideicommissa relinqui olim cõcessum erat: & hoc to tantum secundùm iura antiqua obtinuit, vt nec etiam milites incertæ personæ legare potuerint. & ita Diuus Hadrianus rescripsit. 2 Sed po. domine, iam video quòd olim Incertis personis legari nõ poterat. pro Deo, si placet, dicatis mihi quæ persona censebatur incerta? Ad hoc respon. Amice, incertã persona videbatur quã testator opinione incerta animo suo subiiciebat veluti si quis dicat in hunc modum, Quicunque filiam suã filio meo in matrimonium copulauerit, heres meus illi fundum Sempronianum dato. nã in hoc casu huiusmodi legatum incertæ personæ videbatur relictum & similiter in hoc caso, veluti si quis ita dicat, His qui post testamentum scriptum primi cõsules designati erũt, heres meus. c. dato. Nã in hoc casu incertæ personæ sicuti in superiori casu legari videbat. & multæ aliæ species reperiri possunt in quib' incertæ personæ legari videatur, & incertæ personæ libertas dari: veluti si quis ita dicat, Illũ seruũ q primus ascẽderit Capitoliũ, liberũ esse volo O. lim. o. libertas hoc modo data, inutilis erat. & hoc ideò, quia placebat seruos nominatim liberos fieri. Sed licèt dixerim tibi incertis personis legari antiquitus nõ posse: sub certa tamẽ demõstratione, id est ex certis personis incertæ personæ etiã olim rectè legabatur: veluti si quis ita dicat, Ex cognatis tuis qui nunc sunt quicunque filiam meam in vxorem duxerit: heres meus illi fundum Sempronianum dato. Nam in casu isto licèt incertæ personæ videbatur relictũ: ratione tamẽ demonstrationis etiam olim valebat. Sed licèt dixerim tibi legata vel fideicommissa incertis personis relicta olim non valere: cautum tamẽ erat in sacris cõstitutionib. talia legata vel fideicom. per errorem soluta repeti nõ posse. Et hæc dicũt vsq; ad illũ. §. post homo quoq;.

† Nisi probauerit non adimendi animo exegisse. *l. pe. §. fi. ff. de adi. leg.*

† f. infimo. q. d. si genus infimũ legetur, datur optio legatario.

† Dic si lege tur genus generalissimum vt substantia, non valet: si subalternũ vt animal, etiam nõ valet: si infimũ vt seruus equus valet, & datur optio. si species vt Stichus, etiã valet.

† Concor. cũ hoc § c. inter cæteras cum Gl. super verb. quod. cunque extr. de rescript.

† al. aditus ta citum.

b Q. fa nõ est verum: lecte statuerem voluissa id legare, quod non fuisset in specie concessum. sed vbi a lectio est heredis vel debitoria, poterit dare vtilius, dũ tamen non in omnino inutile, quia potuit testator vel arctissima cogitare quæ dà dare mittat *hũ. Fab.*

o Et hoc verũ quando dubiũ oritur super iure nec à lege decidutur, & discordant in præiudicium fuit aliàs si ad præiudicium certis, iudex compellit ad concordiã aliquando præcisè, & aliquando causatiuè. dubium autẽ super facti probatione dimittitur. *vt l. e. Hor. C. de proba. Ang.*

i ¶ *Conditionem.* i. si eligeret.
k ¶ *Et ideò.* bona ratio: *vt C. de ind. vid. tol. §. fin autem.*
l ¶ *Ex constitutione.* quæ est *C. communia de leg. l. fi. in prin.*
m ¶ *In nostra constitutione.* s. prædicta.
n *Eligere cupiente.* & alio aliud subaudi.
o ¶ *Contra beneuolentiam.* i. contra æquitatem, scilicet quòd perirent, id est de iure stricto perire deberent: *vt ff. e. j. l. huiusmodi. §. fi.*
p ¶ *Et forte.* vel cum taxillis, vel alio modo. *sic ff. de iud. l. in tribus*[a]. ¶ Sed quæ: iudex nõ cõpellit eos ad cõsentiendũ: *vt ff. e. j. l. huiusmodi. in fi.* Resp. imò hoc modo cõpellit. vel ibi cõpellit in actione eligẽda, quæ datur à iu. hic aut. nõ cõpel. in eo quod datur à testa.
q ¶ *Sententia.* vt tamen cæteris æstimationem præstet suarum partium *vt C. communia de leg. l. fi. in prin.*

[*Legari autem.*] CASVS. Domine, iã video quæ res legari possunt: dicatis mihi quibus legari possunt? Et ipse respon. quòd illi

e ¶ *Solum.* & econtra idem solus legat: *vt D. de leg. j. l. y.*
f ¶ *Testamẽti factio*, in passiua significatione accipe: *vt s. de hered. quali. & diff. §. testamenti.* ¶ Sed qui[a] sunt isti qui nõ habent testamẽti factionẽ? Resp. incerta persona: *vt j. proxi. §.* 2 Itẽ peregrinus, siue deportatus: *vt C. de her. inst. l. j.* 3 Itẽ in metallũ damnatus. *vt ff. de his quæ pro nõ scrip. ha. l. si in metallũ.* 4 Itẽ seruus de adulterio cũ domina cõmisso accusatus: *vt s. de here. inst. §. ij.* 5 Item collegiũ, nisi probetur licitũ: *vt C. de here. inst. l. collegium.* 6 Item incestuosi: *vt in Auth. quib. mo. nat. effic. sui. §. vlt. coll. vij.* 7 Item hæretici maioris hæresis: *vt C. de here. l. Manichæos. §. ipsos quoque & §. ergo.* 8 Item apostatæ: *vt C. de aposta. l. hi qui sanctam.* 9 Item mulier nubens intra annum à tempore mortis mariti: *vt in Auth. de nup. §. j. col. iiij.* ADDITIO. Sed hoc hodie cessat propter dictum Apostoli, quia omnes pœnæ propter festinationem intra tempus luctus sunt sublatæ: nõ autem propter transitum ad secunda vota. Ang.
r ¶ *Concessum erat.* Hodie contra etiam ante legem Græcam inferiorem in pauperibus: *vt C. de episc. & cle. l. id quod.* ADDITIO. 2 Tu dic quòd aut incertitudo est in persona legantis, & valet legatũ: quia heredi onus iniunctum intelligitur. aut in persona legatarij: & tunc aut certificanda ex futuro euentu, aut primo casu valet, etiam si erat incerta de incertis: *vt l. si quis ita scripserit. D. de rebus dubiis.* Secundo casu valet, si per legem certificatur: vt

a Testamenti factione passiuam qui non habeant: seu qui ex testamento capere non possunt.

d.l.id quod.C.de episco.& cleri.sed de hoc vide Angelum.
e ¶ *Nam nec miles.* cuius scilicet militis voluntas seruatur pro lege aliàs: *vt C.de testa.mili.l.j.*
b ¶ *Designati essent.* in Kalend.[a] Ianuarij sortiebantur,id est incipiebant honores administrare : & ante per tres menses designabantur: *vt ff.de condi.& demon.l. Publius. & C.de magi muni.l.j.*

a Cõsules kalendis Ianuarijs sortiebantur magistratũ:antea designabantur.

c ¶ *Posse dari.* vt si dicat ita. Illum liberum esse volo qui Capitolium primus ascenderit, vel simile fecerit: *vt supra proxi. §.incertis.* Vel Stichum liberum esse volo. cùm habeat duos Stichos: *vt ff. de manumiss. testa.l. cum ex pluribus.*

†id est conuocauerit.Cuiac.

d ¶ *Seruos liberari.* aduerte quòd in aliquibus libris sequitur ista clausula, Tutor quoque incertæ personæ dari non potest quam non inuenies in emendatis codicibus: & si ea quæ sequuntur in tex. & glos. diligenter perspexeris, profectò eam prorsus superuacuam iudicabis[b].

b Hæc glo nõ est. Ac. Argel. Pere

e ¶ *Sub certa.* sic *ff. de leg.j.l.iij.§.hoc amplius.sic ff.de lega.j.l.si seruus legatus.§. huiusmodi. sic ff. de rebus dub.l. quidam.sic ff.eo.l.legato.§.j.*

† Ex lege Fu.ia Caninia. Cuiac.

f ¶ *Repeti non posse.* quasi naturale debitum : *vt ff. de condi.indebi.l. Iulianus in fi.& l.frater à fratre.in princi. ibi*, naturalem eorũ. *& l.si dominus in fi.*

[*Posthumo quoque.*] CASVS. Domine, iam video plures personas quibus olim legari nõ poterat : nunquid sunt adhuc plures personæ quibus olim legari nõ poterat? Et respon.d. quòd sic, nã posthumo alieno olim inutiliter legabatur. Sed domine, si placet, dicatis mihi quis cẽsetur posthumus alienus? Ad hoc respõ. Amice,alienus posthumus est,qui inter heredes suus heres testatori futurus non est:sicut nepos ex filio emancipato conceptus, extraneus posthumus erat auo. & hæc omnia supradicta secundùm iura antiqua obtinebant.sed non solúmodo omnia supradicta ab eo §.incertis.sed etiam speciem circa posthumum alienũ correximus.Nã in Codice nostro quædam constitutio posita est, per quam quidem constitutionem etiam huic parti remedium adhibuimus non solùm in hereditatibus vt alienus posthumus heres institui possit:sed etiã in legatis & fideicommissis. & hoc euidenter ex ipsius cõstitutionis lectione clarescit. Sed quanquã dixerim tibi incertis personis auctoritate nostræ constitutionis hodie legari posse : tutor tamen incertus non solùm secundùm antiqua iura,sed etiam per nostram constitutionem dari non debet: & hoc ideò, quia certo iudicio debet quisque pro tutela suæ posteritati prospicere.& licèt supra dixerim alieno posthumo secundùm iura antiqua legari non posse,alienus tamen posthumus & olim de iure prætorio, & hodie potest heres institui de iure ciuili.& hoc verum est,nisi sit in vtero illius mulieris , quæ de iure nostro vxor esse non potest.& hæc dicuntur vsque ad illum §.si quis in nomine.

g ¶ *Legabatur.*sed nec instituebatur iure ciuili:*vt ff.de lib. & posthu.l.Gallus.§. ille casus.*
h ¶ *Suos.*s.quondam ante emancipationem,vt sequitur.
i ¶ *Futurus.*scilicet heres.
[*Extraneus.*] Ergo alienus & extraneus [illegible] In l.

Nam nec miles[a] quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt Diuus Hadrianus rescripsit. Incerta autẽ persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat: veluti si quis ita dicat, *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit*†, *ei heres meus illum fundum dato.* Illud quoque quod his relinquebatur, qui post testamẽtum scriptum primi consules designati essent[b]: æquè incertę personæ legari videbatur. Et denique multæ aliæ huiusmodi species sunt.

Olim legatum etiam libertatis, quæ est multum fauorabilis , incertæ personæ factum erat inualidum.

Libertas quoque incertę personæ non videbatur posse dari[c]: quia placebat† nominatim seruos liberari[d].

Incerta persona ex certis personis etiam olim legari poterat. Ang.

Sub certa [e] verò demonstratione , id est ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur : veluti , *Ex cognatis meis qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato.*

Licèt legata incertis personis facta, olim essent inualida: si tamen per errorem soluta fuerant , repeti non poterant. Angel.de Aret.

Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta repeti nõ posse[f], sacris constitutionibus cautum erat.

Olim non poterat legari posthumo alieno, id est qui non erat testatori futurus suus heres.

26 ¶ Posthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur[g]. Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos[h] heres testatori futurus[i] non est. Ideóque ex emancipato filio conceptus nepos , extraneus erat posthumus auo.

Hodie legatum incerta persona aut posthumo alieno factum , valet. hoc dicit iuncta Glossa.

27 ¶ Sed nec [k] huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta:cùm in nostro codice constitutio[l] posita sit,per quam & huic[m] parti medemur, nõ solùm in hereditatibus , sed etiam in legatis & fideicommissis : quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

Tutor certus & certa persona dari debet. h.d.cum Glo.

Tutor autem nec per nostrã constitutionem[n] incertus [o] dari debet:quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati [p] cauere.

De iure prætorio alienus posthumus etiã olim poterat heres institui, & hodie potest: dũmodo nasciturus sit ex ea qua vxor esse possit. Angelus.

28 ¶ Posthumus autem alienus heres institui,& antea poterat†[q],& nunc potest:nisi in vtero eius sit,quæ iure nostro[r] vxor esse non potest[s].

Error nominis , prænominis , ag-

tamen extraneo. D.de bonis in possess. mit. Extraneus est is qui neque legitimus neque cognatus est : nam legitimus vel cognatus omnino mittitur in possessionem,& non tantùm si instituatur,sed etiam ab intest.succedit.Cuiac.
k ¶ *Sed nec.*quasi dicat:nõ solùm in posthumo, sed omnia supradicta ab illo.§.incertis correcta sunt: *vt arg.D. eo.tit. l. hoc legatum.j.respon.& l. ea tamen.*
l ¶ *Constitutio.* quam non habemus.
m ¶ *Huic.*scilicet posthumo.
n ¶ *Per nostram constitutionem.* s.supradictam constitutionem Græcã,nec veteri iure:*vt ff. de testa.tu.l.tutor incertus.*
o ¶ *Incertus.* vt si ita dixit, illum tutorẽ do, qui primus de Tuscia venerit. nec incertæ personæ datur : *vt ff. de testam.tut.l.tutor ita.* CONTRARIO. Et est ratio secundùm Ioã.Fab. quia quamuis postea certificetur, tamen poterit venire talis ribaldus quòd pupillo prouisum non erit : cõtra id quod iura intendunt. incertæ tamen personæ post certificandę testamentarius dari potest, non datiuus : vt hic per eũ.
p ¶ *Posteritati.*i.filius.
q ¶ *Poterat.* s. de iure prætorio,non ciuili: *vt j.de bo. pos.j.resp. contra. & D. de lib. & posthu. l. Gallus.§.ille.* Acc. CONTRARIO. Sol. ibi loquitur in posthumo alieno tẽpore testamenti nato,non suo : qui postea succedendo in locum primi, suus efficitur , hic verò etiam in eo qui nunquam efficitur suus. Ang.
r ¶ *Nostro.* id est Romano.
s ¶ *Non potest.* Sed quæ est illa quæ vxor esse non potest? Respõ. multæ sunt illæ quæ vxores esse non possunt : *vt supra de nupt. diximus. §. si aduersus.*

† Iure prætorio , non iure ciuili. C.eo. de bon. poss. l. posthumus. ff.de inoff.test. l.[illegible] §.si filium, ff.de bon. po pos. mit. Cuiacius.

& C.de testa.leg.iiij.

[*Si quis in nomine.*] CASVS. Quidam fecit testamentum:& in testamento legauit cuidam. c. sed tamen errauit in nomine legatarij. nam cùm deberet dicere,lego Titio:dicebat,lego Sẽpronio: vnde constabat de persona legatarij. modò quæro,verũ huiusmodi error vitiat lega.Et respon.quòd nõ.Si quis enim in nomine,cognomine vel agnomine & prænomine legatarij errauit : si tamen de persona cõstat,nihilo minus valet legatũ.& idẽ seruatur in heredibus instituẽdis: vt si quis errauit in nomine, cognomine,agnomine,& prænomine ipsius heredis instituẽdi,nihilo minus valet institutio,si de persona heredis cõstat.& certè in vtroq; casu hoc optima ratione statutũ fuit. Nomina enim signandorum hominũ gratia inuenta sunt.Igitur si per quodcũque aliud indiciũ intelligantur,nihil refert. vnde argumento huius regulæ cauetur, falsa nominatione legatum nõ perimi. Est enim quædam alia iuris regula,qua cautũ est,falsa demõstratione legatũ non vitiari : veluti si quis ita legauerit,Stichum seruũ vernam Titio do lego. Licèt enim Stichus non verna,sed emptus sit,si tamen de persona constat,nõ obstante huiusmodi falsa demonstratione valet legatũ: & similiter si ita demonstrauerit testator,Stichũ seruũ meum quem à Seio emi, Titio do lego. Licèt enim ab alio emptus sit,nihilominus valet legatũ,si de persona serui cõstat.Et sicut dixit tibi,scire debes quòd lõgè magis adiecta falsa causa legato,legatũ nõ vitiat: veluti si quis ita dixerit,Titio quòd absente me negotia mea vtiliter cura-

curauit vel gessit, Stichum do. lego. vel si ita dixerit: Titio, quia patrocinio eius à capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego. nam si ita dixerit, valet legatum. Licèt enim Titius legatarius negotia testatoris nunquam gesserit, neque testator patrocinio Titij legatarij à capitali crimine liberatus sit, in vtroque tamen casu legatum valet. Sed aliud ius statutum est si huiusmodi causæ conditionaliter enuntiata sit, veluti si quis dixerit hoc modo, si negotia mea curauerit, fundum ei do lego. nam in hoc casu ita demum valet hoc legatum, si cõditio extiterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. an seruo heredis.

a ¶*Si quis.* sic, *C. de test. l. si in nomine.* Accur.

b ¶*In nomine.* Nomen est genus: sed ponitur hic pro specie sui: vt Albertus: quod dicit proprium personæ nomen. Cognomen quasi commune cognationis nomen, vt Asioellus. Prænomen, quod causa differentiæ ponitur: vt si sint duo Tullij: & vni soper addatur Marcus: & dicatur Marcus Tullius. nam Marcus est prænomen. Agnomen est quod imponitur ab euentu: vt Africanus, qui vicit Africã: Alemanicus & Gothicus: vt *§. in ru. proæmij huius lib.*

c ¶*Valet legatum.* sic *ff. si cert. pet. l. certum.* & *C. eo. l. si Fortidianum.*

d ¶*In heredibus.* sci. si erret in eorum nomine.

e ¶*Intelligantur.* scilicet à testante. & hoc in proprio, in appellatiuis distingue secundum Ioan. An parum erret, vt si libros membranas appellet: quo casu valet, maximè cum fuerit consuetus sic appellare: *vt ff. de leg. iij. librorum. § quod tamen Cassius.* An multum erret, & tunc contra: *vt ff. eod. tit. l. quarta* & *de sup. leg. l. Labeo in medio legis. § sed de his. in fi.*

nominis, non vitiat, si de corpore constat. Aretinus.

29 ¶Si quis†[a] in nomine†[b], cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit: si de persona constat, nihilo minus valet legatum[c]. Idémque in heredibus[d] seruatur: & rectè. Nomina enim significãdorum hominum gratia reperta sũt: qui si alio quolibet modo intelligantur[e] †, nihil interest[f].

Falsa demonstratio non vitiat legatum.

30 ¶Huic proxima est illa iuris regula, Falsa demonstratione† legatum nõ perimi: veluti si quis ita legauerit, *Stichũ seruum meũ vernam[g] do lego.* Licèt enim nõ verna, sed emptus sit: si tamen de seruo constat, vtile est legatũ. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, *Stichum seruum quem à Seio emi*, sitque ab alio emptus[h]: vtile est legatum, si de seruo constat.

Falsa causa adiectione ita demum legatum perimitur, si conditionaliter enuntietur.

31 ¶Longè magis[i] legato falsa causa adiecta non nocet: veluti cum quis ita dixerit, *Titio, quia me absente negotia mea curauit, Stichum do lego.* vel ita, *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego.*

Licèt enim neque negotia testatoris vnquam gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit: legatum tamen valet. Sed si conditionaliter[k] enunciata fuerit causa, aliud iuris est: veluti hoc modo, *Titio, si negotia mea curauerit, fundum meum do lego.*

Heredis seruo purè legari non potest, sub conditione potest: effectũmque sortitur tale legatũ, si verificata conditionis tempore ab heredis nexibus seruus solutus sit: domino autẽ (cuius seruus heres scriptus fuit) indistinctè valet factum legatum: quod tamen euanescit seruo hereditatem iussu domini adeunte.

32 ¶An seruo heredis rectè legemus, quæritur. & constat purè inutiliter[l] † legari[m]: nec quicquam proficere[n], si viuo testatore de potestate heredis exierit[o]: quia † quod[p] inutile foret legatum si statim post factum testamentum decessisset testator: non debet hoc ideo valere[q], quia diutius † testator vixerit. † Sub conditione verò rectè legatur seruo, vt requiramus an quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit[r]. 33 ¶Ex diuerso,

[*An seruo heredis.*] CASVS. Domine, quidam fecit testamentum, & in testamento suo Titium instituit heredem: & Sticho seruo ipsius heredis instituti legauit fundum. modo quæro, vtrum huiusmodi legatum valeat? Ad hoc respon. Iustin. distinguendo, vtrum seruo heredis instituti purè, vel sub cõditione legetur. nam si purè legetur: inutile est legatum, nec quicquam proficit etiam si viuente testatore seruus legatarius de potestate heredis exiuerit. Illud enim quod inutile foret si statim post testamentum factum testator decessisset, non debet ideo valere, quia testator diutius vixit. sub conditione tamen seruo heredis rectè legari potest. nam in hoc casu si tempore existentis conditionis in potestate heredis non sit, legatum valet. Sed quicquid dixerim ubi) seruo herede instituto, domino ipsius sine conditione legari posse non dubitatur: veluti si quis ita dixerit, Stichum seruum Sempronij heredem instituo & postea adiecerit, Sempronio domino Stichi heredis instituti fũdum do lego. Nam in hoc casu quamuis statim post factum testamẽtum testatór decesserit, non tamen apud eum qui heres sit, dies legati cedere intelligitur. Per seruum enim institutum, si antequam iussu domini adierit hereditatem, in alterius potestatem translatus fuerit: alij hereditas acquiri poterit. vel si fortè ipse seruus ante aditionẽ à domino suo fuerit manumissus. tunc enim ipse heres efficiet, & valet legatum. sed si ille seruus in eadẽ causa permanserit, & viuente domino eodémque legatario hereditatem adierit, euanescit legatum. Et hæc dicuntur vsque ad §. ante heredis institutionem, cuius casus planus est vsque ad finem tituli.

† Ratio, quia hereditas nõ separatur à lega[to], & id cum esset heres & legatarius, nihil per seruum habere quærat legatum.

† Et sic quid per mortẽ vtile non sit per vitã non conualescit.

† Quod ab initio non valuit legatum ex post facto non conualescit.

† Et sic quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit. simile in c. non Glos. fin. extra de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adult.

† Vel die fiendi dominio. Fit[...] quod ibi testator legauerat seruo proprio hic verò heredis.

f ¶*Nihil interest.* vnde liber homo sibi nomen mutare potest: licèt seruus non possit: *vt C. de muta. no. leg. j.* & *ff. ad leg. Cornel. de fal. leg. falsi.*

g ¶*Vernam.* Verna est seruus ex ancilla testatoris domi natus.

h ¶*Emptus.* idem & si non emit: *vt arg. ff. de vsucap. leg. nunquam §. fina.* secus in venditione: *vt ff. de contrahenda emptio. leg. si quis fundum.*

i ¶*Longè magis.* ideo dicit magis, quia verba falsæ demonstrationis sunt de substantia ipsius legati: vt cum dico, Stichum vernam do lego. sed verba falsæ causæ non ita. Item quia causæ legandi nõ cohærent legato: *vt ff. de condi. & demon. l. cum tale. § falsam causam.* Item quia hic donatio præsumitur: *vt ff. de cond. indebi. leg. in summa. id quoque.*

k ¶*Sed si conditionaliter.* ¶Not. conditio per si apponitur, & per cum: *vt hic,* & *ff. de cond. inde l. qui promisit.* & *ff. de ver. oblig. leg. quodcumque §. non solum.* nisi in casu: *vt ff de test. leg. mora. §. sub conditione.*

¶Modus, per vt: *vt C. de his quæ sub mo. l. j.* ¶Causa, per quia: *vt hic.* ¶Demonstratio fit ostendendo aliquid quod non est *vt §. prox.* & *ff. eod. l. si sic. § j.* ¶Circa hæc quatuor sic dicas: & primo, Falsa causa non nocet: vt hic. Conditio nocet si deficiat: *vt hic,* & *ff. si cert. pet. l. cum ad præsens* & *l. itaque.* Modus idem quod conditio operatur: excepto quòd id quod datur sub modo, etiam antequam modus impleatur, petitur: cautione tamẽ interposita de modo implendo: quod non est in conditione: *vt ff. de condi. & demon. l. qui heredi. § fin.* & *de annu. leg. l. liberto. § Lucius.* & *ff. eo. iij. l. si tibi.* In demonstratione distingue: *vt ff. eo. j. l. si sic. § j.* & *l. non quocunque.* vnde versus, Scito quòd vt, modus est: si, conditio: quia, causa: vnde *§. verum. extra. de condi. appo.*

l ¶*Inutiliter.* contra *sic C. de necess. ser. her. insti. l. quidam §. illo.* Sed ibi non imponitur necessitas dandi. Vel in alimentis loquitur: *vt ff. de ali. & cib. leg. l. seruos.* nam cum sit purum, à morte testatoris cedit: *vt C. de cadu. tol. §. cum igitur* & domino ex persona serui acquiritur: *vt § per quas perso. nob. acquir. § item vobis acquiritur quod seruus &c.* sed idem dominus erit heres: ergo non valet legatum: quia idem non potest esse heres & legatarius: *vt ff. de leg. j. l. legatum est. § j.* AZO. Quod est verum, si legatur sine libertate seruo testatoris vel heredis. secus si alieno quia cederet ab adita hereditate: nisi dies mortis & aditionis esset idem: *vt l. si optio ff de opt. leg.* quando verò cum libertate legatur: cedit vel à die competentis libertatis si sit sub conditione relicta vel ab adita hereditate: si vtrumque sit purum. *vt § in nouissimo C. eo. tit. de cad. tol.* Ang.

m ¶*Legari.* propter confusionem heredis & legatarij, quia eadem persona sibiipsi debere non potest.

n ¶*Nec quicquam proficere.* quia actus morientium non possunt esse in suspenso. *vt ff. communia prædi. l. fi. in fi.* & propter regulam Catonis quæ sequitur.

o ¶*Exierit.* seruus legatarius.

p ¶*Quia quod &c.* hæc est regula Catoniana.

q ¶*Valere.* Exceptis quibusdam casibus: vt cum res tua sit tibi legata, & ante mortem testatoris alienata.

r ¶*Non sit.* nam si est adhuc seruus, non valet legatum. aliàs valet; *sic ff. ad legem Falcidiam. l. si à seruo.*

Nam & si statim] Eadem propemodum inspectio est in *l. si optio. D. de opt. leg.* Item in *l. quæsitum. § j. D. de leg. j quæ citatur in l. Iulianus. D. de cond. & demon.* Cæterùm in proposita specie dies legati cedit

à morte. *l. à filio. D. de leg. 3.* & vtile est legatum dum pendet aditio hereditatis. In illis nisi dies cederet ab aditione, si statim testator decessisset, inutilia forent legata. Cuiac.

a ¶ *Apud eum.* i. apud eundem, s. dominum qui fit heres per seruum: quia adhuc non est. Accur.

b ¶ *Heres fit.* hoc est dicere mortuo testatore statim post testamētum, non ideo statim dominus serui erit heres per seruū, & legatarius per se: & ita non erit apud eum, id est eundem hereditas & legatū: quod erat superiori § Imò[a] ad hoc vt fit heres per seruum, duo præcedere oportet, iussum domini, & obedientiam serui. & interim serui conditio poterit variari: sed legatum tantum interim habebit dominus. sunt ergo separata, hereditas & legatum interim: cum legatum apud dominū sit: hereditas apud nullum, donec seruus vel manumissus sibi, vel iussu alicuius domini eam adeat.

a Seruus heres institutus non acquirit domino, nisi duo concurrant.

c ¶ *Intelligitur.* Nam nemo est heres adhuc, cū & domini iussus, & serui debeat sequi voluntatem: *vt Cod. de heredibus instituendis l. cum proponas.* & licèt hereditatis dies cedat ea adita, tamen legatum à morte testatoris cedit: *vt C. de cadu. tol. § in nouissimo.* vnde apud dominum erit legatum: sed hereditas apud nullum: quę poterit esse vel apud hunc: vel apud alium, si alienabatur scilicet seruus prius, vt sequitur.

d ¶ *Legatarij.* qui & dominus est.

e ¶ *Legabatur.* aliud in tutore etiam olim: *vt supra qui da. tut. poss. § ad certum.*

f ¶ *Fundamentum.* cum sine illa nullum dicatur[b]: *vt ff. de iure codi. l. fina. & ỹ. Institu. eo. § in primis. & de his quæ in testa. delen. l. pen. ibi, Calphurnius.*

g ¶ *Scripturæ ordinem.* No. ordinem[c] scripturæ non seruandum. *sic ff. de sol. l. non enim.* Sed contra *arg. ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. § quid ergo & in Authen. de here. & Falci. § inordinatum. col. j.*

h ¶ *Voluntatem.* repete, vituperandum erat.

i ¶ *Constitutionem.* quam non habemus, secūdùm quosdam: vel dic verius quòd loquitur de ea quę est *Cod. de testament. l. ambiguitates.* & quod ibi dicit, non ex mente, referas ad alia, non ad hunc ordinem.

k ¶ *Ante heredis institutionem.* quia primò potest legare rem, & postea heredem instituere.

† Concor. cum hoc tex. c. Raynaldus. cum sua Gl. super verbo legauit prope fi. extra de test. Per.

† Et sic legata præcedere possunt testamentum ordine licet, sed ordine intellectus institutio præcedit. Ægid.

b Concor. Gl. in c. in prin. in o.c.ū. tabs extra de testamen.

c Ordo scripturæ an & quādo seruetur.

herede instituto seruo, quin domino rectè etiam sine conditione legetur, non dubitatur. Nam etsi statim post factū testamentum decesserit testator, non apud eum[a] tamen qui heres fit[b], dies legati cedere intelligitur[c]: cum hereditas à legato separata sit, & possit per eum seruum alius heres effici, si prius quàm iussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit: vel manumissus ipse heres efficitur: quibus casibus vtile est legatum. Quòd si in eadem causa permanserit, & iussu legatarij[d] adierit, euanescit legatum.

Legata & libertas hodie relinqui possunt ante heredis institutionem, & postea, & inter institutionem & substitutionem. Aretinus.

Annotato, Potius spectandam voluntatem quàm scripturæ ordinem.

34 ¶ Ante heredis institutionem inutiliter antea legabatur[e]: scilicet quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt: & ob id veluti caput atque fundamentum[f] intelligitur † totius testamenti heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionē dari poterat. Sed quia † inciuile esse putauimus, scripturæ ordinem[g] quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem[h]: per nostram constitutionem[i] & hoc vitium emendauimus: vt liceat & ante heredis institutionem[k], & inter medias[l] heredum institutiones legatū relinquere: & multo magis libertatem, cuius vsus fauorabilior est[m].

Hodie ante & post mortem heredis & legatarij & pridie mortis ipsorum legari potest. Aretinus.

35 ¶ Post mortem quoque heredis aut legatarij simili modo inutiliter legabatur, veluti si quis ita dicat, *Cum heres meus mortuus fuerit, do lego.* itē, *Pridie quàm heres aut legatarius morietur.* Sed simili modo & hoc correximus[n], firmitatem huiusmodi legatis[o] ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorum quàm fideicommissorum inueniatur[p].

Hodie potest pœna nomine legari, & legatum transferri vel adimi, nisi præcipiatur aliquid impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum. hoc dicit. Aretinus.

36 ¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter legabatur, & adimebatur[q] vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coërcendi heredis causa relinquitur, quò magis aliquid faciat[r], aut non faciat[s] veluti si quis ita scripserit, *Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit*[t]: vel ex diuerso, *Si non collocauerit*[u], *dato decem aureos Seio.* aut si ita scripserit, *Heres meus si seruum Stichum alienauerit*[x]: vel ex diuerso, *si non alienauerit*[y] *Titio decem aureos dato.* Et in tantum hæc regula obseruabatur, vt per quàm[z] pluribus † principalibus constitutionibus significetur †, nec principem quidem agnoscere[a] quod ei pœnæ nomine legatum sit. Nec ex militis quidem testamento talia legata valebant: quamuis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde obseruabātur[b]. Quinetiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat. Eo amplius nec heredē † pœnæ nomine adijci † posse Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat, *Titius heres esto. si Titius filiam suam in matrimonium Seio collocauerit*[c], *Seius quoque heres esto.* † Nihil enim intererat qua ratione Titius coërceretur: verum legati datione, an coheredis adiectione. Sed huiusmodi scrupulositas nobis non placuit. Et generaliter ea quæ relinquuntur, licèt pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata: nihil distare à cæteris legatis constituimus[d], * vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet his quæ impossibilia[e] sunt, * vel legibus inter-

l ¶ *Medias.* quia primùm instituit heredem, & postea legauit: & postea alium heredem instituit: & ita legat inter medias heredum institutiones.

m ¶ *Fauorabilior est.* nisi in[a] duobus casibus. *vt ff de manumis. test. l. cum ex pluribus. & de legat. 3. l. si quis à filio. § penul. & l. ferre. & ad Treb. l. si patroni. § sed & si sine fructibus.* ADDITIO. Dic secundùm In. Fab. quòd hoc non videtur verum, imò videtur idem vbique: quia incertitudo vitiat legatum & libertatem: secus in re legata. vbi autem libertas legatur: est incertitudo & in re, & in persona, & sic vitiat: *vt no. Dy. in regula. in obscuris. de regulis iur. in vj.* Angel.

a Libertati quibus casibus non fauetur.

n ¶ *Correximus.* *vt C. vt act. ab herede & contra here. l. j.*

o ¶ *Legatis.* in stipulationibus idem: *vt d. l. j. C. vt act. ab herede. & contra hered. l. j.* ¶ Caue tamen, quia legatum sic incipit ab herede vel heredi dari: quod primò nullo modo fuit[b] sed stipulatio fuit, licet inefficax: *vt ff. de euict. l. qui à pupillo. & l. si per imprudentiam. § non mirum.*

b Hoc verum si legauit post mortem heredis vel alterius: secus si post mortem legatarij. quia statim est nata obligatio, vt in stipulatione: sicut no. Gl. in l. eadem. ff. de ver. obl. Ang.

p ¶ *Inueniatur.* *vt ff. eo. l. j. & ỹ eo. tit. § sed non vsque.*

q ¶ *Adimebatur.* hæc verba expone *vt ỹ. tit. j.*

r ¶ *Aliquid faciat.* quod fieri vult secundùm hoc. hoc adiecto scili. in pœnam heredis se committere. aliàs est cōditio, & valet: *vt ff. de his quæ pœ. no. l. j. § ij.*

s ¶ *Non faciat.* quod fieri non vult. Accur.

t ¶ *Collocauerit.* scili. quod fieri nolo, scili. eam collocari.

u ¶ *Nō collocauerit.* s. quod fieri volo, scili. eam collocari.

x ¶ *Alienauerit.* quod nolo.

y ¶ *Non alienauerit.* nam vt alienauerit, volo.

z ¶ *Perquam.* i. valde.

a ¶ *Agnoscere.* s. posse *vt ỹ. quibus mo. testa. infir. § fi. in fi.*

b ¶ *Obseruabantur.* *vt. C. de testa. mili. l. j.*

c ¶ *Collocauerit.* scili. quod fieri nolo.

d ¶ *Constituimus.* *vt. C. de his quæ pœ. no. l. j.*

e ¶ *Impossibilia.* *ff. de legat. j. l. si mihi. & tibi. § j.* contra. Sol. ibi non erat impossibile: poterat enim esse quòd diu viueret: & intra triduum posset id fieri quod fieri volebat. a Vel dic quòd ibi voluit testator heredē constituere se soluturum si decederet scilicet testator intra triduum: quod potuit. non autem soluere[c]. Item contra *supra de hered. instit. § impossibilis.* Solo. quidam dicunt nō valere sicut testator voluit, vt hic: valet tamen purè.

† quamplurimis.

† significaretur.

† l. coheredē.

† i. adiungi, s. heredē primo instituto. Æg. Per.

† Et hæc est pœna, quia ex quo Titius filiam dedit Seio in vxorem, testator adiecit. i. adiunxit ei pro pœna ipsū Seium coheredē. Æg. Per.

* Sic ergo pœnę nomine legari potest. vt in c. Raynaldus. cum sua Gl. super verb. adiecerat. extra de testa.

a Vbi si heres iubeatur facere impossibile: & si non faciat legatur aliquid ab eo non valet. *l. s. C. de his quæ pœ. nomi. rel.* quia non est imponenda si non impleuerit impossibile. *l. in testam. ff. de cond. & dem.* Ægi. Per.

c Has solutiones reprehendit Ioan. Fab. hic, & dicit ibi ideo valere legatum, quia non continet impossibile. sed adiectionem temporis esse impossibilem, quæ non vitiat.

putè, vt ibi. a Vel distingue secundùm Ioan. aut apponitur conditio impossibilis heredi, aut legatario. si heredi, non valet legatum, vt hic: si legatario, valet: vt ibi. & quære exempla. *Cod. de his quæ pœ. no. l. j.* ADDITIO. Exemplum, quando apponitur conditio impossibilis heredi siue onerato: vt, det heres si cœlum digito tetigerit: & tunc vitiat quasi non stet per eum quo minus impleat, sed per impossibilitatem. Quando legatario siue honorato: vt, tibi relinquo si cœlum tetigeris digito. & hæc nõ vitiat, sed vitiatur, & pro non adiecta habetur. Et est ratio: quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit testator. vide glo. notab. in leg. j. *ff. de condi. insti.* IMPOSSIBILIS. de impossibili dic: præcepit heredem transferre montem: aliàs ei adiecit coheredem, vel aliã pœnam imposuit. ¶De legibus interdicto, vt præcepit heredi vel legatario vt daret inquilinos sine prædiis. ¶De probroso: vt præcepit reliquias suas in mare proiici, vel se cum vestibus sepeliri: aliàs pœnam imposuit. nam in prædictis & similibus remanet heres & legatarius: nec tenetur ad impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum, nec etiam ad pœnam, ideo quòd impossibile vel legibus interdictum vel probrosum non impleuit.

† testamentorum.

dicta[a], aut aliàs probrosa[b]. Huiusmodi enim testatorum † dispositiones valere, secta meorum temporum[c] non patitur.

DE ADEMPTIONE LEGAtorum, & translatione.

TITVLVS XXI.

Quod cuipiam testamento relictum fuit, potest eodem alteróve testamento quibuslibet verbis adimi, vel ad alium transferri.

ADemptio legatorum, siue eodem testamento adimãtur[d], siue codicillis[e], firma est[f]. Sed & siue contrariis verbis fiat adẽptio: veluti si quis ita quid legauerit, *Do lego*: ita adimatur, *Non do, non lego*. siue nõ contrariis, sed aliis[g] quibuscũque verbis.

1 ¶Transferri[h] quoque legatum ab alio ad aliũ potest: veluti si quis ita dixerit: *Hominem Stichum quẽ Titio legaui, Seio do lego*: siue in eodẽ testamẽto, siue i codicillis hoc fecerit. quo casu simul & Titio adimi videtur, & Seio[i] dari.

a ¶*Legibus interdicta.* vt inquilinos sine prædiis: *vt ff. de leg. j. l. si quis inquilinos* vt patuit supra. ADDITIO. ¶Et hoc verum vbi aliquid est per ius dispositum vel consuetudinem: quod testator immutare non potest: vt quia fortè ob ius publicum vel fauorem, aliàs secus. Ioan. Fab.

b ¶*Probrosa.* vt vestimenta in funus: *vt ff. eod. j. l. seruo alieno. § fin.* vel reliquias in mare: *vt ff. de condi. insti. l. pe. in prin.*

c ¶*Secta meorum temporum.* i. ego qui insequor iustitiam hoc tempore, non patior. *sic ff. de pact. l. fin. in fi.*

DE ADEMPTIONE LEGATORVM &c.

a Cõtinuatio.

Quia[a] ambulatoria est defuncti voluntas vsque ad supremum vitæ exitum: vt ff. de adimen. lega. l. j. §. fi. & l. seq. *ideo post data legata, & de eis adimendis videamus.*

b Diuisio.

ADemptio.] Diuiditur[b] in duas partes. Primò loquitur de ademptione. Secundò de translatione. Secunda ibi, Transferri.

d ¶*Adimãtur.* s. legata.

e ¶*Codicillis.* s. testamento confirmatis, secundùm quosdam: non aliter. Sed nos cõtra[c]: *vt in Authen. de testi. fideicom. §. manifestum. col. iv.* Accur. ADDITIO. Et est ratio: quia non est ridiculum codicillos etiam contrarios per testamentum confirmari: quia videmus agi ex contractu, vt contractus rescindatur. *l. sed Celsus. § j. ff. de contrahend. empt.*

c Legata relicta in testamẽto possunt adimi in codicillis etiam non cõfirmatis, licèt aliud sit in hæreditate.

f ¶*Firma est.* vt si eodem testamento fiat, videatur nec datum: si alia voluntate, videatur datum, sed postea ademptum: *vt ff. de his quæ in testamen. de. l. j. in prin. & ff. de lega. j. l. si ita scriptum.* ¶Sed videtur quòd nulla talis voluntas valeat: cum videatur sibi repugnare: *vt ff. de regulis iuris. leg. vbi repugnantia.* quæ est huic contraria.

¶Sed dic quòd ibi dicit de repugnantia quæ fit propter simplicitatem verborum: *vt ff. de condi. institu. l. si Titius.* a Vel habet locum prædicta regula, quando non apparet quæ sit vltima: quo casu neutra valet. Si autem apparet, vltima valet: *vt ff. eod. l. nihil prohibet.* Accur.

g ¶*Aliis.* s. vt adimo, vel pœniteo eius quod dedi, vel similia. imò etiam nuda[d] voluntate præsumpta vt si inimicus postea factus sit legatarij. *ff. de adi. leg. l. iij. in fi. & l. iiij.* ADDITIO. Idem si ab ignorante fiat ignoranti aliquid etiam post mortem: quod si sciuisset testator, non fuisset legaturus. Ange.

d Legata voluntate præsumpta reuocantur.

h ¶*Transferri.* facit. *ff. eo. l. translatio.* Accur.

Institut.

i ¶*Et Seio.* Sed si Seius est non capax: nunquid ademptio à primo facta valet? Respondetur sic: *vt ff. de leg. j. l. planè in princ.* Accursius.

DE LEGE FALCIDIA.

TITVLVS XXII.

Ne suprema testantium iudicia non adita hereditate corruant, lege Falcidia cautum fuit, ne cuipiam bonorum dodrantem legatis exhaurire fas sit: alioquin quadrans hereditatis per legem Falcidiam resecatur, & penes vnum pluresve heredes remanet.

SVperest vt de lege Falcidia[k] dispiciãmus: qua[l] modus † nouissimè legatis imposit[us] est. Cũ enim olim lege duodecim tabularũ libera erat legãdi potestas, vt liceret vel[m] totũ patrimoniũ legatis erogare, quippe cùm ea lege ita cautũ esset, *Vti quisque* † [n] *legasset suæ rei*[o], *ita ius esto*: visum est hanc legandi licentiã coartare: idq; ipsorum testatorum[p] gratia prouisum est, ob id quòd

DE LEGE FALCIDIA.

a Cõtinuatio.

Qualiter[a] minuantur legato ademptione vel translatione, dictum est: nunc qualiter lege Falcidia minuantur: & ideò dicit, superest. Accursius. Differentia inter hunc titul. & superiorem habetur per hos versus. Tunc defalcarus, si per legata grauaris: Sed trebellaris, cum reddere multa rogaris.

b Diuisio.

SVperest.] Totus iste tit. diuiditur[b] principaliter in quinque partes. ¶Primò continuat se ad præcedentia. ¶Secundò ponit effectum legis Falcidiæ tam de iure legis duodecim tabularum, quàm de iure quo nos vtimur. ¶Tertiò ponit vnum dubiũ, scilicet an heres non grauatus respectu sui coheredis grauati, possit detrahere Falcidiam. ¶Quartò ad quod præsens tempus redigatur, vt inspiciatur an lex Falcidia habeat locum. ¶Quintò quando lex Falcidia imponitur, quid est antè deducendum. Secunda ibi, Cùm enim. Tertia ibi, Et cum quæsitum. Quarta ibi, Quãtitas autem. Quinta ibi, Cùm autem. CASVS.

† Hoc in Lo. dotiano ff de donat. causa mort. emendandum est, modo legatis concesso. Cuia.

† Addi... fuit ... que. nam ... ita lege concepta fuit, Paterfamilias vti legassit super pecunia tutelave sua rei, auctore Connanõ. Cuias.

Domine, multa dixistis nobis circa materiam legatorum, & de adempt. & translat. eorundem vnde videtur quòd ad aliquam aliam materiam de cætero poteritis transire. satis enim videtur quòd ea quæ iam dicta sunt circa materiam legatorum, possunt sufficere. Ad hoc respon. Iustinianus: Amice, non bene tibi videtur, imò circa materiam legatorum etiam insistendum est adhuc. nam ex quo de ademptio. & translat. legatorũ vidimus: superest vt de l. Falcid. per quam modus legatis nouissimè impositus est, dispiciemus. Sed pone: Domine, iam video quod vos vultis tractare de lege Falcidia. dicatis mihi si placet, quare fuit introducta lex Falcid. & quis sit eius effectus? Ad hoc resp. Amice, Lex Falc. optima ratione fuit introducta & eius effectus fructuosus est. Cũ enim olim le. xij. tabularum libera erat legandi potestas, in tantũ vt liceret testatoribus totum patrimonium suum per legata erogare, & nihil penitus apud heredes scriptos relinquere (nam lege duodecim tabularum ita cautum erat, quòd sicuti quisque legasset rem suam, ita ius esset:) idcirco vtile visum est legumlatoribus huiusmodi liberam licentiam legandi coartare: quia propter huiusmodi plerunque moriebantur homines intestati. nam licèt heredes essent instituti, scripti tamen heredes pro nullo hereditatis lucro eam volebant adire. & quamuis etiam super huiusmodi licentia legandi coartanda tam lex Furia quàm Voconia latæ sunt: neutra tamen earum ad rei consummationem sufficere videbatur. vnde nouissimè lata est lex Falcidia, qua cauetur ne liceat testatoribus plus legare quàm dodrantem totorum bonorum: vt siue vnus heres sit institutus, siue plures: apud eum, quando vnus esset institutus: vel apud eos, quando plures essent instituti, quarta pars totius patrimonij ipsius testatoris integre remaneat. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. & cum quæsitum.

k ¶*Falcidia.* ideo sic dicta, quia vt falx fœnum, sic hæc lex legata resecat. a Vel dic à Falcidio auctore:[e] vt & Publiciana à Publicio dicta: *vt j. de act. §. alia.*

e Qui fuit ... & ideo Falcidia ... resecat ipso iure ... ff. ... si fuisset prætor, secundùm leg. tab. ... Falcidiæ detractionẽ iure veteri testator prohibere nõ poterat: nouissimo iure potest. Sed quia casu cõstructũ dif... in vtroque iure? Interpretes putant ... homines, Incello aliquo ad ... eundas hereditates ... ad quam ... adstrui ... Christiana pietate sola vel satis ... [illegible]

l ¶*Qua.* s. Falcidia.

m ¶*Vel.* pro etiam.

n ¶*Vti quisque.* hæc sunt verba legis duodecim tab.

o ¶*Suæ rei.* id est in sua re tota, quam ipse legauit: vel etiam aliena. nam & aliena res legari poterat, & potest: *vt hic, & ff. ad legem Falcidiam. leg. j. in princip. & supra de legatis. §. non solùm autem.*

p ¶*Ipsorum testatorum.* non[d] tamen licet testatorib. eam renunciare, nisi in casu: *vt ff. eo. l. quod de bonis. § fi. & l. si debitor. leg.* contra

C. de pact. l. pen. ibi, cum & alia regula sit &c. Sed hodie per auth. sed cum testator. quæ est. C. ad l. Falc. contra. ADDITIO. Quod est verum expressè. secus si tacitè, putà dicendo, tota vel integra legata soluas. nisi adiiceretur quòd amplius heres habere non possit &c. secundum Angelum. in Trebellianica autem idem dicas quod in Falcidia secundùm Ioan. Fab.

plerunque intestati moriebátur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire[a]. Et cùm super hoc[b] tam lex Furia quàm lex Voconia latæ sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur: nouissimè[c] lata est lex Falcidia, qua cauetur ne plus legare[d] liceat, quàm dodrãtem[e] totorum bonorum, id est vt siue vnus heres institutus sit, siue plures: apud eum eósve pars quarta remaneat.

Heredum quilibet partis sua legatis exinanita quartam detrahere potest: quamuis coheredis portio nullatenus granata extiterit.

2 ¶Et cùm quæsitum esset[f], duobus heredibus institutis, veluti Titio & Seio, si Titij pars aut tota exhausta sit legatis, quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum[g] onerata: à Seio verò aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem eius duntaxat in partem dimidiam minuant[h]: an quia is[i] quartam partem[k] totius hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis quæ ab eo relicta sunt, retinere liceret, vt quartam partem suæ partis saluam habeat:[l] placuit posse retinere[m]. etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est.

Vt Falcidia locus sit vel non, quantitas patrimonij testatoris à morte spectanda est: ideo vt bona mortuo testatore hereditate iacente aucta, nihil obsunt heredi quin quartam de legatis detrahat: ita & deminuta non prohibent quin solida legata debeantur.

3 ¶Quantitas autem patrimonij ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tẽpore[n] spectatur. Itaque verbi gratia si is qui centum aureorum patrimoniũ in bonis habebat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodest si ante aditam hereditatem per

a ¶Adire. facit infra tit. j. §. sed quia heredes. Accursius.

b ¶Super hoc. i. super coarctanda legandi licẽtia.

c ¶Nouissimè. i. vltimò. Accur.

d ¶Legare. vel[a] etiam causa mortis donare. (nã & ibi locum habet Falcid.) 2 Item & in mortis causa capione: vt C. eod. l. pe. (licèt de hac quidam contra dicant: & est pro eis argumentum. ff. eod. l. acceptis.) 3 Item in fideicommissis[b]: vt C. eod. l. secunda. 4 Item in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur, non aliàs: vt C. eod. l. in donationibus. & in his habet locum quod hic de legatis dicitur.

a Falcidia locũ habet in legatis, in mortis causa donatione, in mortis capione, in fideicommissis, in donatione inter viuos quæ morte confirmatur, hoc est non licet vltra dodrantem.

b Quod est verum in fideicommissis particularibus, non in vniuersalibus: vt j. tit. prox §. 1.

e ¶Dodrantem. id est nouem vncias totius hereditatis. sic enim dodrans dicitur: vt supra de hered. instit. §. hereditas. Si ergo fiat in cõtrarium: de singulis potest fieri sectio, id est quartæ partis detractio, & ipso iure: proposita etiam rei vindicatione: vt ff. eo. l. lineam. in fine j. respon. & l. Plautius. & C. eod. l. ij. Iam ergo non est quæstio an heres possit retinere Falcidiam in vna re. nam non potest: vt in d. leg. Plautius[c]. Sed aliud quando quis legat partem bonorum: tunc enim succurritur heredi, siue rerum partes, siue æstimationem dare maluerit: vt digestis de legatis primo. leg. non amplius. §. j.

c Hoc verum si plures sint legatarij secus si vnus. quia potest ei res necessitate vel legatarij voluntate. vt ibi & l. plane. & l. seq. § si solue ff. eod. Vbi autem nõ cadit cõmoda diuisio, deducitur ad arbitriũ iudicis: vt l. non amplius. ff. de lega 1. §. fin. De Trebellianica vero vel legitima hoc vt habetur, in l. filiũ quem habitem. C. famil. ercisc. Angel.

[Et cum quæsitum.] CASVS. Domine, iam video quòd effectus legis Falcidiæ talis est, quòd testator non potest legare vltra dodrantem totorum bonorum, videlicet vt quarta pars patrimonij ipsius testatoris remaneat apud heredes: siue sit vnus heres scriptus, siue plures. Dicatis igitur mihi, quid iuris est in tali casu? Quidam fecit testamentum, & in testamento suo instituit duos heredes pro æquis portionibus, putà Titium & Seium: & partem Titij aut totam exhausit legatis, quæ nominatim reliquit à Titio præstanda, quòd nihil penitus apud Titium remansit: aut si aliquid remansit, supra modum tamen partem Titij onerauit. à Seio verò aut penitus nulla legata reliquit: aut si quã ab eo reliquit partem, tamen dimidia portio eadem integra penes ipsum Seium remansit: & ita quarta pars totius hereditatis apud Seium heredem scriptum sine aliqua deminutione & sine onere remãsit. vnde in hoc casu multum fuit dubitatum & quæsitum, vtrum liceret Titio vltra quartam partem suæ portionis grauato aliquid ex legatis ab eo nominatim relictis retinere: vt ita beneficio legis Falcidiæ quartam partem suæ portionis saluam habeat? Ad hoc respondet Iustinianus. Amice, certè in quæstione proposita placuit, vt liceat Titio vti beneficio legis Falcidiæ, & de singulis ab eo relictis intantum detrahere, vt quartam partem suæ portionis saluam habeat, non obstante quòd quarta pars totius hereditatis apud Seium coheredem suũ integra remaneat. Nam in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ habenda est: vt quilibet quartam suæ portionis saluam habeat. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. quantitas autem Fran.

f ¶Et cum quæsitum esset. facit. ff. eo. l. in singulis.

Exhausta sit legatis.] Legata quæ dodrantem excedunt, hereditatem onerare dicuntur. quæ assem absumunt, exhaurire. quæ dodrantem non excedunt, delibare. Igitur per legem Falcidiam delibari hereditas potest, non onerari, non exhauriri. Cuiacius.

g ¶Supra modum. i. supra quartam. Accursius.

h ¶Minuant. & sic remanent ei tres vnciæ, quæ sunt quarta pars totius assis. Accursius.

i ¶Is. scilicet Seius.

k ¶Quartam partem. i. tres vncias.

l ¶Habeat. hoc interrogatiuè lege: & postea responde, & placuit posse &c. Accursius.

m ¶Posse retinere. scilicet quartam partem suæ partis, quam iure hereditario habet. non autem datum causa adimplendæ conditionis sibi ab aliquo imputabit sibi in quartam, nisi à statulibero esset datum, & de pecunia hereditaria, de qua ei dare permittitur: vt ff. eo. l. id autem. & de donationibus causa mortis l. quod statuliber. Item nec legatum à coherede relictum sibi imputat: vt ff. eod. l. in quartam nisi testat. hoc canere[a] vt ff. eod. l. quod autẽ. j. respons. §. Marcellus.

a Hic Glo. sequuntur Fab. Pla. & Angel.

[Quantitas autem.] CASVS. Domine iam video quòd beneficio legis Falcidiæ singulis heredibus prouisum est: sed dicatis mihi, quo tempore inspicitur verum lex Falcidia locum habeat? Ad hoc respondet. Amice, quantitas patrimonij à testatore relicta, ad quã ratio legis Falcidiæ reducitur, tempore mortis ipsius testatoris inspicitur: sicut manifestè liquet in tali exemplo: Quidam habuit centum aureos in bonis. Ipse laborans in extremis condidit testamentum: & in testamento instituit heredem: & centum aureos legauit: & ita totũ patrimonium suum exhausit legatis. vnde mortuo testatore beneficiũ legis Falcidiæ locum sibi vindicabat. Sed quid si antequam heres adierit hereditatem, bona hereditaria per seruos hereditarios vel ex fœtu pecorum, vel ex partu ancillarum intantum sunt aucta quòd omnibus legatis in solidum solutis, heres quartam partem totius hereditatis, vel etiam amplius saluam habere possit? Et respon. quòd certè huiusmodi augmentum post mortem testatoris ante aditionem hereditatis adueniens legatariis non proderit: sed nihilo minus heres beneficio legis Falcidię quę tẽpore mortis ipsius testatoris competit, vtetur: & quartam partem à singulis legatis detrahet. & idem ius in casu conuerso obseruatur. ¶Nam sicut augmentum rerum hereditariarum ante aditam hereditatem non potest prodesse legatariis: ita deminutio rerum hereditariarum eis non nocet. verbi gratia, Ponamus retento primo themate, quòd ille qui habebat centum in bonis, legauit septuagintaquinque, & ita reliquit quartam partem hereditatis. vnde mortuo testatore ratio legis Falcidiæ locum sibi vindicare non poterit: si tamen ante aditionem hereditatis bona hereditaria intantum decreuerint incendiis fortè, aut naufragiis, aut fortè per mortem seruorum aut pecorum, vt septuagintaquinque tempore aditionis in hereditate vix inueniantur, certè in hoc casu huiusmodi deminutio legatariis non nocet: imò nihilominus heres ad præstationem legatorum in solidum tenetur. ¶Sed fortè obiiceret aliquis sic. Hoc videtur iniquum, videlicet compelli adire heredem huiusmodi damnosam hereditatem, & nihil lucrari. Ad istam tacitam obiectionem respondet Iustinianus in litera, ac si facta esset sibi, dicens: Amice, hoc nullatenus damnosum est heredi. nam liberum habet arbitrium non adire hereditatem, & ita huiusmodi periculum euitare. vnde in hoc casu necesse est ipsis legatariis cum herede de certa portione legatorum recipienda pacisci, ne heres deserat testamentum: & ita deficiente testamento, legata in eo relicta non debeantur. Hæc dicuntur vsque ad illum §. cum autem ratio.

n ¶Mortis tempore. supra de lega. §. si peculium. contra. Sol. ibi remanet seruus quasi peculij dominus. ADDITIO. In æstimatione tamen debitoris est secus: quia si post mortem testatoris & ante aditam hereditatem efficiatur non soluendo: cedit damno heredis si econtra, cedit lucro legatariorum quoad Falcidiam: vt l. cum quo ff. eod. Et est ratio: quia est spes quòd de inopia deueniat ad pinguiorem

guiorem fortunam. *l. si defunctus ibi, nec enim pauperibus. Cod. arbi. tu.* Ioan. Fab.

a ¶*Legauerit.* scil. tres partes hereditarias, & quarta remanet, ita quòd non habet locum Falcidia, quia centum habebat in bonis: vt ȝ. dictum est.

seruos hereditarios, aut ex partu ancillarũ hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hereditati, vt centũ aureis legatorum nomine erogatis, heres quartam partẽ hereditatis habiturus sit: sed necesse est vt nihilo minus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerso si septuagintaquinque legauerit[a], & antè aditam hereditatem intantum decreuerint bona, incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte seruorum, vt non amplius quam septuagintaquinque aureorum substantia, vel etiam minus relinquatur, solida legata debẽtur[b]. Nec ea res[c] damnosa † est heredi, cui liberum est nõ adire hereditatem. quæ res efficit, vt sit necesse legatariis, ne destituto testamẽto nihil consequantur, cum herede in portione pacisci[d].

Falcidiæ ratio ita habenda est: primum omne æs alienum, funeris impensa, & seruorum precio deducuntur: exinde si quod reliqui est, à legatis exuperetur, vsq; adeò quorumlibet minuuntur legata. vt vi-

b ¶*Solida legata debentur.* aliàs dentur. Hoc locum habet, quando res hereditariæ non legatæ perierunt. Si[a] autem legatæ pereãt, distingue: aut erant in põdere, numero vel mensura: & tunc idem quod hic dicitur[b]. Aut non: & tunc aut incertum, vtputà hominẽ: & tunc idem quod hic. aut incertum ex certis: vt vnum de seruis suis: & tunc si omnes pereãt, legatarij damnum est. *vt ff. eod. l. in ratione legis Falcidiæ mortes. §. diligenter. & §. incerta*, aut penitus certa: vt Stichus, & tunc perit legatario: *vt ȝ. de leg. §. si res legata.*

c ¶*Nec ea res.* Respondet tacitæ obiectioni, quasi dicat: nónne erit iniquũ compelli adire, & non lucrari, & ita damnum sentire.

d ¶*Pacisci.* l. aliquid oportet eos dare heredi vt adeat. ¶Et ita no. quòd non[e] per omnia etiã hodie sont exæquata fideicõmissa legatis, nec legata fideicommissis, nã fideicommissarius compellit heredẽ scriptum adire, & nihil ei dat: *vt J. tit. j. §. ergo si quidem. versic. sed si recuset.* sed illud est in generalibus fideicommissis, hoc in specialibus. ¶Quæ autem sit differentia inter legata & fideicom. dixi. *in l. j. ff. de lega. j.*

a Legatæ rei periculum ad quẽ pertinet.

b Nisi solæ est legata, vt ... *l. si ...*

† Ea res non debet videri alicui damnosa, quam ipse volẽs fecerit. Angel. Per.

e Fideicõmissa etiã nouissimè hæc legatis non sunt exæquata.

esse censeatur, id quod superest pro dodrante & quadrante diuiditur inter heredem & legatarios. Quod diximus de deorum donis, Paulus scribit lib. 4. sent. de S C. Pegas. vt & idem videatur non improbabiliter in l. j. §. ad municipum ff. ad l. Fal. scripsisse, non etiam ea. Curacius.

ribus patrimonij coæquentur: postremò ita Falcidia detrahatur, vt quadrantem heres, dodrantem verò legatarij ferant.

4 ¶Cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur æs alienum[e], item funeris[f] impensa, & precia seruorum[g] manumissorum, tunc demum in reliquo ita ratio habeatur[h], vt ex eo quarta pars apud heredẽ remaneat: tres verò partes inter legatarios distribuãtur, pro rata[i] scilicet portione eius quod cuique eorum legatũ fuerit. Itaque si fingam is[k] quadringentos aureos legatos esse: & patrimonij quantitatẽ, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse: quarta pars legatariis singulis debet detrahi. quòd si trecẽtos quinquaginta legatos fingamus, octaua[l] debet detrahi. Quòd si quingentos[m] legauerit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet[n]. Antè enim detrahendum est quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

e ¶*Aes alienum* etiã quod ipsi heredi debeatur tẽpore mortis, licèt confusione[a] sit factum indebitum: *vt ff. eod. l. qui fundum. & C. eo. l. litteram*[b]. nisi expressè prohibeat: *vt ff. eo. l. si debitor creditore.*

f ¶*Funeris.* nõ monumẽti. *vt ff. eod. l. j. §. fi.* ACCURSIUS. Nisi esset impensa necessaria: putà quia esset dedecus sepeliri in terra, secundùm Ang.

g ¶*Seruorum.* Mos erat antiquitus, vt qui seruos non habebat, vnum vel plures emeret, qui honoris causa funus testatoris pileati antecederẽt: quo facto statim intelligũtur manumissi: & sic illorum manumissorũ detrahitur preciũ. & facit ad hanc positionem. *C. de La. lib. tol. §. sed & qui domini.* 2 Vel dic quòd testator[c] alicui x. legauit vt alienum seruum redimeret legatarius, & manumitteret. de hoc enim legato non detrahitur Falcidia, nisi de eo quod superesset fortè facta emptione: *vt ff. de fideicom. lib. l. dextam. & ff. eo. l. sed & si non seruum.* Si autem vt suum proprium legatarius manumitteret, tunc nullam patitur Falcidiam legatarius[d].

a Creditori succedẽs debitori, debiti ius amittit confusione, nisi fecerit inuentarium, vt mox dicetur.

b Quod verũ est hodie si fecit inuẽtariũ, aliàs secus *l. in* ... *C. eod.*

c Legatum sicut vt liber manumittatur non defalcatur.

d Modò testũ est clauũ quod de legato libertatis, & suo pio, nõ detrahitur Falcidia. *Auth. similiter C. eod.*

& ita hæc precia deducuntur, vt Falcidiam non patiantur: *vt ff. eo. l. si seruus. & l. Iulianus.* ACCURSIUS. Ex quibus legibus nota quòd quando vni legantur duo, quorum alterum tantum est defalcabile, quòd de illo Falcidia pro vtroque deducitur. secus autem si diuersis esset legatum: *vt not. glo. in Auth. similiter. C. eo.* Ang.

h ¶*Ratio habeatur.* habita. s. æstimatione rerum non ex affectione, sed communi æstimatione: *vt ff. eo. l. pretia.*

i ¶*Pro rata*, vt ita quartam detrahat heres, si nihil ei dimiserat testator. vel si aliquid erat residuum penes eum, adhuc detrahat ad supplementum, vel quintam, vel etiam millesimam: *vt ff. eod. l. in quantitate. §. fi. & facit ad hoc C. eo. l. ij. & ff. eo. l. Plautius.*

k ¶*Fingamus.* retento casu quòd habebat in bonis quadringenta

l ¶*Octaua.* s. quadringentorum, quæ est quinquaginta: & ita habebit heres prima quinquaginta, & hæc alia quinquaginta detracta, & sic centum, & sic quartam.

m ¶*Quingentos.* retento casu quod habebat in bonis quadringenta: & sic legauit vltra quàm haberet, centum.

n ¶*Detrahi debet.* impropriè autẽ ponitur detrahi quo ad id quod excedit, & propriè quo ad quartam quæ est in bonis: & sic[e] semel positum verbum, propriè & impropriè ponitur: *vt ff. de offi. procon. l. ij.* ¶Item not. quòd hæc Falcidia cessat in multis casibus quos dicas vt diximus *in l. testamento. in gloss. ij. C. ad leg. Falcid. & in Authen. de hered. & Fal. §. hinc nobis. coll. j.* Et illi casus[f] patent in his ver. Falcidiam cessare facit pars debita natis, Dos, miles, vetitum, libertas, sponte solutum, Res vetitæ vendi, pietas, & chartula, crimen. Ac heres si non facit inuentaria, subsit. ACCURSIUS. Nota diligenter hos versus, ex quibus habes quòd Falcidia cessat in xj. casibus.

¶Primò in bonorum subsidio liberis relicto. ¶Secundò, in legato dotis: quando videlicet maritus vxori dotem suam legat.

¶Tertiò, in testamento militis. ¶Quartò, quando testator prohibuit illam detrahi. ¶Quintò, in libertatibus relictis. ¶Sextò, quando heres non ignorans patrimonium defuncti, sponte soluit non retenta Falcidia. ¶Septimò, quãdo testator aliquam rem legat, & prohibet illam à legatario alienari. ¶Octauò, in legatis ad pias causas relictis. ¶Nonò in legato chartularum siue instrumentorum: quando videlicet aliquis legat instrumenta prædiorũ aliquorum: quod quidem legatum affert vtilitatem probationis

e Verbum semel positum, propriè & impropriè potest poni.

f Falcidia in xj casibus cessat.

[Cum autem.] CASUS. Domine, video quare. l. Fal. fuit introducta, & quis eius effectus sit, & quo tempore spectatur vt. l. Falcid. locum sibi vindicet. pro Deo dicatis mihi in quibus rebus locũ sibi vindicet lex Falcidia. Ad hoc respon. Amice, cùm ratio l. Fal. ponitur, primò deducitur omne æs alienum, id est quicquid testator tempore mortis aliis debebat. Item impensæ circa funus testatoris factæ. & etiam pretia seruorum manumissorum similiter deducuntur: & facta tali deductione, tunc deinde in residuo habet locum ratio. l. Falcid. vt ex eo quarta pars integra apud heredem remaneat, & tres partes residuæ inter legatarios pro rata portione eius quod cuique legatariorum relictum fuerit, distribuantur. Ponamus igitur quòd aliquis habẽs patrimonium cccc. aureorũ, quadringentos aureos legauerit. certè in hoc casu quarta pars singulorum legatariorũ de singulis legatis detrahi debet: vt per huiusmodi detractionem quartam partem. c. heres scriptus l. Fal. beneficio habeat. & hoc est verum quando tantum erat legatum, quantum erat in patrimonio. 2 Sed pone retento primo themate. s. quòd ille qui habebat in patrimonio quadringentos aureos, legauit ccc l. & ita iiij. pars quadringentorum apud heredem remaneat. in hoc casu heres non quartam, sed tantum octauã partem de singulis legatis detrahet, retenta parte octaua quã saluã habuit. hac scilicet octaua à singulis legatis detracta, quartam totius patrimonij integrã habebit. 3 Sed pone retento primo themate: quòd testator habẽs quadringẽtos aureos in bonis legauerit qoingẽtos: & ita plus legauerit quàm erat in patrimonio. in hoc casu primò c. in quibus excessit patrimonium, detrahenda sunt, id est perinde habenda ac si non essent relicta: & postea quartã partẽ singulis legatariis detrahat heres. Et sic primo detrahẽdum est quod vltra patrimoniũ testatoris legatum est: & postea illud quod ex bonis testatoris superest, apud heredem remanere oportet. Et hæc dicontur vsque in fi. tit. Franc.

Cum autem.] Deducto ære alieno & si quid est aliud æris alieni loco, deducta funeris aut monumenti necessarij impensa, deductis libertatibus deductis deorum donis, & generaliter deductis his omnibus quæ Falci. non patiũtur, & quæ extra bona defuncti Institut.

quæ defalcari nō poteſt. ¶Decimò, ceſſat Falcidia propter crimē ſiue delictū heredis, qui tacitū legatum perſonæ incapaci ſoluit. ¶Vltimò, quando heres inuentarium facere non curauit.

DE FIDEICOMMISSARIIS &c.

a Cótinuatio.

Iuſtinianus a poſt tractatū legatorum, de lege Falcidia prius quàm de fideicommiſſis tractauit: quia lex Falcidia in legatis prius fuit inuenta quàm in fideicommiſſis, ſecundum P. vel ſic. Dictum eſt de leg. ſed quia de fideicommiſſis ſumus pollaciti dicere: vt ȝ. de le. §. ſed ne in primis. *ideo de fideicōmiſſis tractemus. Et quia fideicommiſſorum aliud generale aliud ſpeciale: generale verò dignius: de generali primò videamus:* vt j. eod. in princ. & j. tit. j. in prin. *Accur.*

DE † FIDEICOMMISſariis† hereditatibus, & ad ſenatuſconſultum Trebellianum.

TITVLVS XXIII.

Fideicommiſſa ab heredis fide nomen acceperunt: quia licèt nulla iuris neceſſitate, ſed ſolo fidei pudore olim præſtarentur, hodie tamen ad iuris neceſſitatem redacta ſunt.

NVnc transeamus ad fideicommiſſa: ſed prius eſt vt de hereditatib⁹ † fideicommiſſariis videamus. 1 ¶Sciendum itaque eſt a omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe, quia nemo inuitus cogebatur præſtare id de quo rogatus erat. Quibus b enim nō poterant hereditatem vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum qui capere ex teſtamento poterāt hereditatem. Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt: quia nullo vinculo c iuris, ſed tantùm pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Poſtea diuus Auguſtus prim⁹ ſemel iterúmque gratia perſonarum d motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, iuſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere e. Quod quia iuſtum videbatur, & populare f erat: paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionem g: tantúſque eorum h fauor factus eſt, vt paulatim etiam prætor proprius crearetur i, qui de fideicommiſſis ius diceret, quē fideicommiſſarium appellabant. †

Ad hoc vt valeat fideicommiſſum vniuerſale ex teſtamento, debet heres vniuerſaliter inſtitui, qui poteſt grauari de toto, vel parte hereditatis capaci reſtituenda. Areti.

2 ¶In primis igitur k ſciendū eſt opus eſſe vt aliquis recto iure teſtamento heres inſtituatur l, eiuſque fidei committatur, vt eā hereditatē alij reſtituat: alioquin inutile m eſt teſtamētū, in quo nemo heres inſtituitur. Cum igitur aliquis ſcripſerit, *Luci⁹ Titius heres eſto.*

NVnc tranſeamus.] Totus iſte tit. diuiditur in ſeptem partes.

¶Primò ponit qualiter iure vetuſtiſſimo nō de neceſſitate, ſed verecundis quadam fideicōmiſſa præſtabantur.

¶Secundò, quomodo tempore Auguſti certis perſonis ex neceſſitate præſtabantur: vel etiam de iure prætorio.

¶Tertiò, quomodo fideicommiſſum fieri debeat, vt valeat. ¶Quartò, quando reſtituta erat hereditas quòd ex ſenatuſconſul. tranſibant actiones omnes in fideicommiſſarium. ¶Quintò, qualiter ex ſenatuſconſul. Veſpaſiano heres inſtitutus poterat detrahere quartam: & qualiter dicto iure heres rogatus de tota hereditate reſtituenda, vt tranſirent actiones pro rata in fideicommiſſarium, ſtipulatio interponebatur ſi heres volebat adire: ſi verò recuſabat, ex dicto ſenatuſconſ. cogebatur. ¶Sextò, Iuſtinianus iſta duo ſenatuſconſulta æquiparat: & omnia quæ ſenatuſconſultum Trebellian. ſtatuit. eidem reſeruat: & quę ſenatuſc. Veſpaſianum ſtatuit, attribuit ſenatuſconſul. Trebellian. tanquam antiquiori. ¶Septimò, circa materiam fideicommiſſorum certos caſos dubitales ponit. Secunda ibi, Poſtea. Tertia ibi, In primis. Quarta ibi, Reſtituta. Quinta ibi, Sed quia heredes. Sexta ibi, Sed quia ſtipulationes. Septima ibi, Nihil autem intereſt. CASVS. Domine, multa iā dixiſtis nobis circa materiam legatorum: pro Deo dicatis mihi quid proponitis in hac materia facere? Ad hoc reſpon. Amice, certè ex quo expedita eſt materia legatorum, nūc ad fideicom. tranſeundum eſt: & primo de fideicom. hereditatibus breuiter videamus. Et hæc dicuntur vſque ad illum verſic. ſciēdum eſt. in quo pone caſum ſic: Domine, video quòd vultis tractare de fideic. here. dicatis mihi modo ſi placet, qualiter erāt introducta fideicom. & qualiter ſic appellabātur? Ad hoc reſpon. Amice, ſcire debes quòd olim omnia fideicom tam generalia quàm ſpecialia primitiuis temporibus infirma erant: quia nemo inuitus huiuſmodi fideicom. de quibus erat à teſtatore rogatus, ſoluere cogebatur: & pro filiis ſpuriis & cæteris non capacibus, quibus teſtatores non poterant hereditates & legata in teſtamento ſuo relinquere, fuerunt fideicom. introducta. vnde ſub hac cautela relinquebant. nam fidei eorū qui capere poterāt ex teſta. hereditatem, cōmittebant, & ideo fideicom. appellata ſunt, quia nullo vinculo iuris innodata erant: ſed tantū pudori eorū cōmittebant teſtatores huiuſmodi fideicom. ſoluere: ſed nō cogebātur. & ita hoc vſque ad tempus diui Aug. obtinebat. poſtea verò pr⁹ diuus Aug. gratia perſonarū capaciū, quia fideicom. defraudabātur, motus, fideicom. huiuſmodi ad iuris neceſſitatem induxit. vnde quia aliquando per fidem ſuā, vel per ipſius principis ſalutē aliquis rogatus nō ſoluebat fideicom. ideo propter magnam quorundam perfidiam, qui fidem implere recuſabāt, præcepit conſulibus, vt ipſi auctoritatē ſuam interponerēt: vt illi qui rogati eſſēt fideicom. ſoluere, ad eorū pſtationē cogerētur. & quia hoc iuſtum videbatur, & populo expediebat: paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionē: & per proceſſum tēporis fauor fideic. in tantū augebatur, vt etiā proprius prætor circa huiuſmodi fideic. crearetur: quē fideicōmiſſarium prætorem appellabant. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. in primis.

a ¶*Sciendum eſt itaque.* q. d. tractaturis nobis de fideic. quia eorū apud antiquos aliter ſe hab. tractatus, ne quid antiquitatis penitus ignoretur: itaque dicamus de fideicōmiſſ. generalibus & ſpecialibus: *vt argu.* ȝ. *de teſta. in prin.*

b ¶*Quibus.* vt ſpuriis. & in his nil innouatur. niſi nec hodie valet a fideicommiſſum. *vt ff. de iur. fiſ. l. non intelligitur.* §. j. ij. *& iij. & C. de natu. lib. l. j. & ij. & C. ad le. Fal. etiam.* Secundùm Azo. ¶Sunt & alij qui capere nō poterant, nec poſſunt: vt ȝ. *de le.* §. *legari diximus.* & in his omnibus nihil innouatur: vt in muliere quæ tranſit ad ſecunda vota intra tēpus luctus: cui ab extraneo relinqui non poteſt: *vt Cod. de ince. nup. l. ſi quis inceſt. & C. de ſec. nup. l. j.*

Quibus enim nō poterāt.] Quod tamē hodie cùm fideicōmiſſa ſunt iuris extraordinarij ſine vt Iuſtiniano placet ordinarij, in fraudem legum fieri certè nullo modo poteſt. Cuiacius.

c ¶*Nullo vinculo.* i. nulla actione, ſed per officium iudicis: *vt ff. de verb. ſign. l. pecunia verbum.* §. *actione.*

d ¶*Perſonarum.* capaciū duntaxat. non earum quæ ſunt non capaces: de quibus ȝ. locutus eſt. & dic perſonarum quarundam.

e ¶*Interponere.* ſcilicet vt fideicommiſſa præſtentur generaliter in omnibus.

f ¶*Populare.* i. populo expediens.

g ¶*In aſſiduam iuriſdictionem.* i. vt aſſiduè de hoc ius reddatur, etiā ab aliis quàm à conſulibus. Accurſius.

h ¶*Eorum.* ſ. fideicommiſſorum.

i ¶*Crearetur* vt *ff. de orig. iu. l. ij.* §. *poſt deinde diuus.* Accurſius.

[*In primis.*] CASVS. Domine, iam video qualiter fideicommiſſa quæ olim erant infirma, poſtea per diuum Auguſtum ad neceſſitatem iuris ſunt introducta. pro Deo dicatis mihi modo qualiter teſtator in teſtamento ſuo rogat aliquem ſoluere huiuſmodi fideicommiſſa. Sed antequam Iuſtin. ſoluat hanc quæſtionem, præmittit quoddam aliud, & dicit: Amice, in primis ſciendum eſt quòd neceſſe eſt quòd aliquis heres inſtituatur in teſtamento: & poſtea fidei heredis inſtituti committatur vt illam hereditatem alicui alij reſtituat. Si enim ſecus fieret, teſtamentum inutile eſſet in quo nullus heres eſſet inſtitutus: & per conſequens ea quę in illo teſtamento relinquerentur, nullius eſſent momenti. Cùm igitur aliquis in teſtamento ſibi adſcripſit heredem, putà per talia verba, Lucius Titius heres meus eſto: poterit poſtea ſic adiicere, Luci Titi, heres meus, cum primum poſſis hereditatem adire: eam Gaio Seio reddas & reſtituas. Et nō ſolum de heredit. reſtituēda poteſt teſtator rogare heredem ſuum, ſed etiam de parte hereditatis alicui reſtituen. eum rogare poteſt: & lib. eſt ipſi teſtatori vel purè vel ſub conditione vel ex die certo fideicom. tam generale quàm ſpeciale relinquere. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. reſtituta. Franc.

k ¶*In primis igitur.* ſc. quia ius fideicommiſſorū expoſituri ſumus. quoniam autem fideicommiſſa vniuerſalia & ſingularia hoc, ſcilicet vt heres primo inſtituatur, in ſua habent natura communiter: igitur de eo in primis notandum eſt. ſic & econtra dicitur & continuatur. ȝ. *de lega.* §. *ſed ne in primis.*

l ¶*Heres inſtituatur.* poteſt enim ab inteſtato: *vt* j. *eo.* §. *præterea* qui eſt contra.

m ¶*Inutile.* Nota. non b valere teſtamentum ſine herede. *ſic ff. de his quæ in teſt. delen. l. proximè.* §. *Calpurnius Longinus. & ff. de codi. l. fina.*

a Niſi tamen ipſis à patre relictum eſſet ab extraneo per fideicommiſſum. nam tunc valere no. *Spec. tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* §. *vn primo.* Cuius rationem eſſe ait Bal. quod ipſis à iure relinqui prohibitum non ſit. At qua ratione poſſet efficacius inſtitui ſpurii, vide per Copol. in 71. q. quæ incipit, Quidam canonicus. ¶Quia vnum de fideicōmiſſis primo cognouerit Romæ, tradit Quinctilianus lib. 3. cum ait, Non debes apud prætorem petere fideicom. ſed apud conſules. Maior enim prætoria cognitione ſumma eſt. At ea in ſine hoc quo tradit Bud. in Pandc. lib. 1.

b Teſtamentum non valet ſine herede.

Sub

a ¶ *Sub conditione*. quot, & à quo sunt implēdæ cōditiones: dic n *ff. ad Treb. l. facta. §. si sub conditione*. ADDITIO. Secus tamen est in directa *§ heres. J. de her. inst.* ¶ Et est ratio: quia hoc ius hereditarium nō est in suspenso: quia remanet penes heredem: *vt J. prox. §. Aug.*

[*Restituta*.] CASVS. Domine, iam video qualiter testator potest rogare heredem institutum, vt ipse alicui restituat totā hereditatē, vel eius partē. a Sed pone, Quidam instituit Petrū heredem, & rogabat eū per fideicommiss. vt totā hereditatem restitueret M.mndō quæro à vobis, vtrum facta restitutione secundùm voluntatē testatoris, P. nihilo minus debeat heres censeri: Et respon. Instin. quòd sic. nā restituta hereditate, ille heres qui fuit institutus nihilo minus post restitutionem permanet heres. Fideicom. verò cui hereditas restituit: quādoque loco heredis, quandoque loco legatarij habebatur. sed Neronis temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca existentibus cōsulibus factū fuit sena. Trebell. in quo quidem sena. con. cautum est vt si hereditas ex causa fideicom. alicui restituta sit: omnes actiones quæ de iure ciuili ipsi heredi vel aduersus heredē cōpeterēt: fideicom. & aduersus ipsum post restitutionem hereditatis ei factam darentur. & post illud senatuscon. prætor actiones ipsi fideicom. & aduersus ipsum quasi heredi & in eundem dare cœpit. & ita manifestè liquet quòd secundùm se. con. Trebel. ille cui ex fideic. restituta erat hereditas, quantū ad emolumētum & onus loco heredis habebatur. & illa dicuntur in tertia parte vsque ad illum §. sed quia heredes.

potest adiicere, *rogo te Luci Titi, vt cum primum poteris hereditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, restituas*. Potest aūt quisque & de parte restituēda heredem rogare. Et liberum est vel purè vel sub conditione[a] relinquere fideicommissum, vel ex † certo die.

Restituta hereditate nomē heredis indelebile apud restituen: ē remanet: in fideicōmissariū verò actiua passiuaq; actiones trāsferūtur.

3 ¶ Restituta autē hereditate, is quidē qui restituit, nihilo minus heres permanet[b]: is verò qui recipit hereditatē, aliquando[c] heredis, aliquādo[d] legatarij loco habetur. 4 ¶ Et Neronis quidem temporibus Trebellio[e] Maximo & Annæo Seneca consulibus[f] senatuscōsultum factum est, quo cautū est, vt si hereditas ex fideicōmissi causa restituta sit, omnes[g] actiones quæ iure ciuili[h] heredi & in heredem competerent, ei & in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod senatusconsultū prætor vtiles actiones ei & in eum qui recepit hereditatem[i], quasi heredi & in heredem dare cœpit.

† Fideicōmissarius hereditatis ius potest esse in suspenso: vt hic. dicta nō potest. § heres. l. de hered. inst.

a Semel quod est, semper erit.

b Semel heres semper heres, neque heres desinit, nisi per in integrū restitutionē.

b ¶ *Heres permanet*. No. quod semel est, semper erit. *sic ff. de mino. l. etiam si sine. alias incipit, & si sine. §. sed quod Papinia. te s. ibi, sine dubi. heres. & ff. de hered. insti. l. ei qui soluendo sa fin*. Accur. ADDITIO. Hoc obtinet in immutabilibus de natura vel constitutione iuris, aliàs secus: *arg. §. vt autem. in Auth. de non alie. col. j*.

c ¶ *Aliquando*. i. secundùm vnum ius: vt per Treb. vt statim dicet. nam omnis transibant.

d ¶ *Aliquando*. i. secundùm aliud ius non erat loco heredis, sed legatarij, vt per Pegasianum: secundùm quod retinet institutus quartam: *vt J. eo § sed quia & §. post quod*.

e ¶ *Trebellio*. hinc dictum fuit Trebellianum senatusconsultum. vt & Macedonianum à Macedone: *vt ff. ad Mace. l. j*.

f ¶ *Consulibus*. i. existentibus.

g ¶ *Omnes*. Imò nō omnes, etiam per Trebellianum: *vt J. eo. §. ergo contra* Scilicèt hic dicat omnes: non[c] tamen dicit totas vel in totū, secundùm Ioan. à Vel dic quòd quando de toto erat rogatus, habebat locum quod hic dicitur. si autem retenta quarta de cætero erat rogatus, habet locum quod dicitur. J. Accur.

c Omnes, est distributiuum vniuersalium. Totum verò, particularium quod no. secundum Aug. Sed iod. Fab. hoc re probat, & tenet sequentem sol.

h ¶ *Iure ciuili*. vel etiā prætorio: dūmodò tales sint prætoriæ, quæ sunt trāsitoriæ: vt sunt persecutoriæ *vt ff de obl. & obli. l. in honorar. & ff eo. ad sena. Treb. l. j. §. quāquā*. secus in pœnalib. *vt J. de act. §. pen.*

Vtiles actiones.] Potuit Senat[9] fideicōmissa. heredē facere. *§. quot J. de bon. pos* at quia heredē eū nō fecit, & de trāsferēdis iācū actionib. cauit, ideo heredi & in heredem directæ, fideicōmiss. & in fideicōmissarium vtiles dātur tanquam in heredem. *§. ergo*. J. Cuia.

i ¶ *Hereditatem*. Non[d] facta cessione actionum. aliàs enim etiam directas habet ex nomine cedentis.

d Actiones quæsitæ per heredem nō transeunt in fideicommissarium nisi cedantur. Ideoque heres restituendo, cautionem à fideicommissario exiget indemnitatis.

[*Sed quia heredes*.] CASVS. Domine, iā video quòd secundùm sena. con. Treb. cui restituebatur hereditas: quo ad onus & emolumētū loco heredis habebatur. Sed vos dixistis mihi J. quòd hereditas quo ad onus quādoq; habebatur. Ad hoc respon. Iustin. quia J. diximus quòd heredes scripti in testamento totius hereditatis restitutione poterāt grauari, nec per se. con. Treb. aliquod remediū habebāt. & idcirco hereditatē ob nullū vel minimū lucrū adire plerúq; recusabāt: cū vel totā heredi. vel ferè totā per fideic. restituere cogebāt: vnde testamēto ab heredib. scriptis deserto fidei. in testamēto relicta penitus extinguebātur: ideo postea tēporib. Vespa. Augusti Pega. & Pusione existētib. cōsulib. factū erat sena. con. Pega. in quo quidē se. con. statutū fuit vt liceret heredi scripto qui rogatus esset per fidei. hereditatē restituere, quartā totius hereditatis retinere sicut beneficio l. Fal. ex singulis legatis quartā retinere cōcedit. ¶ Et nō solū huiusmodi beneficiū retētionis quartæ in vniuersitate eiat heredibus cōcessum: sed etiā in singulis quoq; reb. p fideic. relictis eadē retētio quartæ ex Pega se. cōsul. heredi indulgebat. vnde post se. con. Peg. heres scriptus[a] occasione illi[9] onera hereditaria sustinebat: ille verò qui ex fideic. partē hereditatis recipiebat, puta dodrātē, loco legatarij partiarij habeb. ē. i. illius legatarij cui pars bonorū leg. b. ē. Nā huiusmodi petens legati vocab. ē partiario. & hoc ideo quia talis legatari[9] cū herede partiebat hereditatem: & in hoc casu stipulationes quæ solebāt inter heredē & partiariū legatariū interponi, eędē inter fidei. & heredē interponebant, s. vt lucrū & dānū hereditariū pro rata portione inter eos cōmune esset. vnde tūc demū habebat locum se. con. Treb. quādo nō totā hereditatem vel vltra dodrātē hereditatis restituere rogabatur heres: & in hoc casu ex se. con. Treb. fiebat restitutio, & sine interpositione stipulationis actiones hereditariæ in vtrunq;, videlicet heredē scriptū & fidei. qui loco heredis habebatur p rata portione diuidebantur. Si verò plusquā dodrātē vel totā here. fideic. restituere rogabatur: tunc ex sena. Peg. fiebat restitutio: & heres qui semel adierat hereditatē, si sua voluntate & non cōpulsus hoc fecerat: siue beneficio Pega. vsus sibi quartā retinebat, siue quartā sibi retinere nolebat: nisi per interpositionē supradictę stipulationis sibi prospexisset, vniuersa onera hereditaria per se. con. Peg. sustinebat: quarta tamē ab herede retēta, etiā ad euitationē onerū hereditariorū quasi partis p parte stipulatione interponebāt quæ solebāt interponi inter partiariū legatariū & heredē. Alter enim ab altero stipulabāt, vt vterq; eorū onera hereditaria sicut emolumentū p rata portione sustineret: si verò heres scriptus totā hereditatem fidei. restituebat, in hoc casu emptæ vel vēditæ hereditatis stipulationes inter ipsum heredē & fideic. interponebāt. & hæc dicunt vsq; ad illum versi. Sed si recuset. in quo pone casum sic, Domine, iā video in quo casu habebat locū sen. con. Treb. olim: & in quo casu locū habebat Peg. & quæ fuit ratio suæ intētionis Pegasiani: & in quib. differūt illa duo se. con. pro Dro dicatis mihi si placet, si in aliquo habeāt cōuenientiā illa duo se. con. Ad hoc re. Iusti. q̄ sic. Dictū est enim J. quid iuris est quādo heres scriptus sua spōte adibat & restituebat hereditatē. sed certè si scriptus heres recusauerit hereditatē adire, quia dicit eā sibi suspectā esse quasi dānosā. in hoc casu caueb. ē se. con. Peg. vt desiderāte fideic. sibi restitui hereditatē, iubēte prætore scriptus heres hereditatē adire & restituere fideic. cōpelleret & tūc omnes actiones hereditariæ ipsi fideicō. & aduersus eū cui auctoritate Peg. sen. facta fuisset restitutio, dabātur. & in hoc casu quando heres coactus hereditatē restituit, stipulationes à Peg. descēdentes nō erāt necessariæ quia sine interpositione cuiuslibet stipulationis simul heredi scripto qui coactus hereditatē restituebat, plena dabatur securitas, & omnes actiones hereditariæ ipsi fideic. & in eum trāsferebantur. In hoc enim casu vtrumque sens. con. quo ad mentem concurrebat. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. sed quia stipulationes.

Pegasiano Senatusconsulto introductum fuerat, heredem totam hereditatem restituere grauatū, quadrantem detrahere posse, ne solo nomine heres esset: actionibus tamen actiuis passiuisque apud eum remanentibus, nisi stipulatione sibi prouideret vt damnum lucrumque sibi & fideicommissario pro quota commune foret. Sin autem intra dodrantem restituere rogabatur, tunc Trebelliano Senatusconsulto locus erat: ex quo tam heres quàm fideicommissarius pro ratis portionibus onera sustinebant.

5 ¶ Sed quia † heredes scripti cum aut totam hereditatē, aut penè totā plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant[k], atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus Pegaso & Pusione consulibus[l] senatus censuit, vt ei qui roga-

† Pegasianum senatuscōsultum cur constitutum.

k ¶ *Recusabant*. sic J. *tit. j. in prin.*

l ¶ *Consulibus*. i. existentibus.

Institut.

tus esset hereditatē restituere; perinde† liceret quartam[a] partem† retinere, †atque ex lege Falcidia ex legatis retinere cō ceditur. Ex singulis quoq; reb. quæ per fideicōmissum relinquūtur, eadē retentio permissa est[b]. Post q̄d senatuscōsultū[c] ipse heres onera[d] hereditaria sustinebat: ille autē q. ex fideicōmisso recipiebat partē[e] hereditatis, legatarij partiarij loco erat, id est, ei[us] legatarij, cui pars bonorū[f] legabat. q̄ species legati partitio vocabat. quia cū herede legatarius partiebatur hereditatem. Vnde quæ solebant[g] stipulationes inter heredem & partiarium legatarium interponi[h], eędem interponebātur inter eū qui ex fideicōmisso recepit hereditatem, & heredē, id est vt lucrū & damnū hereditarium pro rata parte inter eos commune esset[i].

Olim quando quis erat rogatus de restituendo dodrantē: ex senatuscōsulto Trebelliano actiones diuidebātur pro rata: sed si vltra dodrantem, tunc ex senatusconsulto Pegasiano omnes actiones remanebant penes heredem, nisi stipulatio de diuidendo fuerat interposita. Et hoc si sponte adibat: sin autem coactus, ex senatusconsulto Trebelliano actiones omnes transibant in fideicommissarium. Aretinus.

6 ¶Ergo si quidem[k] nō plus quàm dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere: tunc ex Trebelliano senatuscōsulto restituebatur hereditas, & in vtrunque actiones hereditarię pro rata parte[l] dabātur: in herodem quidem iure ciuili, in eū verò qui recipiebat hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano, tanquā in heredē. At si plus quàm dodrantem, vel etiā totā hereditatem restituere rogatus esset, locus erat Pegasiano senatuscōsulto: & heres qui simul adierat hereditatē, simodò sua volūtate adierat, siue retinuerat quartā partē, siue retinere noluerat: ipse vniuersa onera[m] hereditaria sustinebat. Sed quarta quidē retēta, quasi partis & p̄ parte stipulationes interponebātur, tāquā inter partiariū legatariū & heredem. Si verò totā hereditatē restitueret[n], emptę & vēditę hereditatis stipulatiōes interponebāt[o].

Hereditatem restituere grauatus, inuitus adire & restituere cogitur: quo casu in fideicommissarium omnes transmittuntur actiones.

Sed si recusabat scriptus heres adire hereditatem ob id q̄ diceret eam sibi suspectā, quasi dānosam[p]: cauebatur Pegasiano senatusconsulto, vt desiderāte eo cui restituere rogatus esset, iussu prætoris adiret, & restitueret hereditatē perindéque ei & in eū qui reciperet hereditatē, actiones darentur, ac iuris est ex Trebelliano senatuscōsulto. quo casu[q] nullis stipulationib. est opus: quia simul & huic qui restituit, securitas datur: & actiones hereditariæ ei & in eum transferuntur qui recipit hereditatē, vtroque[r] senatusconsulto in hac specie concurrente.

a ¶*Perinde liceret quartam &c.* i. dicere, sicut per legem Falcidiam defalcantur specialia legata: *vt s. tit. j. §. cum autem. & §. j.* ita & generale fideicōmissum defalcatur per Pegasianum senatusconsultum, vt hic. ¶Ex no. triplicem[a] esse quartam. 1 Vna dicitur iure naturæ debita: vt quæ debetur filiis, & filiabus, & inferioribus, & superioribus & quibusdam transuersalibus: *vt C. de inoffi. test. l. cum quæritur. & l. parentibus quæ est aucta in Auth. de trien. & se. §. j. col. vj.* (& hęc dicit debitum bonorum subsidium: *vt C. de inoffic. dona. l. si totas.*) 2 Alia est quæ debetur iure institutionis: vt ex singulis rib. legatis & fideicōmissis: *vt § tit. j.* 3 Alia quæ dicitur Trebellianica: *vt j. eo. §. sed quia.* licèt fuerit per Pegasianū inducta, *vt hic.* 4 Itē est quarta quædam quæ debetur ex cōstitutione diui Pij filio arrogato *vt s. de adopt. § cū autē.* ADDITIO. Itē est, & alia quæ debetur concubinæ, quam quis acceperat ea intentione, quòd eā duceret in vxorē: quoniā si postea animo mutato illā expellat, tenetur ei quartā partē suæ substantię dare: *vt in Authen. quib. mod. nat. effic. legit. §. si igitur. aliàs & me'mo. § quoniam autem quasi. circa si tit. col. vj.*

b ¶*Permissa est.* per senatuscon. Pega. scil. ab herede, nō à legatario grauato alij dare vel restituere, vt dicem' *j. ti. j. §. j.*

c ¶*Post quod senatuscōsultū.* sc. Pegasianum. Accur.

d ¶*Onera.* s. omnis.

e ¶*Partem.* s. dodrantem.

f ¶*Pars bonorum*[b]. intelligas tamen sub nomine hereditatio. aliàs autem iste tex' nō procederet: quia ille cui relinquitur pars bonorum, nō sustinet aliqua onera: *vt l. bonorū ff. de verb. signi. & nota. in l. non amplius § fin. in glo. fin. cum l. seq. & ibi Bar. ff. de leg. j. & facit tex. cū glo. & Bar. in l. mulier quæ duobus. § fin ff. eo. ad sena. Treb.* Ang.

Partitio. Ostēdi ad Vlpianū tit. de leg. hac partitione accipiendā esse *l. nomē. § partitionis. D de verb sig.* Moneo de eadē accipiendū esse quod de partitione Cicero scribit. ij. de leg. hoc sensu, Legatariū partiarium alligari factum cum quo scriptus heres hereditatē partiri & diuidere iussus est, nisi adiectū sit, deductū. C. nummis. At deductione in testamēto nō scripta, eū etiā sacris liberari si minus ceperit, quàm heredi relinquatur. Cuiac.

g ¶*Solebant.* sc. iure vetustissimo, secundùm Plac. nam legatarius nō sustinebat onera: & ideo hæc stipulatio interponebatur. Sed[c] cum hodie legata fideicōmissis sint adæquata: *vt s. de leg. §. sed non vsque.* & in fideicōmisso diuidantur onera inter heredem & fideicommissarium: *vt j. prox. §. ergo, & §. sed quia stipulationes.* patet quòd hæc legata vniuersalia, seu particularia sine stipulatione debent transire cum onere. *&* facit *ad hunc. § ff. de leg. ij. l. si quis seruum. § fin. & l. seq. in prin. titu.* Accur.

h ¶*Interponi.* putà quando legabatur dodrans. Accur.

i ¶*Commune esset.* sed hac stipulatione non interposita omnia onera erant heredis rogati occasione quartæ quam retinebat: *vt j. eo. § proxi. versi. at si plus* Accur.

k ¶*Ergo si quidem.* tunc demum locum habet senatusconsultum Pegasianum, quando vel totum vel vltra dodrantē heres rogatus est restituere: ergo &c.

l ¶*Pro rata parte.* contra. *s. eod § restituta l. contra.* Solu. vt ibi in glo. omnes. Accur.

m ¶*Vniuersa onera.* nisi stipulationem supradictam interposuisset: *vt s. eo. § sed quia versi.* post quod. & hic subiicit.

n ¶*Restitueret.* sc. sponte. nam poterat quartam retinere per Pegasianum *vt s. eo. § post quod.*

o ¶*Interponebantur.* facit *ff. de pecu. l. si creditor. & ff. man. l. heredem. § si.*

p ¶*Quasi damnosam.* licet[a] causā non assignet, quia variæ sunt hominum voluntates: *vt ff. ad Trebell. l. quia poterat.* ibi, nō enim. Accur. ADDITIO. Idem dicunt doctores hic in recusatione iudicis: quia sufficit simplex allegatio suspicionis, cum iuramēto: nisi recusatio esset notoriè frustatoria, vt quia datus esset de communi concordia partiū: & ideo interim processus iudicis recusati est null' ipso iure: quæ omnia obtinent de iure ciuili & in terris imperij. sed de iure canonico debet inseri causa, & probari corā arbitris communiter eligendis. *c. suspicionis. extra de off. deleg. & c. cū speciali. de ap.* Angel. & Porc.

q ¶*Quo casu.* i. cùm per Trebellianū restituitur tota. 2 Vel dic per Pegasianum. s. in casu proposito vbi coactus adijt. si verò nō coact', sed spōte: sec', *vt s. eo. si verò totam.*

r ¶*Vtroque.* s. Trebelliano, quia nil retinebat: & Pegasiano, q. a cogebat. & ita quo ad sentētiā cōcurrūt. quo ad verba enī non concurrunt: cum alio casu vnum, & alio aliud loquebatur.

[*Sed quia stipulationes.*] CASVS. Domine, iamv ideo in quibus senatusconf. Trebell. & senatusconf. Pegas. differebant, & in quibus conueniebant. nunquid remanet adhuc hodie vtrumque in suo vigore: Ad hoc respon. quòd non. Cùm enim stipulationes ex Pegasia. senatusconsul. descendentes non solùm modernis, sed etiam ipsi antiquitati displicuerint: & Papin. homo excelsi ingenij easdem stipulationes in quibusdam casibus captiosas appellet: & nobis magis simplicitas quàm difficultas in legibus placeat: ideo relatis nobis omnibus tam similitudinibus quàm differentiis vtriusque se. con. placuit abrogato senatuscon. Pegasia. quod postea circa fideicommis. hereditates inuētum erat, omnem eius auctoritatem senatusconsul. Trebe. attribuere: vt hodie ex senatuscon. Treb. fideicommissarię hereditates restituantur: siue heres ex voluntate testatoris quartā partem, siue plus, siue minus, siue penitus nihil retinuerit: & in eo casu quando ex voluntate testatoris vel nihil, vel minus quarta habet: liceat ipsi heredi vel quartam, quando nihil penitus habet: vel quod deest quartæ, quando aliquid habet, minus tamen quarta, ex nostra auctoritate retinere: vel si fortè totam hereditatem per ignorantiam facti restituerit, liceat ei quartā repetere: & in hoc casu statuimus ex senatuscon. Treb. actiones hereditarias tam in heredem qui restituit hereditatem, quàm in fideicom. cui restituitur, pro rata portione vtrisque competere. & hæc locum habēt quando heres quartam sibi retinet. Si verò heres totam hereditatem fideicommiss. sponte restituerit: in hoc casu omnes actiones hereditariæ fideicom. & aduersus ipsum dabitur. Et nō solùm quæ dicta sunt, trāstulimus in sena-

a Quarta secundum legistas varię species sunt. Et alia debita iure naturæ, alia iure institutionis, alia iure fideicōmissi: alia, constitutione D. Pij. vt hoc. Est & alia de qua hic in additione, similis est Gloss. in l. in quarta ff. ad l. Falc. & in l. si non C. fa. er. cis.

† Nota quod charitas non prouocat ad beneficia, spe lucri sperandos.

† Ergo videtur q̄ hæc quarta debeat dici Pegasiana potius quā Trebellianica. Dic quod sublatū est senatusc. Pegasian. & eius auctoritatē habet Trebel. vt j. eod. § sed quia

† Contra eum doctor r. Raynerius, in glo. super ver. Trebellianum ante medium. extra de testa.

b Hæc Gl. non est Accur. sed additio.

c Legata vniuersalia & particularia hodie sine stipulatione transeunt cum onere.

a Iudicem recusanti licet allegare suspicionem.

Exploso senatusconsulto Pegasiano, & omni eius auctoritate Trebelliano attributa, hodie heres restituere grauatus, quadrantem hereditatis indistincte consequitur: actionésque inter eum & fideicõmissariũ pro quota portione scinduntur: nisi aut totã hereditatẽ sponte restituat, aut coactus adeat. quibus sanè casibus quidquid commodi vel oneris est in hereditate, id totum in fideicommissarium deuoluitur.

7 ¶ Sed quia stipulationes ex senatuscõsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & quibusdã casibus [a] captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas [b] quam difficultas placet: ideo omnib⁹ nobis suggestis [c] tã similitudinibus quàm differentiis vtriusq; senatuscõsulti, placuit, exploso senatusconsulto Pegasiano, quod postea [d] superuenit, omnem auctoritatem Trebelliano senatusconsulto præstare, vt ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur: siue habeat heres ex voluntate testatoris quartam [e], siue plus, siue minus, siue nihil penitus: vt tunc quando vel nihil vel min⁹ quarta apud eũ remanet, liceat [f] ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra auctoritate retinere, vel repetere solutum [g] quasi ex Trebelliano senatusconsulto: pro rata portione actionibus [h] tã in heredem quàm in fideicommissarium competentibus. Si verò totam hereditatem spontè restituerit [i]: omnes hereditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competant [k]. Sed & id quod præcipuum Pegasiani senatusconsulti fuerat [l], vt quãdo recusaret heres scriptus sibi datam hereditatẽ adire, necessitas ei imponeretur totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum trãsferre actiones: & hoc trãsposuimus ad senatuscõsultum Trebellianũ. vt ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire fideicõmissarius desideret restitui sibi hereditatẽ: nullo nec dãno nec cõmodo apud heredẽ [m] remanente.

Quod iuris est de toto quo ad totum: idem iuris est de parte quo ad partem. Aretinus.

8 ¶ Nihil autem interest, vtrũ aliquis ex asse heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte heres institutus, aut totã eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus [n].

Hereditatem deducta quarta restituere grauatus, pro ea parte hereditaria onera sustinet: quòd si certa re quãtũuis maxima, certáve quãtitate præcepta, restituere rogetur, nullatenus onerib. implicatur: sed vniuersa ad fideicõmissum conuolant.

9 ¶ Si quis vna aliqua re deducta siue præcepta, quæ quartã [o] continet, veluti fundo vel alia re, rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano senatusconsulto restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hereditatem restituere. Sed illud interest, quòd altero casu, id est cùm deducta siue præcepta aliqua re restituitur hereditas, in solidũ ex eo senatuscõsulto actiones transferuntur.

in senatusconsul. Trebel. sed etiam illud quod præcipuum fuerat in sena.con. Pega. vt scilicet quãdo heres scriptus recusabat adire, auctoritate Pega. cõpelleret & totã hereditatem fideicommiss. restituere, & omnes actiones ad fideicomm. & aduersus eum cõferre & hoc etiam ad senatuscons. Treb. transtulimus, volentes vt ex eo solo heres compellatur adire, & fideicommiss. desiderãti hereditatem restituere: in hoc casu nullo damno vel commodo apud heredem adire & restituere coactum remanente. Et nihil in hoc casu interest vtrum aliquis heres institutus ex asse totã hereditatem, aut pro parte restituere rogatus fuerit, an ex parte heres institutus totam partẽ, aut partem illius partis restituere sit rogatus. nam & in hoc casu eadem iussimus obseruari, quæ in restitutione totius hereditatis supra diximus. & hæc dicuntur vsque ad §. si quis vna. cuius casus plan' est vsque ad §. præterea.

[*Sed quia.*] dixi interponi stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano &c. Accurs.

a ¶ *Quibusdam casibus.* s. propter solennitatem verborum, vt dicunt: Vel tunc quando is cui restituta erat, non erat soluendo: vnde inutilis erat stipulatio. Vel verius hos captiosos modò nescimus qui sint.

b ¶ *Simplicitas.* not. simplicitatem amicam legibus. *& facit supra de leg. agn. succ. §. nos vero. & ff. de dolo. l. j. in princ.* ADDITIO. Intellige de simplicitate quæ est contraria fraudi: non autẽ de fatuitate: quia illa est damnabilis. *l. xj. §. fin. ff. de suspe. tuto.*

c ¶ *Suggestis.* hic nota quòd in sententia sunt allegationes repetendæ.

d ¶ *Quod postea* quia prius fuit Trebellia.

e ¶ *Quartam.* scilicet de bonis hereditatis, detracto tamen alieno ære: *vt C. eo. l. & fine scriptura.*

f ¶ *Liceat.* etiam contra voluntatẽ defuncti iure isto, scilicet institutionum: *vt C. ad legem Falc. l. si vt allegai.* Hodie fortè contra, [c] secundùm quosdam: *vt in Authent. de heredi. & Falcid. §. si verò expressim. colla. j.*

g ¶ *Solutum.* propter facti, non iuris ignorantiam: *vt Cod. ad legem Falcid. l. error.*

Pro rata portione. Deducto ære alieno hereditas diuiditur inter heredem & legatarios. Nulla fit deductio inter heredem & fideicommissarium. Igitur priore casu, heres omnia sustinet onera: posteriore pro sua quisque parte. Onera inquam creditorum. An & legatariorum? Hæc verò onera ad solum fideicommissariũ spectant, qui tamen quartæ retentionem non habet. Hæc ita si heres totam hereditatem restituere rogatus sit, non si partem. *l. y. C. ad Trebell. l. j. §. si is qui. eţc. D. eo.* Cuiac.

h ¶ *Actionibus.* scilicet creditorum, non legatorum, secundũ B. *vt ff. ad senatusconsultum Trebellia. l. j. in fine. & l. apud. j. respons.* ¶ Sed & legatariis respondet heres, cùm eis fideicommissaria portio non sufficit: sic tamen vt totus hereditatis quarta sibi reseruetur: *vt ff. ad Trebellianum. l. j. §. si is qui.* secundùm Ioan. Sed Azo. contra *C. ad Trebellian. l. y.* Sed illa secundùm supradictam distinctionem intelligitur.

i ¶ *Restituerit.* quæ restitutio fit [a] re & verbo. Re, [b] vt si patiatur res hereditarias à fideicommissario possideri vel totas vel aliquas earum hac mente, vt sibi restituatur hereditas. Verbo [c] autem sic, restituo hereditatem tibi, licèt corporaliter rerũ possessionem non tradam, & extunc res fiunt fideicommissarij in vtroque casu: *vt ff. ad Trebell. l. facta in princ.* ¶ Sed nunquid [d] etiam ante factam restitutionem est fideicommissarius dominus. *vt C. communia de leg. l. fin. §. sed quia.* Respon. non. quia [e] ante restitutionem omnia facit heres, & etiam manumittit seruum hereditarium quod non faceret si alius esset dominus: *vt ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. res. & l. si heres.* Nec obstat d. l. communia de lega. quæ [f] dicit dari rei vindicationem fideicõmissario generali. Nam est intelligendum ex quo hereditas est restituta. [g] Vel speciale est in rebus alienatis, vt ante restitutam hereditatem detur fideicommissario vtilis rei vindicatio.

k ¶ *Competant.* quia per omnia est vt heres: *vt ff. quod cum eo. l. si filius. §. finali.*

l ¶ *Fuerat.* vt s. eod. §. ergo. versic. sed si recusat. Accursius.

m ¶ *Apud heredem.* quia [g] etiam cauebit fideicõmissarius de præstando eum indemnem futurũ occasione hereditatis: *vt ff. ad Trebellianum. l. cum hereditas.* & etiam pro futuris habet exceptionem: *vt ff. ad Trebellianum. l. j. § quamquam* [h]. ¶ Sed hæc [i] cautio de qua hic dicitur, qualiter fit? Respond. per officiũ iudicis, postulante eo cui est restituenda hereditas vel quota pars: non autem si singulare fideicommissum sit relictum: *vt ff. ad Trebellian. l. nam quod. §. non omnes.* [k] Vel etiam postulante procuratore [l] eius cui sit mandatum, nec sufficit cauere de rato: *vt ff. ad Trebellianum. l. quidam. §. j.* ADDITIO. ¶ Et not. quòd procuratori simpliciter & habenti speciale mandatum potest fieri restitutio hereditatis, non autem procuratori in rem suam, siue cessionario: vt est casus mirabilis in *l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot.*

n ¶ *Diximus.* vt *supra eod. §. sed quia stipulationes & proximo. §.* ¶ Et not. quòd idem [l] iuris est in toto quo ad totum, quod in parte quo ad partem: *vt ff. de acquirend. heredita. l. si seruus. & ff. de vsur. l. qui scit. in principio.* Argum. contra. *ff. de milit. l. ex mille. in gloss. pro parte.* ADDITIO. Tu dic quòd hæc regula procedit quando est eadem ratio in parte quæ in toto: aliàs non, vt in contrario.

o ¶ *Quartam.* vel etiam minus quarta: sed tamen agitur ad supplementum, [m] vel retinebit: *vt ff. eo. l. y. §. si heres præcepto in fine.*

a Pegasiani senatusconsulti captio in quibus cõsistebat.

b Simplicitas fraudi contraria legibus est amica. at non fatuitas seu negligentia.

c Potest tamẽ fideicõmissario volente quartã totius hereditatis deducere: & tunc tenetur creditoribus pro sua rata. de quo & quatiter legatariis teneatur, vide per Aug. hic. & Atq; ita testator videtur posse vtiliter prohibere Trebellianicam. quod Gloss. negat & quidẽ verissimè ex Auth. sed cum testator. in ver. cessat. Co. ad L. Falcid. v. Bor. Nou. 1. c. 2. §. si verò expressim.

a Restitutio fideicommissi fit re vel verbo.

b Restitutio fideicommissi re vt fiat.

c Restitutio fideicõmiss. verbo vt fiat.

d Fideicõmissarius ante factã ei restitutionem hereditatis, nõ est eius dominus.

e Heres ante restitutam fideicõmiss. est hæreditatis, in ea hæreditate facit omnia vt dominus.

f Fideicommissario generali datur rei vindi. non post restitutam ei hæreditatem: imò ante restitutam ei datur vtilis rei vindicatio.

g Fideicõmissarius heredi cautionem nõ de indemnitate debet.

h Hoc verum facta restitutione: sed ante ipsam benè conuenitur. l. nam & § qui ex Trebelliano. ff. eod.

i Cautio quæ à fideicommissario præstatur heredi instituenti, officio iudicis præstanda.

k Fideicõmissi restitui potest procuratori speciale mandatũ habenti.

l Totius ad totum eadem ratio quæ partis ad partem.

m Et tunc pro eo quod supplet tenetur creditoribus. quia illud videtur habere ad restitutionẽ quarta.

a ¶*Remanet.* facit *C. de here. insti. l. quoties.*
b ¶*Actiones.* s. creditorum, non legatorum. quod dic *vt supra eo. §. sed quia in fi.*
c ¶*Institutus* vt restituat retenta certa re.

¶*Praeterea.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi qualiter heres onератur ad praestationẽ fideicom. sed nunquid poterunt successores ab intestato fideicom. similiter grauari? Respon. Iustinianus quòd sic. nam praeter supradictos modos quibus in testamento grauatur heres ad restitutionem fideicom. potest etiam quis, si fortè esset intestatus moriturus, per fideic. rogare eum quem intelligit sibi de iure ciuili vel de iure praetorio ab intestato successurum, vt hereditatem suam totã vel partem eius, aut rẽ aliquam singularem, veluti fundũ, hominẽ, vel pecuniam alicui restituat. sed licèt hoc sit verum in fideicom. secus tamen est in legatis. Legata enim olim non nisi ex testamẽto valebant: & non solũ successorẽ in vniuersitate ab intestato põt quis grauare: sed etiam eum cui aliquid restituitur per fideicom põt rogare, vt illud rursus alij totum aut pro parte restituat, aut etiam aliquid aliud quod tantũdem valeat. & haec dicuntur vsque ad §. & quia prima.

feruntᶜ. & res quae remanet [a] apud heredẽ, sine vllo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisita. Altero verò casu, id est quũ quarta parte retẽta rogatᵘ est heres restituere hereditatẽ, & restituit: scinduntᶜ actiones [b], & pro dodrante quidẽ transferuntur ad fideicommissariũ, pro quadrante remanẽt apud heredẽ. Quinetiam licèt vna re aliqua deducta, aut praecepta, restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatᶜ. aequè in solidũ transferuntᶜ actiones. Et secum deliberare debet is cui restituitᶜ hereditas, an expediat sibi restitui. Eadẽ scilicet interueniunt & si duab. pluribúsve deductis praeceptísve rebus restituere hereditatẽ rogatᵘ sit. Sed & si certa summa deducta praeceptáve, q̃ quartã, vel etiã maximã partẽ hereditatis continet, rogatᵘ sit aliquis hereditatẽ restituere: idẽ iuris est. Quae autẽ diximᵘ de eo qui ex asse institutus [c] est, eadẽ trãsferimᵘ & ad eũ qui ex parte heres scriptus est.

Ille qui ab intestato bona defuncti ceperit, & etiam fideicommissarius potest grauari de restituendo totam hereditatem, vel partem hereditatis. h. d. Aretinus.

10 ¶Praeterea intestatus quoque moriturus põt rogare [d] eũ ad quẽ † bona sua vel legitimo iure vel honorario pertinere intelligit, vt hereditatẽ suã totã, partẽmve eius, aut rem aliquam, veluti fundum, hominẽ, pecuniã, alicui restituat [e]: cũ alioqui legata nisi ex testamento non valeat [f]. 11 ¶Eũ quoque cui aliquid restituitur, potest rogare vt id rursum alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat [g].

Quis sit huius literae sensus, acerrimè inter iuris commentatores pugnatũ est, ad extremũmq; anhelitũ vsq; laboratũ: iuxta tamẽ receptiorẽ & cõmuni calculo probatã sententiã. h. d. si quis legũ solennia obseruare nolẽs, heredis fide ac legalitate fretus, fideicõmissum reliquerit, iusiurandũ subuenire cogitur heres, num tale quid relictũ fuerit. quod si recusat: ad fideicommissi solutionem artatur, nec audiendus est si minus solennem voluntatem alleget.

12 ¶Et quia prima fideicommissorũ cunabula à fide heredum pendẽt, & tã nomen [h] quã substantiã acceperunt, & ideo diuus Augustus ad necessitatẽ iuris eadem traxit [i]: nuper & nos eundẽ principem superare cõtendẽtes, † ex facto [k] quod Tribunianus vir excellentissimus quaestor † sacri palatij suggessit, constitutionem [l] fecimus, per quam disposuimus, si testator fidei heredis sui commisit, vt vel hereditatem, vel speciale fideicommissum restituat: & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimus [m] esse noscitur) possit res manifestari, sed vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit: tũc siue pater heredis, siue aliᵘ quicunque sit qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliq̃d voluerit, si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsecutam: si fideicommissariᵘ iusiurandum ei detulerit, cùm prius ipse † de calumnia † iurauerit [n], necesse † eum habere [o] vel iusiurandum subire, q̃ nihil tale à testatore audiuerit: vel recusantem, ad fideicõmissi vel vniuersitatis †, vel specialis solutionem coartari [p], ne depereat vltima voluntas testatoris fidei heredis commissa. Eadem [q] obseruari censuimus & si à legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quòd si [r] is à quo relictũ dici-

d ¶*Rogare.* in codicillis.
e ¶*Restituat.* ideo potest ab his fideicommissum relinquere: quoniã sua sponte relinquere legitimam hereditatem videtur non instituendo alium: *vt ff. de iure codi. l. conficiuntur. §. j.*
f ¶*Non valeant.* Sed quo iure hoc est verũ? antiquo non: *vt ff. de le. j. l. j.* Item nouo non: *vt C. eo. de leg. l. ij.* Dic ergo antiquiori iure locum habere quod hic dicitᶜ. Vel dic q̃ *dicta l. de le. j.* secundũ noua iura loquitur, secundũ quae aequiparata sunt legata fideicommissis.ᵃ *vt supra de lega. §. sed non vsque.*
g ¶*Restituat.* etenim quando quis honoratur, & onerari potest: *vt j. titu. j. §. hoc solum.* Sed nunquid quartam retinebit? Respon. *vt j. tit. j. §. hoc solum.*

† Dicẽdo quis quis mihi heres erit. & nõ est necesse exprimere proprium nomẽ, secũdum Ias. Ang. d. Pau.

a Et ideo quãdo in codicillis relinqui nõ possint, vt not. Gl. in d. l. j. ff. de legat. tamẽ in lictã valent vt fideicommissa: & nihilominus habent affectũ legati. [illegible]

Et quia prima.] CASVS. Domine, iã video quid erat olim circa fideicommiss. & quid hodie obtinemus. Vnde cũ satis manifestum sit quid de antiquitate tollatur, & in quibus per vestram cõstitutionem circa fideicom. insistere debeamus: transeatis igitᶜ si placet ad aliquam aliam materiã Ad hoc resp. Amice, adhuc non est ad aliquam aliã materiam transeundum. Primò adhuc circa materiam fideic. insistendum est. namq; prima fideicõmissorum cunabula à fide heredum pendebant, & tã nomẽ quàm substantiã acceperunt: & ideo primo diuus Aug. *vt s. dictũ est.* fideicõ. ad legis necessitatẽ deduxit, & laqueis iuris innodauit. Igitur nos eũdem principem circa figmenta fideicom. nuper superare contendentes ex quodam facto per Tribonianum virum excelsum sacri palatij quaestorem nobis relato, quandam fecimus constitutionẽ, qua statuimus, vt si quis testator heredem suum per fideicõmiss. rogauit, vt vel hereditatem vel aliquod speciale fideicom. alicui restituat: & huiusmodi voluntas testatoris neque ex aliqua solenni scriptura, neq; per quinque testes qui in codicillis sufficiunt, probari possit, qui fidem heredis sui elegit: in hoc casu si heres perfidia ductus fidem adimplere recusauerit, negando tale onus à testatore sibi fuisse impositum, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit: sacramẽto de calumnia à fideicõmiss. prius praestito, necesse habebit heres vel iusiurandũ subire, vel fideicõmiss. siue generale siue speciale ab eo relictum fideicõmis. soluere. & ita per nostrã constitutionem induximus, ne vltima voluntas testatoris fidei heredis sui cõmissa depereat.ᵃ Sed pone quòd ille à quo fideicommis. petitur: postquàm per sacramẽtum aut per testes conuictus fuerit: confiteatur fideicomm. à se relictum: ad legis tamen subtilitatem decurrat, videlicet allegãdo ex minus solẽni voluntate hoc fuisse relictũ: certè in hoc casu in poenam incidit mendacij: & non obstante huiusmodi defensione ad fideicommiss. praestationem omnino cogendus est. Et haec dicuntur vsque in fi. titu. Franc. de Aret.

† Non est improbũ, si quis alium virtute vincere contẽdat, nisi hoc fiat ad humanam gloriam. [illegible]
† Aliàs exquaestione.

h ¶*Nomen.* Not. nomẽ [a] consequens rei: *vt s. de don. §. est & aliud.*
i ¶*Retraxit.* haec iura sunt *supra eo. in princ.*
k ¶*Ex facto.* i. ex quaestione de facto.
l ¶*Constitutionem.* *vt C. de fideicommiss. l. fin.*
m ¶*Legitimus.* Not. testes [b] quinque in codicillis necessarios esse: *vt Cod. de codici. l. fin. & de fideicommiss. l. finali.* ibi, sed siue quinque &c.
n ¶*Iurauerit.* Nam [c] in omni casu erat olim iurandum, & in omni capitulo: *vt Cod. de iuramen. calum. l. j. in princ.* Hodie sufficit semel iurare: *vt in Auth. de his qui ingred. ad appel. §. fin. col. v.*

a Nomẽ consequens esse debet.
† fc. fideicommissarius.
† a quo iuramento calumniandi non petit fideicommissum: quo casu defertur iuramentũ heredi secundũ Pet. Ang. Pau.
† i. hereditatem.
† vniuersalem.
b In codicillis quinque testes necessarij.
c Iurare de calumnia semel in ipso litis exordio hodie sufficit, nisi iudex nouam calumniam orti videat, [illegible]
d Imò non est posterior Ias.
e Iurare nolens, ob contumaciam condemnatur.
f Compellitur quis iurare velut [illegible] fauore vltimarum voluntatum, quae publice interest [illegible]

o ¶*Necesse eum habere.* Sed nunquid hodie corrigitur hoc, cũ nulli deferatur inuito: *vt C. de iureiur. l. fina. & l. generaliter. §. sed iuramento. versi. sin autem?* Respon. non: quia haec est [d] posterior constitutio Iustiniani: *vt C. de fideicommiss. l. fina.* & ita est iste specialis casus, in quo quis compellitur iurare.
p ¶*Coartari.* Nota propter [e] contumaciam non iurantia eum cõdemnari: *vt C. de iura. calum. l. ij. § penul.*
q ¶*Eadem.* scilicet vt compellatur [f] iurare vel soluere.
r ¶*Quod si.* Dixi quando cõtumax fuit nõ iurando, nunc quãdo iurauit, & per sacramentũ fuit cõfessus, vel etiam antequã iuret:

sed prius

sed prius negauerat relictum: vt in fi. huius tit. dicemus statim.

a Subtilitas legis.

a ¶ *Subtilitatē.* quę est vt ex quo est voluntas nō solennis, nō valeāt ea quæ facta sunt: *C. de fideicōmiss. l. si veritas. & C. de testa. l. non dubiū. §. illud. Recurrat.* Vel decurrat. fauor hic est mago' fideicōmissorum in codicillis relictorum, vt omnimodò pstent ab herede q̧ fateat se rogatum, etiā si null' fuerit adhibit' testis, vt inficiator iurare cōpellat, vt recusās iurare p cōfesso habeat. Cu.

b ¶ *Soluere cogendus est.* Sed quomodo^b coarctat ex nō solenni voluntate? sic ergo soluunt inutiliter relicta, sicut & vtiliter, quod esse nō debet: *vt C. de fideicommiss. l. si veritas. quæ est cōtra.* Sol. q̄dā dicunt q̄ vbi solēniter testari voluit & nō fecit, habet locū lex cōtraria. aliàs si noluit testari solēniter, habet locū qđ hic dicit: *vt ff. de iure codic. l. j.* Sed hæc falsa est: q̄a & hic de testatore loquit, q̄ solenniter facit: vt ibi, si testator^c fide; heredis sui cōmisit. 2 Alij, vt B. dicebant esse distinguendum. An dicat heres, Nō est verū tibi legatū esse. in quo caso cogit probare esse verū & solēne, vt in cōtrario, eo saluo, vt si deferat sacramentū iuret: *vt s. prox. §.* An dicat, nō potes petere, q̄a est minus solenne: in quo casu cogit, *vt hic.* Sed hoc nō valet: q̄a secundum hoc expediret ei negare: qđ esse nō debet: *vt ff. de tribu. l. illud. §. pen.* 3 Dic ergo secundū Io. aut ab initio confitet relictum: & tunc non tenet ex nō solenni voluntate: *vt in Lilla contraria.* Aut negauit, & tunc ex solenni voluntate non tenetur: sed postea per sacramētum vel per probationes compellit: vt ita ratione sui mendacij teneat: *vt hic & arg. in Authen. de triente & semiss. §. istud. & §. ad hoc.*

b Fideicōmissum an ex minus solēni voluntate sit prestandum.

¶ Etiam, particula amplicatiua. l. etiam. C. si tutor vel curat. interuen.

c Fideicōmissum relinqui potest in minus solēni voluntate à persona heredis etiam solēni testaméto insti tuti. Cū enim hic dicatur in minus solēni voluntate fidei heredis commissum ponēdū est necessariò, ante fuisse solenniter institutum heredem.

tur, postquam negauerit, confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem^a recurrat, omnino soluere cogendus est^b.

DE SINGVLIS REBVS PER fideicommissum relictis.

TITVLVS XXIIII.

Etiam res singularis potest per fideicommissum relinqui, & tam ab herede quàm à legatario.

POtest tamen quis etiam † singulas^c res per fideicommissum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, vestem, & pecuniam numeratam: & vel ipsum heredem rogare vt alicui restituat, vel legatariū^d, quamuis à legatario legati non possit^e.

Non tantum res testatoris, sed etiam heredis aut cuiuslibet alterius per fideicommissum relinqui potest. Et legatarius de re sibi legata vel sua vel aliena alteri restituenda potest grauari: dummodò non plus oneretur, quàm honoratur. Et quando res aliena legatur, vel ipsa vel eius æstimatio præstāda est. Aretin.

Annota, eatenus quē fideicōmissis grauari posse, quatenus honoratur.

1 ¶ Potest autem non solùm proprias res testator per fideicommissum relinquere: sed & heredis, aut legatarij, aut fideicommissarij, aut cuiuslibet alterius^f. Itaque & legatarius & fideicōmissarius non solùm de ea re rogati pōt vt eā alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiā de alia, siue ipsius^g, siue aliena sit. Hoc solū obseruādū est, ne plus quisquā roget † alicui restituere, quā ipse ex testamēto ceperit. nā quod ampli' est,

DE SINGVLIS rebus per fideicommissum relictis.

De fideicommissis generaliter lib. 2. tit. j. dixit, nunc de specialib. dicit. Accurs.

P*Otest.*] Totus iste titulus diuidit in tres partes. Primò ponit de fideicommisso pecuniario. Secundò de libertatib. Tertiò per quæ verba fieri debeant. Secunda ibi, Libertas quoque. Tertia ibi, Verba.

d Fideicōmissum onlà patientiae pōt relinqui.

e Fideicōmissum relinqui potest ab herede, à legatario, & fideicōmissario.

f Legari proprie nō potest nisi ab herede: fideicommitti etiam à legatario vel fideicommissario potest.

c ¶ *Singulas.* non^d solùm generaliter: *vt supra titu. j.*

d ¶ *Vel legatarium.* scilicet rogare vt aliquid alicui restituat.

e ¶ *Non possit.* antiquo iure inspecto: sed nouo iure aliter est. nam pōt^a à quolibet q̄ cōmodū quocūq; modo habet, legari & fideicōmitti: *vt C. com. de leg. l. ij. §. fi.* & hoc statim subijcit. a o Dicito. Dic secūd. Io. Fab. q̄ accipiēdo legatū propriè, fortè^f nō pōt legari nisi ab herede, sed fideicommitti sic: *vt l. si fuerit. §. j. ff. de le. ij.* & quod ibi no. maximè p Bar. Sed q̄a legatum & fideicōmissum idē sunt, & facta sunt hodie similia & synonyma, ideo illa differentia hodie non tenet: *vt d. l. ij. §. fi. Cod. communia de lega. & plenè no. per glo. & doct. l. j. ff. de leg. j. & ibi dixi. s. de. l. §. j.* Sed ibi Raph. dicit q̄ iste text. nō pōt loqui de iure antiquo, cum hic sit verb. possit, dum dicit, lega. nō possit. nō aut dicit, legari nō poterat, &c. dic vt p Ang.

f ¶ *Alterius.* refert tamen an leget rem extranei, an heredis. Primo casu distinguitur an sciuerit alienam, vel crediderit suā: secūdò non, *vt s. de leg. §. quod autem. & ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. si rem.*

g ¶ *Ipsius* scilicet legatarij.

h ¶ *Inutiliter.*^a facit^b *ff. de lega. j. l. planè ij. §. fi. & l. videndū. & ff. de lega. iij. l. j. §. sciendū. & l. iij. §. Iulianus. & l. si legatarius. in prin.* ¶ Sed contra *in d. l. planè. §. si tu.* Sed ibi stetit per legatariū quominus meliorē acceperit. Val melior videt elle quē elegerit, licèt deteriorē elegerit, *vt argu. j. de act. §. præterea.* Ité argu contra. *ff. de lega. ij. l. Imperat. §. j. ibi, innumera &c.* Sed hoc quod hic dicit, intellige quādo in quātitate legat alicui, & in quātitate onerat: ibi autem q̄n quātitas dat, & in specie grauat, quo casu tātū videt æstimasse speciē suā legatarius, accipiendo quantitatē: vt ex eadē l colligit.^c Itē contra *ff. ad leg. Falcid. l. sed & si nō seruauit prin.* Sed & ibi eodem modo responde: quia quātitas erat legata: & onus erat positū in faciēdo. ¶ Sed cū^d quantitas legat, & in quantitate grauat, sicut hic loquit, nunquid quartā iure Falcidię pōt oneratus retinere: siue sit legatarius siue fideicōmissarius qui sit grauatus? Quidam dicunt quòd sic: *vt argu. ff. ad leg. Falcid. l. pandies §. fi.* Nos contra: *vt in eod. titu. l. lex Falcidia si interueniat. §. nunquam. & de vulg. substi. l. coheredi. §. cum filio.* a o Dicito. De quo dic vt per gl. *in d. §. nunquam. & in l. denique.* & ibi Barto. *ff. ad Treb.* & per Angel. hic notabiliter.

a Vtile per inutile non vitiatur.

b Grauari nemo potest in plus quā honoratus sit, vē hic, cuius sententię v. quinque exceptiones apud Ponciom hic.

c Et hoc quādo species erat sua. si verò aliena, procedit tex. hic. Vbi aut relinquitur species & simpliciter grauatur, habet locum iste tex si alternatiuē, procedit text. an doct. §. fi. eo.

d Falcidia nō deducit legatarius vel fideicommissarius grauatus prestatione æquiualenti: Falcidię enim ratio inducta est vt hereditas adeatur, & eius additione legata prestentur. Sed hac ratio cessat, vbi iam ab herede instituto adita est hereditas, ideòq; cessare debet ratio dispositionis.

inutiliter^h relinquit. Cùm autem aliena res per fideicommissum relinquitur: necesse est ei qui rogatus est, aut ipsam redimere & præstare, aut æstimationem eius soluere.

Etiā libertas seruo per fideicōmissū pōt relinqui: & nō tātùm seruo proprio, sed etiam alieno: vt quādo poterit ematur, & manumittatur. h. d.

2 ¶ Libertas quoq; seruo p fideicōmissum dari pōt: vt heres eū roget manumittere, vel legatarius, vel fideicommissari'. Nec interest vtrum de suo proprio seruo testator roget, an de eo q̄ ipsi' heredis, aut legatarij, vel etiā extranei^i sit. Itaq; & alien' seru' redimi & manumitti debet. Quòd si dn̄s eū nō vēdat^k: si modò^l nihil^m ex iudicio eius qui reliquit libertatē, perceperit^n: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur^o quoad possit tempore procedente, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas.

Directè libertati datus, testatoris libertus efficitur: fideicommissariam autem adeptus libertatem, heredis est libertus.

Qui autem ex fideicommissi causa manumittatur, non testatoris fit libertus, etiam si testatoris seruus sit, sed eius qui manumittit^p. At is qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libert' fit: qui etiam orcinus^q appellatur. Nec alius vllus directò ex testamēto libertatē habere pōt, quā qui vtroque tēpore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directò^* autem libertas tunc dari videtur, cùm non ab alio seruum manumitti ro-

i ¶ *Extranei.* licèt etiam crediderit suum: *vt ff. de fideicom. liber. l. Paulus j. respon. & l. alieno. in princ.* ¶ Sed in pecuniario legato distinguitur, sciuerit vel ignorauerit rem alienam: *vt supra de lega. §. quod autem. & §. non solum.*^e

k ¶ *Non vendat.* vel etiā si vendat, sed vltra iustū pretium vendere volt. nam tunc perinde^f est ac si non vendat: *vt ff. de leg. ij. l. non dubium. §. finali.*

e At illi obstrinū facit tent. in d. l. alieno.

* Directa.

f Paria sunt, nolle vendere, & iniusto pretio velle vendere.

l ¶ *Si modò.* interpositio est.

m ¶ *Nihil.* si enim aliquid etiam modicum relinquitur alicui vt vendat, & ille legatum accepit, compellitur vendere: *vt hic. & Cod. de fideic. lib. l. deberi. & l. si te donatam. & C. ad leg. Falc. l. si ad calcus filium.*

n ¶ *Perceperit.* s. dominus istius.

o ¶ *Differtur.* quod^g differtur, non aufertur, *sic ff. de iudic. l. cum furiosus.* Argu. contra. *C. de inoff. testa. l. scimus. §. fi. & ff. de vsufruct. l. si^h vsufruct.* ¶ Item not. q̄ inspicitur quod^i euenire potest. *sic ff. de iurisdi. om. iud. l. si idem. §. fi. in glo. adiudicari. & ff. de adi. l. si seruo.*

p ¶ *Eius qui manumittit.* id est heredis vel legatarij vel fideicommissarij. *C. de fideicommiss. lib. l. si quibus.* Accursius.

q ¶ *Orcinum.* sic^k dictus ab orco. i. manumissus ab eo qui tēdit ad orcū. i. infernū. 2 Vel orthi ab orthos quod est rectū. Vnde orthinus. i. directò manumis. 3 Vel ab orce,^l quod est capio (nā & inde archiorch') quia mul. capiēs manumiss. in testa. in quo mul. fuit.

g Quod differtur nō aufertur. v. Bar. in l. inter. §. sacr. ff. de ver. oblig.

h Legendū sed.

i Euētus inspicimus: sic inspicitur qđ euenire pōt, adde Gl. in l. j. §. j. C. commu. de legatis.

k Orcin' quia & vnde dicat'.

l Mulionis metà agasoneę ridicula hoc est etymologia.

a ¶ *Ex suo.* non expectata manumissione ab alio facienda.
b ¶ *Testamento.* vel etiam codicillis testamento confirmatis: *vt ff. de manumiss. testa. l. libertas.*
c ¶ *Competere.* quæ cōpetit hereditate adita etiam ab vno ex pluribus heredib⁹: *vt ff. de manu. testa. l. testamēto manumissus. §. testamēto.*
d ¶ *Maxime.* ideò hoc dicit, quia quibuscunq; verbis relinqui possunt: *vt s. de leg. in prin.* siue directis, siue precariis: *vt C. commu. de leg. l. omne verbum. & fauet ff. ad Trebell. l. Sceuola.* ADDITIO. Et hoc verum, si verba important dispositionem, item fideicommissum, vel ad hoc extendi possint ex coniectura mentis testatoris: notabis, *vt leg. p. Imp. §. pater filios. ff. de leg. iii.*

gat, sed velut ex suo[a] testamento[b] libertatē ei cōpetere[c] vult.

Siue præceptiuis, siue rogatiuis verbis fideicommissum fiat, valet. hoc dicit. Aretinus.

3 ¶ Verba autē fideicōmissorū hæc maximè[d] in vsu habent: peto, rogo, volo, mando, † fidei tuæ cōmitto. quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in vnum congesta essent.

DE CODICILLIS.

Quia[b] testamenta & eorum accidentia dicta sunt: nunc de codicillis, id est, de parua vel de minima scripta voluntate. Nam ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori cisarula vel codice quā testamentu fiebant: & solum in eis quædā fideicōmissa relinquebantur: & tales sunt ad testamentu qualis[a] est scapha ad nauem. Sed nunquid secundū hoc possint fieri sine scriptura? Quidam dicunt quòd non: sed tamen dico etiā[d] sine scriptura hodie fieri posse, licet fortè olim in scriptis tantu fierent: vt C. de bon. liber. l. fin. in principio. Accursius.

A*Nte Augusti &c.*] Iste titul. diuidit[e] in quatuor partes.

¶ Primò, quomodo fuerit introductus vsus codicillorum. ¶ Secundò, quando codicilli testamēto confirmati valent. ¶ Tertiò, an hereditas directò possit dari vel adimi in codicillis. ¶ Quartò, an quis possit facere plures codicillos. Secūda ibi, Non tātū. Tertia ibi. Codicillis. Quarta ibi, Codicillos.

DE CODICILLIS.

TITVLVS XXV.

Codicillos etiam non testatus quis facere potest: porrò ante testamentū facti, nulla expressa confirmatione nouo iure indigent.

ANte Augusti tēpora constat codicillorū ius in vsu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus (ex cuius psona etiā fideicōmissa esse cœperunt) codicillos introduxit. Nā cū decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos[e], quibus ab Augusto[f] petiit per fideicommissum, vt faceret aliquid. Et cū diuus Augustus voluntatē ei⁹ implesset: deinceps reliqui eius[g] auctoritatē secuti, fideicommissa præstabant, & filia Lentuli legata quæ iure non debebat[h], soluit. Dicit autē Augustus cōuocasse sapientes viros, interq; eos Trebatium quoque, cuius tūc auctoritas maxima erat: & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonās à iuris ratione codicillorū vsus esset: & Trebatiū suasisse Augusto, q̃ diceret vtilissimū & necessariū hoc ciuibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vbi si quis testamentum facere non posset[i], tamen codicillos posset. Post quæ tempora cùm & Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubiū erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

Etiam ab intestato codicilli fieri possunt. Sed quādo ante testamentā fiebāt, nō aliter valebāt, nisi erāt in testamento confirmati. Hodie verò semper videntur cōfirmati. Aretin.

1 ¶ Non tantùm autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed & intestatus quis decedens fideicommittere codicillis potest. Sed cū ante testamentum factum codicilli facti erant: Papinianus ait non aliter vires habere, quàm si speciali postea voluntate confirmentur[k]. Sed diui Seuerus & Antoninus rescripserunt: ex his codicillis qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti: si appareat eum qui testamentum fecit, à voluntate quam in codicillis expresserat, non recessisse.

Codicillis nec dari nec adimi directò hereditas potest: nec instituto heredi conditio adici, nec directò substitui. fideicommissi autē potest.

los. CASVS. Domine, iam video q̃ vultis tractare de codicillis. dicatis igi͂ mihi, si placet, qñ primò ius codicillorū in vsu esse cœperit, & q̃s primò introduxit codicillos? Ad hæc rñ. Amice, i⁹ codicillorū tēporib. diui Augusti primò in vsu esse cœpit: nā certū est ante Augusti tēpora ius codicillorū in vsu nō fuisse: sed primò Lucius Lentulus, ex cui⁹ p̃sona etiā fideicōmissa sumpserit originē, codicillos introduxit. Nā cū p̃dict⁹ Luci⁹ Lentul⁹ in Africa diē extremū clauderet, quosdam scripsit codicillos in testamēto suo cōfirmatos, quib. rogauit Augustū p̃ fideicom. vt aliqoid faceret. & cū diuus Augustus voluntatē suā in codicill. contentā impla- nisset: postea cæteri aucto. principis secuti, fideicom præstabāt & filia eiusdē Lentuli legata in codicillis patris sui cōtēta soluit: ad quorū præstationē diuus August⁹ iurisprudentes conuocauit: inter quos erat Trebatius, cuius tūc auctoritas maxima habebat, & ab iisdē iurisconsul. quæsiuit, an vsus codicillorū recipi posset, & & an dissoni essent codicilli iuris rationi? & dicit Trebatium respōdisse Augusto vtilissimum & necessariū fore vsum codicillorū, & maximè p̃pter lōgas & magnas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vt si quis testam. solenne propter impotentiā facti facere non posset: faceret saltem codicillos, quib. vltimā volūtatē declararet. vnde post illa tēpora cū etiam Labeo iurisconsul. codicillos fecisset: iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterent. Et hæc dicuntur vsq; ad §. non tantū autem.

e ¶ *Confirmatos.* Hic no. quòd quatuor[f] modis codicilli cōficiunt: aut enim in futurum confirmantur: veluti testamento prius facto in quo dictū est: quicquid dixero in codicillis, valere volo. & postea codicilli facti sunt. Aut in præteritū: veluti codicilli prius facti, testamento facto postea cōfirmati sunt, & hi duo casus sunt: *C. eod. l. fin. in initio.*[a] Tertiò fiunt cū testamento, veluti cū testator qui testamentū implere nequiuerit, addiderit vt vim codicillorū haberet: *vt C. eo. l. fin. §. illud planè. ibi. nisi[b] ille &c.* Quartò sine testamento, l. ab intestato: *vt ff. eo. de iur. codicil. l. confirmantur. & l. eo. §. nō tantu & Cod. eod. l. non idcirco.* hic autē fuerunt confirmati vel ante vel post.

f ¶ *Augusto.* cui aliquid relinquebatur.

g ¶ *Eius. i.* Augusti.

Legata quæ iure.] In codicillis testamento confirmatis directò heres scribi non pōt, legata tñ in eis & tutela & libertates relinqui possunt. quod igitur ait filiam Lentuli legata ipso iure non debuisse. nempe, quia ius codicillorum non erat receptu n. Cuiac.

h ¶ *Non debebat.* quia legata non debebantur nisi ex testamento, iure antiquo. vt diximus s. titu. y. §. præterea.

i ¶ *Non posset.* propter impotentiam facti: vt quia non habet tot testes, qui testamento cōficiendo sufficiant. secus si propter impotentiam iuris: *vt ff. eo. l. diui §. codicillos. y. quæ est contra.* Et probatur hæc solutio: *ff. eo. l. confirmantur. §. codicilli.*

[*Non tantū autem.*] CASVS. Dñe, iā vidimus q̃ primò Lucius Lentulus fecit codicillos testamēto suo cōfirmatos: nunquid igi͂ requirit̃ de necessitate q̃ fiat testamētū ad hoc q̃ possint valere codicilli? Et rñ. q̃ nō. Nam nō tantū facto testamēto pōt q̃s codicillos facere: sed etiā intestat⁹ decedēs codicillos facere pōt: & in eis fideicō relinquere. Papinian⁹ tñ ait codicillos ante testamentum factos nō aliter iuris necessitatē habere, nisi postea speciali volūtate testatoris & in testamento confirment. Sed diui Seuerus & Anto. rescripserunt ex codicillis ante testamentū factis postea cū effectu fideicom. peti, licèt in testamēto subsecuto nō fuerint expressè confirmati, si tñ appareat testatorē q̃ post factos codicillos facit testamentū, à volūtate in codicillis expressa nō recessisse & ita nō est necessaria specia. cōfir. sed sufficit si nō appareat de cōtraria volūtate testato. Et hæc dicunt̃ vsq; ad illū §. codicillis aūt.

k ¶ *Confirmentur.* l. expressim, vel etiā si quoquo iudicio retineat̃ prima voluntas: *vt ff. eod. de iur. codi. l. ante tabulas testamenti.* Sed Ioan. contra. Nam siue antè siue pòst fiant, semper videntur cōfirmati: vt hîc dicitur statim, *& ff. eo. de iur. codi. l. si quis i. & l. ab intestato,* Accur. ADDITIO. In hoc tamen remanet hodie differentia secundū Ioan. Fab. quia quando expressè confirmantur, valent iure directo, quæ in his continentur. Secus si tacitè. *l. liber. ff. de manu. testa. & de testa. & de test. tut. l. iii.* quamuis glossa ibi notet contrarium.

[*Codicillis autem.*] CASVS. Dñe, iā video q̃ codicilli ante testamentum & post testamentum fieri possint, & ab intestato. Sed nunquid eandē potestatē habent codicilli, quam & testamentum? Ad hoc respon. q̃ non: imò codicilli in multis differunt à testamēto. Hereditas enim in codicillis nec directò dari, nec adimi pōt: & hoc ideo statutum est, ne ius testamentorū & codicillorū cōfundatur. vnde nec exheredatio directò in codicillis scribi pōt: sed omnia suprà dicta in testamēto fieri possunt: sed licèt in codicillis

hereditas

a De verbo, [illegible] vt s. de leg. in prin. [illegible] & Bald. in l. [illegible] autē [illegible] hæc potest [illegible] leg. vel [illegible] si verba [illegible] fideicommissum [illegible] preces. [illegible] Volo. [illegible] Mando [illegible] precatiua [illegible] Cuiacius.

b Cōmunio.

c Codicilli à testamēto genere non differunt, sed [illegible] dignitate & magnitudine. d Codicilli sine scriptura fieri possunt.

e Diuisio.

f Codicilli quatuor modis fiūt, [illegible] ante vel post testamētum, per clausulam codicillarem, nullo condito testamēto, quo vltimo casu aditione heredis ab intestato confirmātur.

a Confirmatio interdū præcedit sub nomine firmabile. [illegible] Bald. & Salyc. in d. l. fine in initio. C. eod. tit. sic episcopus potest confirmare electum antequā sit [illegible] ecclesiæ, antequā sit [illegible] C. de ar. [illegible] An quis possit approbare laudum antequā proferatur & sic, an primò quis possit approbare & cōfirmare electionem antequā facta fuerit. Aug.

b Codicillaris clausula adiectione hoc efficiens vt testamentū non valeat vt testamentum, teneat vt codicillus.

hereditas directò dari non possit: in illis tamen fideicommissis iure relinqui potest. Item nec conditio heredi instituto in codicillis adiici potest: nec etiam substitutio directò fieri. Et non solùm in prædictis differunt codicilli à testamento, sed etiam in aliis. nam plures codicillos facere quis potest, ita vt omnes valeãt: & nullam solennitatem ordinationis verborum desiderant: licèt secus sit in testamento. Et hæc dicuntur vsque ad finem tituli.

a ¶ *Neque dari.* directò, sed per fideicommissum siue ab eo quem prius fecerat heredem, siue à legitimis benè potest relinqui: *ff. eod. de iure. codi. l. ij. §. fin. & C. ea. l. hereditatem. & infra prox. §.* ADDITIO. Et assignat gloss. in dicta. l. hereditatem, rationem differentiæ: quia nõ tantùm aufertur per fideicommiss. sicut directò aufertur. a Vel dic secundũ Salicetum, aliqua virtus attribuitur vni, quæ non attribuitur alteri: *vt l. fin. C. eod.* & maiorem vim testamẽta, quàm codicilli habent, propter maiorem solennitatem in eo requisitam. Ang.

b ¶ *Ne confundatur.* i. ne istæ duæ voluntates sic misceantur, vt vna ab altera discerni non possit. nam si idem significarent, quare diuersa nomina darentur: *vt C. eo. l. si idem.*

2 ¶ Codicillis autem hereditas neq; dari[a], neq; adimi † potest, ne confundatur[b] ius testamentorum & codicillorum: & ideo nec exheredatio † scribi[c]. Directò autem hereditas codicillis neque dari, neq; adimi potest. Nam per fideicommissum hereditas codicillis iure relinquitur[d]. Neque conditionem heredi instituto[e] codicillis adiicere[f], neque substituere directò[g] quis potest.

Plures codicillos vnus facere potest, omnes habentes effectum: secus in pluribus testamentis. Aretinus.

3 ¶ Codicillos autem etiam plures[h] quis facere potest: & nullam[i] solennitatem ordinationis desiderant.

c ¶ *Scribi.* scilicet vt de iure valeat.

d ¶ *Relinquitur.* Sed[b] qua ratione hæc hereditas, vel etiam alia in codicillis relicta petentur? Respon. quidam condictione ex l. *vt ff. de condi. ex leg. l. j.* a Vel dic vtili actione ex testamento, cùm ad instar testamenti codicilli sint inuenti. *vt ff. eo. de iur. codi. l. ij. §. j.*

e ¶ *Instituto.* scilicet testamento.

f ¶ *Adiicere.* & cui conditioni adiectæ necesse parêre non habet: sed in eius conditionis defectum de ademptione hereditatis cogitasse videtur: *vt ff. de condi. institut. l. penul. in fin.*[a] Sed fortè in vanum cogitauit, vt ibi dixi.

g ¶ *Directò.* si tamen substituerit[d], videtur rogasse per fideicommissum, vt restituat: *vt ff. ad Trebel. l. Scæuola.*

h ¶ *Plures.* vt etiam omnes valeant, nisi contrariam contineant voluntatem: *vt C. eod. l. cum proponeres.* aliud in testamentis. *vt § quibus mod. test. infir. § posteriore. & facit ff. eo. l. diuus § j.*

i ¶ *Et nullam.* f. de illis quatuor quæ in testamento desiderantur: vel septem testium, vel sigillorum, vel quòd sua manu scribantur, vel quòd subscribant testes: *vt § de test. § j.* Sed quædam solennitates & hic desiderantur: vt[e] sunt quinque testes, vt diximus *supra tit. ij. § fi.*

DE HEREDITATIBVS QVÆ AB intestato deferuntur.

Hæc rubrica est generalis ad omnes sequentes titulos vsque ad tit. de bon. possess. vbi mixtim tractabit ex testamento & ab intestato: sed textus huius tituli loquitur tantùm de suis heredibus. & sic alias. ff. si certum pet. & de rebus credi. vbi tractat de mutuo in specie tantùm. Accurs. ADDITIO. *Ista rubrica sic continuatur. Dictũ est supra de hereditatibus quæ testamẽto facto deferuntur: nunc sequitur videre de hereditatibus quæ ab intestato deferuntur.*

I*Ntestatus.*] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes principales. ¶ Primò ponit quis dicitur decedere intestatus. ¶ Secundo quòd prima causa est liberorũ, & qui sunt liberi, & sui. ¶ Tertiò de emãcipatis quomodo admittant, & de adoptiuis. ¶ Quartò ponit aliquas suas correctiones. Secunda ibi, Intestatorum autem. Tertia ibi, Emancipati autem. Quarta ibi, Sed ea omnia. c a-av s. Domine, iam video quòd vos vultis tractare de hereditatib' quæ deferuntur ab intestato pro Deo, si placet vobis, dicatis mihi quis intelligitur decedere intestatus? Ad hoc respond. ¶ Intestatus decedere intelligitur ille, qui aut nullo modo fecit testamentum: aut de facto quidem fecit testamentum, non tamen de iure: vtpote quia iuris solennitate caruit: vel testamenti factionẽ non habuit: aut testamentum, quod iure fecerat, arrogatione ruptum fuit: vel capitis deminut. irritum factum est: aut si ex testamento solenniter facto nullus heres extiterit. omnibus enim his modis intelligitur quis intestatus decedere. & hæc dicuntur vsque ad illum §. intestatorum. Domine, iam video quis intelligitur decedere intestatus. dicatis modò mihi, si placet, ad quos intestatorum hereditas pertinet? Ad hoc respõ. Amice, hereditas intestatorum ex lege xij. tabularum primò pertinet ad suos heredes. Sed quid domine Imperator: vos dicitis quod hereditas intestatorum pertinet ad suos heredes. dicatis mihi, si placet, qui intelliguntur sui heredes? Ad hoc respon. Amice, sui heredes intelliguntur, qui in potestate morientis sunt, de cui' hereditate tractat: veluti filius & filia, nepos & neptis, & descendentes ex filio pronepos & proneptis: & per masculinã lineam directò descendentes: nec interest quo ad hoc vt heredes censeantur, vtrũ sint naturales liberi, an adoptiui. nam adoptiui liberi tempore mortis in potestate existẽtes, sui heredes intelliguntur: & non solùm suprà dicti ex binis matrimoniis existentes procreati dicuntur sui heredes, sed etiam necesse est eos inter suos heredes connumerari, qui ab intestato non erant in potestate parentum, vtpote naturales qui non sunt ex legitimo matrimonio geniti: postea tamen à parentibus naturalibus curiis dati sunt. & ita in potestatẽ patris redacti. Hi enim beneficio dualium constitutionum, quæ super filiis naturalibus positæ sunt, iura suorum heredum nanciscuntur. Nec solùm supradicti inter suos heredes constituuntur, sed etiam illi quos nostra constitutione statuimus: vt si quis aliquam mulierem in suo contubernio copulauerit: non tamẽ ab initio affectione maritali eam habuerit, erat tamen talis cũ qua poterat habere legitimum coniugium: si ex ea prolem procreauerit, & postea maritali affectione interueniente cũ eadẽ muliere instrumenta dotalia confecerit, & filios & filias ex eadem habuerit: statuimus dico, non solùm posteriores liberos, f. post matrimonium contractũ editos, legitimos & in potestate patris esse: sed etiã priores: videlicet ante matrimoniũ editos. & hoc meritò statuimus. Nam isti liberi ante matrimoniũ nati, occasionẽ legitimi nominis etiã aliis post matrimoniũ natis præstiterunt. Ratione enim affectionis quã pater ad prolem primò procreatam habuit, & quia matrem eorũ habuit in prole fœcundam, ideò eam sibi maritali affectione copulauit. & hoc obtinêre censuimus non solùm si post dotalia instrumenta confecta liberi nati fuerint & extiterint, sed etiã si nulli post matrimoniũ fuerint nati: vel etiã si aliqui fuerint nati, sed postea mortui. In omni enim euentu censuimus liberos ante matrimoniũ natos, maritali affectione secũdũ tenorẽ nostræ constitutionis postea subsequuta, legitimos esse, & iura suorũ heredum in omnibus habere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. ita demum. Franc.

Institutionum D. IVSTINIANI sacratissimi Principis Liber III.

DE HEREDITATIBVS quæ ab intestato deferuntur.

TITVLVS I.

Intestatus dicitur quis decedere pluribus modis, qui hic describuntur. Aret.

INtestatus † decedit, qui aut omnino testamentũ non fecit[k], aut nõ iure fecit[l]: aut id quod fecerat ruptum[m] irritúmve[n] factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit[o].

† An autẽ liceat intestatum decedere, quia ab intestato, vide per Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & in l. j. de suis & legit. per Bal. & generaliter ad prima C. de testa. & subtilis sub eodem per Ioan. Andr. in addit. ad Specu. tit. de success. ab intest.

k ¶ *Non fecit.* vel[a] quia nõ vult: Vel quia nõ põt: vt pupillus, furiosus licèt hi impropriè intestati dicuntur esse: quia & si vellent testari non possunt: *vt ff. eod. scilicet de suis & legi. l. j. in prin.* ADDITIO. Quod nota secundũ Ioan. Fab. contra eos qui vindicãt sibi bona intestatorum ex consuetudine. vel præferunt ex statuto. de quo, & an facto testamento, & postea rupto, habeat locum dictum statutum, quòd ab intestato præferantur agnati &c. vide latè per Ange. hic.

a Testari alii qui nolunt, aliqui non possunt.

l ¶ *Non iure fecit.* quia caruit solennitate testium, vel non habuit testamenti factionem, & fecit.

m ¶ *Ruptum* arrogatione[b] vel agnatione posthumi: *vt § quib. mod. test. infir. § j. respõ.*[c] Et nota quod nõ est per omnia idẽ quãtum ad rupit, ac si nullum factũ esset, si tñ fecit codicillos, cũ primo casu, scilicet qñ rumpit legatũ vt ex codicillis, non valeat: *vt C. de codicil. l. j. in prin.* secundò sic: *vt § de fideicommiss. hered. § præterea. & ff. de iur. codi. l. si quis cum in § j. respon. & in l. ab intestato. & supra tit. j. § non tantum.* Accursius.

b Testamentũ rũpitur adrogatione & agnatione.
c Intellige vt tot per Ioan. Fabr. Pote. & Angel.

n ¶ *Irritumve.* vt per capitis deminutionem testatoris: *vt § quib. mod. testa. infir. § non tamen. & facit ff. de verborum signif. l. intestatum.*

o ¶ *Extiterit.* sunt & alii duo modi: vt per querelam, vel contra tabulas testamenti rescisso: *vt C. de colla. l. vt liberis.* Accurs. ADDITIO. Hoc verum si sit mora ante aditam hereditatem. secus si post: quia prætor non potest facere desinere quem esse heredem. § quos autem. *infra de bono. poss.* Ange.

a ¶ *Suprà diximus* ī. *de heredum quali. & diffe.* §. *sui.* Accursius.
b ¶ *Fuerint.* item aliud est necesse, vt nemo eos præcedat, vt ibidem dicitur: vt ī. *de here quali. & diffe.* § *sui.*
c ¶ *Ex filio nato.* aliud si ex filia: vt ī. *de patria potesta.* §. *filius.*
d ¶ *Prognatus.* i. procul à me natus: quia in quarto [a] gradu est mihi, qui vocatur abnepos: vt ī *de gradi.* § *iiij.* 2 Vel [b] dic eum positum poni pro simplici, i. natum vel natam. & sic pone pro nepote prædicto. 3 Vel dic meli', loquitur de omnibus descendẽtibus vlteriorib. & ideò dicit prognatus, quia vsque in infinitum succedunt: vt in *Auth. de her. ab intesta.* §. j. & sic propriè ponitur prognatus, id est procul natus.
e ¶ *Naturales.* i. legitimi.
f ¶ *An adoptiui.* quo ad hoc vt sui dicantur: [c] nisi emancipati fuerint. tunc enim interest, cū naturales emancipati iure prætorio succedãt: adoptiui non, vt *ff. de suis & legi. hered. l. j.* § *sui.* & ī. *eod.* § *minus.* Accurs.
g ¶ *Quibus* s. suis heredibus.
h ¶ *Curiis.* Erat enim curia [d] siue corpus in qualibet ciuitate, quæ curia indigebat officialib. vt negotia expedirentur: vt *in Authen. de defen. ciuit.* § *nulla. in fin. colla. iij.* vnde quicunque vellet naturalem suum filium dare illi curiæ, vel ipsemet filius post mortem patris se offerre, non extantibus legitimis, vel pater testamento illud dicat, legitimus fiebat: vt *in Auth. quib. mod. nat. effici sui.* §. *quod verò. &* §. *si quis igitur. coll. vj.* sicut [e] fit remissio peccatorum his qui vadunt vltra mare.
i ¶ *Diualium.* i. principum. s. Theodosij & Leonis: vt *C. de natu. libe. l. si quis. & l. quoniam.*
k ¶ *Necnon eos.* s. necesse est connumerari inter suos. Accursius.
l ¶ *Constitutiones. C. de nat lib. l. cum quis. & l. nuper.*
m ¶ *Sustulerit* i. habuerit.
n ¶ *Instrumenta.* in quibus contineatur matrimonium inter Titium & Bertam esse contractum, & dotem datam esse. quæ instrumenta dotalia vel nuptialia dicuntur: & sine his duobus, scilicet scriptura & dote, dicit P. non valere matrimonium: quia lex plerunque de his dixit tali casu: vt *hic, &* ī. *de nup.* § *fin.* non aliàs: vt *ff. de ra. in. l. nuptias.* nos [f] dicimus valere matrimonium: vt *C. de nupt. l. si vicinus. & in Auth. de nup.* §. *nuptias. coll. iiij.* sed non fieri liberos legitimos: vt *in Auth. de trien. & se.* §. *fi. coll. iij.*
o ¶ *Iustos.* repete, iussimus.
p ¶ *Præstiterunt.* s. primi. nam & ob [g] hoc retinent quidam prius concubinas, vt experiant an ex eis possint filios habere. vt postea accipiant eas in vxores, vel repellant. quod scil. vt repellantur, in vxore prohibitum est, vt *in Auth. quib. mod. natu. effi. leg.* §. *quoniam. col. vij.* ADDITIO. Nota cautelam gloss. quæ vult habere filios: sed dicta cautela non est bona quo ad animam: quia omnis fornicatio est hodie prohibita: vt dixi ī. *de nu.* §. *si aduersus. &* §. *fin.* An.
q ¶ *Consuimus.* q. d. non solū si nascantur postea, & viuant cū primis: siue non nascantur aliqui, siue etiam nascantur, & moriant: vt *C. de natu. lib. l. nuper.* ¶ Et no. quòd etiam si legitimos habent ex vxore quondam: tamen hæc valent, [h] & siue ex libera siue ex liberta, siue ex serua quam postea manumiserit, & in vxorem duxerit, hæc seruantur: vt in *Authent. de incest. nup.* §. *fin. colla. iij. & in Authen. de trien. & se.* §. *fi. colla. iij. & in Authent. de filiis ante do. instrument. natis per totum tit. colla. iij.*

[a] Imò quinto gradu. secūdū Nic.

[b] Prima est melior secundum eundem Nico.

[c] Scil. ab intestato. secus ex testamēto, de quo dic vt per Ang. in §. hodie ī. de adop. item hoc nō obtinet in se do cui ā non, etiam si cū consensu de mini adoptetur agnatus, C. de adop. l. an nō. ff. de suis & de suo fruc. vt per Ioann. Fab. & Angel. hic.

[d] Curia vetribus quid.

[e] Peccata remittuntur peregrinantib.

[f] Matrimonium sine scriptura & dote potest valere, sed nō fil. j legitima sunt hic. Idem Angel. in §. fi. ī. de nup.

[g] Hac cautelā sequuntur Angel. & Pore.

[h] Quod verò intelligit etiā sine ipsorum consensu & nullo de ipsis instrumentis facta mentione. secus tamē in legitimatione facienda per rescriptū. secundum Ang. hic.

Intestatorum hereditates suis heredibus in primis deferũtur: in quorum numero sunt naturales liberi, quã primũ legitimi (secundùm præscriptos in l. modos) sunt effecti.

1 ¶ Intestatorum autẽ hereditates, ex lege duodecim tabularum primùm ad suos heredes pertinent. 2 ¶ Sui autem heredes existimantur (vt suprà diximus) [a] qui in potestate morientis fuerint [b]: veluti filius filiáve, nepos neptísve ex filio, pronepos proneptísve ex nepote ex filio nato [c] prognatus [d] prognatáve. Nec interest vtrum naturales [e] sint liberi, an adoptiui [f].

Liberi legitimati siue per oblationem curiæ, siue per subsequens matrimonium, de numero suorum heredum sunt censendi. Aretinus.

Quib. [g] connumerati necesse est etiam eos qui ex legitimis quidem matrimoniis non sunt progeniti, curiis [h] tamen ciuitatum dati secundùm Diualium [i] constitutionum, quæ super his positę sunt, tenorem, heredum suorum iura nanciscũtur. Necnon eos [k] quos nostræ amplexæ sunt constitutiones [l], per quas iussimus, vt si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, nõ ab initio affectione maritali, eam tamen, cũ qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit [m]: postea verò affectione procedente, etiá nuptialia instrumenta [n] cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non solùm eos liberos qui post dotem editi sunt, iustos [o], & in potestate patris esse: sed etiam anteriores †, qui & his qui postea nati sunt, occasioné legitimi nominis præstiterunt [p]. Quod obtinere cẽsuimus [q] & si nõ progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce subtracti fuerint.

Nepotes & infra hos etiam posteriores tum demum suorum nomine digni sunt, si in potestate constituti, primarias etiam partes in gradu occupent, quod accidit, si qui eos præcedebat, viuo adhuc parente desierit in potestate esse.

Ita demum tamen nepos neptísve, & pronepos proneptísve, suorum heredum numero sunt, si præcedens persona desierit [r] in potestate parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia ratione, veluti emancipatione [s]. Nam si per id tempus quo [t] quis [u] moritur, filius in potestate eius [x] sit: nepos ex eo [y] † suus heres esse non potest. ídque & in cæteris deinceps liberorum personis [z] dictum esse intelligimus. Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt [a].

Suus heres statim post mortem parentis efficitur heres, etiã ignorãs: licèt sit pupillus, vel furiosus, & sine auctoritate sui administratoris.

Ita demum.] CASVS. Domine, vos iam dixistis mihi ī. quòd nepos & neptis, & pronepos & proneptis, in numero suorum heredum computantur, si persona directò præcedens desierit in potestate parentis esse: siue hoc cõtingat morte, siue capitis dem. Si enim eo tẽpore quo quis moritur, filium habuit in potestate: nepos ex eodem filio procreatus, suus heres auo esse non potest quia pater eius gradu præcedens eum à iure sui heredis excludit. & idem est in pronepote intelligendum: & in cæteris liberorum personis. Si enim aliquis ex filio nepotem habuerit: ex eodem nepote pronepos non poterit suus heres existere. Nepos enim. i. pater pronepotis, ipsum pronepotem tanquam in remotiori gradu constitutum à iure sui heredis excludit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. posthumi quoque.
r ¶ *Desierit.* Sed nunquid filius præcedit nepotem ex altero filio vno gradu, vt ī *de grad. co.* § *primo gradu &* §. *ij.* & tamen non excludit: [a] vt ī. *eo* § *cũ filius?* Resp. non videt præcedere, cũm [b] sui patris locum obtineat: [c] vt in *dicto* § *supra eod.*
s ¶ *Emancipatione.* vel capi. deminutione maxima vel media: non autem captiuitate: vt *suprà quibus modis ius pat. pote. sol.* §. *si ab hostibus. & ff. eo. de suis & legit. here. l. j.* § *si filius.*
t ¶ *Nam si per id tempus.* contra. ī. *eo.* § *cum autem quæritur. in princ.* Sol. vt ī. *titu. j.* § *proximus.* Accurs.
u ¶ *Quis.* veluti auus.
Filius in potestate eius sit.] Quippe cùm mortis tempore is nepotem gradu præcedat. sed & illud necessarium est, vt nepotem in hereditate præcedat *l. scripto. ff. unde lib.* §. *cum autem infr.* 2. Cuiacius.
x ¶ *Eius.* scilicet aui.
y ¶ *Ex eo.* scilicet auo.
z ¶ *Personis.* cùm omnes liberi appellentur: licèt [d] post trinepotem impropriè: vt *ff. de gradi. l. iurisconsultus.* §. *parentes. & ff. de verborum signif. l. liberorum.*
[*Posthumi quoque.*] CASVS. Domine, iam vos plures enumerastis mihi qui inter suos heredes connumerari possunt. nũquid sunt aliqui alij à prædictis qui debeant inter suos heredes cõnumerari? Resp. quòd sic. Non enim solùm iam nati, sed etiam posthumi inter suos heredes connumerant. & hoc est verũ, si tales sunt posthumi, qui si suo legitimo viuo parente nascerent, sui & in potestare eius essent futuri. Scire enim debes quòd sui heredes siue iã nati, siue posthumi etiam ignorãtes heredes fiunt: & licèt furiosi sint, nihilo minus heredes existere possunt: & hoc ideo, quia ex quibus causis nobis ignorantibus acquiritur, ex eisdẽ causis etiã furiosis acquiri poterit: & statim post mortem parẽtis quasi continuatur dominium inter suum heredem & defunctum. & ideo pupillis heredibus suis non est necessaria tutoris auctoritas ad hoc vt acquirat eis hereditas: cũ suis heredibus etiam ignorantibus (vt suprà dictum est) acquiratur hereditas. nec etiam furioso suo heredi consensu curatoris sui acquiritur hereditas, sed ipso iure. & hæc dicuntur vsque ad illum §. interdum autem Franc.
a ¶ *Sui heredes fiunt.* cùm habeantur pro causis quotiens de eorum commodis

[†] Concor. ī. hoc tit. ī. tam & C. l. cum qui sij sunt legitimi.

[a] Idem sch. Flac. & Ange.

[b] Nepos sui patris locum obtinet: ideóque à patruo in successione auiti nō excluditur.

[c] Repræsentatio ea est hoc est, nepos patrem mortuū repræsentat.

[†] Nepos tamē ex alio filio postumo ne esset suus heres vnd ex isto filio viuo. Agi. Per.

[d] Liberi post trinepotē impropriè liberi dicuntur.

commodis quæritur: a vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. ¶ Et not. quòd posthumus b dicitur propriè qui post humationem patris nascitur: & dicitur etiam impropriè ille qui facto testamento nascitur: vt ff. de iniusto. rup. testa. l. iij. §. j.

a Non Angel. in §. cũ autem, I. de suc.
b Posthumus propriè, qui post humationem, patris: impropriè, qui post testamentum patris nascitur.

a ¶ *Etiam ignorantes.* & inuiti, & statim, licèt iure prætorio abstinere possint: *vt j. de here. quali. & differ. §. sui. & ff. si quis omiss. causa testa. l. j. §. prætermittitur. versic. qui sunt.* ADDITIO. Quod prætoria beneficium etiam si non impetretur, competit ipso iure. *l. ei qui se imm. scuit. ff. de acqu. here.* Ang.

b ¶ *Heredes.* scilicet sui. aliàs non nisi per curatorem, secundũ quosdã: *vt C. de curat. fur. l. fin. §. sali. le aque.*

c ¶ *Acquiri potest.* sic *ff. de act. & oblig. l. si à furioso. in princi. & ff. si cer. pet. l. si à furioso.*

d ¶ *Quasi.* Hoc ideo, quia in corporalibus dicitur propriè continuatio: sed dominium est incorporale. Hoc reprobo, quia & possessio c est res incorporalis: d & tamen vna cũ alia continuatur: *vt ff. de acquir. poss. l. Pomponius §. præterea. & § in dotem. & §. si iussu, & §. sed & legataria. & § penult.* Dic ergo impropriè fieri continuationem: quia inter diuersa, non inter eadẽ fieri debet: sed pater & filius vnum fictione iuris sunt: *vt C. de impub. & aliis substi. l. fi. §. fi.*

c Incorporalis res est possessio.
d Hoc verum secundũ ius ciuile nõ autem de iure gentium.

3 ¶ Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes a: licèt furiosi sint, heredes b possunt existere: quia quib. ex caussis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri pōt c. Et statim à morte parẽtis quasi d continuatur dominium: & ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis e, cùm etiã ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas. Nec curatoris consensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

Qui ab hostibus captus suus esse desiit, etiam mortuo parente regressus, beneficio postliminij retro semper suus fuisse fingitur. Item patre etiam post obitum maiestatis damnato, filius iure suitatis priuatur.

4 ¶ Interdum f autem licèt in potestate parẽtis mortis tẽpore suus heres non fuerit, tamen suus g heres parenti efficitur: veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit post mortem patris sui. ius enim postliminij h hoc facit. 5 ¶ Per contrarium autem hoc euenit, vt licèt quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres nõ fiat: veluti si post mortem i suã pater iudicatus fuerit perduellionis k reus, ac per hoc memoria l eius damnata m fuerit. suũ enim heredem habere non potest, cùm fiscus ei succedat: sed potest dici n ipso quidem iure esse suum heredem, sed desinere o.

Nepotes ex præmortuo filio eorum patris locum assumentes simul cum patruo vel amita aut successionem consequuntur, in stirpes scilicet, non in capita. quòd si ex præmortuis fratribus nepotes tantùm supersint, quæque proles in eam duntaxat partem succedet, quam pater si superstes esset, adsequuturus fuisset.

6 ¶ Cùm fili v filiáve, & ex altero filio p nepos neptisve existũt,

e ¶ *Pupillis.* aliàs si est hereditas extranei, & non patris: tutoris auctoritas & pupilli actus necessarius est: nisi sit infans, quo casu sufficit tutor: *vt Cod. de iur. delib. l. potuit. & l. si infanti § parente. & ff. de tutorib. & curatoribus datis ab his. l. impuberis.*

[*Interdum autem.*] CASVS. Domine, vos dixistis mihi supra, quòd illi censentur sui heredes, qui erant in potestate parentum tempore mortis eorum. nunquid est illud generaliter verum, quòd existentes in potestate tempore mortis, fiant sui heredes & nulli alij? Ad hoc respon. quòd non. Quandoque enim contingit vt licèt aliquis in potestate parentis tempore mortis non fuerit: nihilominus tamen suus heres parenti efficiatur: sicuti contingit in filiofamilias ab hostibus capto. Nam si post mortem patris in ciuitatem reuersus fuerit: suus heres patri efficitur. Ius enim postliminij semper fingit eum in ciuitate fuisse, & sic per consequens in potestate patris tempore mortis extitisse: & ita postliminium eum patri suum heredem facit. Et non solùm in hoc casu recipit prædicta regula instantiam: sed etiam in casu contrario. Contingit enim quandoque, vt licèt quis in potestate defuncti tempore mortis fuerit, tamen heres suus existere non possit: veluti si pater eius post mortem suam iudicatus fuerit reus perduellionis, & per hoc, memoria eius damnata sit. nam in hoc casu licèt filius in potestate patris tempore mortis extiterit: suus heres patri esse non poterit. Pater enim cuius memoria per sententiam damnata est, suum heredem habere non potest: cùm fiscus ei succedat. & hæc sunt vera de iustitia primitiua, sed hodie dici potest ipso iure filium suum esse heredem: licèt postea sententia lata contra memoriam patris, desinat esse suus heres. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. cùm filius filiáve. Franc. de Aret.

f ¶ *Interdum.* vt *ff. de suis & legit. l. j. §. sed si quis. versi. interdum.* Accursius.

g ¶ *Suus.* Contra *ff. de testa. l. lege Corn. in fi.* Solu. ibi ille qui fuit captus, non fuit reuersus sed hic sic.

h ¶ *Postliminij.* quod fingit eum semper in ciuitate fuisse: *vt supra quibus modis ius pat. pot. solu. §. si ab hostibus.*

i ¶ *Post mortem.* Nota quædam e delicta transire contra heredem etiam lite non contestata: vt læsæ maiestatis in duobus casibus, quando quis contra principem vel rempublicam f fuit molitus: aliàs nõ: *vt ff. ad leg. Iul. ma. l. fin.* & his duobus casibus hic tantũ loquitur. 2 Item de residuis & peculatus & repetundarum: *vt ff. ad leg. Iul. re. pe. l. fi.* 3 Item apostatatus: *vt Cod. de apo. l. iiij. & l. apostatarum. in fin.* 5 Quædam etiam non transeunt lite non contestata, vt omnia alia publica: *vt ff. de accusa. l. ex iudiciorum.* 3 ¶ Alia contestata lite non transeunt, aliàs non: vt omnia priuata delicta: *vt C. de deli. defun. l. j. & j. de perpe. & tempo. actionibus. § non autem.*

e Delictorum alia transeunt ad heredẽ etiã lite non contestata: alia nõ transeunt lite non contestata, licet nõ contestata transeunt.
f Scilicet Romanorũ argu. l. cum qui vedigal ff. de ver. signi. idem in alia ciuitate, secundùm Gl. in l. fallacitur Cod. de abolit. Quod est verũ si nõ recognoscit superiorẽ: aliàs secus. vt est Glo. in l. j. in prin. ff. ad l. Iul. maie. duo vt per Ang. Aret.

k ¶ *Perduellionis.* ideo dicit perduellionis, quia a per duellum fiebat certamen. si aliquis criminis huius dicebatur reus, quòd aliquid in ipsum principem vel rempublicam fuisset molitus, secũdùm Pla. Et potest dici hoc & defendi: quia & secundùm iura Romana b videtur posse fieri debere pugna: & sunt aliqua argu. *vt ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. & ff. de re iud. l. commodis. & ff. de his qui not. inf. l. l. athletas. & C. de athle. l. j. & ff. de excusa. tut. l. athleta. in princ. & Cod. quæ res pig. ob. poss. l. spem. & ff. de don. l. donationes. in fin.* his enim legibus habetur mentio de tali pugna: quæ non fieret, nisi de iure esset. à Vel dic perduellionia, c id est, hostilis criminis. nam perduelles hostes dicuntur: *vt ff. de verb. signifi. l. quos nos.*

a Perduellio vnde dicti.
b Duellũ iure ciuili permissum, vt hic. Iure canonico est prohibitũ, talib. pugnantib. ministrari sacramẽta, maximè pugnanti. vt 2. q. 4. monomachia & ibi per do. & ... sequitur. versic. ...
c Perduellio pro hostili crimine.

l ¶ *Memoria.* nam d ipse cùm sit mortuus, non potest damnari nisi à Deo: *vt ff. quæ senten. sine appell. re. l. penult.*

d Mortui memoria interdũ damnatur.

m ¶ *Damnata.* hoc e scilicet modo, pronuncio contra imperium Lucium fecisse: & ideo bona eius in fiscum inferri. nam per hoc memoria damnatus: & infamia quadam defunctus afficitur: f *vt supra quibus ex causis ma. non li. §. j.* & ex tempore commissi delicti alienationes ab eo factæ, non valebunt: *vt Cod. ad legem Iul. maiest. l. penultima. in fine. & ff. de donation. l. donationes. § finali.* ADDITIO. Ex hoc loco notari potest, quòd de crimine alicuius etiam post mortem quærere licet. quod verum est, si agitur propter bona, vel contra personam & bona: secus si contra personam vel de persona tantùm quia tunc nõ licet cùm crimina morte extinguantur. Vide pro hoc glo. not *in c. à nobis ij. de sentent. excomm. in notula, puta in heresi.* &c. Iurium allegationes breuitatis gratia omitto, quas illic videre poteris.

e Mortui memoria qua formula damnari possit aut damnata intelligatur.
f Idẽ fab. Pla. & est singularis, secundũ Ange.

n ¶ *Potest dici.* scilicet veriùs.

o ¶ *Desinere,* scilicet lata sententia. Nam non facit ipso iure desinere heredem suum esse tale dictum.

[*Cùm filius.*] CASVS. Quidam decessit, qui tempore mortis habebat filium in potestate, & ex altero filio præmortuo nepotes. Modò quæro, vtrum iste qui gradu præcedit nepotes ex fratre suo, à successione intestati parentis illos nepotes debeat excludere? Ad hoc respondes quòd non. Cùm enim filius filiáve, & ex altero filio præmortuo nepos vel neptis extiterint: omnes simul ad hereditatem vocantur: nec ille qui gradu proximior est, in vlteriore gradu constitutos à successione excludit. Æquum enim est visum nepotes & neptes in locum patris sui præmortui succedere. Igitur pari ratione si quis intestatus decedens habuerit nepotem ex filio, præmortuo, pronepotem vel proneptem: omnes pariter ad successionem vocantur intestati patris. Et quia in hoc casu placuit nepotes & neptes, & pronepotes & pronepres in locum patris sui præmortui succedere, conueniens esse visum est, in stirpes, & non in capita eos heredes esse: ita videlicet vt filius ex vna parte existens dimidiam hereditatis habeat, & nepotes ex altero filio, siue sint duo, siue sint plures, alteram dimidiam consequantur: vt sicuti pater si viueret, vnà cum fratre suo in vna dimidia totius intestato patri succederet: ita nepotes ex eo in locum eius succedentes, ad portionem eius tantummodo admittantur. Et idẽ est si ex duob' filiis præmortuis nepotes vel etiã neptes existãt: & ex altero fortè vnus vel duo: & ex altero filio præmortuo tres vel quatuor. Nã in hoc casu, sicuti in superiori ad vnum vel ad duos ex altero filio natos dimidia pars hereditatis aui intestati pertinet: ita & ad tres vel quatuor vel plures ex altero filio natos altera dimidia pertinebit. Et hæc dicuntur vsque ad illum § cùm autem quæritur. Franciscus de Aretio.

p ¶ *Ex altero filio.* secus g si ex filia. *vt j. eo. § item vetustat. & j. eo. § diui.* ADDITIO. Hodie secus. *vt ibi not. & in l. lege. in princip. C. de legiti. heredi.* Angel.

g Nepotes etiã ex filia hodie cum suo succedunt. ad l. lege C. de legi. hæred.

a ¶ *Æquum* vt in *Auth. quibus mo. natu. effic. sui. §. ergo.* ibi, quid enim legalius. coll. vij.

b ¶ *Vocantur.* idem est & si per bonorum possessionem vocentur: *vt ff. de contra tab. l. j. §. vocantur.* Sed contra *ff. de contra tabu. l. iij. §. j.* Sol. nõ est cõtra: quia ibi præcedit filius, quia patris loco est adoptatus in nepotem: *vt s. eod. §. ita demum.*

c ¶ *In stirpes.* contra *j. ti. j. hoc etiam addendum.* in *fi.* Sol. vt ibi.

d ¶ *Ex altero.* sic *j. eo. §. fin.* sic *ff. de inofficios. testa. l. Papinianus. § proinde si ex duobus.* sic *& Cod. de suis & legi. l. nepotes.*

e ¶ *Ex duobus filiis* præmortuis.

f ¶ *Ex altero.* sc. filio.

g ¶ *Vnus.* scil. nepos.

pariter ad hereditatẽ aui vocãtur: nec qui gradu proximior est, vlteriorem excludit. Æquum[a] enim esse videtur, nepotes neptésque in † patris sui locum succedere. Patri ratione & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur[b]. Et quia placuit nepotes neptésve, item pronepotes proneptésve in parentis sui locũ succedere: cõueniẽs esse visum est, non in capita, sed in stirpes[c] hereditatẽ diuidi: vt filiꝰ partẽ dimidiá hereditatis habeat, & ex altero[d] filio duo pluresve nepotes alterá dimidiã. Item si ex duobus filiis[e] nepotes neptésve existãt, ex altero[f] vnꝰ[g] fortè, aut duo ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

Vt quis suus dici queat, etiam destituti testamenti tempus inspicitur: quo fit: vt qui nepos mortis aui tempore suus non erat, si tamen destituto testamento priorem locum occupat, sui heredis iura nãciscatur: modò viuo auo conceptus fuerit: alioquin nullatenus admittetur.

7 ¶ Cùm † autẽ[h] quærit, an q̃s suus heres existere possit: eo tẽpore quærendũ est, quo certũ est aliquẽ sine testamento[k] decessisse. quod accidit[l] & destituto † testamento. Hac ratione si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo[m] postea certum fuerit heredẽ institutũ ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit[n]: nepos auo suus heres existet: quia quo tẽpore certũ est intestatũ decessisse patremfamilias, solus[o] inuenit nepos, & hoc certũ est[p].

8 ¶ Et licèt post mortẽ aui natus sit, tamen auo viuo conceptus †, mortuo[q] patre eius, posteáque deserto[r] aui testamento, suus heres efficitur. Planè si & cõceptus & natus fuerit post mortẽ aui, mortuo patre suo, desertóq. postea aui testamento, suus heres auo non existet: quia nullo iure cognationis patrem sui patris attigit[s]. Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem[t] cum nõ sint quantum ad hereditatem liberi: neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati[u]. Hæc de suis heredibus.

Emancipatus de iure ciuili incognitus ad successionem parentis non venit: prætoris tamen beneficio per bonorum possessionem Vnde liberi, perinde admittitur, ac si in eius potestate mansisset. Aretinus.

9 ¶ Emancipati autem liberi iure ciuili nihil iuris habẽt (neque enim[x] sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque vllo alio iure[y] per legem duodecim tab. vocantur. Sed prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem *Vnde liberi*, perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent: siue soli sint[z], siue cum suis heredibus[a] concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato, & eo qui tẽpore mortis in potestate fuerit: sanè quidem is qui in potestate fuit, solus iure ciuili heres est, id est solus suus heres est. Sed cùm emancipatus beneficio prætoris in partem admittitur: euenit vt suus heres pro parte[b] heres fiat.

Emancipati filij, qui sese adoptandos extraneos dedêre, ita demum naturali patri olim succedebant, si eo viuo finita esset adoptio: quæ si eo mortuo dissolueretur, nec ad eius nec ad adoptiui patris successionem vllo iure peruenire poterãt.

[*Cum autem quæritur.*] CASVS. Domine, iam video qui sunt heredes: & qualiter sui heredes succedunt, siue sint in eodem gradu, siue in diuersis gradibus constituti. Dicatis ergo mihi, quando quærendum est an aliquis suus heres esse possit? Ad hoc respon. Amice, cũ quæritur an aliquis suus heres existere possit: eo tempore quærendum est, quo certũ esse cœperit eum intesta. decessisse. & hoc contingere potest etiam testamento destituto: quod patet tali exẽplo: Quidã qui habebat filium in potestate, & ex filio nepotem, condidit testamentum: & in testamẽto suo quendam extraneum instituit heredẽ, & filium propriũ exheredauit. mortuo testatore, ante aditam hereditatem decessit filius exheredatus. mortuo filio extraneꝰ heres scriptus deseruit testamentum, vel fortè quia noluit adire hereditatem, vel morte vel alia causa impeditus heres esse non potuit. in hoc casu cũ certum esse potuerit heredem institutum ex testamento nõ fieri heredem, nepos ex filio præmortuo suus heres auo ab intestato extitit: quia quando certum est patremfa. intestatũ decessisse, & ita causa testamenti redacta est ad causam intestati: solus nepos suus heres auo inuenit. Et hæc obtinẽt non solùm si iste nepos viuente auo natus sit: sed etiã licèt post mortẽ an sit natꝰ, viuo tñ auo cõceptus. Secꝰ. n. esset si post mortẽ aui cõceptꝰ fuerit & natꝰ. Nã certè in hoc casu suus heres auo existere nõ pôt, & hoc ideo, q̃a nullo iure cognationis patrẽ sui patris, id est auũ suũ attigit. Auo enim viuẽte nondũ animal fuit. Et sicut ipse nepos post mortẽ aui conceptus & natus, suus heres auo esse nõ pôt: ita nec ille inter liberos connumerat, quẽ filius emancipatus post emancipationẽ adoptauerit. vnde cũ hi, videlicet nepotes nati post mortem aui, & à filio emãcipato post emancipationẽ adoptati, non sint sui liberi quantum ad hereditatẽ de iure ciuili, neq. bon. pos. de iure prætorio petere possunt quasi proximi cognati. Et hæc de heredibꝰ dicta sufficiãt. Et hæc dicunt vsq. ad §. *emancipati autẽ* & litera planissima est vsq. ad finẽ tituli. Frãc.

h ¶ *Cum autem.* eo diligenter notato, qui sunt sui heredes. nunc nota quo tempore quærendum est qui suus heres sit.

i ¶ *Certum est.* Contra *supra eo. §. ita demum.* Solu. vt ibi dixi.

k ¶ *Sine testamento.* quod contingit. vij.[a] modis: vt s. eo in princ. diximus in glos. extiterit.

l ¶ *Quod accidit.* s. vt videatur quis sine testamento decessisse.

Hac ratione si filius. Huic similis alia species ponitur *in l. j. §. secundum. D. de suis & legit. here. ex Papi. in l. vlt. D. de cond. inst.* Hanc videtur coniunxisse his verbis, quemadmodum si exheredato, & quæ sequuntur: quæ tamen Papiniani sententia valdè amputata aut certè deprauata est. Cuiac.

m ¶ *Filio mortuo.* scilicet exheredato.

n ¶ *Non potuit.* morte præuentus: *vt s. e. §. ita demum.*

o ¶ *Solus.* s. suus heres.

p ¶ *Certum est.* scilicet nepotem suum heredẽ esse: cùm nullus præcedat eum: *vt s. eo. § j.*

q ¶ *Mortuo.* antequam adeatur ex testam. hereditas. Vnde cõstat non transmitti ad filium de inofficioso querelam. imò etiam ea adita non transmittebatur olim: Sed hodie contra:[b] *vt C. de inoffi. testa. l. scimus. §. fi. & l. si quis filium.* ibidem.

r ¶ *Deserto.* s. ab herede, qui non vult adire.

s ¶ *Attigit.* nec enim fuit proximus cognatus ei, s. auo viuo, quo viuo nondum animal erat: *vt ff. vnde cogna. l. j. §. si quis proximus.* ¶ Sed nunquid hodie per Authen. succedit: *vt in Authen. de her. ab intest. §. j. col. ix.* P. dicit quòd sic: quia naturalis causa tantùm spectatur. Ioan. contra:[c] quia nec de iure prætorio: quo casu naturalis inspiciebatur, admittebatur. vt sequitur: *vt j. eod. §. emãcipati. & ff. de suis & leg. l. Titius. & l. per adoptionem.* Et hæc est cõmunis opinio: vt per Io. Fab. & per Ang. hic.

t ¶ *Hi autem.* s. concepti & nati post mortẽ aui.

u ¶ *Quasi proximi cognati.* s. tanquã agnati. nã agnati proximiores quàm cognati. ¶ Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos vocãt? Rñ. M quod sic: *vt j. e. l. j. in fi. & in glos. fi.* Io. cõtra. q̃a ibi de cõceptis priꝰ natis postea, loquit. secus si postea cõcipiunt & nascuntur. *vt hic,*[d] *& ff. de iniusto rupt. testa. l. si quis filio. §. non fingit.*

x ¶ *Neque enim.* bona ratio: *vt j. de here. qualit. & diffe. §. sui. & supra eo. §. j.* ibi, sui autem &c.

y ¶ *Neque vllo alio iure.* s. neq. vt patroni, neq. vt agnati, quos vocat lex xij. ta. *vt j. ti. j. in pr. & j. de suc. lib. in pr.* aliud è cõtra. *vt j. ti. p. §. fi.*

z ¶ *Soli sint.* scilicet emancipati.

a ¶ *Cum suis heredibus.* s. cum aliis qui remanserunt in potestate.

b ¶ *Pro parte.* s. dimidia. *vt ff. de verbor. sig. l. nomen filiarum. § partionis.*

† vide supra eo. §. [illegible]

† i. deserto.

† Suus est, etiã qui viuo patre cõceptus. Suus igitur vt dicatur, sufficit viuo patre fuisse cõceptum.

a Institutum [illegible] modis.

b Idẽ Fab. Pau. & Ang.

c Sequitur Io. Fa. & Ang.

d Et hæc communiter tenetur: quę hodie procedit quãdo filius fuerit [illegible] exheredatus, nec secus aliter [illegible] in §. [illegible] de hered. & fal. aliàs vt tunc transmissione admittitur: vt per Ioann. Fab. & Ang.

At bl.

a ¶*At hi.* s. vocantur emancipati ad successionem patris: sed non omnes. & hoc sequitur, at hi &c.

b ¶*Adoptionem* i. arrogationem.

c ¶*Non admittuntur.* contra *ff. de contra tab. l. iij. § si quis filio.* Sol. ibi non valuit adoptio secundùm Ioan. sed hic valuit. Vel distingue an detur extraneo, vt hic: an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdem, vt ibi, arg. *s. de adopt. § sed hodie.* ¶ Item *C. de adopt. l. pe. § sed siquidem.* quæ est cõtra. Solut. illam intellige: vt *j. eo. § admonendi.*

d ¶*Cùm is.* s. pater naturalis.

e ¶*Viuo eo.* s. patre naturali.

f ¶*Ab ipso.* s. patre naturali.

g ¶*Fuissent.* vt *s. de exhered. lib. § emancipatos.*

h ¶*Extraneorum.* Si autem morte patris adoptiui facti essent iuris sui, durat agnationis ius inter eos, id est, inter adoptiuum & naturalem filium adoptantis non emancipatum, vt sibi succedat: vt *ff. de gra. ad fi. l. si filium naturalē. & l. non facile. § cognationis. & ff. vnde cog. l. j. § cognationem. & de adopt. l. antepen.* M. Itē & ipsi adoptiuo patri succedunt: vt *j. eo. § sed ex.*

i ¶*Adoptiui.* post emancipationem, non priùs: vt *s. eod. § intestatorum. versic. nec interest.*

k ¶*Eius.* s. naturalis patris.

l ¶*Ad agnatos.* Nam si nõ emancipat, certum est quòd filij nõ succedũt naturali patri: & ita agnati succedunt: vt *s. proxi. & ff. vnde li. l. j.* Si autem emanciparet, succederent filijs: vt *s. proxi. §.* & sic in eius potestate esset ad quem bona naturalis patris ptinerent: quod est absurdum & contra regulam iuris, vt *hic, & ff. de here. insti. l. illa in-stitutio. circa princip.* ADDITIO. Item quia tũc videtur quòd auferetur ius quæsitum agnatis: quod est inconueniens. Et ex his nota quòd neque ex testamento, neque ab intestato potest esse voluntas captatoria. Angel. Aretinus.

10 ¶At hi[a] qui emancipati à parente, in adoptionem[b] se dederunt †, non admittũtur[c] ad bona naturalis patris quasi liberi: si modò cùm is[d] moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo[e] emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso[f] essent, nec vnquam in adoptiua familia fuissent[g]. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre, & quantũ ad hũc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum[h] loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nãciscuntur. Quod ideò sic placuit, quia iniquum erat esse in potestate patris adoptiui[i], ad quos bona naturalis patris pertinerent, vtrum ad liberos eius[k], an ad agnatos[l].

Filius legitimus & naturalis emancipatus vocatur ad bona patris naturalis beneficio Prætoris. Sed filius adoptiuus emancipatus nullo modo potest admitti ad bona patris adoptiui. Aret.

11 ¶Minus ergo iuris[m] habent adoptiui filij, quàm naturales. Nãque naturales[n] emancipati beneficio Prætoris gradũ liberorũ retinent, licèt iure ciuili perdãt. Adoptiui verò emancipati[o], & iure ciuili perdunt gradum liberorũ, & à Prætore non adiuuantur[p] †, & rectè. Naturalia n. iura ciuilis ratio[q] perimere non potest[r]. nec quia desinũt sui heredes esse, possunt desinere filij filiæve aut nepotes neptésve esse. Adoptiui verò emancipati[s], extraneorũ loco incipiunt esse[t]: quia ius nomenq́; filij filięve quod per adoptionem consecuti sunt, alia ciuili ratione, id est, emancipatione perdunt.

Filius legitimus & naturalis in potestate, vel emancipatus, habet contra

m ¶*Minus ergo iuris.* quia[b] naturales emancipati iure prætorio vocantur: sed adoptiui emancipati non: vt *s. proxi. § ergo. &c.*

n ¶*Naturales* & legitimi.

o ¶*Emancipati:* ab adoptiuo patre.

p ¶*Non adiuuantur.* nisi sint de iure: quia auus adoptauit nepotem in filium, & posteà emancipauit: vt *ff. ad Tertyl. l. ij. § liberi autem. versi. adoptiui.*

q ¶*Ciuilis ratio.* id est,[c] emancipato, quæ de[d] iure ciuili est: vt *ff. de re. iu. l. adim.*

r ¶*Non potest.* sic *s. de leg. agnat. tut. § fina. sic ff. de re. iur. l. nihil tam.* Institut.

f ¶*Emancipati.* ab adoptiuo patre, & post mortem naturalis: vt *s. § proxi. versic. post mortem.*

t ¶*Incipiunt esse.* ¶Not. quòd si[a] emãcipetur filius, vel filia, vel deinceps, non sunt sui heredes: nõ tamen desinunt esse filij vel filiæ.

u ¶*Eadem.* quæ obseruantur in bonorum possessione vnde liberi, & in contra tabulas bonorum possessione seruantur.

tabulas de iure prætorio, si sit præteritus: nisi fuerit in adoptiua familia tunc temporis: adoptiuus verò secus.

h ¶ *Vulgo quaesitus.* nisi mater sit illustris. Sic econtra talis filius illustri matri non succedit: *vt Cod. ad Orfit. l. si qua illustris.* ADDIT. Idem si esset natus ex damnato coitu, secus si ex concubina etiam illustri: vt per Angel. hic.

men, vt si quidem solae sorores[a] agnatae vel cognatae, & mater defuncti vel defunctae supersint: dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes sorores habeant. Si verò matre superstite & fratre vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, siue legitima[b] siue sola cognationis[c] iura habentibus intestatus quis vel intestata moriatur: in capita distribuatur eius hereditas.

Quae filio suo impuberi intra anni spatium tutorem petere neglexerit, ab eius successione (si intra pubertatem decesserit) prorsus sit aliena.

6 Sed quemadmodum nos matribus prospeximus[d], ita eas oportet suae soboli consulere[e]: scituris eis[f] quòd si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti aut excusati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum[g] morientium successione merito repellentur.

Filio non tantùm legitimo, sed etiam vulgo quaesito mater succedit.

7 ¶ Licet autem vulgo quaesitus[h] sit filius filiáve: potest tamen ad bona eius mater ex Tertylliano senatusconsulto admitti.

DE SENATVSconsulto Orfitiano.

Collatio. *Visum*[b] *est titu. superiori qualiter mater succedat filio per senatuscons. Tertyllianum. videamus nunc qualiter filij succedant matri, quod fit per senatusconsultum Orfitianum.*

Hoc senatusconsulto filius succedit matri & quamuis matri cognatus sit non adgnatus, matris tamen agnatis praefertur. eius auctores fuerunt D. Marcus & Commodus oratione in senatu habita, aut per candidatorem recitata *l. sotrat. ffum. D. ad Tertyll.* Aliud verò eius S.C. caput refertur à Paulo lib. in sent. ad legem Caninam. Cassiodorus in li. de Consulibus Orfitio & Rufo Coss. inquit. Impp. nequid bonitati deesset, seueriores quasque leges nouis constitutionibus temperarunt. Cuia.

DE SENATVSconsulto Orficiano.
TITVLVS IIII.

Filius & nepos veniunt ad hereditatem matris & auiae ab intestato ex senatusconsulto Orficiano. Aret.

Per contrarium[i] autem liberi[k] ad bona matrum[l] intestatarum admittuntur ex senatusconsulto Orfitiano, quod Orfitio & Rufo consulibus factum est, diui Marci temporibus: & data est tam filio quàm filiae legitima[m] hereditas, etiam si alieno iuri subiecti sint: & praeferuntur[n] consanguineis[o] & agnatis defunctae matris.

1 ¶ Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes & neptes ad auiae successionem legitimo iure non vocarentur, postea hoc constitutionibus[p] principalibus emendatum est, vt ad similitudinem filiorum filiarúmque, & nepotes[q] & neptes vocentur.

Successio ex Tertylliano vel Orfitiano non tollitur minima capitis deminutione.

2 ¶ Sciendum autem est, huiusmodi successiones quae ex Tertylliano & Orfitiano senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione[r] non perimi, propter illam regulam[s] † qua nouae hereditates legitimae capitis deminutione non pereunt, sed illae solae[t] quae ex lege duodecim tabularum[u] deferuntur[x].

Etiam filius vulgo quaesitus ad hereditatem matris admittitur.

3 ¶ Nouissimè sciendum est, etiam illos liberos qui vulgò[y] quaesiti sunt, ad matris hereditatem[z], ex hoc senatusconsulto admitti[a].

Quotiens pluribus legitimis heredibus delata est hereditas, non adeuntium portio adeuntibus accrescit. quod accrescendi ius ad heredes quoque transfertur.

4 ¶ Si ex pluribus[b] legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte vel alia causa[c] impediti fuerint quo

p ¶ *Constitutionibus.* quas non habemus.

q ¶ *Nepotes.* idem in alijs descendentibus ex hac linea dicam. ¶ Sed quid si nepos iste fuit conceptus post mortem auiae? Respon. *vt supra de here. quae ab intesta. §. cum autem diximus.*

r ¶ *Capitis deminutione.* s. minima. nam per aliam omne ius etiam cognationis tollitur: *vt §. de cap. demi. §. quod autem.*

s ¶ *Regulam.* cuius tenor est hic. *& ff. de capi. deminutione. l. inte. j. respon.*

t ¶ *Sed illae solae.* contra *ff. vnde li. l. fi. in fi.* Sol. Hic dicitur, vt excludat eas tantum quae à senatusconsulto deferuntur, non praetorias successiones, vt ibi.

u ¶ *Ex lege duodecim tabularum.* sic *ff. ad senatuscon. Tertyllian. & Orfit. l. j. § capitis. in ff. de suis & legit. l. capitis.*

x ¶ *Deferuntur.* Quare magis lege duodecim tabularum data hereditas perditur per capitis deminutionem minimam quàm senatusconsulto delata? Respon. quia illa agnatis defertur, quae agnatio per capitis deminutionem minimam tollitur: at senatusconsultum filio, qui matri est cognatus, & cognatio non tollitur per capitis deminutionem minimam. *vt §. de leg. agna. tut. §. j.*

y ¶ *Vulgò quaesiti.* quia non habent certum patrem. *vt supra de nup. §. si aduersus.* multo magis in naturali tantum: *vt C. eo. l. pen.*

e *Diuisio.*

Per contrarium.] Totus iste titulus diuiditur[e] in quattuor partes. primò ponit qualiter filij ad hereditatem matris, & nepotes ad hereditatem auiae admittantur. Secundò nunquid capitis deminutione tale ius succedendi tollatur. Tertiò qui sunt illi filij qui ad hereditatem matris admittuntur. Quartò, subijcit nouum casum ad materiam ab intestato. Secunda ibi, Sciendum est. Tertia ibi, Nouissimè. Quarta ibi, Si ex pluribus.

i ¶ *Per contrarium.* i. econtrario. nam §. tit. j. tractatum est qualiter mater filio succedit: nunc dicit contra. Vnde versus.

Matri succedes ò nate per Orfitianum,

Iam dictam portat contra[d] *Tertyllianum.* Accursius.

d An auiae in correlatiui...

k ¶ *Liberi* strictè ponitur pro filijs tantum: *vt j. eod. §. j. ver. sed cum,* aliàs contra: *vt ff. de verb. sign. l. liberorum.*

l ¶ *Matrum.* ingenuarum vel libertinarum: *vt ff. eod. l. j. j. respon.* Imo & ancillarum, dummodo sit sibi facta mora in fideicom. libertate praestanda: *vt C. eo. l. fi.*

m ¶ *Legitima.* non quia l. duodecim tabularum detur, imò denegabatur.

z ¶ *Hereditatem.* s. vnà cum legitimis, nisi etiam mater illustris. tunc enim cum legitimis ab intestato non veniunt. secus in naturalibus ex licita consuetudine procreatis *vt C. eo. l. pen.*

a ¶ *Admitti.* Nunquid hodie succedit vulgò[a] quaesitus? Videtur quòd non: *vt in au. her. quibus modis natu. effi. sui. §. vltimo.* ¶ Sed tamen distingue, an est ex tali coitu qui possit damnari, vt incestus adulterinus nefarius & similis: quo casu non succedit, cum ob hoc ipsum damnandus est: *vt in d. auth. & ff. solu. matrimo. l. si ob his,* aut non: & tunc succedit matri, vt hic: non[c] patri, cùm sit incertus. nam etsi habet certum patrem naturalem, non tamen succedit ei, nisi in duabus vncijs ab intestato non extantibus legitimis: aliàs in nihilum: *vt in authen. quibus modis nat. efficiun. sui. §. discretis. colla. vij.*

b ¶ *Si ex pluribus.* Iste §. est communis ad omnes titulos quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titulum: & de iure accrescendi inter legitimos tantum tractat: *vt hic, & ff. eod. l. j. § si nemo. & Cod. de cad. tollen. §. his ita.* Idem etiam est in his qui de iure praetorio succedunt: *vt ff. de bonorum possessione. l. quarta, in fine. & l. quarta & quota.* ADDITIO. ¶ Nota quòd iste §. est lex, *ff. de suis & legitim. heredi. & incipit,* Si ex pluribus.

c ¶ *Alia causa.* vt si defecerit conditio sub qua instituti erant: *vt §. quibus mo. testa. infir. §. posteriore.*

a ¶ *Adierint. sic ff. de leg. y. l. cum pater. §. libertus ibi, Cæterum prout.*

b ¶ *Accrescit.* Sed pro qua parte? Respond. prout[a] erant instituti: *vt C. de cadu. tollen. §. huius. & Ī. de vulga. substitu. §. j.* ¶ Item nunquid est necesse iterum adire? Respon. non, nisi quando ex alterius persona, putà serui, fiat mihi augmentum: *vt ff. de acquiren. hered. l. si solum in princ. & in fine leg.*

a Dic quod in hereditate pora deficiens necesse est etiam inuitus, &c.

minus adeant: reliquis qui adierint [a], accrescit [b] illorum portio: & licèt antè decesserunt quàm adcresceret [c] †, ad heredes tamẽ eorum pertinet [d].

c ¶ *Quàm adcresceret.* quàm adcresceret eis. a Vel dic, antequam illi repudiarent, vel antequam adirent illorum portionem: non autem antequam suam partem adirent: immò adiuerant, vt sequitur. aliàs non transmitterent olim, vel hodie: *vt Cod. de cadu. toll. §. in nouissimo.* nisi in personis liberorum: *vt C. de his qui ante apertas tabu. l. j.* ADDITIO. Hoc verum, nisi in hereditate ascendentium ex vtraque linea, non in hereditate transuersaliũ, vel extraneorum: quia non adita per liberos, ad posteritatem non transmittitur. Suus trãsmittit ad quoscunque, etiam extraneos. dic vt per Ange. hic.

† In scripto emendatioribus legitur: & licet ante decesserint quàm adierint, ad &c.

† legitimos. i. agnatos.
† aliàs quo.

d ¶ *Pertinet.* s. augmentum supradictum, vel portio illorum.

DE SVCCESSIONE cognatorum.

TITVLVS V.

Vbi defuncto neque suus heres, neque agnatus superest: tunc proximiores cognatos, id est, per fœminas oriũdos, ad successionem vocat prætor: in quorum numero sunt emancipati agnati, solis tamen fratre & sorore demptis.

Post suos [e] heredes, eósq. quos inter suos heredes prætor [f] & constitutiones [g] vocãt: & post legitimos † (quorum † in numero sunt agnati [h], & hi [i] quos in locũ agnatorum tam supradicta senatusconsulta [k], quàm nostra erexit constitutio [l],) proximos [m] cognatos prætor vocat.

1 ¶ Qua parte naturalis † cognatio [n] † spectatur. Nam agnati capite deminuti, quique [o] ex his progeniti sunt, ex lege duodecim Tabularum inter legitimos non habentur [p], sed à prætore tertio ordine [q] vocãtur: exceptis [r] solis tantummodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis † eorum, quos [s] lex Anastasiana [t] cum fratribus integri iuris [u] cõstitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, siue sororis: non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione [x], quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris gradus, licèt capitis deminutionem passi non sunt: tamen anteponit eos [y], & procul dubio cognatis [z].

Transuersales per lineam fœmininam, & liberi in alteriùs familia adoptiua existentes vocantur ex ista ordine. Aretinus.

2 ¶ Eos etiam [a] qui per fœminini sexus personas ex transuerso cognatione iunguntur, tertio gradu [b] proximitatis nomine prætor ad successionem vocat.

3 ¶ Liberi [c] quoque qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parẽtum hereditatem hoc eodem gradu [d] vocantur.

Vulgo quæsitus non habet agnationem, sed cognationem: ideo succedit matri, & aliis ex sua linea descendentibus isto ordine. Aretinus.

4 ¶ Vulgo quæsitos, nullos habere agnatos manifestum est: cùm agnatio à patre, cognatio à matre sit: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis ius, species est [e] agnationis. Tantùm ergo cognati sunt sibi [f], sicut & matri cognati sunt. Itaque omnibus [g] istis ex ea parte competit bonorũ possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

Agnati ad decimũ vsque gradum, cognati verò in sextum, ad hereditates ex intestato admittuntur.

5 ¶ Hoc loco [h] & illud necessariò admonẽdi sumus, agnationis quidẽ iure admitti aliquẽ ad hereditatẽ, etsi decimo gradu sit: siue de lege duodecim tabularũ quæramus, siue de edicto quo prætor legitimis [i] heredibus daturũ se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis [k] verò nomine his solis prætor [l] bonorum possessionem promittit, qui vsque ad sextum [m] gradum cognationis sunt, & ex septimo [n] à sobrino sobrináq; nato natæve [o].

DE SVCCESSIONE cognatorum.

Continuatur per ipsum textum in principio ad præcedentia. Vel sic, & clarius: Quia suprà de successione suorum & agnatorum dictum est: & quia post illos vocantur cognati. Ideo sequitur de successione cognatorum.

Post suos.] Totus [b] iste tit. diuiditur in tres partes. Primò, quãdo cognati admittantur, & quo iure. Secundò, qui sunt cognati. Tertiò, vsque ad quotum gradum cognati & agnati admittuntur. Secũda ibi, Qua parte. Tertia ibi, Hoc loco.

† Naturalis ratio, lex atq. consuetudo prætori semper spectanda.
† Cognatio est de iure naturali, ideo capitis deminutione non tollitur. Ī. de eo. demo. § quod autem.

b Diuisio.
† imò eo est. tit. iustiniani etiam Sbis & vis Cod. de leg. hered.

e ¶ *Suus. vt.* [c] *Ī. de heredi. quæ ab intesta. §. j. & Ī. de seru. cogn. §. j.*

c Sui heredes aliis omnibus præferuntur: & non primo habentur tamen in succedẽdo.

f ¶ *Prætor. vt Ī. de hered. quæ ab intest. §. emancipati.*

g ¶ *Constitutiones. vt Ī. de hered. quæ ab intesta. §. quibus. versic. ACcedunt & §. item vetustas. versi. diui.*

h ¶ *Agnati. vt Ī. de legit. agn. suc. in princ.*

i ¶ *Et hi.* scilicet qui sunt de numero legitimorum.

k ¶ *Senatusconsulta vt Ī. proximus dubius titulo.*

l ¶ *Constitutio. vt Ī. de legit. agna. suc. §. hoc etiam.*

m ¶ *Proximos.* scilicet quos [d] nemo cognatus antecedit vel præcedit: siue vnus sit, siue plures. ¶ Et inspicitur [e] quis proximior sit eo tempore quo bonorum possessio defertur: *vt ff. eo. vnde cogna. l. j. §. proximus & §. gradatim.*

n ¶ *Cognatio.* Nunquid ergo inter seruos datur hæc bonorum possessio? Respon. etiam si fiat postea liber, non datur: *vt ff. eod. vnde cogna. l. j. § pertinet. & l. si quis.* ¶ Sed nunquid adoptiuis, quia non videtur ibi naturalis causa? Respon. sic. quia quibus agnascitur, & cognascitur: *vt ff. eod. vnde cogna. l. j. §. cognationem.* Accursius. ADDITIO. Sed hoc non obtinet iure nouo, *vide supra de here. quæ ab intesta. §. at hi qui. versic. post mortem. in fi.*

d Proximus est quem nemo antecedit.
e Proximitas consideratur eo tempore quo bonorum possessio defertur.

o ¶ *Quique.* breue debet esse illud, que.

p ¶ *Non habentur. vt vt Ī. tit. j. §. sciendum.*

q ¶ *Tertio ordine.* nam sunt quatuor [a] ordines succedendi: *vt ff. si tabulæ testa. nulla exta. l. j.*

a Succedendi quatuor sunt ordines.

r ¶ *Exceptis.* nam isti inter legitimos numerantur.

s ¶ *Quos.* scilicet fratres emãcipatos & sorores. Accursius.

t ¶ *Lex Anastasiana.* quam non habemus, sed de ea habetur mẽtio. *C. de leg. tut. l. vlt. & de leg. here. l. fi. §. j.* Accur.

u ¶ *Integri iuris.* id [b] est, non emancipatis.

b In integri iuris, pro non emancipato.

x ¶ *Deminutione.* tertiæ partis forte.

y ¶ *Eos.* s. fratres emãcipatos. Accursius.

z *Cognatis.* scilicet anteponit. & sic vocãtur cum fratribus, & agnatis & cognatis vlterioribus præferuntur.

a ¶ *Eos etiam.* non solũ agnatos capite minutos. vt suprà.

b ¶ *Tertio gradu.* scilicet cognationis.

Proximitatis nomine.] Hoc [c] proprio nomine cognatio naturalis significatur: namque in ea sola proximitas spectatur. In suorum, in agnatorum ordine, nõ quis sit proximior, sed quis suus, quis agnatus, spectatur: ac sæpe fit vt proximiorẽ suus vel agnatus excludat. *§. repetitus. §. vlt. Ī. tit. proxi* Cortius.

c Proximitas pro cognatione naturali.

c ¶ *Liberi. vt Ī. de hered. quæ ab intest. §. admonendi.* ADDITIO. Dic, hodie immutatũ est: vt habetur. *C. de adop. l. pen.* Angelus.

d ¶ *Eodem gradu.* s. tertio, putà cognationis.

e ¶ *Species est.* nam agnatio genus [d] est. Cõsanguinitas [e] est illa quæ inter fratres tantùm est, *vt ff. de suis & legiti. l. y. y respon. & Ī. de le. agn. success. §. j.*

d Consanguinitatis ius, est species agnationis.
e Consanguinitas est inter fratres tantum.

f ¶ *Cognati sunt sibi.* sic *ff. eo. l. si spurius.*

g ¶ *Itaque omnibus.* inter se, & cum matre: *vt ff. vnde cogna. l. hac parte.*

h ¶ *Hoc loco.* iste. §. communis est ad totum istum titulum, & illum. *Ī. de legit. agna. success. sic Ī. tit. j. § fin.*

i ¶ *Legitimis.* scilicet agnatis.

k ¶ *Proximitatis. i.* [f] cognationis.

f Proximitas pro cognatione.

l ¶ *Prætor.* cautè tacet hic de iure ciuili. nam cognati de iure ciuili non vocantur. Accursius.

m ¶ *Vsque ad sextum.* imò videtur quòd vsque ad quintum tantùm vocentur tam agnati quàm cognati: *vt ff. de vetera. mil. suc. l. y. §. fi.* Sed respon. illa etiam in castrensibus loquitur, hæc in aliis. [g] Vel dic quòd ibi ita erat de facto. s. quidam in quinto gradu & ita factum narrat. ADDITIO. [g] Dic quòd prima solutio probatur, & obstat in duobus quo ad agnatos: sed ibi speciale, quia ius priuilegiatum, quod non transit sicut ius commune. Angel.

g Hic colligitur est ex verbis Glo. q. quod non liceat docere argumentum ab enumeratione verba legisq; ostendit, sæpe accidit, vt habetur in l. en. Cod. de testa. mil.

n ¶ *Ex septimo.* subaudi qui sunt.

o ¶ *Natæve.* sed nũquid sunt alij in septimo gradu? Respõ. multi & alij esse possũt. vt colligitur. *Ī. tit. j § sexto.* Itẽ & quare magis hi vocantur

cantur quàm alij in septimo gradu? Resp. quia hi respiciunt inferiorem lineã transuersalẽ, alij omnes superius vt arg. ff. vnde lib. l. scripto. in fi. ¶ Sed nunquid corrigitur hodie distinctio huius §. per Auth. de here. ab intest. §. j. colla. ix. vbi nulla inter agnatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitũ succedere, & sic corrigi qđ hic dicitur. Nos omnes vsq; ad decimũ gradũ vocamus: nõ autẽ trahimus agnatos ad cognatos, cũ extendere successionẽ debeamus, id est velimus. vt j. de bonorum possessione. §. admuc. at. contra C. de pact. con. l. lege.ᵃ & in Auth. de nup. §. deinceps. col. iiij. ADDITIO. Quod dictum est, patet in Auth. in successione. C. de suis & le.

DE GRADIBVS cognationum.

TITVLVS VI.

Quò huiusce tituli perfectam notitiam, verámque graduum cognitionem intus & in cute oculari quadam inspectione assequaris, ad cuiusdam arboris figuram quæ non ab re hic inser tur, accurrito. Ad hæc si, quid sit cognatio, quid gradus, quid linea, quid affinitas, ac plurium denique vocum significationes, scire concupiscas, amplissimus de gradibus affinitatis tractatus ex Pandectarum trecesimo octauo libro decerptus, omnia egregie tibi suppeditabit.

HOc loco necessariũᵃ est exponere quemadmodũ gradusᵇ cognationis numerentur. Quare in primis admonẽdiᶜ sumus, cognationẽ aliam supra numerari, aliam infra, aliam ᵈ ex trãsuerso, quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio est parentum, inferior liberorum, ex transuerso fratrum, sororúmve, & eorum qui quæve ex his generantur: & cõuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea quæ ex transuerso numeratur à secundoᵉ.

Ponit personas primi gradus tam ascendendo quàm descendendo.

1 ¶ Primo gradu est supra, pater, materᶠ: infra filius, filiaᵍ.

Auus & aliæ personæ hic enumeratæ, sunt in secundo gradu. Aret.

2 ¶ Secundo gradu supra auus, auia: infra nepos, neptis: ex trãsuersoʰ frater, soror.

Proauus & aliæ personæ hic positæ, sunt in tertio gradu cognationũ. Angelus.

3 ¶ Tertio gradu supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis: ex trãsuersoⁱ fratris sororisque filius, filia, & cõuenienter patruus, amita, auũculus, matertera. Patruusᵏ est frater patris, qui Græcè πατρῶος appellatur.

Auunculus est frater matris, qui apud Græcos μήτρως dicitur, & vterque promiscuè θεῖος appellatur. Amita † est patris soror, matertera verò matris soror. vtráque promiscuè θεία adpellatur; vel apud quosdam τιθίς.

Qui distat à stipite per tres personas vel gradus, tam in linea ascendenti quam descendenti directè est in quarto gradu, sed in linea transuersali, si distat per duas personas. Aret.

4 ¶ Quarto gradu suprà abauus abauia: infra abnepos, abneptis: ex trãsuerso fratris sororisq; neposˡ † neptis, & conuenienter patruus magnusᵐ, & amita magna, id est, aui frater & soror, itẽ auũculus magnusⁿ, & matertera magna, id est, auiæ frater & soror, consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex fratribus progenerantur aut sororibus. Sed quidam rectè consobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos: Eos verò qui ex duobus fratribus progenerãtur propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles appellari. At eos qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos propriè dici putant. Amitæ tuæ filij consobrinum te appellant: tu illus amitinos.

Atauus & atnepos, & aliæ personæ hic enumeratæ, sunt in quinto gradu. Aretinus.

5 ¶ Quinto gradu supra atauus, atauia: infra atnepos, atneptis: ex trãsuerso fratris sororisq; pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, id est, proaui frater & soror: & proauũculus & promatertera, id est, proauiæ frater & soror. Item fratris patruelis, vel sororis patruelis, cõsobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius, filiaᵒ: propior † sobrinusᵖ, propior † sobrina: hi suntᑫ patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia.

Tritauus & aliæ personæ hic enumeratæ, sunt in sexto gradu.

Quoniam in succedendo admittitur qui est proximior in gradu, vt deprehendatur quoto gradu quis sit, ponitur iste tit. Aretin.

a ¶ Hoc loco.] Iste titu. diuiditur in plures partes. Primò cõtinuat materiam. Secũdo, incipit dinumerare gradus. Tertiò, dat vnã regulã generalẽ in gradib. ad cognatos. Quartò, ponit quomodo numerẽtur gradus agnatorũ. Secũda ibi, Quare in. Tertia ibi, Hactenus. Quarta ibi, Agnat.

a ¶ Necessarium. Sedᵇ quid ad nos de his? Respõ. propter hereditates quæ per gradus deferuntur: & tutelas, & propter testimonia nõ dicenda: vt ff. eo. de gradib. aff. l. iurisconsultus.

b ¶ Gradus. quid sit, dic vt j. eo. §. hactenus.

c ¶ Admonendi. sic ff. eo. de gra. affi. l. j.

d ¶ Aliã. Contra hæc superflua videtur: vt ff. eo. l. stemmata. Sol. ibi in directa linea tãtum loquit, hic in indirecta.

e ¶ A secundo. Sedᶜ quare nõ à primo? Respon. cũ ego patri meo sim in vño gradu, & ipse pater fratri meo in alio: sumᵉ ergo in duobus grad. ego cum fratre, facto ascẽsu ad patrẽ quasi p quẽdã gradũ: vt ff. e. l. iurisconsultus. §. gradus.ᵈ sed nullus ex transuerso pximior fratre inuenitur: ergo nõ potest inueniri primus gradus à latere: vt hic, & ff. eod. de gra. affi. l. j. au prin.

f ¶ Pater, mater. Si pater est mihi in primo, & ego sibi in alio primo: ergo sumᵉ in duobus. Rñ. nõ sequitur. nã sum ei in primo, ita q̃ in eodẽ, & inter me & ipsum vnũ tantũ gradũ facimus ad similitudinẽ fenestræ: nã duæ columnæ ex laterib vnã faciũt fenestrã, tertia autem adiecta fiet alia fenestra. & ita in gradu persona adiecta etiam vna deinceps facit gradũ: vt j. eodem §. hactenus. ADDITIO. Not. hanc Gloss. quòd ad faciendum vnũ gradũ primũ, nõ sufficit ponere vnã personã, sed duæ personæ primæ faciunt vnum gradum: quo primo gradu facto ex duabus personis, vnaquæque persona sola quæ postea adiungitur, facit aliũ gradũ, ad similitudinem fenestræ, quia necessario ad perficiendum vnã fenestram requiruntur duæ columnæ: postea vnaquæque columna superaddita facit aliã fenestrã Ang.

g ¶ Filius, filia. quilicẽt multi sint, omnes tñ sunt patri in primo: inter se autẽ in secũdo: vt ff. de gra. affin. l. iurisconsultus. §. transeamus.

h ¶ Ex transuerso. nunc de hoc gradu incipit: cũᵃ nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur. vt s. e. i. propr.

i ¶ Ex transuerso. No. autẽ q̃ etiam illiᵇ qui sunt ex trãsuerso, diuiduntur in superiorem & inferiorem lineã. & sic repica in sequentibus gradibus, & quandoque in parentibus, vt j. eo. §. quarto.

k ¶ Patruus. vnde vers. Sunt patrui, patris fratres, amitæque sorores. Frater auunculus est, soror est matertera matris.

l ¶ Nepos. hoc inferius respicit.

m ¶ Patruus magnus. hoc refert ad superiorẽ lineam transuersalem.

n ¶ Auunculus magnus. Hocᶜ autẽ cõstat: qui est mei patris patruus, mihi esti magnus patruus: qui meæ matris auunculus est, mihi eri magnus auunculus. ¶ Sed q̃d si erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Resp lo. omnẽ illũ mihi esse patruũ vel auunculum magnũ q̃ est meo patri vel matri simplex vt ff. e. de gra. affin. l. iurisconsultus. §. patruus. & C. de sui. rdi. l. j. Sed Rn. cõtra.

o ¶ Filius, filia. illi nominatiui regunt superiores genitiuos ab illo ver. item fratris &c. Et sunt omnes isti in quinto gradu lineæ collateralis respectu descendentium.

p ¶ Propior sobrinus. quasi dicat, qui filius dicitur propior sobrinus, & filia quę dicitur propior sobrina. ADDIT. a Vel dic, & fortè melius, sensum textualem esse: q̃ propior sobrinus, & propior sobrina sũt in quinto gradu. Et qui sũt tales, declarãt textus subiũgẽs. Hi sunt patrui &c. Filiᵈ enim propior sobrinus, filius patrui magni, vel amitæ magnæ. & idem dicas de propiore sobrina, quòd scilicet sit alia &c. vt clarè patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborem corrumperet.

q ¶ Hi sunt. subaudi, in quinto gradu lineæ collateralium ex parte ascendẽtium, scilicet filius patrui mei magni, & similium: de quibus dicitur hic, & ff. eo. l. j. in fi. & l. y.

6 ¶ Sexto gradu supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex trāsuerso fratris sororisq; abnepos, abneptis: & cōuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater & soror: abauunculus, abmatertera, id est, abauię frater & soror. Item sobrini sobrinæque, id est, qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis ꝓgenerātur.

Vnica persona adiecta alteri personæ per carnis propagationē, facit gradum tam in cognatis, quàm in agnatis. Aretinus.

7 ¶ Hactenus ostēdisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nanque ex his palā est intelligere quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeam[a]: quippe semper generata[a] persona gradū adiicit[b]: vt longè facilius[c] sit respondere quoto quisque gradu[d] sit, quàm ꝓpria cognationis appellatione quenquam denotare.

In gradibus agnationis & cognationis similis est computatio. Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalem, quàm intellectualem: ideo necessarium est hic arborem consanguinitatis inscribi. Aretinus.

8 ¶ Agnationis quoque gradus eodem modo[e] numerantur.

9 ¶ Sed cum magis veritas oculata fide, quàm per aures[f] animis hominum infigatur: ideo necessarium duximus, post enarrationem graduum, eos etiam præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci[g] †.

a ¶ *Generata.* Hoc est verum, si vna ab vna: non si plures ab vna: *vt ff. eo. l. iurisconsultus. §. transeamus.* & hoc verum ex omni ordine graduum secundum nos.[a] Sed secundum canones ex latere transuerso aliud est. nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipsi in secundo: & sic de singulis: *vt in Decret. xxxv. quæst. v. cap. ii.* Sed fuit eorum cōsideratio bona propter matrimonia[b] nostra etiā bona propter hereditates quæ per gradus deferuntur: *vt J. de bono. possess. §. quos autem. & ff. eo. l. iurisconsultus. in prin.* ADDITIO. Idem in statutis, & pactis, vbi de pacto noo agitur secundùm Ange. Hic no. hāc glossā, quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatū præualet ius cano. etiā in terris imperii & econtra in non concernentibus peccatū præualet ius ciuile etiam in terris ecclesiæ, vt per Angelum hic.

b ¶ *Adiicit.* hic potest colligi definitio gradus, vt dicat: Gradus[c] est numeratio singulatum personarum cognatione vel affinitate sibi euauinctarum, quoto[d] gradu vna persona distat ab altera, optimè indicans. Dictus quasi lapideus gradus: *vt ff. eod. l. iurisconsultus. § gradus.* Accursius. ADDITIO. Gradus secundùm doctores aliter definitur. Gradus est distantia vnius personę ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distātium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis seu affinitatis distantia.

c ¶ *Longè facilius fit.* propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia: sed superiores & inferiores vocantur: *vt ff. eod. leg. fi. §. parentes* & hoc, quia sunt plura negocia, quàm vocabula: *vt ff. de præscrip. verb. l. ant.* Sed vsque ad quem numerabimus? Respon. vsque ad vii. cognatorum, & vsque ad x. agnatorum: *vt ff. eod. l. non fac. le. & s. tit. j. § fi.* nisi ratione demonstrandi vellemus vlterius numerare, non vtilitatis: licèt decretistæ hic aliter dicant. ADDITIO. Nota quòd decretistæ contrarium dicunt solùm in collaterali linea: non autem in directa: vt supra dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distāt de iure ciuili: incipe ab vno, & cōputa ab illo descendendo ad personam mediam, ex qua omnes descēdūt: & postea descende ab illa vsque ad aliam quam vis deputare: & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias à persona ex qua descendunt personę de quarū gradu agitur. verbi gratia, vis scire quoto gradu sunt filii duorū fratrū de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradū ad filium: & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secūdo gradu. vnde quoto gradu quilibet distat à stipite, tali gradu sunt inter se. remotior autē addit gradū, *vt in c. fedem. xxx. quæstio j.* Angelus.

d ¶ *Quoto gradu.* s. octauo vel decimo.

e ¶ *Eodem modo.* s. adiecta persona.

f ¶ *Per aures.* Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos demissa per aures, Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Certior aure arbiter est oculus: & vt ait Candaules in Herodoto, Magis incredulæ sunt hominibus aures, quàm oculi. Ægid. Per.

g ¶ *Adipisci.* Vnde quidam habent hic arborem. Accursius. ADDITIO Et in rei veritate debet esse, cum textus & Glossa illam requirant.

† Debemus dare doctrinam per modum magis facilem. Ægid. P.

COGNA-

COGNATIONIS SPIRITVALIS studiosissimis quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta & vtilis materia.

CHristophorus Porcus iuris vtriusque professor acutissimus, qui ad difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiam hic luculenter tractauit. eius mentem verbis non mutatis referre non erit absonum, neque à proposito alienum, quæ verba talia sunt.

¶ Quæritur an ratione cognationis spiritualis matrimoniũ impediatur. Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem & commatrem impeditur matrimonium, ac etiam inter patrem spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte. & hoc si illa cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. *xxx.q.iiij.c. si quis vnus.*

Addite prædictis, quòd si maritus & vxor tenuerint aliquẽ vel aliquam ad baptismum vel chrisma, quilibet eorũ efficitur compater, vel commater. *d.c. si quis vnus.* & hoc verum, quando tempore cognationis spiritualis contractæ constabat inter eos matrimonium: secus si esset post facto fuerit contractum. *c. Martinus Bertum. extrà de cog. spirit. cum sua Gloss.* Econtra autem si tenueris ad sacrum chrisma vel sanctum baptisma filium vel filiam meam ex alia muliere quàm vxore, non efficitur tibi commater. *c. quo spiritualem xxx. q. i.* Ratio quia in contrahenda cognatione spirituali maritus & vxor copulant sibi actiones, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia sunt duo in carne vna. *d.c. si quis vnus.* *in fine*

¶ Sed quid si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an concubina efficiatur commater? Videretur quòd sic. Nã sicut vxor hoc casu ideo efficitur commater, quia est eadem caro cũ marito. *d. c. si quis vnus.* ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur cum ea. *xxxij. q. iiij. can. eo.* Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum sententia magis placet: quia absurdè dictum videretur, quòd spiritualitas super re improbata causaretur ex vtraque scriptura, & hominum opinione. Non obstat, quòd concubina & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id est, duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit Glo. *in d.c. in eo.* ¶ Sed an vxore mea mortua, potero mihi copulare eam quæ fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite quòd sic. *c. post vxoris obitum. xxx q. iiij.* ¶ Sed quid de filiis duorum compatrum: an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite quòd sic, siue nati fuerint ante compaternitatem, siue post: dummodo matrimonium non contrahatur cum eo vel cũ ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem. *c. j. & c. super eo extrà de cogna. spiri.* Christophorus Porcus iuris vtriusque doctor acutissimus.

¶ Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ, quòd cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit post contractum, oritur ex datione duorum sacramentorum dumtaxat: quæ sunt baptismus, & confirmatio: nõ autem ex aliorum datione seu ministratione, patet *in cap. fin. de cog. spirit. lib. vj.* Ratio est, quia in baptismo renascimur: & chrismatio frontis ipsum confirmat: quod non est in aliis sacramentis. *Ioann. And. in d.c. fin.*

¶ Nota vlterius, quòd ex hac cognatione. xx. sunt casus prohibiti, scilicet x. ratione baptismi, & x. ratione confirmationis. Ratione enim baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens & dirimens: vt dictum est.

Primo inter has personas,

Baptizatum & baptizantem.
Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam:
Baptizatum, & filios baptizantis:
Parentes baptizati, & baptizantem.
Parentes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.

Secundo inter has personas, videlicet inter

Baptizatum, & suscipientem:
Baptizatum, & vxorem suscipientis prius cognitam.
Baptizatum, & filios suscipientis:
Parentes baptizati, & suscipientem:
Parentes baptizati, & vxorem suscipientis prius cognitam.

Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confirmatione reperies: in qua sunt confirmatus, cõfirmans & tenens ante confirmationem, qui scilicet ponit fasciolam supra frontem post confirmationem episcopalem. De hoc vide text. cum Glossa in c. capitulo primo de cognatione spirituali lib. vj. Ista clarissimè referantur per carmina sequentia:

Spiritualis ab hic cognatio fit sacramentis:
Quæ sunt baptismus, ac confirmatio frontis:
Personasque decem connectit quodlibet horum:
Baptizans, huius vxor, sed cognita primo:
Ac eius nati sunt, ablutus socij:
Cum consorte tori, baptizatique parentes.
Tantæ sacro ligati sunt tali sunt ligati.
Baptizans, & suscipiens hic æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

Hæc nota diligenter, quia singularia sunt, & plurimùm vtilia: nec est plures casus reperire qui matrimonium dirimant.

QVæritur ad propositum materiæ præsentis de quæstione quotidiana & apud vulgares satis dubia. Pone quòd duo vel plures tenent aliquẽm in baptismo: nunquid isti inter se efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit quòd non: vnde possunt adinuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina non prohibentur matrimonium contrahere: *vt in cap. tanta. extrà qui filij sint legi.* ita & isti qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit text. & ibi Gloss *in cap. fin. xxx. quæst. iiij.* vbi dicitur quòd maritus & vxor non debent aliquem simul de sacro fonte leuare, ne infamentur de facto. nam vulgares existimant illos esse compatres. Hæc sunt verba Abbatis Siculi *in cap. Martinus, extrà de cogna. spiri.* De hoc in summula pauperum.

Vnde versus.

Masculus & mulier puerum de fonte leuantes,
Legitimè iungi poterunt: nec sunt prohibendi.

Quæritur vlterius: Pone quòd tenui aliquã puellam in baptismo: volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quòd sic. pater enim spiritualis si copulerunt sorori filiæ spiritualis, bene tenet matrimonium. *xix. q. iij. c. vlt.*

Vnde versus.

Duco meæ natæ germanam spiritualis.

Quæritur insuper: Pone quòd filius meus tenuit in sacris fontibus puellam. volo cum illa puella postquam ad annos nubiles peruenit, contrahere, an liceat? Dic quòd sic. Potest enim pater sumere filiam spiritualem filij sui carnalis: quia licèt cognatio spiritualis de patre ad filios descendat: *vt c. j. & c. super eo extrà de cogna. spirit.* non tamen ascendit de filiis ad patrem, cum iure cautum non reperiatur: & edictũ de matrimonio prohibitorium est: adeo quòd cuilibet licet contrahere, nisi expressè prohibeatur. *ca. cum apud. extrà de spons. & matrimo.* Hoc notat Ioannes Teuthonicus glossator decre. *in c. si xxx q. iij.* Hoc idem recitat & approbat Ioannes And. *in c. j de cogna. spiri. lib. vj.*

Vnde versus.

Esse mei nati coniunx mihi spiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Descendunt, & non ascendunt talia vincla.

Multo plura de huiusmodi materia possent adduci: sed pro nunc hæc sufficiant. Si tamen vis videre an per procuratorem talis cognatio spiritualis possit contrahi, recurras ad Bartolum *in l. Gallus. §. forsitan. ff. de libe. & posth.* ad Angelum Aretinum *in §. illud. Inst. de nupt.* ad Ioan. And. in regula, Potest quis per alium. *de reg. iur. in. vj.* & ad Panorm. *in c. veniens. extrà de cogn. spiri.* Decisionem tamen communem & magis approbatam potes notare per versus sequentes, in quibus patet, quòd licèt matrimonium per procuratorem possit contrahi. *c. fin. de procura. lib. vj.* non tamen cognatio spiritualis.

Vnde versus.

Procurator habet nodos vincire iugales:
Non tamen hos nexus domino dat spirituales.

DEO GRATIAS.

Arboris ciuilis decimum ad gradum descendentis peculiaris declaratio.

Gradus, lineæ, & consanguinitatis definitionibus omissis, sciendum quòd numeratio punctorũ qui sunt in cellulis, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam: à qua omnes sumunt nomen, exceptis his quę per geminatum nõ signantur. Hanc Ioan. And. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Puncti qui superiores sunt, computationem iuris cano. denotant. Illi autem qui inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt: quod canonico subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex prædicta computatione si diligenter inspicitur, apparet quòd in ascendentium & descendentium numeratione ius vtronque concordat: quia in eis persona addita personis per carnis propagationem, gradum adducit. Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

Prima, Ascendentium & descendentium quot sunt personę, de quibus quæritur: computatis intermediis, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia, Abauus distat à Petrucio quatuor gradibus, & sic de aliis.

Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantùm gratia hæc arbor fuit hic impressa) talis est: Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent: vt P. & pronepos propatrui distant. viij. gradibus, cum abauum stipitem facis. Nam secundùm leges quęlibet persona gradum facit in collateralibus; vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia collateralium in linea inæquali quot sunt personæ, stipite dempto, tot sunt gradus, vnde P. distat à propatruo quinque gradibus: ab eius filio, sex & sic de aliis. Non inutile forsitan iudicabitur, si aliquid de computationis diuersitate inter ius ciuile & canoni. subiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hereditas vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus verò ob hoc progenies computatur, vt aptè monstretur vsque ad quotam generationem à consanguineorum nuptiis sit abstinendum. Hac ergo de causa, quia hereditates nequeũt deferri nisi de vna ad alteram personã: idcirco curauit secularis Imperat. in singulis personis singulos perficere gradus. Quia verò nuptiæ sine duabus nõ valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Hæc habentur plenè *c. y. xxxv. quæst. v.* & fermè per totam illam quæstionem. Et hoc idem not. hic Christoph Porc. *in ver. circa primum.* ibi, secunda differentia. & Ioan. Andreas in declaratione huius arboris.

Christophori Porci in arborem & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum vtiles.

Pro declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materię, & eorum quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primò, qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciui. & de iure canon. secundùm vtriusque iuris rationum diuersitatem. Secundò, vsque ad quem gradum deferuntur hereditates & tutelæ. Tertiò, vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quartò vsque ad quem gradum possit papa dispensare.

¶ Circa primum dicite, quòd quo ad lineam ascendẽtem nulla est differentia inter ius ciui. & ius cano. Vtroque enim iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentium: & similiter filius & filia descendentium: & sic suprà & infrà in infinitum: quia in dinumeratione graduum in linea ascendentium & descendentium, vtrunque ius habuit respectum ad stipitem, scilicet ad primum parentem: *vt hic, cum glo. xxxv. q. v. ad sedem.* In linea transuersali inter ius ciuile & ius can. duplex est differentia. Prima, quia iure ciuili frater & soror sunt in secundo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differentiæ sumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit quòd vnaquæque persona adiecta nouum gradum generat, *vt hic, in ver. hactenus.* Vnde cùm ego sim in primo gradu patri meo: si nascatur mihi frater vel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus & consequenter appellatur in secundo. Sed iure cano. ideo appellatur in primo, quia sua canonicum nõ considerauit dinumerationem graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitem, id est, communem parentem: sed considerauit quòd duo fratres & duæ sorores tribuunt initium lineæ transuersali. & ideo in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, quòd in linea transuersali sola persona adiecta nouum gradum facit, vt hic. Iure autẽ canonico pro regula traditur, quòd ad causandũ nouum gradum duæ personæ requirantur, *dicto c. ad sedem.* Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis. vnde sicut ad causandum copulam matrimonialẽ requiritur concursus duarum personarum: ita ad causandum gradum quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerat gradus quo ad hereditates & tutelas. vnde cùm tutela & hereditas deferantur de vna persona in alium: nil mirum si vnaquæque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio posita *in d. c. ad sedem.*

¶ Quo igitur ad inhibendam vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerantur gradus secundùm ius canonicum: quo autem ad tutelas & hereditates deferendas, connumerabuntur secundùm ius ciuile.

¶ Circa secundum dicite, quòd vsque ad decimum gradum deferuntur hereditates & tutelæ: vt vidistis *suprà titu. j. §. fin. cum sua Gloss. & suprà de capitis dimi. §. fin. & de legiti. agna. tute. in textu. & in Glossa.*

¶ Circa tertium dicite, quòd olim[a] erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis vel cognationis inclusiuè: hodie autem est prohibita vsque ad quartum gradum inclusiuè, dinumeratione facta secundùm ius canon. *cap. non debet. extra de consanguin. & affin.* Sed hic dubitatur. Pone quòd vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto: an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur. Si inspiciamus personam existentem in quinto gradu, permittitur. Dicite quòd copola est permittenda: quia quinto gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente. *cap. fin. extra de consanguin. & adfin.* Illud tamen est palam, quòd inter ascendentes & descendentes est prohibita copola matrimonialis in infinitum. vnde si Adam viueret, vxorem habere non posset. *§. inter eas. & ibi Gloss. §. demptis.*

a Matrimonium vsque ad quẽ gradum prohibitum.

¶ Sed quid de gradu adfinitatis? Dicite, quòd licèt olim ratione adfinitatis esset prohibita vsque ad tertium genus, vt aliqui dixère: veritas tamen hodie est, quòd solum prohibetur quoad genus primum: *vt no. Gloss. ij. in cap. non debet. extra de consanguin. & adfinit.*

¶ Sed nunquid per coniunctionem[b] illicitam causatur adfinitas? In hoc articulo non pareant in totum verecundiæ. Archidiac. *xxxv q. iij. cap. extraordinaria.* dixit per hanc dissolui matrimonium: & in hoc bene: sed non causari adfinitatem, propterea, quia adfinitas est regularitas personarum ex nuptiis descendentium. *l. non facile. §. adfines. ff. de gradib.* vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur adfinitas. Sed Glo. tenuit contrarium *in §. adfinitatis. i. de nup.* quæ communiter comprobatur *per cap. tuæ & per ca. Iordanæ. & per cap. discretionem. extra de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ.* Stat igitur conclusio, quòd per illicitam coniunctionem contrahitur adfinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluę, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non expleuit: an contrahatur adfinitas? Glo. *in dict. cap. extraordinaria,* dicit quòd non. Item dicit illud, quod non dico. Dicit Inn. quòd ad causandum adfinitatem, requiritur concursus vtriusque sanguinis. Sed tamen causa euitandi peccata, ius canonicum & sancta mater Ecclesia in dubio præsumunt ex copula concursum vtriusque sanguinis maris & fœminæ interuenisse. *cap. iuuenis. extrà de sponsa.* Addite prædictis, quòd si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodum habeat copulam cum ea sine aliis verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse contractum: nec cum alia contrahere posset, sed matrimonium postea cum alia contractum esset dissoluendum. *cap. is qui fidem. extra de sponsa.*

b Adfinitas an oriatur ex coitu illicito.

¶ Circa quartum dicite breuiter, quòd in gradu ascendentium & descendentium nõ posset Papa dispensare vt copula matrimonialis contrahatur. Non enim posset papa dispensare quòd filia patri copularetur. Item nec in linea transuersali in gradu primo. vnde non posset papa dispensare quòd fratri soror nubat. Item nec in gradu secundo linea existente inæquali. vnde non posset dispensare quòd neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare vt consanguinea consanguineo copularetur. & ita communiter concluditur in *capitu. literas. extra de restitutio spoliato. facit capitu. gaudemus. extrà de diuor.*

¶ Sed an[c] papa posset dispensare vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, an matrimonium fuit per copulam carnalem consummatum, aut non. priore casu non potest, posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuère duo in carne vna: secundo verò non. Item quia matrimonium consummatum sortitur naturam ex constitutione diuina, cõtra quam non potest papa dispensare. *cap. proposuit. & ibi, suprà not. extra de concess. præbend.* Sed matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ, contra quam papa bene potest dispensare. Ista est Glossa ordinaria *in capit. ex publico. extra de conuer. coniuga. in Glo. fin.*

c Matrimonium semel contractum an possit per papã dissolui.

¶ Sed nunquid maritus & vxor possunt se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimonium per ingressum religionis. secus si copula fuerit subsecuta: nisi vterque concordauerit quòd vterque pariter intret religionem: vel alter qui remanet in seculo, si talis conditionis & qualitatis, quòd nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum vt quia sit ætate confectus. *cap. quidam. capitu. verum. cap. vxoratus. & cap. cum sis praditus. extrà de conuersio. coniugato.*

DE SERVILI COGNATIONE.

a Côtinuatio.

Quia a supra de cognatione & successione cognatorum liberæ conditionis dictum est: nunc quia naturali iure inspecto inter seruos etiam radit cognatio: & dubitari posset, an inter seruos esset successio: ideo de seruili cognatione meritò subdit.

¶ *Nec obstat quòd inter illum titulum de success. cognat. & istum sit titulus intermedius de gradibus, quia ex quo pertinet ad materiam horum titulorum, cognatio non vitiatur.* l. seos. §. fin. ff. de duobus reis. *Parcus.*

b Diuisio.

I *Llud certum.*] Totus b iste titu. diuiditur in tres partes. Primò ponit vtrū serui habeant ius cognationis côtractæ in seruitu. Secund. infert ex rationib. præpositis, videlicet φ nō semper sequitur φ qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertiò illa melius declarat. Secunda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis. casve. Dñe, iam video φ vos vultis tractare de seruili cognatione, & specialē tractatū facere. Nā vos dixistis mihi. ʃ. iij. tit. de succes. cogna. circa quos in bonorum poss. vnde cogn. quā prætor ꝓximis agnatis pollicetur, sola naturalis causa spectatur: nunquid igitur cognati in statu seruili côcepti & nati, & postea manumissi, ꝑ bonorū pos. vnde cogn. in tertio ordine causa naturali inspecta sibi inuicē poterūt succedere? Ad hoc respō. Iustinianus φ non. illud. n. certū est, eādem partē edicti prætoris, qua bonorum possess. iure cogna. permittit, ad seruiles cognationes antiquitus nō pertinere. Nec. n. vlla antiqua lege talis cognatio, quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuilia côputabatur. vnde visum erat huiusmodi cogna. seruilē quoad emolumentū succes. nō côputari: nec quoad onera côputabatur. & hæc vsq; ad nostra têpora ita obtinebāt: sed nos ꝑ constitutionem nostrā, quā pro iure patro. fecimus (quod quidē ius patron. vsque ad tempus nostrum satis obscurum atque nube plenum, & vndiq; confusum fuerat) & hoc suggerente humanitate statuimus, vt si quis in côsortio seruili côstitutus, ex libera vel seruilis côditionis muliere liberum vel liberos habuerit, vel econuerso mulier serua ex libero vel seruo liberos cuiuscunq; sexus habuerit, & eādē parētibus & liberis ex seruili ventre natis ad libertatē peruenientibus, vel dū fortè ipsæ mulieres liberæ erāt, & ita liberi ab illis nati ingenui, & postea patres qui huiusmodi liberos in seruili statu procreauerint, ad libertatē peruenerint, statuimus dico in omnib. his casibus, vt omnes hi liberi ad successionē patris vel matris ab intestato admittantur: iure patro. in hac parte penitus sopito. Nam hos liberos non solùm in parentum suorum successionem, sed etiam parentes in liberorum mutuam successionem auctoritate prædictæ constitutionis nostræ specialiter vocamus. & hoc obtinere statuimus, siue huiusmodi liberi ex seruili matre nati, postea manumissi soli fuerint, siue cum aliis, qui post libertatem parentum concepti & nati, ad successionem vocentur: siue ex eodem patre, vel eadem matre: siue ex aliis nuptiis procreati fuerint. & hoc statuimus ad similitudinem eorum qui ex iustis nuptiis procreantur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. repetitis itaque. Cætera plana sunt vsque ad finem titu. quia non potest casus poni nisi secundùm quod litera iacet. hoc dicit Franciscus de Aretio.

† Seruilis cognatio dicitur quæ originem habuit in seruitute.

† q. d. seruos nō habere cognationem. φ fallit quoad matrimonia. Ang. Perr.

† Iure ciuili matrimoniū non erat inter seruum & liberam: vel liberum & ancillam. l. cum ancillis. C. de incestis. secus de iure canonico. ext. de coniugio seruorum.

DE SERVILI cognatione.

TITVLVS VII.

Cognationem seruilem, id est, sanguinis necessitudinem, quam seruorum filij cum parentibus habent, antiqua iura non adiuuabant: hodie autem serui nati, & deinde manumissi, non modò parentibus etiam libertate donatis ex intestato succedūt, & parentes eis, sed etiam sibi inuicem, & cum reliquis fratribus ex legitimis nuptiis, atque in libertate procreatis ad successionem vocantur.

ILlud a certū est, ad seruiles † cognationes illam partem edicti b qua proximitatis c nomine bonorum possessio permittitur, non pertinere d. nam nec † vlla antiqua lege talis cognatio computabatur e. Sed nostra constitutione quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tempora f satis obscurū atque nube plenum, & vndique confusum fuerat,) & hoc humanitate suggerente concessimus: vt si quis in seruili constitutus côsortio †, liberum vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contrà serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus: & ad libertatem his g peruenientibus, hi qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberę erant, ipsi h in seruitute i eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint k: vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant l, patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solùm in suorum parētum successionem, sed etiam alterū in alterius successionem m mutuam vocauimus, ex illa lege n specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vnà cum aliis, qui post libertatē parentum concepti sunt: siue ex eodem patre, vel eadem matre, siue ex aliis qualicūque copulatione nati sunt ad similitudinē eorum qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

Cum de intestatorum successione agitur, liberorum prima habetur ratio: qui etiam si gradus sint remotioris, quoscunque ascendentes & agnatos quantumuis proximiores excludunt.

1 ¶ Repetitis o itaque omnibus quæ iam tradidimus p, apparet non semper eos qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocati: côque amplius, ne eum quidem qui proximior sit cognatus, semper potiorē esse. Cū enim prima causa sit suorum heredum, & eorum quos inter suos heredes enumerauimus q, apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potio-

a ¶ *Illud.* aliàs est hic Rubrica de seruili cognatione, aliàs non. Accursius.

b ¶ *Edicti.* Sunt enim quatuor a partes successionis ab intestato: *vt ff. quis ord. in bo. poss. ser. l. j.*

a Successionis ab intestato quatuor sunt partes.

c ¶ *Proximitatis nomine.* i. b cognationis, vt sequitur: *vt ff. vnde cog. l. j. §. pertinet.*

b Proximitas pro cognatione.

d ¶ *Non pertinere.* sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur: *vt Cod. communia de succes. l. seruus.* nisi in tribus casibus: *vt C. de his quibus vt indignis. & ad Silania. leg. penult.* c *& C. de suis & legiti. leg. apud hostes.* d *& Cod. ad Orphitia. l. fi.*

c Tbi liber erat legis authoritate.

d Sed illud procedit ex fictione postliminij. vt ibi not. Ang.

e ¶ *Computabatur.* hæc videtur mala ratio: cum magis iure prætorio, quod naturalem causam intuebatur, deberet computari: *vt supra de here. quæ ab intesta. §. emancipati. quam multi.* Sed dic quòd etiam ad alia, vt ad tutelas, & similia: nisi quoad nuptias: *vt supra de nupt. §. illud.* e *& ff. de ritu nup. leg. adoptiuus. §. seruiles.* f Sed nunquid dominus ex sui persona succedit cognatis serui? respon. non: vt hic g dicitur. Accursius. ANGELO. Not. ergo acquiri domino ab intesta. sicut ex testamento. Et est ratio, quia ius solum defert hereditatem ab intestato, secūdùm quòd seruus nihil est. *l. quod attinet. ff. de regulis iuris.* Sed ex testamento defert voluntas testātis, quā ius sequitur. Aliud tamen est in monacho & monast. *vt l. Deo nobis. C. de epis. & cleric.*

e Vbi vide Gl. & Ang.

f In seruitute quo ad matrimonium impediendum. etiā post manumissionē debet esse cognatio: vt d. §. illud. quia etiā dicitur esse affinitas vt d. §. seruiles Ang.

g Simi n est Gl. in l seruus Cod. commun. de succ.

f ¶ *Nullà tempora.* loquitur Iustinianus.

g ¶ *His.* s. parentibus.

h ¶ *Ipsi.* s. parentes.

i ¶ *In seruitute.* i. donec serui erant.

k ¶ *Peruenerint.* s. parentes.

l ¶ *Veniant.* aliud si liber factus seruus iterum manumittatur: *vt ff. vnde cog. l. is qui contra. & ʃ. de cap. dimi. § quod autem.* quia est ibi quod sibi imputetur. ¶ Sed nunquid etiā ista qui est *in l. is qui.* hodie succederet naturali causa inspecta: *vt C. de suis & leg. hered. Auth. in successione?* Rñ. non, h secundùm Ioan. quia prætor naturalem causam intuebatur: & tamen non vocabat eum, vt dictum est. Item contra. *C. de suis & legit. l. ea libera.* So. hic i nouum ius. 2 Vel ibi loquitur quando nec k de facto erat matrimonium. 3 Vel ibi quoad l honores loquitur, hic quoad successiones.

m ¶ *In alterius successionem.* i. parentes liberis & econtra, excluso patrono: & hoc secundùm omnes. Item libertum vnum alteri eidem fratri suo, & ita frater liberti præfertur patrono, & hoc secundùm quosdam, vt hic. Sed Ioan. contra: præfert m enim patronū fratri: *vt ff. de bo. li. l. liberto. & ff. de suis & legi. l. intestato. in prin. & ʃ. tit. j. in §. sed nostra versi sin autem fra.*

n ¶ *Ex illa lege.* s. supradicta Græca. Accursius.

o ¶ *Repetitis.* hic. §. communis est ad omnes tit. ʃ. hoc lib. iij. positos. & idem in sequenti *prox. §. Sit & alias. supra de succes. cog. §. vlt. & ad Orf. §. fin.*

p ¶ *Traditimus.* à principio tertij libri.

q ¶ *Enumerauimus* vt cuitæ datos, & emācipatos: *vt ʃ. de here quæ ab intest. §. j. & § quibus connumerari. & § emancipati.*

h Nisi restituatur natalibus, vt not. in §. seruus. ʃ. de cap. deminutione.

i Hoc non est bonū. quia nō apparet expressē de correctione: vt arg. l. præcipimus. in fin. C. de ap.

k Spurius legitimari per matrimoniū non potest, quoniam nec de facto tenuit matrimonium. quia naturales non spurij legitimantur. Auth. quib. mod. naturales. Ang. & Imo. in l. ex facto. § si quis rogatus. ff. ad Treb.

l Spurius non sequitur conditionem patris quoad dignitates.

m Patronus liberti præfertur eius fratri. habet enim onnera cū & ius legitimum § sed nostra ʃ. de succes. lib. quod in fratre non est § fere. ʃ. de success.

a ¶ *Fuerit*. hoc subdiuiditur.

b ¶ *Ex fœmineo sexu*. qui tamen cum diminutione tertiæ partis succedit huius legis tempore. *s. de here. quæ ab intest. §. item vetustas. vers. diui.* hodie sine diminutione: *vt in Authen. de triente & semiss. §. nec non. colla. j.*

c ¶ *Amotis*. id est, cessantibus suis. fallit adhuc hæc regula, qui prior est in gradu &c. *vt j. eo. §. totiens.* Acc.

d ¶ *Integrum ius habet*. id est,ᵃ capite minutus non est. *sic suprà de success. cog. j. respon. in fi.* nam secus esset si esset capite minutus: quia ᵇ illæ successiones quæ veniunt ex l. xij. tabul. pereunt per mini. cap. demi. *vt s. de senatuscon. Orfit. §. sciendum.*

e ¶ *Plerunque*. propter ᶜ fratrem & sororem emancipatos: *vt j. eod. ibi, except.s.* Item propter quosdam cognatos, qui vocantur vt agnati: *vt s. de legit. agna. succ. §. hoc etiam.* Item propter patrem qui filium emãcipauit: *vt s. de leg. ag. suc. §. fi.*

f ¶ *Nepos*. qui est in v. gradu agnationis.

g ¶ *Pronepos*. qui est in sexto gradu agnationis.

h ¶ *Auunculo, vel matertera*. qui sunt in tertio gradu cognationis.

i ¶ *Præfertur*. in successione eius qui tales habet agnatos.

k ¶ *Totiens*. No. regulam ᵈ bunam: *vt C. communia de succ. l. auunculo. & Cod. vnde li. l. ij.* ¶ Et ad eius euidentiam nota tres ᵉ esse ordines succedendi, scilicet inferiores & superiores, & ex latere venientes: *vt in Auth. de here. ab intesta. in princip. colla. ix.* Primò descendentes ᶠ in infinitum vocantur: *vt supra de here. quæ ad intesta. §. j. & in Auth. de hered. ab intesta. § j. coll. ix.* His cessantibus ᵍ vocantur ascendentes, primò pater & mater, secundò auus & auia, sic deinceps: sic ʰ tamẽ, vt fratres ex vtroque parente defuncto coniuncti, cum his superioribus vocẽtur: licèt quidam dicãt cum patre & matre tantũ eos vocari: & alios ⁱ superiores per fratres excludi. & pro nobis est *Auth. de hered. ab intesta. §. si vero cum ascendentibus. colla. ix. & ff. de suis & leg. l. ij. §. hereditas.* Superioribus ᵏ cessantibus: primò frater ex vtroq; parente, & soror, & eorum ˡ filij. Secundò ex altero tãtum, & eorũ filij. Tertiò hæc regula obtinet: vt qui prior est in gradu &c. *vt hic, & in Auth. de hered. ab intest. §. si reliquum. & §. si vero neque frater. & in Auth. vt fratrum filij §. j. coll. ix.* Accur. ADDITIO. Dic quòd hodie est sublata differentia agnationis & cognationis: *vt in d. §. j. in Auth. de here. ab intest. ve. col. ix.* Christophorus.

rem esse, quàm fratrem aut patrem matrẽmque defuncti: cùm alioqui pater quidem & mater (vt suprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secũdum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit ᵃ, an non: quòd vel emancipatus vel ex emãcipato, aut ex fœmineo sexu ᵇ propagatus est.

Nouissimo tamen iure, agnationis & cognationis sublata discrimine, omnes simul æquo iure succedunt: ita tamen vt eorum prior habenda sit ratio qui sunt gradu proximiores.

Amotis ᶜ quoque suis heredibus, & quos inter suos heredes vocati diximus: agnatus qui integrum ius habet ᵈ agnationis, etiam si longissimo gradu sit, plerũque ᵉ potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos ᶠ vel pronepos ᵍ auunculo ʰ vel materteræ præfertur ⁱ. Totiens ᵏ igitur dicimus aut potiorem haberi eum qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos qui cognati sunt, quotiens neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque agnationis iure aliquis præferri debeat secundùm ea quæ tradidimus ˡ: exceptis ᵐ fratre & sorore emãcipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur ⁿ cæteris vlterioris gradus agnatis.

DE SVCCESSIONE† libertorum.*

TITVLVS VIII

Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularum ius in bonis liberti solùm ab intestato, nullo suo herede relicto. Aret.

NVnc ᵒ de libertorum bonis videamus. Olim ᵖ itaque licebat liberto patronum suum impunè ᵠ testamento præterire. Nã ita demum ʳ lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem ˢ reliquisset, patrono nihil ᵗ in bonis eius iuris erat. Et si quidem ex naturalibus ᵘ liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela ˣ. Si verò adoptiuus filius fuisset, apertè iniquum erat nihil iuris patrono superesse.

Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habebat, non solùm herede instituto, sed etiam ab intestato relicto filio adoptiuo. Ipsum tamen patronum excludebant liberi, siue essent in potestate, siue emancipati, siue etiam in adoptionem dati: dummodo instituti essent, aut præteriti bonorum possessionem petissent. Aret.

1 ¶ Qua de causa postea ʸ prætoris edicto hæc iuris iniquitas ᶻ emẽdata est. siue enim faciebat testamentum libertus ᵃ: iubebatur ita testari, vt patrono partem dimidiam ᵇ bonorum suorum relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio ᶜ. Siue intestatus moriebatur suo † herede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc suum heredem, partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant ᵈ ad excludendum patronum ᵉ naturales ᶠ liberi, non solùm quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati ᵍ: si modò aliqua ex parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto prætorio petierant. nam exheredati nullo modo repellebant ʰ patronum.

l ¶ *Tradidimus*. vt s. §. proxi. & hoc eo. §.

m ¶ *Exceptis*. excipit ab eo quod s. dixerat, qui integrum &c.

n ¶ *Præferuntur*. vt s. de succes. cog. j. respon.

. *Suprà* ᵃ *de successione ingenuoru visum est. Et quia in bonis libertorum est dare successionem: ideo de his subdit. Vnde nota quod dicit hic Accursius de successione libertorum, passiuè accipi, id est, qualiter succedatur eis, non actiuè, id est, qualiter ipsi succedant aliis.*

N*Vnc de libertorum.* *Totus* ᵇ iste titul. diuiditur in tres partes. Primò circa successionẽ libertorũ ponit duplex ius antiquũ. Secundò, ponit statutum circa successionem: & quòd vsque ad quartũ gradũ agnati patronorũ succedũt liberto. Tertiò, ponit aliã nouã constitutionem circa personas & genera libertorum. Secũda ibi, Sed nostra. Tertia ibi, Sed hæc. Aret.

o ¶ *Nunc* quia hucusque de bonis ingenuorum dixit.

p ¶ *Olim*. s. lege duodecim tabul. & hoc est primum ius. quatuor enim sunt, *vt hic, & j. §. j. & §. postea. & §. sed nostra.*

q ¶ *Impunè*. i. sine timore testamenti rumpendi. Accursius.

r ¶ *Ita demum*. & non aliter.

s ¶ *Heredem*. naturalem, vel adoptiuum: *vt j. sinnuir.*

t ¶ *Nihil*. i. nullum ius, secundùm Ioan.

u ¶ *Ex naturalib*. ad differentiã adoptiuorum.

x ¶ *Querela*. i. non poterat patronus cõqueri. Accursius.

y ¶ *Qua de causa postea*. secundùm ius.

z ¶ *Iuris iniquitas*. Dic *vt s. ad S. C. Tert. in pr.*

a ¶ *Libertus*. nullum filiũ habens legitimum, & naturalem: *vt j. eo. § prodesse.*

b ¶ *Dimidiam*. nisi in castris sint bona quæsita: *vt ff. de bo. lib. l. iij. §. patronus.* Accursius.

c ¶ *Bonorum possessio*. vnde legitimi: *vt j. de bonorum possessionib. §. cumque.*

d ¶ *Solebant*. Hoc iure prætorio: nã de primo non erat dubium: *s. ibi. itaque intestato* &c.

e ¶ *Ad excludendum patronum*. s. in totum.

f ¶ *Naturales*. & legitimi.

g ¶ *In adoptionem dati*. si instituti erant, vt sequitur aliàs nec contra tab. datur eis: *vt ff. de contra tabul. l. non putauit. §. in adoptionem.*

h ¶ *Repellebant*. quia pro mortuis habentur: *vt ff. de coniun. cum emancipa. lib. l. j. §. sed & si patrum.*ᵉ nec à iure ciuili respiciũtur: *vt in Auth. de heri. & Fal. §. exheredatos. colla. j.*

a Integrũ ius habere dicitur qui capite minutus non est.
b Successiones quæ ex legib. xij. tabularum veniunt, pereunt capitis deminutione.
c Agnatus defuncti remotior succedit, defuncto exclusis cognatis fratribus & sororibus emancipatis, & iis cognatis qui succedũt vt agnati: sed & patri qui filiũ emãcipauit vt hic. Verum hodie vt agnatus ita cognatus succedit. Nouel. de hered. ab intest. § 1.
d Proximiori gradu cognati toties præferuntur ac succedunt quoties sui, quique inter suos sunt, & agnati nulli præferri debent.
e Succedendi tres sunt ordines.
f Descendentes in infinitũ parentibus suis succedunt.
g Ascendentes deficientibus liberis, liberis suis succedunt gradu suo cõseruato, nimirum, vt priores succedant q. in primo ascẽdentium gradu putà pater & mater, deinde qui secundo & sic deinceps.
h Ascendentibus ad successionem liberorum venientibus concurrunt in eam successionem fratres defuncti ex vtroque parente coniuncti. Imo et eũdem quidam, altero tantũm parẽte nati.
† Legitur quidam de successione in bonis libertorum.
* Sic ff. de bo. liber.
i Frater igitur fratri succedẽs atque excludet auũ: imò non excludet. Et si enim pater & frater defuncti, æquè succedunt de facto, auo excluso: patre tamen defuncti mortuo, etiam auus & omnia locum illi subeunt ex iudiciali æquitate. Authen. defuncto. C. ad Tertull.
k Collaterales collateralibus quo ordine succedant.
l Coniunctio ex vtroq; parente inspicitur in successione fratrum & patris.

a Continuatio.
b Diuisio.
† Et sic adoptiuus est suus heres. sic s. eo. ver. si verò & supra de here. quæ ab intest. defe. § 2.
e Nisi quando tractatur de portione sua, cui accrescat, computatur enim in numero liberorum: vt si ex augens legitimã fratri. secus in fratre minore & d. ha dotata per filiationem succedere primaria: quia non possunt. Ang.

Per legem Papiam patronus vocabatur ad successionem liberti vnà cum filiis ipsius liberti pro virili: nisi tres vel plures fuissent liberi, vel libertus minus centum aureis habuisset in bonis, siue decessisset intestatus, siue condito testamento. Aret.

2 ¶ Postea[a] verò lege Papia adaucta sunt iura patronorum qui locupletiores libertos habebant. cautum[b] est enim vt ex bonis eius qui sestertiorum centum milium patrimonium reliquerat, & pauciores quam tres liberos habebat: siue is testamento facto, siue intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur[c]. Itaque cùm vnum quidẽ filium filiámve heredem reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllo filio filiáve intestatus decessisset. Cum verò duos duásve heredes reliquerat, tertia pars debebat patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

Abiecto antiquo iure, hoc vtimur, vt liberto minori centenario, id est, cuius facultates minores sunt aureis centum, etiam praeterito patrono liberum testandi ius sit: et tamen intestato nulla sobole relicta; patronus succedit. quòd si maior sit centenario, & testatus fuerit patronúmque praeterierit: tunc si careat liberis, vel eos exheredes fecerit patronus per contra tabulas bonorum possessionem quadrantem oneribus liberum, aut illius supplementum, si quid forsan ei relictum fuerit, consequetur.

3 ¶ Sed nostra[d] constitutio quam pro omnium notione[e], Graeca lingua compendioso tractatu habito composuimus[f]: ita huiusmodi causarum definiuit, vt si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus centum aureis habeant substantiam (sic enim[g] legis Papiae summam interpretati sumus, vt pro mille sestertiis vnus aureus computetur) nullum locum[h] habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint[i]. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorũ relicto: tunc patronis ius (quod erat ex lege Duodecim Tabularum) integrũ reseruauit[k]. Cum verò maiores centenariis sint: si heredes, vel bonorum possessores[l] liberos habeant[m], siue vnũ, siue plures, cuiuscunque sexus vel gradus: ad eos[n] successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis[o] vnà cũ sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint: si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronásque vocauimus[p]. si verò testamentum quidem fecerint[q], patronos autem aut patronas praeterierint, cùm nullos liberos haberent, vel habentes, eos exheredauerint, vel mater siue auus[r] maternus eos praeterierint, ita vt non possint[s] argui inofficiosa eorũ testamenta: tũc ex nostra cõstitutione[t] per bonorũ possessionem contra tabulas, non dimidiam, vt antea[u], sed tertiam partem bonorum liberti consequantur[x]: vel quod deest eis, ex constitutione[y] nostra repleatur[z], siquando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita sine onere[a], vt nec libertis[b] liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicõmissa præstentur[c];

a ¶ *Postea.* Tertium ius.
b ¶ *Cautum.* s. l. Papia, & malè: vt & aliàs. *C. de cad. toll. in prin.* Accur.
c ¶ *Deberetur.* ex lege Papia.
d ¶ *Sed nostra.* quarum ius.
e ¶ *Omnium notione.* aliàs omni natione: aliàs omnium notitia.
f ¶ *Composuimus.* & huius, vt credo, habetur mentio in multis locis: vt *s. tit. j. de ser. cog. in prin. & s. de leg. ag. suc. §. fi.*

Centenarius.] Centenarius est qui olim census dicebatur, de quo memini me dixisse tit. de l. Falc. inde centenarium est C. mille sestertiorum, vel ex definitione Iustiniani. C. aureorum quãtitas. & ita accipiendum est quod Suidas scribit in hunc modum: [Greek] & quod alio in loco cùm Prisci cuiusdam Emeseni fallacias describit, [Greek] vbi etiam plura notat de origine praescriptionis centum annorum pertinentia *ad l. vl. de sac. eccl.* Cuia.

g ¶ *Sic enim.* interpositio est.
h ¶ *Nullum locum.* & in hoc non corrigitur lex Papia. ¶ Et not. q[d] prodest paupertas filio liberti. sic & aliàs. *C. de episc. & cler. si quis ad declinandũ. §. fin. auth. in Gl. paupertor.* ADDITIO. ¶ Not. q paupertas prodest: sed à tali prodesse libera nos Domine. *de quo in l. cum non facilè. in Glo. & ff. si cui plus quam per legem Falc. & in l. si quis ad declinandum. §. j. C. de episc. & cler. & in Authen. in relictum. C. de indic. vidui. toll.* Ang.

a Paupertas quare prodesse filio liberti.

i ¶ *Fecerint.* scil. illi liberti minores centenariis.
k ¶ *Reseruauit.* sc. nostra constitutio. s. vt in totum succedat: *vt s. eo. in prin.*
l ¶ *Bonorum possessores.* i. filios emancipatos: *vt s. de hered. quae ab intest. §. emancipati.*
m ¶ *Habeant.* s. liberti.
n ¶ *Ad eos.* s. liberos libertorum: qui tamẽ heredes instituti si se abstinuerint, vel mixti hereditati, in integrũ restituti fuerint, dabitur patrono ius succedendi *vt ff. de bo. lib. l. & si ex modica. §. si filium.*
o ¶ *Omnibus modis.* Sed nunquid econtra moriente filio qui est libertus, praeponitur pater patrono? Respon. sic: *vt s. ti. j. de ser. cog. in §. j. respon.* ADDITIO. No. quòd sicut patronus excluditur per filios liberti, ita etiam per parentes liberti. & idem not. Glo. *s. tit. j. in fi. in verbo, alterius.* Ang.
p ¶ *Vocauimus.* etiã ante fratres liberti: quod dic *vt s. ti. j. in §. j. resp.*
q ¶ *Fecerint.* s. ad extraneos.
r ¶ *Mater siue auus.* quorum praeteritio pro exheredatione habetur: *vt s. de exhereda. liber. §. mater.*
s ¶ *Non possint.* quia iusta causa ingratitudinis intercessit: quae sunt xiiij.[b] *vt in Auth. vt cum de ap. co. §. causas. col. viij.* quo casu nullo iure agunt: *vt in Auth. de immen. do. §. fin. in fin. col. vij.* ¶ Sed quid si filium emancipatum pater praetereat sine causa, vnde contra tab. habet, non autem querelam, videtur admitti patronus. Sed respon. hic largè accipi de inoffi. vt[c] etiã contineas per cõtra tab. *fr. C. fa. trit. l. filiv.* Acc. ADDITIO. Nec obstat quia hodie ad instar filij in potestate praeteriti videmur posse dicere nullum &c. cùm sit sublata differentia emancipationis & patriae pote. quia illud est verum ab intestato, non autem ex testamento. Ang.

b Ingratitudinis causas ... c Testamento inofficiosum ... [illegible]

t ¶ *Constitutione.* s. Graeca. Accursius.
u ¶ *Vt antea.* sicut erat de iure praetorio: *vt s. eod. §. qua de causa.* Accursius.
x ¶ *Consequantur.* scil. quocunque tit. relicti: *vt ff. de bo. lib. leg. iij. §. fin.*
y ¶ *Constitutione.* scil. conditione ex lege Graeca: *vt ff. de cond. ex leg. l. j.*
z ¶ *Repleatur.* Praeter[a] hoc ius succedendi est & aliud ius patronatus, scilicet vt non vocetur ab eo in ius sine venia: *vt C. de in ius vocan. l. ij.* 3 Item vt alat eum: *vt ff. de libe. agn. l. si quis à liberis. §. sole. t.* 4 Item vt turpem actionem vel exceptionem, contra eum non proponat: *vt ff. de dolo malo exceptio. leg. apud Celsum. §. aduersus. & ff. de obse. l. honors. & l. parens.* 5 Item vt possit eum in seruitutem reuocare: *vt in Authen. vt liber. de caetero. §. j. col. vj.* 6 Item vt ibi eum inuenerit, satisfaciat reuerentiam: *vt ff. de in ius vocando. l. generaliter.* ¶ Et haec[b] iura multis modis perduntur. 1 Primò, si patronus remiserit: *vt in Authentic. vt liber. de caetero, §. illud. col. vj.*[c] 2 Item si compulit libertum iurare, ne accipiat vxorem, vel libertam ne nubat: *vt ff. de iure patro. l. qui contra legem. & l. adigere.* 3 Item si denegat ei alimenta: *vt ff. de bo. liber. l. si patronus non aluerit.* 4 Item propter tertiae partis concessionem: *vt hic, & ff. de bonis liber. l. etiam. §. sequens.* 5 Item si alteruter eorum relegatus fuerit, vel deportatus: *vt ff. de iure patrona. l. fine.* 6 Item si natalibus restitutus est libertus: *vt ff. de bon. libert. l. etiam. §. j.* 7 Item si mercedem pro futuris operis à manumisso liberto extorsit: *vt ff. de agno. libe. leg. si quis. §. si quis.* 8 Item si libertus domini mortem vindicauerit: *vt ff. de iure patrona. l. penult.* 9 Item si eum patronus capitis accusauerit: *vt ff. de bonis liberto. l. qui, cum maior. j. respon.* 10 Item si non suis nummis emptus est, vel à principe factionem liberam testamenti impetrauerit: *vt ff. de bonis liber. leg. etiam. §. j.* Accursius.

a Ius patronatus in quibus consistat.

b Ius patronatus quibus ex causis amittatur.

c Dic hoc verum quod ad ius & eas denique. semper. remanet tamen sine ius reuerentiae, quam vis semel sit ius patronatus: ac eum tollat ex aliis non ... sed illum in personam ... compescit etiam eum in seruitutem reuocare: vt ... C. de liber. ... Ang.

a ¶ *Sine onere.* sic in *Authen. de hered. & Fal. §. non autem. coll. j.* Accursius.
b ¶ *Libertis.* quibus dantur aliàs legata etiam rupto testamẽto per contra tab. *vt ff. de leg. prae. contra tab. bon. poss. pe. l. j.*
c ¶ *Praestentur.* Sed cum filij sint, quare non excludunt patronum: *vt §. eod. §. cùm verò maiores?* Respondetur, hi filij erant ingrati: *vt s. eo. § si verò.* 2 Vel dic quòd hi liberi erant nepotes, qui & liberi dicuntur: *vt ff. de verborum significatio. l. liberorum.* & eos praecedit eorum pater, & eis talia legata dabantur: *vt ff. de liberis praeteritis. l. j. §. generaliter.*

a ¶ *Ad coheredes.* Sed nunquid in solidū tenebuntur coheredes? R sp. non: *vt ff. de le.iij.l.fi.§.fi.& de vulgari substitutione l.& si ultra tab*

b ¶ *Multis aliis casibus.* qui sequuntur statim.

c ¶ *Patron.atque.* *vt ff. de bo.liber.l.patrono.*

d ¶ *Liberi.* *vt ff. de bonis liber.l. si pater exheredato. & l. si ex patronis. §.Julianus.*

e ¶ *Vsque ad quintum gradum.* Nunquid filius trinepotis ipsius patroni, vel etiam ipse trinepos admittetur? Videtur quod nō: quia hic dicit vsq; ad quintum gradum. si quis tamen velit cōtradicere, illud pro se inducet, quòd nō omnes ascendentes sui patris loco succedūt: *vt i. de hered. que ab intestato. § cum filius. & in Auth. de hered. ab intesta. § j. colla. ix.* ADDITIO. Ista glo. non procedit, duplici ratione. Primò, quia hic non assumitur persona alterius, vt cum altero pariter succedat. Secundò, quia etiā in casu vbi assumitur, hoc nō est vsque in infinitū, vt per Ang. hic.

f ¶ *Vocentur.* per nostram constitutionem: licèt olim per bonorum possessionem tanquam ex familia vocarentur: *vt i. de bon.poss. §. sunt autē. versi. sed. quinto tanquam.*

g ¶ *In capita.* cum eodem gradū plures inueniātur: aliàs patruus nepotem ex fratre excludit: *vt ff. de bo. liber. l. si libertus praterito. § si libertus. in fin.* Accursius.

h ¶ *Veniunt.* scilicet ab ipsis patronis.

i ¶ *Penè.* Propter tria[b] dicit penè: & quia hic vsque ad quintū gradū succeduntur, vt hic dicitur: aliàs vsque ad decimum vel sextum: *vt i. de success. cogna. §. fi.* Itē quia hic in capita succedunt, vt hic dicitur. aliàs non ita: *vt i. de heredi. que ab intestato. §. & quia placuit. aliàs est versic. in § cum filius.*[a] Item quia vnus patroni filius excludit nepotes ex altero: quod non est ita in ingenuis licèt M. contra dixerit: *vt ff. de bo. libe. l. si libertus praterito. § si libertus. & de legit. tu. l. tutela. §. si duo.* Ac.

k ¶ *Peruenerunt.* i. qui facti sunt plenè liberi.

l ¶ *Quodammodo:* non enim est verè peculium, cum sint liberi: *vt C. de inoffi. testa. l. fin. in fin.*

m ¶ *Nominatim.* quid hoc sit, dic *vt i. de exhered. liber. §. j.*

n ¶ *Eorum.* s. manumissorum.

o ¶ *Quibus.* s. Latinis.

p ¶ *Ad ciuitatem Romanam.* s. vt ciuis Romanus efficeretur, impetrando ius aureorum anulorum, vel natales: quod inuito patrono non est faciendum: *vt ff. de natal. l. ij. in fi. & l. pen. in fi.*

q ¶ *Constitutione.* *vt C. de Lati. liber. tol. per totum.* Accursius.

r ¶ *In perpetuum deleri.*[a] Not. quòd quando[b] fit abrogatio alicuius iuris, intelligitur esse perpetua: quia lex semper loquitur, & est in viridi obseruantia. *vt l. Arriani. C. de haret.* Ang.

f ¶ *Quibusdā adiectionib.* s. x. vel xj. casibus: *vt C. de Lati. lib. tol. per totum.*

a Ficti vitio, sic in § cum filius.

b Successio libertorum & ingenuorum triplici differt.

a Nec Glo. est Accursii.

b Abrogatio omnis in dubio intelligitur & perpetua pene.

sed ad coheredes[a] eorum hoc onus redundet.

Liberto non tantùm patronus succedit, sed etiam coniunctis ipsi patrono vsque ad quintum gradum, in capita tamen: & qui proximior est patruo, prafertur. Aret.

Multis aliis casibus[b] à nobis in præfata cōstitutione cōgregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionē iuris perspeximus: vt tā patroni patronæq;[c], quàm liberi[d] eorū, necnon qui ex trāsuerso latere veniūt, vsque ad quintū gradū[e] ad successionē libertorū libertarúmve vocētur[f], sicut ex ea constitutione intelligendū est: vt si eiusdē patroni vel patronæ, vel duorum duarúmve vel plurium liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocet̄ successionē: & in capita[g], nō in stirpes diuidatur successio: eodem modo & in his qui ex transuerso latere veniunt[h], seruando. Penè[i] enim consonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus.

Differentia inter libertos est hodie sublata: & ideo pradicta procedūt in omnib. libertis: quia hodie omnis manumissus efficitur ciuis Roman[o]*. Aret.*

4 ¶ Sed hæc de his libertinis hodie dicēda sūt, qui in ciuitatē Romanā peruenerunt[k]: cum nec sint alij liberti, simul & dedititiis & Latinis sublatis: cū Latinorū legitimæ successiones nullæ penitus erāt: quia licèt vt liberi vitam suā peragebāt, attamen ipso vltimo spiritu simul cū anima libertatē amittebant: & quasi seruorū; ita bona eorū iure quodāmodo[l] peculij, ex lege Iunia Norbana manumissores detinebāt. Postea verò senatuscōsulto Largiano cautum fuerat, vt liberi manumissoris nō nominatim[m] exheredati facti, extraneis heredibus eorum[n] in bonis Latinorum præponerentur. Quibus[o] etiam superuenit diui Traiani edictum, quod eundem hominē, si inuito vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam[p] venire ex beneficio principis festinabat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum verò morientem. Sed nostra constitutione[q] propter huiusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iuniam, & senatusconsultū Largianum, & edictū diui Traiani in perpetuum deleri[r] censuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur: & mirabili modo quibusdē adiectionibus[f] ipsas vias quæ in Latinitatē ducebant, ad ciuitatem Romanam capiendam transposuimus.

DE ASSIGNATIONE libertorum.

TITVLVS IX.

Patrono duos pluresve liberos in potestate habenti concessum est libertum vni liberorum assignare: per quā assignationē is cui assignatur, solus efficitur patronus & successor in bonis liberti, aliis liberis prorsus exclusis. quod si is cui assignatio facta fuit, sine sobole decedat, ad cateros ius patronatus transfertur. Item emancipatione eius cui fuit assignatus libertus, assignatio prius facta euanescit.

IN summa, quod ad bona libertorū attinet, admonendi sumus, censuisse senatum[t], vt quamuis ad omnes patroni liberos qui eiusdē gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant[u], tamē licere parenti, vni ex liberis assignare libertū, vt post mortē eius[x] solus is patronus habeat, cui assignatus est: & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadē bona nulla assignatione interueniēte pariter admitterētur, nihil iuris in his bonis habeant: sed ita demū pristinū ius recipiant, si is cui assignatus est decesserit nullis liberis relictis.

1 ¶ Nec tātum libertū, sed etiam libertam: & non tantum filio[y] nepotive; sed etiam filiæ neptive assignare permittitur.

Vni ex liberis in potestate potest libertus assignari in omni voluntate, & quibuscunque verbis. Are.

2 ¶ Datur autē hæc assignādi facultas ei qui duos pluresve liberos[z] in potestate habebit: vt eis quos in potestate habet, assignare libertū libertámve liceat. Vnde querebat̄, si eū cui assignauerit, postea emācipauerit, nū[a] euanescat[b] assignatio. Et placuit euanescere: qd̄ & Iuliano & aliis plerisque visum est. 3 ¶ Nec inter-

DE ASSIGN. LIB.

Supra[c] visum est quodammodo patroni & eorū liberi succedant libertis. Verum quia liberti interdum consueuerunt assignari liberis patronorum, ideo de hac assignatione subdit. Portius.

IN summa quod.] Totus iste tit. diuiditur[d] in tres partes. Primò, q pater pōt vni ex liberis libertū assignare: & ille solus liberto succedit. Secundò declarat quib[9] liberis hoc fieri pōt. Tertiò, quib[9] verbis, & in qua volūtate. Secūda ibi, Datur autē. Tertia ibi, Nec interest.

c Cōstitutio.

d Diuiso.

t ¶ *Senatū.* cuius verba sunt *ff. eo. de assigna. lib. l. j.*

u ¶ *Pertineant.* nulla s. facta assignatione.

x ¶ *Eius.* s. patroni.

y ¶ *Filio.* Et postumo: *ut ff. eo. de assign. lib. l. fi.*

z ¶ *Pluresve liberos.* nā in vno non est necesse. A.

Vt eis quos in potestate. Non etiā emancipatis: idq; ipsa S.C. verba indicāt. Sed obst. *l. ix. D. e. tit.* quā ego sic explicādam esse censeo. Assignatio tūc vtilis est, cū duo aut plures sunt in potestate. Si vnus tātū sit in potestate, nulla est adsignatio. Emancipatis quoque remotis suis facta adsignatio nulla est. Et hæc quidē omnia dubitatione carēt. Dubitari tñ pōt an emancipatio postea facta adsignationē adiuuat? quod in hoc §. definitur. Dubitari & illud pōt, an si præter emancipatū duo existāt sui, possit patronus nō tantū vni ex suis, sed simul etiā emācipato adsignare? qd̄ in illa l. ix. ita definitur, vt possit q. vni ex suis & emācipato pariter adsignare: atq; ita vt qd̄ per se nō haberet emācipat[9], id per cōiūctā personā habeat, *vt in l. mulieri de bon. & dem. l. vlt. de lib. & posth.* Quòd si vnus tantum sit in potestate, vnus emancipatus, & vtrique fiat adsignatio: quæ in persona sui nulla est adsignatio, nec propter emancipatum vtilis futura est & ita censeo. Co.

a ¶ *Nunquid.* i. an.

b ¶ *Euanescat.* *ff. e. l. vtrum ei contra.* Sol. secūdum Pla. tñ

Pla. ibi valet assignatio facta emancipatione hoc perdatur, si antea facta fuerit assignatio, *vt his arg. ff de arbi. c. l. non distinguemus. §. sacerdotio.* a Vel dic secundū Azo. quòd in l. cōtraria nō dicit fieri assignationē in emācipatū: sed quærit an soli fieri in potestate possit. sed *nec in d. l. de arbi.* dicit solui cōpromissum sed nō cōpelli sententiā dicere. Accur.

ADDITIO. Requiritur ergo vt assignatio teneat, q̄ filius sit in potestate, vt hic: siue sit exheredatus, vel non: siue iā nat⁹, siue posthumus: *vt l. j. §. j. & l. f. ff. e.*

a ¶ *Quibuscunque verbis.* etiam nutu[a]: *vt ff. eo. l. j. §. assignare.* & purè, vel sub conditione: *vt ff. eo. l. assignare.*

a Quod facit obligatus assignare vedetus non teneatur tradere fundos, nec dominium eorum: sed sufficit dicere, super tali fundo recipiatis. de quo vide Ioan. Fa. hic.

† ff. a. l. 2. legitur Velleio Rufo, &c.

† In nōnullis exemplaribus non indiligēter recognitis legitur, Sabellio Rufo & Asterio Scapula consulibus.

est an testamento quis assignet an sine testamento, sed etiā quibuscunque verbis[a] hoc patronis permittitur facere, ex ipso senatusconsulto quod Claudiani temporibus factum est, Suillo† Rufo, & Hostorio Scapula† consulibus.

DE BONORVM POSSESSIONIBUS.

TITVLVS X.

Bonorum possessiones introduxit prætor, iuris ciuilis emendandi, impugnandi, & coadiuuandi seu confirmandi gratia, quæ tam ex testamento, quàm ab intestato competunt: ex testamento quidem dua, ab intestato verò octo: quarum quatuor vtpote supernacuas resecauit Iustinianus, & ad sex ordinarias omnes redegit: septimamque extraordinariam adiecit, cui locus est quotiens noua. l. bon. possess. ex testamento vel ab intestato alicui defertur.

DE BONORVM possessionibus.

Supra visum est de hereditatibus quæ ex testamento & ab intestato deferūtur iure ciuili, & partim iure prætorio. Verū quia prætor interdū emēdauit, interdū cōfirmauit ius ciuile in successione testati & intestati, dādo bonoris possessionē, ideo subdit de bonorum possess.

IVs bonorū.] Totus iste tit. diuidit in quatuor partes. Primò ponit causas ꝓpter quas fuit introducta bo. pos. de iure ꝑtorio. Secūdò ponit quas bon. poss. prætor facit. Tertiò imper. quasdā corrigit & emēdat. Quartò, quantū tēpus & quale statutū sit ad agnoscēdā bono. pos. Secūda ibi, Sūt autē bonorū. Tertia ibi, Sed eas quidē. Quarta ibi, Cūgitur plures.

CASVS. Domine, iā video q̄ vos vultis tractare de bo. poss. dicatis igit mihi si placet, quare bo. poss. inuenta fuerit. Ad hoc respo. Amice, ioa bon. pos. introduxit prætor gratia antiqui iuris emēdādi. Nec enim solùm in hereditatibus intestatorū antiquū ius per bo. poss. emēdauit prætor, vt supra dictū est: sed etiā in hereditatibus eorū qui facto testamēto decesserunt. Nā olim si alienus posthumus ab aliquo esset institutus, quāuis iure ciuili hereditatē adire nō poterat, vtpote quia institutio nō valebat: iure tamē prætorio iuuabat, & ad bono. pos. admittebatur. Et ita loquitur in hoc casu, qualiter prætor vetus ius & facto testamēto per bo. poss. emēdauit. Sed licet hoc de iure antiquo obtinebat, hodie tamē per nostrā constitutionē huiusmodi posthumus alienus rectè institui potest, tāquā iuri ciuili nō cognitus. Sed quanquā dixerim tibi q̄ prætor introduxit bo. poss. gratia antiqui iuris emēdādi, aliquādo tamē neque emēdandi, neque impugnādi antiqui iuris, sed magis cōfirmādi gratia prætor bo. poss. pollicetur. Prætor enim non solū indigētibus à iure ciuili exclusis, sed etiā nō indigētibus, suū tribuit auxiliū. Nā & illis qui in testamēto facto heredes instituti sunt, & de iure ciuili adire polsūt bo. pos. secundū tab. testamēti pollicetur. Itē ab intestato suos heredes & cognatos ad bo. poss. admittit. Hi tamē omnino bon. possess. remota de iure ciuili ad hereditatē admittuntur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Quos autē. Fraocis.

b ¶ *Ius bonorum possessiona.* i. bonorum possessio, quæ[b] est ius persequendi retinendique patrimonij quod cuiusque cùm ia moritur, fuerit: *vt ff. eo. l. ij. § bonorum.* Accur.

c ¶ *Emendandi.* i. supplendi, quia minus plenè dixerat ius ciuile, nō cognoscēs emācipatos: *vt j. de here. quæ ab intest. ato §. emācipati. sic ff. ad l. Rhodiā de iactu l. vlt. §. j. & §.* a Vel dic emendādi propriè vt in agnatis fœminis, vbi ius prætoriū contra ius ciuile induxit: *vt j. de legit. agn. suc. §. cæterum versi. sed quia & in posthumo. vt j. §. proxi.*

¶ *Vel potius supplendi.* Addidi, vel potius supplēdi: *vt in §. media de Institut.*

b Bonorū possessionē aliud, & aliud possessionē bonorum, hinc colligunt quòd altera iuris sit, altera verò facti. quæ quid sint, vide hic apud Bald. Ioan. Pla. & Pe. Ias. in addi. ad Pot. Accur. ita appellatur. vide apud eū. dā Pot. eo. §.

leg. agn. suc. vt puta cùm prætor cognatos vocat, aut posthumo alieno defert bo. poss. sec. tab. supplet ius ciuile nō etiā impugnat. eos namque lex nominatim hereditatem capere non prohibet: alioquin nec bonorum eis possessio daretur *l. non est. D. de bon. possess.* Sed tamen qui supplet, etiam emendat. Cuiacius.

non valebat: honoratio[g] tamen iure bonorum possessor[h] efficiebatur, videlicet cùm à prætore adiuuabatur. Sed & is[i] à nostra constitutione[k] hodie rectè heres instituitur, quasi & iuri ciuili non incognitus[l]. Aliquando tamen neque emēdandi[m], neque impugnandi[n] veteris iuris[o], sed magis confirmandi gratia prætor pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque qui rectè testamento facto hæredes instituti sunt, dat secundùm tabulas bonorum possessionem[p]. Item ab intestato suos heredes, & agnatos ad bonorum possessionem vocat. sed & remota[q] quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas iure ciuili.

Prætor solus non facit quem heredem, sed loco heredis. Aret.

2 ¶ Quos autem solus vocat prætor ad hereditatē[r]: heredes quidem ipso iure nō fiunt. nam prætor† heredē facere non potest. Per legē enim tantū, vel similē iuris cōstitutionē heredes fiunt, veluti per senatuscōsulta[s], & cōstitutiones principales sed cùm eis prætor dat bonorū possessionē, loco† heredum constituuntur[t], & vocantur bonorum possessores.

Prætor ampliat successionis materiam vlterius quàm sit per l. xij. tab. h. d. Aret.

d ¶ *Emendauit.* expone: vt s.

e ¶ *Alienus posthumus.* q. s. fit[a], *dic vt s. de h. § post.*

f ¶ *Nō poterat.* cōtra: vt s. *de h. § posth.* Sol. vt ibi.

g ¶ *Honorario.* cōtra *ff. e. l. nō est vbicūq.* cōtra. Sed hic specialiter ex illa regula excipitur per ipsū prætorē: & quo ad hoc derogat illi regulæ generali, quia non est dubiū quin generi per speciē derogetur: *vt ff. de pænis l. sanctio legum.*

b ¶ *Bonorum possessio.* secundùm tabulas.

i ¶ *Sed & is. s.* posthumus alienus. Accur.

k *Cōstitutione.* Græca *vt s. de leg. §. posthumus.*

l ¶ *Nō incognitus.* sed cognitus. Nā cōstitutiones sunt de iure ciuili: *vt ff. de iustit. & iure l. ius autem ciuile.*

m ¶ *Neque emēdādi:* vt s. *eo. j. respon.* Et dic emendādi, id[b] est supplēdi.

n ¶ *Neque impugnādi.* vt *s. proxi. respon.* ¶ Et dic, id est corrigendi.

¶ *Neque impugnādi.* Impugnare ius videt bo. poss. cou. tab. vt appellatio ipsa significat. nec enim cōtra heredē datur, sed contra tabulas, contra lignum, cōtra testamentum maximè cū liberis emancipatis datur, aut patrono præterito. Cuiac.

u ¶ *Veteris iuris.* sc. ciuilis.

p ¶ *Bonorum possessionē.* Nota tres vias ꝑtoris.

q ¶ *Remota* Quare ergo fecit prætor? Respō. vt successorib. vias ampliaret: vt j. eo § *quos sic ff. de leg. ij. l. cum filius. § varijs.* Arg. cōtra *ff. nau. caup. sta l. eadem. § sed an, et & § sed si grat. s.* ADDITIO. Dic quòd imò concordant. quia ibi etsi non necessariū, vtile tamen fuit prætorē se intromittere: quia qui recipit, omnino tenetur, vt ibi, quod nō semper erat de iure ciuili, secundùm Angelum hic.

¹ Tu verò videto hic apud Pet. & ibidē de triplici posthumo ibidē in addi. ad Generi per speciē derogatur.

b Emēdat qui vt supplet.

† Heredē directò prætor facere nō potest: obliquè, potest: idque propter identitatem, æquitatem & causa public. ac naturalis.

† Heres propriè dicit qui directò & iure ciuili est heres impropriè loco heredis, qui obliquè & effectu heres.

[*Quos autem*] CASVS. Domine, iā video q̄ prætor succurrit non solū indigētib⁹. sed ꝑ Deo, nūquid est & alia differētia inter eos qui de iure prætorio, & eos qui de iure ciuili succedunt? Ad hoc respō. q̄ sic. Illi enim quos solus prætor ad successionē vocat. ipso iure heredes non sunt. Nā prætor heredes facere non potest. Per legē enim tantū, vel per similē constitutionē iuris, velut per senatusconsulta, vel per constitutiones principū fiunt heredes: sed illi quibus prætor dat bo. poss. loco hæredū constituuntur, & in bo. poss. loco hæredum inducuntur, & bonorū possessores appellantur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. adhuc autem.

r ¶ *Ad hereditatē.* i. ad successionē: vt emācip. ab intestato, & cogn.

s ¶ *Per senatusconsulta.* Tertyl. & Orfit. ia.

t ¶ *Constituuntur.* vt *C. de suis & legitimis here. l. fin.* ADDITIO. Idem in succedentibus ex cōstitutione alicuius Baronis vel Marchionis: quia cēsetur esse ius prætoriū. ¶ Et not. q̄ nō habēt nisi actiones vtiles, nec ciuiles efficiuntur prætoriæ, secundùm Angelum.

[*Adhuc autem.*] CASVS. Domine, iā video quare prætor introduxit bo. poss. & in quo differāt illi qui admittūtur de iure ciuili, ab his qui de iure prætorio admittūtur. nunquid est aliqua alia ratio quæ mouit prætorē vt ipse successiones ampliaret? Et ipse respōdet q̄ sic. Adhuc enim omnes alios grad⁹ in bon. poss. dādis fecit prætor. Multū enim studuit prætor ad hoc, ne aliquis sine successione moriatur: & ideo ius percipiendarū hereditatum per legē

duodecim tabularum in finibus angustissimis constitutum prætor ex bono & æquo (bonorū possess. introducendo) dilatauit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Sunt autem bonorum possessiones. cuius casus est planissimus vsque ad illum §. Sed eas. Franc.

a ¶ *Complures* quàm lex duodecim tabularum, vel quàm dixerat.

b ¶ *Ne quis. sic ff. de interrogat. act. leg. quia in princ.*

c ¶ *Nē angustissimis.* nā sui heredes & agnati tantùm succedebāt de iure ciuili ius integrū habentes: quia nō sunt emancipati. de aliis enim non dicitur: vt s. *de heredit. quæ ab intestat. §. j. & de legiti. agn. succ. in princ.*

d ¶ *Præteritis liberis.* siue emancipatis: siue nō: vt *C. de lib. præter. l. maximū. vitia princip.* Accur. contrà. Non tamē datur exheredatis: item nec institutis, nisi cōmisso* edicto per præteritos: *vt l. non putaui. in princ. & §. fin. ff de bonorum possess. contra tab.* licèt adhuc dictus præteritus non petat, nec ampliùs petere possit contra tabulas, secundùm Angelum.

* Committere edictum, i. aperire edictū instituto de chiro ra. quod facit præteritus petendo. Glo. in l. j. §. si quis à liberis ff. de contra tab. non instituti no ipso quòd alii sunt præteriti, habent bo. poss. contra ta. Glo. in l. si post mortem. § fi. ff de bo. poss. contra tab. & non solùm ex eius edictum, per natum, sed etiā per nasciturū l. illa l. §. fi. ff. de statu liberis

e ¶ *Contra tabulas.* Sed quare datur suis cōtra tabulas: cum ipso iure nullū sit testamentum: vt s. *de exhereda. lib. in princ.* Respon. duas habet vias, vnam de iure ciuili, per quam potest dicere nullum. Aliam de iure prætorio, per quam non dicit nullum, sed annullandum: cùm nec fieri, nec desinere possit heres de iure prætorio: *vt C. de liber. præteri. l. fina. & supra eodem. §. quos autem.* ¶ Item quare contra tabulas dicitur ex testamento: cùm magis contra testamentum dici deberet, cùm rumpit testamentum: *vt C. de colla. l. vt liberis?* Respond. ideò sic dicitur, quia sine testamento competere non potest. ¶ Item quare hanc præmisit, cùm secundùm tabulas dignior sit? Respond. quia donec ista competit, illa dari non potest: *vt ff. de contra tabu. leg. illud. §. fina. & de secund. tabu. l. j. §. acquissimum. j. respon.* ¶ Item nunquid hæc parenti datur contra tabu. filij emancipati? Respond. sic, ad instar patroni. *vt ff. si à patre quis fuerit manumissus l. j. & argu. ff. de bonis damn. l. fin. sic ff. si tab. testa. nul. extal. j.*[a]

† Idem terè operatur bon. poss. contra ta. & querela inofficiosi testamenti, sed illa de iure prætorio: hęc de ciuili.

a Etiam si sit nullum testamentum: vt quia sine causa præteritus sit, sicut de filio suprà dictum est. & hæc vera in descendentibus per masculinū sexum: secus si per fœmininum, quia datur querela tantùm. l. iii. ff. ad testamenta. ff. de contra tab. Angel.

f ¶ *Secundum tabular. sic ff. si tabu. testa. nullæ ext. l. j.* Et hoc quando testamentum factum est in scriptis. aliàs secundùm nuncupationem: *vt C. de secundis tabul. l. ij.*

g ¶ *Fecit. sic ff. si tab. testa. nullæ extat. l. j. in princ.*

h ¶ *Primo loco.* i. inter eas quæ ab intestato deferuntur. ¶ Et nota hunc ordinem qui sequitur, in edicto fuisse: sed non in obseruando: *vt j. sequitur.*

i ¶ *Connumerantur. vt supra de heredi. quæ ab intesta. §. ij. & §. emancipati.*

k ¶ *Vnde liberi.* Quid erit econtra filio emancipato mortuo? Responde. pater habet bonorum possessionem. Vnde parentes, vel Vnde liberi viriliter: cum æqua ratione vocent patrem ad hæreditatem filij: *vt ff de inofficio. testamento. l. nam & si. & ff. Vnde liberi l. scripto.* s Vel d. c. vnde legitimi: cùm semper contracta fiducia cum emancipet: *vt s. de legitima agnatorum successione. §. fi.* ¶ Itē nunquid filio in bonis matris datur hæc bonorū possessio. Resp. non: *vt C. de suis & legitimis heredibus l. finali.* ¶ Item nunquid in aliis vlterioribus ex linea descendentibus supradicta seruantur, scilicet vltra filios? Respon. sic, cùm omnes inferiores dicantur liberi: *vt ff. de verborum signif. l. liberorum in princ.* Accur.

l ¶ *Secundo legitimis.* i. agnatis, & eis qui eorum loco sunt: *vt s. de legiti. agna. success. §. j. & ij. & §. hoc etiam. & ff. vnde legiti. l. ij. §. hæc autem. ij. & l. iij.*

m ¶ *Tertio decem personis,* quas extraneo manumissori, id est ei qui emebat filium à patre, & postea eum manumittebat[b]: nam sic fiebat olim emancipatio: *vt s. quib. mo. ius patr. pot. sol. §. parterea. vel melius vt j. re §. quæ autem.*

b Placet Fab. & Ang.

o ¶ *Quartò cognatis.* qui iure ciuili non vocantur: *vt ff. vnde cog. l. j. j. respon. & s. de success. agn. j. respon.*

o ¶ *Quinta tum quem ex familia.* quæ dabatur patrono liberto moriente intestato: sequēs dabatur eodem liberto moriente cum testamento, secundùm quosdā. a Vel dic[a] quòd hæc familiæ, id est agnatis transuersalibus patroni datur vsque ad quintum gradum: *vt ff. de verborum signifi. l. pronunciatio. §. familiæ. & j. eod. §. cumque. & s. de success. lib. §. multis.* Sequens patrono & descendentibus & ascēdentib. vsque ad quintum gradum. Prima enim non valet, cū hic tractetur tantùm de his quæ ab intestato deferuntur.

a Idem Iaso. Fab. Ang. & Ias.

Adhuc autem & alios cōplures[a] gradus prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis[b] sine successore moreretur. Nam angustissimis[c] finibus cōstitutum per legem duodecim tabularū ius percipiendarum hæreditatum prætor ex bono & æquo dilatauit.

Decem bonorum possessiones hic enumerantur, quarum duæ primæ competunt testamento facto: reliquæ verò ab intestato. Anger

3 ¶ Sunt autem bonorū possessiones ex testamento quidem hæ: Prima, quæ præteritis liberis[d] datur, vocatúrque *Contra tabulas*[e] †. Secunda, quam omnibus iure scriptis heredibus prętor pollicetur, ideóque vocatur *Secundum tabulas*[f]: Et cùm de testatis priùs locutus est, ad intestatos transitum fecit[g]. Et primo loco[h] suis heredibus, & his qui ex edicto prætoris inter suos heredes connumerantur[i], dat bonorum possessionem quę vocatur *Vnde liberi*[k]. Secundò legitimis[l] heredibus. Tertiò decem[m] personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæ: pater, mater, auus, auia, tam paterni quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio quàm ex filia: frater, soror, consanguinei vel vterini. Quartò cognatis[n] proximis. Quintò *Tum quem † ex familia*[o]. Sextò patrono[p], patronæque, liberísque eorum, & parentibus. Septimo[q] viro & vxori. Octauò cognatis manumissoris.

† Sunt prima edicti verba, vt in l. j. §. ex duobus ff. Vnde leg. l. ex illa ff. de verb. sign. Cuiac.

p ¶ *Sexto patrono.* Quare primò agnati patroni vocātur, quàm ipsi patroni? Respon. hic ordinem edicti seruat, non qualiter succedi de facto debeat: & hic error in aliis casibus inuenitur.

q ¶ *Septimo.* deficiente parentela, & fisco exclusio: *vt C. vnde vir. & vxor leg. j.*

Sed eas.] CASVS. Domine, iam video quòd prætor decem bo. pos. introduxit, duas ex testamēto, & octo ab intestato. nunquid remanēt omnes in statu suo? Ad hoc respond. quòd non. Nam licèt supradictas decem bon. posses. prætor. ex sua iurisdictione introduxit, à nobis tamen nihil sine cura & studio prætermissum est: sed per nostras cōstitutiones omnia corrigentes, duas bo. pos. ex testamento à prætore introductas, videlicet contra tabu. & secundùm tab. vtpote necessarias cōstitutas, diuisimus. nihil penitus circa eas immutātes: & similiter ab intestato bonorum posses. Vnde liberi, & bonorum posse. Vnde legitimi, in suo ordine & vigore remanere permisimus. Illam autem bonorum poss. quæ appellatur. Vnde decem personæ, & quæ in edicto prætoris quinto loco posita fuerat, adnumeratis videlicet duabus bonorum possessionibus: eam pio proposito & cōpendioso sermone superuacuam esse ostendimus. Cùm enim prędicta bonorum possessio decē personas supra enumeratas extraneo manumissori præponebat, id est illi qui non contracta fiducia succedendi emācipauerat: nostra cōstitutio de emācipatione liberorū facta, omnib. parentibus liberos manumittentibus, hoc gaudere priuilegio cōcessit, vt ex ipsa liberorū emancipatione (licèt hoc non dicatur expressè) fiduciam succedendi tacitè videātur contraxisse. Manifestè ergo liquet prędictam bonorum possessionem. Vnde decē personæ, superuacuam esse: cum nullus hodie manumissor nostræ cōstitutionis auctoritate (vt dictū est) sine contracta tacitè fiducia succedendi in bonis manumissi intelligatur manumittere. Sublata igitur quinta bonorum poss. in gradum eius & locum illā bonorum poss. quæ antea sexta fuerat, videlicet bonorum poss. Vnde cognati, per nostram cōstitutionem induximus: & eandem quintam fecimus: & cùm olim in edicto prętoris septimo loco posita fuerat bon. posses. quasi ex familia, & octauo loco bono. poss. Vnde liberi patroni patronæque & parentes eorum: vtramque per nostrā constitutionem de iure patr. factā euacuauimus. Cùm enim ad similitudinē successionis ingenuorum, libertinorum successiones vsque ad quintum gradum coartātes posuerimus: sufficiunt prædictis personis tam contra tab. bon. poss. quàm Vnde legitimi, & Vnde cognati, per quas possint prædictę personę sua iura vindicare: omni scrupulositate & inexplicabili errore duarum prædictarum bo. pos. remota. & bonorum poss. vnde vir & vxor, quæ inter veteres bonor. possessiones in nono loco posita fuerat, in suo vigore seruauimus: & altiori loco, id est sexto eam posuimus. decimā verò bon. poss. quæ appellabatur. Vnde cognati manumissoris, propter prędictas causas meritò abrogauimus: vt tantùm sex bonorū poss. ordinariæ permaneant suo vigore pollentes. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. septima eas. Franc.

r *Sed eas.* i. supradictas decem bonorum possessiones.

Bonorum possessiones contra tabulas, & secundùm tabulas: item Vnde liberi, & Vnde legitimi, siue agnati: hodie sunt necessaria.

4 ¶ Sed eas[r] † quidē prætoria introduxit iurisdictio: à nobis

† Decem bonorum possessiones.

Incuriosum.

a ¶ *Incuriosum.* id est sine cura.
b ¶ *Constitutionibus.* quæ remanserunt in Græco. Accursius.
c ¶ *Necessarias.* i. utiles: sic ff. de off. præto. l. j. in princ. ADDITIO. Dic, imò aliquæ sunt necessariæ ut j. eo. §. fi. & c. Angel.
d ¶ *Quinto loco.* s. connumeratam ce bonorum possessionibus ex testamento & ab intestato.
e ¶ *Manumissori.* Expone ut supra §. iij. Vel dic quod extraneus manumissor est ipse pater quando non ex contracta fiducia emancipat. Sed si quæras, quare sibi ipsi præfertur? Resp. sanè intelligas, ut pater auum emancipantem nepotem præcedat, vel si ipse pater emancipauit, inueniuntur tamen nouè personæ quæ eum præcedunt.
f ¶ *Constitutio.* C. de emancipa. lib. l. fi.
g ¶ *Manumissoribus.* i. emancipatoribus.
h ¶ *Contracta fiducia.* id est saluo iure succedendi. Accursius.
i ¶ *Manumissionem.* id est emancipationem.
k ¶ *Dedit.* i. concessit.
l ¶ *Manumissio.* id est emancipatio.
m ¶ *Supradicta bonorum possess.* unde decem personæ.
n ¶ *Constitutionem.* de qua habuimus mentionem. S. de succ. lib. §. sed nostra.
o ¶ *Posuerimus.* ut S. de succes. liber. §. multis.
p ¶ *Sufficit eis.* scilicet tam cognatis quàm agnatis patroni. ADDITIO. Qui excludunt agnatos & cognatos ipsius liberti: ut l. liberto siue liberis. ff. de bo. li. nec eis fit iniuria: quia si stetissent in seruitute, non habuissent cognationem.
q ¶ *Altiori.* Hinc trahe quod digniores altiori loco sedere debent, & est altior, qui primior domino est. tyrones verò posteriori: ut C. de tyro. l. fi. lib. xij. & ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. penult. C. de offic. rect. pro. l. pastoris. Accursius.
r ¶ *Decima.* bene dico sexto posui: & hoc dico sublata decima. Accur.
s ¶ *Enumeratas.* S. eo. §. cumque.

a Necessariò pro utili.
b Extraneus manumissor.
c Fiducia contracta manumisit, qui tali iure succedendi manumisit.
d Saluo iure, clausula, c[o]ser[u]at ius succedendi.
e Olgnioribus altior sedes tribuenda.
f Et ad hoc implorari potest officium iudicis, nam aetera agi actione iniuriarum secundum Fab. Ac.

tamen nihil incuriosum[a] prætermissum est: sed nostris constitutionibus[b] omnia corrigentes, contra tabulas quidem & secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias[c] constitutas: necnon ab intestato *Unde liberi, & unde legitimi*, bonorum possessiones.

Bonorum possessio Unde decem personæ, est hodie sublata, & in eius locum bonorum possessio, Unde cognati, est collocata. Angel.

Quæ autem in prætoris edicto quinto loco[d] posita fuerat, id est, *Unde decem personæ*, eam pio proposito, & compendioso sermone superuacuam ostendimus. Cùm enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo manumissori[e]: nostra constitutio[f] quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdémque manumissoribus[g] contracta fiducia[h] manumissionem[i] facere dedit[k]: ut ipsa manumissio[l] eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua fiat supradicta[m] bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus, & quintam fecimus: quam prætor proximis cognatis pollicetur.

Bonorum possessio, Tanquam ex familia, & Unde liberi patroni patronæque, & parentes eorum sunt sublatæ. Aret.

Cúmque antea septimo loco fuerat bonorum possessio, *Tum quem ex familia*, & octauo *Unde liberi patroni patronæque & parentes eorum*: utramque per constitutionem[n] nostram quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cùm enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus[o]: quas usque ad quintum gradum tantummodo coartauimus, ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia: sufficit eis[p] tam contra tabulas bonorum possessio, quàm *Unde legitimi, & Unde cognati*: ex quibus possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate & inextricabili errore duarum istarum bonorum possessionum resoluta.

Etiam hodie viget bonorum possessio, Unde vir & uxor, & sextum locum occupat. Et bonorum possessione, Unde cognati manumissoris, prorsus sublata; remanent tantum sex bonorum possessiones ordinariæ. Angelus.

Aliam verò bonorum possessionem, quæ *Unde vir & uxor* appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & altiori[q] loco, id est, sexto, eam posuimus: decima[r] veteri bonorum possessione, quæ erat, *Unde cognati manumissoris*, propter causas enumeratas[s] meritò sublata: ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant suo vigore pollentes.

Si lex dat alicui bonorum possessionem de nouo ex testamento, vel ab intestato: illa dicitur septima extraordinaria. Aretinus.

Septima eas secuta, quam optima ratione prætores introduxerunt[t]. Nouissimè autem permittitur † edicto his etiam bonorum possessio, quibus ut detur[u], lege[x], vel senatusconsulto[y], vel constitutione[z] comprehensum est: quam neque bonorum possessionibus quæ ab intestato veniunt, neque his quæ ex testamento sunt, prætor stabili iure connumerauit: sed quasi ultimum & extraordinarium[a] auxilium (prout res exegerit) accommodauit, his scilicet qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibúsve principum, ex nouo iure vel ex testamento vel ab intestato veniunt.

[*Septima eas.*] CASVS. Domine iam video qualiter correxistis ius prætorium circa bonorum pos. à prætore introductas: & qualiter quatuor per vestram constitutionem sublatis, sex tantummodo bonorum possess. fecistis. pro Deo dicatis, si placet, nunquid est aliqua alia bonorum possess? Et respond. quòd sic. nam sex prædictas bonorum possess. ordinarias septima extraordinaria subsecuta est, quam quidem septimam extraordinariam prætores optima ratione introduxerunt: & hæc septima extraordinaria omnibus his competit, quibus ut detur bonorum possessio, lege, vel nouo iure, vel senatusconsulto cautum est: quam quidem septimam extraordinariam bonorum possess. prætor neque bonorum possessionib. quæ ab intestato, neque eis quæ ex testamento sunt, stabili iure connumerauit: sed quandoque ex testamento, & quandoque ab intestato quasi ultimum & extraordinarium auxilium prout res exigit, accommodauit illis qui ex legibus vel senatuscon. vel principum constitutionibus nouo iure ex testamento vel ab intest. ad successionem veniunt. Et hæc dicuntur usque ad illum §. Cùm igitur plures species. Cæteri casus usque ad finem titu. plani sunt. Institut.

t ¶ *Introduxerunt.* ut ff. ut ex lege & senatusc. l. j. j. respon.
u ¶ *Ut detur.* s. bonorum possessio. ¶ Et no. quòd[a] esse necessaria ut hæc bonorum possessio competat, scilicet ut lege caueatur ut bon. poss. detur: & quòd de iure ciuili non possit succedere, aliàs competit, Unde legitimi: ut ff. unde legitimi. l. ij. & ff. ut ex legib. & senatusconsultis l. j. §. fi. Accursius.
x ¶ *Lege.* Posuit quidam exemplum ex testamento; ut C. de inoffic. testa. l. iij. §. sed cùm eam. ex eo quod filius natus in puerperio institutus præsumitur. Ab intestato posuit exemplum in agnatis fœminis, & in quibusdam cognatis qui efficiuntur agnatis similes: ut S. de leg. agna. success. §. hoc etiam. Verùmque reprobo[b] quia nulla lex expressè dat supradictis bon. possess. sed eos succedere dicit. Ergo non datur hæc septima, sed Unde legitimi: ut ff. unde legit. l. ij. Pone ergo exemplum ex testamento in posthumo alieno instituto: ut S. e. §. j. qui incipit: nam si alienus. Item tam ex testamento, quàm ab intestato, pone exemplum in eo qui decessit apud hostes, in cuius bonis datur bonorum possess. ex l. Cornel. ut ff. de bonor. possess. l. iij §. sed & eius.
y ¶ *Senatusconsulto.* Orficia. & Tertyl. ut ff. unde leg. l. iij. in princip. & §. fin. nam eis datur bonorum possess. ibi, & non succedebant de iure ciuili: ut S. ad Tertyllia. in prin. debet ergo dari sic: ut ff. unde legitimi. l. iij.
z ¶ *Constitutione.* Ponunt exemplum. S. de legitima agnatorum succes. § hoc etiam. Item C. de emancip. li. l. fin. Sed hoc reprobo: cùm lege non caueatur eis dari bono. poss. sed unde habent unde leg. ut ff. unde legitimi. l. iv. Potest tamen dici quòd ibi subaudiatur maximè, & sic stabit prima expositio. a Vel melius dic, si aliqua noua constitut. fieret de nouo, quæ daret bonorum possess. ex ea daretur hæc septima.
a ¶ *Extraordinarium.* ¶ Not. duobus[d] modis fieri bonorum possessionem extraordinariam: quia vaga, ut hic. Item quia non tribuit ius: ut Carboniana, & si venter mittatur in possessionem, & illa quæ datur gratia agnoscendæ litis. quæ datur[e] sine causæ cognitione: ut ff. de Carbon. edict. l. iij. §. causa. & de ventre in possess. mit. l. ubicunque. §. interdum & de inofficioso testa. l. Papinianus. §. j. & aliæ cum causæ cognitione[f]. ut ff. de bonorum poss. l. ij. §. si causa. & quia ordo in bonorum possessio. ser. l. j. § dies. & §. in bonorum.

a Imò quæ tunc requiruntur. Las. in l. fi. C. unde legitim.
b Placet Ales. in l. fi. C. unde legitim quæstionem.
c Dic hoc exemplum non esse bonum secundum doct., quia de iure nouo succedunt de iure ciuili, ergo habent unde legitimi. ut ff. de legit. l. j. de iure antiquo prætor dabat bo. pos. ergo ista cessat: ut S. de leg. § post. whoa. Ang.
d Extraordinaria bonorum possessio dicitur, vel quia vaga est, vel quia ius non tribuit.
e In scriptis exemp. est daretur.
f Modis autem sine petitione & sine causæ cognitione & datione, causam iudicia agnoscuntur. arg. l pen. & ff. quod ibi not. per glo. & doct. C. qui admi. ad bon. pos. & c. Ang.

a ¶ *Plures.* quia decem, quarum sex remanserunt ordinariæ: vt §. *eod.* §. *aliam vsque ad* §. *septima.*
b ¶ *Disposuisset.* alio modo in edicto, quàm de facto competit: vt *diximus* *s.* *eo. tit.* §. *vj.*
c ¶ *Differentur.* hic *ff. de succ. edic. l. j.* §. *resp.*

Ne diutius creditores suis actionibus experiri remorentur, ac percũctando eludantur, liberis & parentibus anni spatium, agnatis verò & cognatis dierum centum, ad petendam bonorum possessionem præfinitur: portio autem non petentis pari gradu accrescit: vel si nullus extiterit, per edictum successorium qui in sequenti sunt gradu admittuntur.

Cùm igitur plures[a] species successionum prætor introduxisset, eásque per ordinẽ disposuisset[b], & in vnaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne actiones creditorum differrentur[c], sed haberẽt quos conuenirent: & ne facilè in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideò petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit. Liberis[d] itaque & parentibus tam naturalibus quàm adoptiuis in petenda bonorum possessione anni spatium[e], cæteris [autem agnatis vel cognatis] cẽtum dierum dedit. 5 ¶ Et si † intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis accrescit: vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto[g] pollicetur[h], ac si is qui præcedebat, ex eo numero non esset[i].

Primo repudiante bonorum possessionem statim sequenti incipit currere tempus. Aret.

Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiauerit[k], non quousque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur[l].

Dies ad bonorum possessionem agnoscendam præfixi, vtiles sunt, non continui: & bonorum possessionem citra solennitatem coram iudice agnoscere sufficit.

In petenda autẽ bonorũ possessione dies vtiles[m] singuli cõsiderantur. 6 ¶ Sed bene anteriores principes[n] & huic causæ prouiderũt, ne quis pro petenda[o] bonorum possessione curet, sed quocunque modo admittendi eã iudicium † intra statuta tempora ostenderit[p], plenum habeat eorum † beneficium.

† Id est veritatis signum.
† Id est principum.

TITVLVS XI.

DE ACQVISITIONE PER arrogationem.

Quamuis omnia arrogati bona, (his dẽptis quæ capitis deminutione pereunt) arrogatori patri olim pleno iure acquirerentur, hodie tamen solum aduentitiorum vsusfructus instar naturalium liberorum illi quæritur.

EST & alterius generis per vniuersitatem successio[q], quæ neque lege duodecim tabularum, neque prætoris edicto, sed eo iure quod consensu[r] receptum est, introducta est. Ecce enim cùm paterfamilias sese in arrogationem dat omnes res[f] eius corporales & incorporales, quæque ei debitæ sunt, arrogatori antea[t] quidem pleno iure acquirebantur: exceptis his quæ per capitis deminutionẽ[u] pereunt, quales sunt operarum[x] obligationes, & ius agnationis[y]: †. vsus etenim & vsusfructus licèt his antea cõnumerabantur: attamen capitis deminutione minima eos tolli nostra prohibuit constitutio[z]. 2 ¶ Nunc autem[a] nos eandem acquisitionem quæ per arrogationem fiebat, coartauimus ad similitudinem

† Perdit arrogatus agnationem, & ius succedendi vnquã agnatis sed non cognatis. Ægi. Per.

d ¶ *Liberis.* naturalibus & emancipatis & emãcipantibus: vt *ff. de succ. edict. l. j.* §. *fi.*
e ¶ *Anni spatium, &c.* in honorẽ sanguinis: imò nõ videntur coartãdi: cũ velut ad propria bona veniant: vt *ff. eo de success. edict. l. j.* §. *largius.* & *de liberis & posthumis. l. in fin.*
f ¶ *Accrescit.* partes enim non petentiũ accrescunt petentibus[a]: vt *C. quando non pe. par. pe. accres. l. j.*

a Et hoc verũ etiam ipso iure, quando eodem iure succedunt: secus diuersè: vt hic per Angel.

g ¶ *Ex successorio edicto.* hoc intellige in cognatis, sed inter agnatos successorium edictum locum non habebat: sed hodie vtrumque locũ habet: vt §. *de legit. agna. succ.* §. *placebat.*
h ¶ *Pollicetur.* s. prætor.
i ¶ *Nõ esset.* exclusus tamen tãquam filius, admitti potest vt agnat[b]: & exclusus vt agnatus, admittitur vt cognatus: vt sibi succedere videatur: vt *ff. de succes. edi. l. j.* §. *sed videndum.* ADDITIO. Tu dic quòd simplex repudiatio, vel relata ad hereditatẽ, cõcernit omne ius & omnes vias succedendi quando habet substitutũ. secus si ius adeũdi: quia ad illud tãtùm refertur quod exprimitur: nisi esset adiecta causa generalis: putà quia hereditas est dãnosa vel similis. nã ex tali ratione repudiatio ad vtrumque refertur, secundùm Angel. hic.

† Sic sus cuique nocet mo ra.

k ¶ *Repudiauerit.* intra suum tempus.
l ¶ *Admittuntur.* vt C. *eo. l. fina.*
m ¶ *Dies vtiles.* in[b] quib. tria occurrere oportet scilicet quòd iudicis copia sit, item actoris, item rei: vt *ff. de diuer. temp. præs. l. j.* & *ff. quis ord. in bon. poss. ser. l. j. in princip.* & §. *dies.* ADDITIO. Hoc verum intellige de iure antiquo. Item in illis bon. poss. quæ tribuunt ius: secus in aliis, vt est bon. poss. quæ datur gratia litis agnoscendæ, item Carboniana, & quæ ventris nomine, de quibus ad tribuunt ius in poss. & an hodie procedãt, & in eis locum habeat iste tex. vide per Io. Fab. hic. Hodie autem indistinctè in omnibus bonor. poss. dies dicuntur vtiles, etiam si iudex pro tribunali nõ sedeat, & incipiunt currere à die scientiæ: & currunt quandiu non dubitat an sibi competat bon. poss. secundùm Ang.

b Vtiles dies vt currãt quæ requiruntur.

Dies vtiles. Dies[c] vtiles sunt quibus scierit sibi bon. poss. competere, quibúsque eam potuerit petere. His[d] opponuntur dies continui. Edictalis bonorum possessio quocunque die peti, & de plano dari potest. Decretalis non nisi de tribunali. Decreta enim tribunal exigunt. Edictalis ordinaria est: Decretalis non item. *l. finam.* §. *si quis contra.* D. *de leg. præst. l. iij.* §. *vltim.* *ff. de Carbon. edict.* in hoc titu. propositæ sunt. Exempla decretalium commodiore tradentur loco. Curacius.

c Vtiles dies qui dicantur.
d Vtilibus diebus opponuntur continui.

n ¶ *Principes.* C. *qui admit. ad bon. poss. l. pen.* & *fi.*
o ¶ *Pro petenda.* erat enim alia edictalis, quæ ex edicto mortui prætoris cõpetebat. hãc nõ erat necesse peti: vt *ff. de bon. poss. l. iij.* §. *sed si nemo.* Alia decretalis, quæ à prætore viuo decernitur[a], & hoc olim solenniter: hodie sufficit quocunque modo dicat se velle agnoscere quæ iudicialis dici potest: quia in iudicis præsentia agnoscitur: vt *hic*, & C. *qui admit. ad bo. poss. l. pen.* & *fi.* Item nunquid hodie bõ. poss. locum habẽt? Respon. sic, nam & eas proponere quis potest: & contra tab. necessaria etiam est filio emãcipato & præterito. Itẽ vnde vir & vxor, necessaria videtur: & vt olim aliæ nõ erãt necessariæ, sic nec hodie: eis tamẽ vti possum[e]. Alij cõtra cũ nouus modus succedẽdi sit inuectus: vt in auth. de her. ab intest. per totum. col. ix.

a Hodie tamẽ recessit ab eo: . quis nec decreto nec patris citatione opus est, vt d. l. si fornatum Ang.

p ¶ *Ostenderit.* coràm quocunque iudice.

DE ACQVISITIONE per arrogationem.

Qui[a] *b bona quæ nobis acquirũtur titulo vniuersali. aut acquiritur per aditionẽ hereditatis, aut per bono. pos. aut per arrogationẽ. aut per addictionem bonorum causa libertatum conseruandarum.* §. *fi.* supra per quas perso. nob. acquir. *ideò viso.* supra de her. & bo. poss. *sequitur videre de acquisitione per arrogationem. Porcus.*

b Diuiso.

EST & alterius.] Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primò vnde fuit introducta acquisitio per arrogationẽ. Secũdò postea illud declarat tã de iure antiquo, quã moderno: & quod arrogatori acquiratur. Tertiò an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secunda ibi, Ecce. n. Tertia ibi, Sed ex diuerso.
q ¶ *Successio.* vt *ff. pro socio. l. actione.* §. *morte vnim. versi. societas.*
r ¶ *Consensu.* scilicet arrogantis & arrogati.
f ¶ *Omnes res.* & etiam filij: vt §. *de adop.* §. *illud.*
t ¶ *Antea.* i. iure veteri.
u ¶ *Per capitis deminutionem.* scilicet minimam: nam dando se in arrogationem, minimam capitis deminutionem patitur: vt §. *de cap. demi.* §. *minima.*
x ¶ *Operarum* hoc intellige de operis quę à libertis debẽtur, & nõ trãseunt ad heredẽ extraneũ: vt sunt obsequiales[c] quę in faciendo cõsistunt. s. assurgere, & similia: vt *ff. de ope. lib. l. liberti.* Itẽ in fabrilibus incertis: vt *ff. de oper. lib. l. si operarum iudicio.* aliud si conduxerit ille arrogatus operas alicuius. nam istæ arrogatori quæruntur.

c Operas obsequiales debens libero patronis.

y ¶ *Ius agnationis.* ius succedendi, quod quis per agnationem cõsequitur. & hoc hodie est: vt *j. eo.* §. *mortuo.* Item ius petendæ bon. poss. perit, si ante eam petitã arrogandum se dederit. aliud si iam petiit: vt *ff. vnde lib. l. fi.* & *de contra tab. l. iij.* §. *si emancipatus. Accurs.* ADDITIO. Ius tamẽ adeundi de iure ciuili indistinctè retinet: & forte etiam inuitus adire cogi poterit ad instar naturalis.
z ¶ *Constitutio.* C. *de vsufru. l. corruptionem.* Accur.
a ¶ *Nunc autem.* aduersatur ei quod suprà dixeras, quòd omnes res acquirebantur arroganti.

Natura-

a Adoptiuorũ filij nadus vsusfructus pa[trib]us adquiritur.

b Arrogato quæ personæ succedere debent.

a ¶ *Naturalium parentum.* vbi^a iu aduentitiis tantum vsusfructus quæritur::*vt C.de bon.quæ libe.l.l.cum oportet.*

b ¶ *Quæ extrinsecus.*i.in aduentitiis.

c ¶ *Aliæ personæ.*vt^b descendentes ex filio arrogatu,*vt C.communia.de suc.l.fi.* ¶Vbi est constitutio de qua hic fit mentio.) a Item si hic arrogatus esset impubes, & impubes decederet, admitterẽtur etiã alij ex stipulatione: *vt ff.de adop.l.non enim aliter.& l.his verbis.& l.hac antẽ & ĩ. de adop.§.cum autem.* 3 Sed quid in patre naturali, à quo hic arrogatus erat emancipatus? Resp. Pla.eũ præferri arrogãti^c.sed hodie fratres vtrinque coniuncti vocantur cum arrogante: *vt in auth. de here. ab inte.7.§.consequens.col.ix.*

c Quod verò intellige, vbi arrogatus est sibi in secundo gradu: vt quia est nero[...] gatus tãquam nepos. aliàs secus: secundũ Angel.hic.

d ¶ *Non possunt.*vt in aduentitiis,profectitiis enim sibi nõ auferũtur.

e ¶ *Conuenitur.*de facto. nam nõ tenetur de iure:sed de his quę cõtraxit postquam fuit arrogatus, tenetur de peculio:*vt ff.de pecu.l.in arrogatorem*^d.& si tunc non defendat pater, in bonis ipsios patris fit missio: *vt ff quib. ex cau.in pos.eatur. l. Fulcinus. § si quis.*Accurs.

d Quod verò si contraxit de peculio: aliũquin si sibi hereditas delata fuerit, distinguitur, an iussu patris quæsierit,vel non: & an filius repudiet, & pater adierit proſe & e cõtra, sicut fit in naturali & legitimo: *vt.l.fi. ff. t. C. de bon. quæ lib.*Angel.

DE EO CVI LIbertatis causa,&c.

Supra visum est de acquisitione quæ fit per arrogationem, & sic titulo vniuersali. vero quo est & alia, quæ fit per addictionẽ bonorum libertatum conseruãdarum causa. §. fin. ĩ. per quas personas nobis adquir. ideò subdit de eo cui libertatum causa bona addicuntur.Porcius.

e Diuiſio.

† Addicere quid sit. vide Bud. in annota. ad Pandec. tit. de in diem addictione. & Nebris. in lexico ... addicere. Significat enim ferè hoc illi. addico, id est quod adiudicari per rodi[...] cam: vnde hęc erant pretoris verba,do,dico addico.

A *Ccessit.* Totus^e iste titulus diuiditur, quatuor partes. Primò ponit acquisitionẽ causæ libertatis cõseruandæ. Secundò illud per rescriptum diui Marci pbat. Tertiò verba dicti rescripti interpretatur. Quartò illud supplet. Secũda ibi,Et ita diui. Tertia ibi,Hoc rescripto.Quarta ibi,Sed cũm multas.Accurs.

f ¶ *Nou^s casus successionis.* Et est hic quartus succedẽdi modus: *vt ĩ.per quas perso.nobis acqui. §. fin.*Accursius.

g ¶ *Ex constitutione.* cuius verba sunt: *ĩ.eod.§. si Verginio.*

h ¶ *Acceperunt.* destinatione.

i ¶ *In testamento.* idem priuilegium datur cuilibet petenti bona hac contemplatione: *vt C. de testa.ma.l.fina.* Accursius. ADDITIO. Et is præfertur, qui præuenit:vt ibi in dicta l.fin. Institut.

naturalium parentum^a. Nihil enim aliud nisi tantummodo vsusfructus tam naturalibus parentibus,quàm adoptiuis per filiosfamilias acquiritur in his rebus quæ extrinsecus^b filiis obueniunt dominio eis integro seruato.

Arrogati filij in arrogatione vita functi successio ad arrogatorem pertinet : nisi supersint qui ei præferantur. Item pro debitis ante arrogationem contractis non tenetur arrogator.

Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad arrogatorem pertransit : nisi supersint aliæ personæ^c,quæ ex constitutione nostra patrem in his quæ acquiri nõ possũt^d, antecedant.

Arrogator non tenetur nomine proprio ad debita arrogati, priùs contracta,sed nomine filij tenetur. Aret.

3 ¶ Sed ex diuerso pro eo quod is debuit qui se in adoptionem dedit,ipso quidem iure arrogator nõ tenetur,sed nomine filij conuenitur^e: & si noluerit eũ defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus bona quæ eius cum vsufructu futura fuissent si se alieno iuri non subiecisset, possidere,& legitimo modo ea disponere.

TITVLVS XII.

DE EO CVI LIBERTATIS causa bona addicuntur.

Si hereditas illius qui libertates reliquit, non adeatur :potest ille cui libertas est relicta, vel alius, petere sibi addici bona defuncti, & satisfacere creditoribus, & erit tanquam successor defuncti. & serui quibus libertas directò vel per fideicommissum est relicta,erunt liberi,etiam si bona forent à fisco occupata. Aretinus.

A Ccessit nouus casus successionis^f ex constitutione^g diui Marci. Nã si hi qui libertatẽ acceperũt^h à domino in testamento^i, ex quo non aditur^k hereditas^l, velint bona sibi addici libertatum conseruandarum causa, audiuntur. ¶ Et ita diui Marci rescripto ad Pompilium Rufum continetur verba rescripti ita se habent: Si Verginio Valenti,qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit,nemine successore ab intestato existente,in ea causa bona eius esse cœperunt, vt venire^m

§.sancimus.

k ¶ *Non aditur.* scilicet ab herede.

l ¶ *Hereditas.* Quomodo^a ergo valet quod in eo relictum est : *vt C.de fideicommiss.lib.l.cum quam*? Respond.hic speciale est.

m ¶ *Venire.*id est vendi.

debeant: is cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit, vt libertatum tam earum quæ directò, quàm earũ quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi,si idoneè^n creditoribus^o caueris de solido,quod cuique debetur,soluendo. Et hi quidem quibus directa libertas data est,perinde liberi erunt,ac si hereditas adita esset^p. Hi autem quos heres manumittere rogatus est,à te libertatem consequentur, ita autem si non alia conditione velis tibi bona† addici, qui vt hi etiam directò libertatem acceperũt, tui liberti fiant^q. Nam huic^r etiam volũtati tuæ, si hi de quorũ statu agitur, consentiant^s, auctoritatem nostram accommodamus^t. Et ne huius rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si fiscus bona agnoscere voluerit,& hi qui rebus nostris attendunt^u, sciant commodo pecuniario præferendam^x esse libertatis causam:& ita bona cogẽda^y, vt libertas his salua sit,qui eam adipisci potuerunt , ac si hereditas ex testamento adita esset^z.

Bonis addictis cessat venditio ipsorum. Aretinus.

¶ Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur & veneant^a. Certè si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorum venditio Existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus qui de solido creditorib. cauet.

Addictio bonorum tunc demum habet locum cum cum defunctis reliquit libertates ex testamento,vel ab intestato. Aret.

¶ In primis hoc rescriptum totiens locum habet , quotiens testamẽto libertates datæ sunt. Quid ergo si quis intestatus decedens codicillis libertates dederit,neque adita sit ab intestato hereditas? fauor constitutionis debebit locum habere. Certè si testatus decesserit, & codicillis dederit libertatem : competere eam^b , nemini dubiũ est. ¶ Tunc constitutioni locum esse verba ostendunt , cùm nemo successor^c ab intestato existat. Ergo quãdiu incertũ erit verum existat,an non : cessabit consti-

n ¶ *Idoneè.* fideiussoribus^b,vel pignoribus vel fide habita : *vt ff.de fideicommissa.liber.l.iij.§. addio.*

o ¶ *Creditoribus.* vel omnibus,vel vni nomine omnium^c:*vt ff.de fideicom.li.l. iij.§. addici. versic.creditoribus.*

p ¶ *Adita esset.* Nota mirabile, quòd ex hac pactione serui fiunt liberi,vt Orcini:*vt hic & ff. de fideicommis. liber. l. iij. §.hi qui ad.* Qui sint Orcini,& vnde dicantur,dictum est ĩ. *de singu.r. per fideicom. relict. §.pen.*

q ¶ *Tui liberti fiant.* subaudi , hoc tibi concedimus, sed operas neque Orcinis,neque ab eo manumissis imponet: *vt ff.de ope.liber. l.si quis hac lege.*

r ¶ *Nam huic.*subaudi concedimus.

s ¶ *Consentiant.* aliàs in seruitute remaneãt: & quem nolunt habere patronum , habebunt dominũ. *C. de manumiss. testa.l.fin §. quarto.* ADDITIO. Vide quod not. in dicta l. fi. quia quod dicitur hic, obtinet vbi extraneus petit addici. Secus si sit aliquis de illis, cui sit relicta libertas : quoniam etiam potest petere dissentientibus aliis. Angelus.

t ¶ *Accommodamus.ff. de fideicom. lib.l.iij.§.hi qui.*

u ¶ *Attendunt.* vt procuratores nostri.

x ¶ *Præferendam.*hoc^d est,quia competent libertates.Accursius.

y ¶ *Cogenda.*id est accipienda per fiscum.

z ¶ *Adita esset.* olim prius fiscus admittebatur bonis non aditis ab alio,& etiam aditis, dummodò essent bona soluendo : aliàs aditio ab alio facta valebat: *vt ff.de fideicommiss.liber. l. iij. §. penultim.* hodie indistinctè admittitur: *vt C.de testa.manu. l.fi.§. penultimo.*

a ¶ *Veneant.*id est vendantur.

b ¶ *Eam.* libertatem. Accursius.

c ¶ *Successor.* ¶ Nunquid ex testamento vel ab intestato erit iste heres? Respon. neutrum dici potest. Dic ergo hunc anomalum^e successorem esse, sicut illum qui succedit heredi non

a Libertas data competit ex eo testamento ex quo adita non est hereditas.

b Idoneè cauet qui dat fideiussiinẽ, vel pignus,vel cui fides habita est.

c Stipulati priuatus potest pro aliero certis casibus. citra l. stipulatio ista.§. alteri ff. de verb.obli.& est ratio fauore libertatis, vt facilius possit intel ratio, quo libertatẽ serui consequantur. Angel.

† Sic ff. de fideicom.l.4.§. hi qui ad.

d Libertas cõmodo pecuniario præferenda est.

e Anomalus successio quid, vide quendam apud Laudensem t. feudorum §.inprio. eum. 5. & qui ita succedit heres anomalus. de quo vide Ioannem le Cleier.li. 1.de primogenitura,quæstio.21. Monferratum. 1. in trac. de successione regũ. vor. dictae & alia certa.

a Anomalus successor is dicitur qui succedit heredi non implenti voluntatem defuncti.

implenti defuncti voluntatem[a], *ut in authent. de hered. & Falc. §. in omnibus. colla. j.* & iura sepulchrorum habet, vt bonorum possessor: *vt ff. de fideicommiss. lib. l. iiij. §. si autem cui.*

a ¶ *Neminem.* heredē ab intestato. ADDITIO. Putà quia repudiauit, vel lapsus est terminos præfixos ad instantiam petentis bona sibi addici. Sed si solùm ad instantiã creditorum fuisset præfixus, habebetur pro herede. Angel.

b ¶ *Fieri.* & respondeo sic. *vt ff. de fideicom. lib. l. iiij. §. j.* Accur.

c ¶ *Diuisiones.* i. casus.

d ¶ *Constitutio. C. de testa. manu. l. fi.*

e ¶ *Species.* i. casus.

DE SVCCESsionibus, &c.

b Continuatio.

Supra[b] visum est de multiplici specie successionum: sed quia sunt quædã quæ hodie sunt sublatæ, vt est illa quæ fiebat per bonorum traditionem, vel senatusconsultum Claudianum, ideo subdit de successionibus sublatis. Porcus.

c Diuisio.

E*Rant ante prædictã.*] Totus iste titulus diuiditur[c] in duas partes. Primò tollit venditiones & successiones quæ ex eis fiebant. Secundò, quæ fiebant ex senatusconsulto. Secunda ibi, Erat.

Bonorum emptio. Bonorũ emptor similis erat bonorũ possessori. cum eo creditores experiũtur *l. nam postea. §. sed et si quis. ff. de iure. iu.* vel certa parte decidunt. *l. imperator. ff. de pactis.* qua forma constituat, The. refert. cui & illud adiungi potest quod Cicero scribit in hũc modum li. vj ad Attic. Alterũ quod sine edicto cõmodè transigi non potest de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciẽdis, vendendis, quæ ex edicto & postulari & fieri solẽt. Cuiacius.

† Verba legis licet deficiãt, si tamen legis mẽs viget, habebit locum legis dispositio: & ideò ratio legis locũ habet, licèt verba deficiant: secundùm Ang.

d Vẽditionis verbum interdum ponitur pro emptione, & econtra. Quia licèt sint partes alterutrum profe ratur, vtrũque intelligitur vt quæ sint correlatiua *vt l. fi. C. de indi. vid. toll. & l. i. ff. de auth.* Angel.

f ¶ *Emptio.* i. venditio[d]: vt sequitur: *sic & ff. de act. empt. l. veteres.* Acc. ADDITIO. Quod facit, vt pœnale dispositum in vno, putà vẽdere habeat locũ etiã in emẽte, cũ sint correlatiua.

tutio. Si verò certum esse cœperit neminem[a] existere, tunc erit constitutioni locus.

Licèt ille qui repudiauerit hereditatẽ possit in integrũ restitui, & iterũ adire: tamen addictio semel facta, & libertates, non cessabunt. Aretinus.

5 ¶ Si is qui in integrum restitui potest, abstinuerit hereditate: an quamuis potest in integrũ restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri[b]? Quid ergo si post addictionem libertatum conseruandarũ causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicẽdum reuocari libertates: quia semel competierunt.

Si libertates data fuerint inter viuos, datur addictio bonorũ: sed reuocatur in dubium, an data fuerint in fraudem creditorum. Aretinus.

6 ¶ Hæc constitutio, libertatũ tuẽdarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ, cessat hæc constitutio. Quid ergò si viuus dederit libertates, vel mortis causa, & ne de hoc quæratur, verum in fraudẽ creditorum, an non factum sit, idcircò velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est vt audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis†.

Supplet rescriptum D. Marci. Are.

7 ¶ Sed cùm multas diuisiones[c] eiusmodi cõstitutioni decisse perspeximus: lata est à nobis plenissima constitutio[d], in qua multæ species[e] collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimũ est effectũ, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

TITVLVS XIII.

DE SVCCESSIONIBVS QVÆ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatusconsulto Claudiano sublatis.

Successio facta per venditionẽ bonorũ debitoris, est hodie sublata. Are.

ERant ante prædictã successionẽ olim & aliæ per vniuersitatẽ successiones: qualis fuerat bonorũ emptio[f], quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages[g] fuerat introducta: & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria[h] in vsu fuerant. sed cùm extraordinariis iudiciis posteritas vsa est, ideò cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones expirauerunt[i]: & tantùmodo creditorib. datur officio iudicis bona[k] possidere, & prout vtile eis visum est, ea disponere: quod ex latioribus Digestorum libris[l] perfectiùs apparebit.

Successio quæ fiebat per senatusconsultum Claudianum, est hodie sublata. Aret.

1 ¶ Erat & ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per vniuersitatem acquisitio: cum libera mulier seruili amore bacchata[m], ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiã[n], quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.

g ¶ *Ambages.* nam proponebat creditori actionem: & si cadebat à syllaba, cadebat à causa. Si verò non cadebat: bona debitoris absentis vel præsentis vendebat sua auctoritate: quod hodie non est, *vt hic, & C. de form. & impe. l. j. & ij.*

h ¶ *Ordinaria.* id est, solennia.

i ¶ *Expirauerunt.* id est, recesserunt.

k ¶ *Bona.* scilicet omnia: *vt ff. quibus ex cau. in poss. ea. l. j.* sed hodie pro mensura debiti declarati. *vt in authent. de exhib. & intro. re. §. si verò semel. colla. v.* ADDITIO. Dic hoc verum, quando agitur personali, secus si agatur etiam hodie reali vel hypothecaria: quia iura antiqua remanent incorrecta: & sic fit missio in solidum in poss. *vt no. glo. in ver. prosequitur. in auth. ei qui. C. de bo. auctor. iud. poss. & in l. ij. in glo. pen. C. de procu.*

e Ebrius & mulier luxuriosa æquiparantur.

f Vide quæ scripsi ad Nouell. in quibus modis naturales efficiuntur sui 76. ca. 4 in verbo, vehementius.

l ¶ *Libris. vt ff. qui. ex cau. in poss. ea. per totum. & de bo. aucto. iu. poss. per totum.*

m ¶ *Bacchata.* i. capta vel decepta, vt[e] enim vino quis capitur vel Bacchoita & amore. Item furore[f] amoris nil vehementius inuenitur: *vt in authent. qui. mod. na. effi. leg. §. illud ver. nouimus, colla. xj.* ADDITIO. Et maximè in iuuenibus, Vnde versus,

Militat in senectu annus amor hospes amatus.
Atque in cancie ridiculosa Venus.

Facit c. cùm in iuuentute extra de præsump.

n ¶ *Substantiam.* si coniungebat se alieno seruo, & contra domini nuntiationem: *vt C. ad sena. con. Clau. l. j.*

DE OBLIGAtionibus.

a Continuatio Angeli.

Hic[a] incipit tertia pars principalis diuisionis totius libri operis gratia commodioris diuisionis, & etiam materiarũ. facit l. Caius. §. j. ff. de le. iij. cum fi. ibi no. quoniam hic tractatur de tertia parte siue de tertia materia in qua versatur ius nostrum: quoniã versatur circa tria, aut circa personas, aut circa res, aut circa actiones & obligationes. vt s. de iur. nat. gen. & ciui. §. fi. vsque huc tractauit de psonis & rebus, vt dicit glo. rubri. igitur actiones & tertiam partem faciemus de obligationib. & actionibus, & per cõsequẽs de tertia materia totius iuris ciuilis. Aret. ¶ *Accursius[b] sic cõtinuat istam rubricã. Dictum est s. de personis. lib. j. de rebus in secundo & tertio vsque huc. Nunc de actionibus debet dicere, vt s. de iur. natu. §. fi. sed quia obligatio mater est actionis: vt ff de pecu. l. licet. §.* ea obligatio. *ideò præmittitur de his obligationibus: & ideo dicit hic. Nunc &c. Accur.*

b Continuatio Accursij.

N*Vnc trãseamus &c.* Totus[c] iste titul[9] diuiditur in quatuor partes. Primò ponit definitionẽ obligationis. Secundò ponit vnã diuisionem obligationis. Tertiò ponit secundã diuisionẽ. Quartò illã diuisionẽ in aliã subdiuidit. Secũda ibi, Omniũ autẽ. Tertia ibi, Sequẽs. Quarta ibi, Prius est. CASVS. Quæsiui ab Impera. sic: domine, cũ coram adhibueritis ad res & ad personas: ad qđ pponitis vos transferre? Resp. Imp. Nunc &c. Quæsiui etiã vlterius sic: Domine, Quid est obligatio? Resp. ipse: Obligatio est, &c. Sed quia vnũquodq; tunc perfectè cognoscitur, cũ in se & in suis partib. demõstratur, ideò Dominus Iust. data definitione dat obligationis diuisionẽ, vt sic oblig. in se & in suis partib. plenius & perfectius habeat notitia. Et primò dat dominus Iustin. obligationis diuisionẽ generaliorẽ & breuẽ: secũdò specialiorẽ, & primã continentẽ. Itẽ primò diuidit: secũdò membra diuidẽtia exponit, & sic vno modo ponitur casus. Aliter autẽ ponitur secundũ dominũ Gol. sic casus. Ego iuuenis volẽs legalib. fulciri nutrimẽtis, accessi ad Iustinianũ, & talia verba proposui corã eo: Domine, vidi per cõtinuationes multiplices, ꝙ nũc est ad trac. de obli. trãseundũ pro Deo dicatis mihi, quid est obligatio? Frater, dicit Iustin. obligatio est, &c. Frãcis.

c Diuisio.

TITVLVS XIIII.

DE OBLIGATIONIBVS.

Tertiam iuris ciuilis partẽ expositurus, de obligationib. vnde actiones ceu ex matre oriũtur, titulũ generalẽ, atque deinceps earũ species proponit: quo prælibatis obligationibus, naturas actionũ maturius adsequamur.

NVNC transeamus ad obligationes. Obligatio[o] est iuris vin-

o ¶ *Obligatio.* videtur quòd[d] nulla obligatio definiatur. nã ciuilis sola nõ habet effectũ exigẽdi: vt patet in obligatione literarũ ante biennium[e] *vt j. de lit. ob.* Itẽ patet in omni obligatione ciuili & naturali simul. nã si pactũ fieret de nõ petẽdo, tollitur naturalis, & remanet ciuilis: *vt ff. de solu. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis, &*

d Obligatio an rectè hic definiatur.

e Et hæc sententia communis habetur: licèt Vlramũ. nec amoraliã nec ciuilẽ naturam velint. *de quo habetur in l. cum quis C. de iur. & fac. igno. & cum his sentit Leon. ab Are.* tametsi Glossam sequitur hic Porcus, quẽ vide.

culum[a] quo necessitate[b] adstringimur alicuius rei[c] soluendæ † secundum[d] nostræ ciuitatis iura.

Ponit primam diuisionem obligationum: quia aliqua sunt ciuiles, aliqua prætoria.

1 ¶ Omnium autem obligationum summa †[e] diuisio[f] in duo genera deducitur: namque aut ciuiles sunt, aut prætoriæ. ¶ Ciuiles sunt, quæ aut legibus[g] constitutæ †, aut certè iure ciuili comprobatæ †[h] sunt. ¶ Prætoriæ sunt, quas prætor ex sua iurisdictione constituit[i], quæ etiam honorariæ[k] vocantur.

Ponit secundam diuisionem obligationum, quæ est quadruplex.

2 ¶ Sequens diuisio[l] in quatuor species deducitur. Aut enim ex contractu[m] sunt, aut ex quasi contractu[n]: aut ex maleficio[o], aut ex quasi maleficio.

Obligationes ex contractu sunt in quadruplici differentia. Ange.

Prius est, vt de his quæ ex contractu[q] sunt, dispiciamus. Harum æquè[r] quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur[s], aut verbis[t], aut literis[u], aut consensu[x]: de quibus singulis dispiciamus.

TITVLVS XV.

QVIBVS MODIS RE CONtrahitur obligatio.

Mutuum ex eo dictum, quòd de meo tuum fiat, in his rebus tantum consistit, quas numero, pondere, vel mensura constantes, ita hoc damus, vt eorum fiant à quibus recipiantur, & ad nos non illa ipsa, sed eiusdem qualitatis alia reuertantur.

ia, & tamen non habet effectum illum: vt J. de excep. § præterea. Item nec naturalis, quia nec per eam fit actio, licèt impediatur repetitio: vt ff. de dona. l. hoc iure. § fi. & ff. de condi. indeb. l. iudex. & l. Iulianus. Sed dic quòd simul vtraque definitur. Item si[a] bona est definitio, ergo conuertitur cum suo definito. Vbicunque ergo est iuris vinculum, est obligatio: & econtra vbi non est tale iuris vinculum, non est obligatio, ergo nec fideiussor adhiberi potest: vt ff. de verb. oblig. l. j. § v. incipit, si quis ita. inf. quod est falsum quia naturali obligationi accedit: vt J. de fideiuss. in prin. Sed dicas quòd hic est deceptio. nam si dicas, non est obligatio. s. ciuilis & naturalis: vera est. si dicas obligatio, s. nulla etiam naturalis, falsa est. & sic vis est in dictione, obligatio: vbicunque enim dico quòd naturali obligatione quis tenetur, intelligo de iure gentium. quia conuenit solis hominibus & omnibus.

a ¶ *Iuris vinculum.* id[b] est ius vinciens: & sic est res incorporalis: vt J. de re. cor. & incor. & in fi. vt enim boues funibus visualiter ligatur, sic homines verbis ligantur intellectualiter: vt ff. de verb. sig. l. rei. § j. ACCVRTIO. Iuxta illud, Verba ligant homines: taurorum cornua funes. Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

b ¶ *Necessitate.* Tunc[c] enim verè debitor est cum necesse habet soluere: vt ff. de verb. sign. l. debitor. & ita secundum hoc nulla obligatio cui opponitur exceptio, definitur hic. quod verum est, si opponatur exceptio ideò, quia desiit esse vinculum naturale vel ciuile. Nam quædam exceptiones proponuntur etiam quando vtrunque vinculum adest: vt Macedoniani & Velleiani. Sunt enim effectualis[d] obligationis duæ radices: vna naturalis, scilicet quæ consensu nascitur: quæ inter omnes fieri potest etiam inter seruos: & hæc naturalis dicitur: vt ff. de pac. l. j. § adeò. hæc radix contrario consensu tollitur vt ff. de sol. l. Stichum. § naturalis. quia nihil tam naturale, &c. vt ff. de reg. iu. l. nihil tam. sed hæc naturalis vim non habet exigendi: impedit tamen soluti repetitionem: vt ff. de fideiuss. l. fideiussor. § fideiussor. Huic quandoque accedit ciuilis etiam radix: quæ illi naturali facit dat, vel formam, vel vestem, vt possit parere actionem. Et hæc[e] ciuilis tollitur contrario ciuili actu, non naturali, vt per acceptilationem. vt J. quib. mod. tol. oblig. § j. aliàs § item per acceptilationem. Item per sententiam remanente naturali: sed hoc non est ipso iure, sed per exceptionem: vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus. sententia[f] enim est de iure ciuili, cùm omnia iudicia sint de iure ciuili: vt dictum J. de iure natu. § ius autem. in glo. vt sunt. &c. per l. ff. de orig. iur. l. ij. § his legibus latis. vers. hæc disputatio. Et hæc[g] ciuilis non adhæret seruis, cùm nihil sint inspecto iure ciuili: vt ff. de regu. iur. l. seruitutem. & l. quod attinet. Item filio contra patrem, vel econtra non nascitur: vt ff. de cond. l. frater à fratre. cùm inter eos non possit esse iudicium: vt ff. de iudi. l. lis. iure ciuili impediente ratione patriæ potestatis: vt J. de pat. pot. § ius autem. Accursius. ADDITIO. Hodie tamen in aduentitiis fortè nascitur ciuilis obligatio, quamuis durante patria potestate contra eum non exerceatur[h]. Angel.

c ¶ *Rei.* vel etiam facti, quia verbum rei generale est: vt ff. si cert. peta. l. j. in fi. & ff. de verb. sign. l. rei. ADDITIO. ¶ Not. appellatione res factum contineri. ex quo dixerunt aliqui, quòd si statuto caueatur, quòd pro quacunque re petita soluatur solidus pro libra, quod habebit locum in facto petito, quod verum limitat hic Bal. quando tale factum petitum erat æstimabile: vt librum scribi, domum ædificari, & fossam fodi. Si autem esset inæstimabile, vt facere vxorem consentire, tunc nihil esset soluendum: quia verba statuti debent intelligi in casu possibili: hoc est, quo res æstimari possit. & c. non solùm ff. de actio. & oblig. l. & leg. § ideo. C. de his quib. vt indig. Christophorus.

d ¶ *Secundum.* istud secundum[i] potest referri ad totam definitionem. q. d. obligatio sic definitur secundum iura Romana, i. secundum leges, & sic ciuilis naturalis hic simul definitur. 2 Vel dic quòd refertur tantùm ad principium, s. iuris vinculum. Et quod dicit, quo adstringimur. scilicet quandoque: vt quando est ciuilis & naturalis. quandoque non: vt quando est naturalis sola, vel ciuilis sola. & secundum hoc quælibet definitur. hic: non etiam naturalis vel ciuilis sola. 3 Vel dic quòd ponitur remotiuè hæc dictio secundum. q. d. illa obligatio est iuris vinculum: quæ est secundum ius, non contra ius. ff. de verb. oblig. l. generaliter. & l. veluti. & secundum hoc refertur ad primum. 4 Vel dic quòd refertur tantùm ad illam dictionem, soluendæ. nam secundum ius[a] sunt facienda solutiones, vt[b] res æquè bona soluatur: vt ff. si certum peta. l. cum quid. & ff. commo. l. iij. § si reddita. Item congruo loco & tempore: vt ff. de solu. l. si soluturum. Item de euictione promitti debet: aliàs non videtur soluere. vt ff. de verbor. oblig. l. Iulianus. § qui fundum, & ff. de condict. cau. da. l. fin. & de euiction. l. ij. Item per competentes actiones & iudices fiat solutio: aliter non valet sententia, nec solutio fieri debet: vt Codic. si à non competen. iudi. l. fin.

[*Omnium autem.*] CASVS. Obligationis posita definitione, hic ponit eius duplicem diuisionem, quæ patet in litera: dum tamen sciatur, quòd prima diuisio sumitur respectu iurium à quibus procedit obligatio quælibet: secunda verò procedit à causa propter quam introducuntur obligationes: quia omnis obligatio est ex contractu vel quasi &c. Franc. de Aretio.

e ¶ *Summa.* id est[c] prima: 2 Vel summa, id est breuis. sic J. de iur. perso. in prin. est enim quandoque maior: vt J. eo. § fina.

f ¶ *Diuisio.* Diuisio[d] est innumerabilis materiæ breuis compositio & diuisio ad multa facit, vt diximus in proce. § penult.

g ¶ *Legibus.* vt legis[e] Aquiliæ obligatio: vt J. de le. Aquil. in prin. Item de pauperie per l. xij. tab. ff. si quad. pau. fe. di. l. j. j. resp. Item furti nec manifesti: vt J. de noxa. § sunt autem. Secus autem est de furto manifesto: quia illa obl. est prætoria: vt J. de perp. & temp. act. § furt. quoque.

h ¶ *Iure ciuili comprobata*, vt[f] sunt obligationes iure gentium inuentæ: vt J. de iure nat. § ius autem. quæ à iure ciuili sunt comprobatæ: vt ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile.

i ¶ *Constituit.* vt[g] obligatio ex furto manifesto: vt J. de perpe. & tempo. act. § j. Item ex rapina, & vbicunque prætor aliquam obligationem inducit: vt patet per multos titulos: vt ff. de iusti. et iur. l. ius autem ciuile. § ius prætorium.

k ¶ *Honoraria.* quia prætores honores gerebant, quod dic vt J. de iu. natu. § prætorum.

l ¶ *Sequens diuisio.* scilicet obligationum.

m ¶ *Ex contractu.* vt J. tit. vsque ad tit. de oblig. quæ ex quasi contractu.

n ¶ *Ex quasi contractu.* vt J. de obli. ex quasi contractu. Sequentes duo tit. vsque ad quartum lib. sunt communes. s. per quas perso. no. acqu. quot mo. tol. oblig.

o ¶ *Aut ex maleficio.* vt J. de obli. ex malefic. vsque ad titu. de obli. ex quasi malef.

p ¶ *Ex quasi maleficio.* vt J. de oblig. ex quasi malef. & subaudi, aut ex variis figuris causarum: vt ff. de act. & oblig. l. j. in princip.

q ¶ *Ex contractu.* Propriè[h] ponitur quo ad illos contractus vbi hinc inde nascitur obligatio: impropriè quo ad alios: vt ff. de ver. sig. leg. l. Labeo. sic ff. si cer. pe. l. certi condictio in princ. & de off. procon. & leg. l. ij. ADDITIO. Not. appellatione contractus intelligi propriè contractum vltro citròque obligatorium: pro quo l. Labeo ff. de ver. signif. Ex quo dicit Bald. quòd si statuto caueatur quòd qui non petierit debitum ex contractu intra x. ann. cadat à iure suo: non habet locum in creditore ex mutuo. quia ille non est propriè contractus: cùm solùm recipiens obligetur, non autem numerans. Christo.

r ¶ *Aeque.* vt supra. Accursius.

s ¶ *Recontrahuntur.* vt J. tit. prox.

t ¶ *Verbis.* vt J. tit. ij. vsque ad tit. de lit. oblig.

u ¶ *Literis.* vt J. de lit. oblig.

x ¶ *Consensu.* vt J. de oblig. ex consen. cum sequen. tit. Sed quæ[i] est differentia inter actionem & obligationem & contractum? Respond. contractus est verborum conceptio vel consensus: vt patet ff. de

a Definitio bona conuertitur cum suo definito.

b Iuris vinculum quid.

c Debitor verè dicitur à quo iure potest exigi.

d Obligatio effectualis habet radices naturalem & ciuilem.

a Solutio secundum ius facienda est.

b Si solutio iure fit quotiens res æquè bona congruo loco & tempore, euictione promissa competenti actione & iudice fit solutio.

c Summa pro primo vel breui.

d Diuisionis diuisio.

e Obligationes ciuiles legibus constitutæ quæ dicantur.

f Obligationes ciuiles iure ciuili comprobatæ quæ dicantur.

g Obligationes Prætoriæ quæ.

h Contractus propriè dicitur, vbi hinc inde nascitur obligatio: impropriè in aliis.

i Contractus, obligatio, & actio, differunt.

verb. oblig. l. stipulationum. §. stipulatio. & est facti: vt ff. de cura fur. l. consilio fiat. Obligatio est quæ inde nascitur: argument. ff. si cert. petatur. l. si certu fuerit. Actio est quod postea inde surgit: & sic nullum est alterum: vt ff. de procur. l. licet. §. ea. & J. tit. y. in princ. & hæc duo sunt iuris vt in definitionibus patet.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

Continuatio huius tit. ad præcedentem patet. S. titul. prox. in fi. Angel.

† Hoc primore spondeus de re. ne ff. Agi. Vet.

RE† contrahitur[a] obligatio, veluti ex mutui datione. Mutui[b] autem obligatio † in his rebus consistit, quæ pondere[c], numeró, mensuráve constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando[d], aut metiendo[e], aut appendendo[f] in hoc damus, vt accipientium fiant. Et quandoque[g] † nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis[h] redduntur: vnde[i] † etiam mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat[k], & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur certi condictio[l].

† aliàs dati.

a Diuisio.

† quoniam,

† al. inde.

RE contrahitur.] Totus iste tit. diuiditur[a] in quinque partes. Primò ponit de mutuo. Secūdò de indebito soluto. Tertio de cōmodato. Quartò de deposito. Quintò de pignore dato. Secunda ibi in §. is quoq;. Tertia ibi; Item is. Quartà ibi; Præterea. Quinta ibi in §. creditor quoque. CASVS. Domine, Impera dixistis mihi, quòd obligationum quæ ex contractu nascuntur, quatuor sunt species. Quarum prima est quòd re contrahitur obligatio, Domine, pro Deo dicatis mihi qualiter re contrahitur obligatio? Et dominus Impera. respon. quòd mutui datione contrahitur obligatio re. Sed domine, pro Deo, in quibus rebus consistit mutui datio? Ad hoc respon. dominus Impera. quòd mutui datio consistit in his rebus quæ consistunt pōdere, numero, & mensura: veluti vino, oleo, frumento, &c. hoc est in rebus illis, quæ sunt vt quantitas, non vt species: quas res aut numerando, & hoc refertur ad pecuniam numeratam: aut in metiendo, & hoc refertur ad vinum, oleum, & frumentum: aut in appendendo, & hoc refertur ad æs, aurum, & argētum: in hoc damus, vt accipientium fiant, & de natura mutui est, vt non idem corpus reddatur, sed in eodem genere. Transit enim dominium rei mutuatæ in accipientem: licèt teneatur de corpore æquiualenti in eodem genere. Ideò enim dicitur mutuum, quia de meo fit tuum. Sed Domine, vos tota die loquimini de contractu mutui: sed pro Deo, quæ actio nascitur ex illo contractu? Respon. Impera. quòd nascitur ex isto contractu quædam actio quæ vocatur certi condictio specialis. & hoc dicit dominus Guido. Vel alio modo pone sic casum: Posuit Iusti. determinando species obligationis, & specierum species. Vnde primò de specie subdit exemplum. Dixi etiam ei, Domine, vos dixistis mihi s. quòd quandoque re contrahitur obligatio. sed dicatis, si placet, quando? Respond. Imper. Re contrahitur: &c. Et quia consistit primò in mutui datione: ideò consequenter determinat in quibus consistit mutuum siue mutui datio: ibi, Mutui. Consequenter modum designat. & addit rationem quare sic appellatur: ibi, Vnde & c. In fine dicit quòd actio ex eo nascitur, determinando. & ita quinque principaliter in hoc responso continentur. Franciscus.

b Pactum nudum sex modis vestitur. Et dicitur pactū nudum, quod stat in puris finibus conuentionis: aliàs si transit in proprium nomē contractus. vel formam seu solennitatē vel causam per quam sortiatur effe. actionem assumit, est vestitum. Angel.

† Hoc non exprimit Azo, quē sequitur b u Bald.

a ¶ Recontrahitur. In primo uo. vestiri[b] pactum id quod est nudum vj. modis: Re, vt hic. Verbo, vt J. titulo j. Literis, vt J. de lit. ob. Consensu. vt J. de obligat. ex consf. Cohærentia contractus, vt si iuxta contractum opponatur aliquod pactum ante vel post. vt C. de pact. l. potens. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimo. Item interuentu rei, vt in contractibus innominatis: ex quibus nascitur actio demūm re secuta: vt C. de rerum per l. ex placito. Sed quid differt ea quæ vestitur re, ab eā quæ interuentu rei vestitur: Respond. prima habet vestimentum & robur statim cūm nascitur. nam statim agitur vt reddatur mutuum vel commodatum. ff. si cert. peta. l. cum quid. Sed in alia dudum fortè postea quando res traditur. C. de pac. l. petens. & C. de rerum permutat. l. ex placito. Et adde duos modos. vt not. de §. quinimo. in gloss. j. scilicet quando vestitur legis auxilio. † quod est quotiens nudum pactum actionem parit: vt in donatione; vt ff. de pact. l. legitima. item rei principio, vt in pollicitatione facta reipub. vt ff. de pollicita. l. j. Accursius ADDITIO. Item vestitur pactum auctoritate legis vt C. de donat. leg. si quis argentum. sed iste modus comprehenditur sub prædictis. Item iureiurando: vt ff. de oper. lib. ut iurisiurandi.

b ¶ Mutui. Nota quòd quatuor debent esse in mutuo. natura, vt ad hoc sit inuenta, vt mensuretur, vel ponderetur, vel numeretur: sicut est in pecunia: vt ff. de contrahen. emp. l. j. Item consuetudo. Item aptitudo vt ad numerum vel ad pondus suæ naturæ aptetur. Item actus, scilicet vt detur secundùm naturam suam. Nam si dedero pecuniam in sacculo non numeratam, vt tantundem reddas, non erit mutuum, sed innominatus contractus. Vide hos casus. ff. si certum pet. l. ij. §. ij.

c ¶ Pondere. ff. si cert. pet. l. y. §. item mutuum. contra. Solutio, ibi largè accipitur nomen pecuniæ: vt ff. de leg. j. l. talis. Accursius.

d ¶ Numerando. vt pecuniam.

e ¶ Metiendo. vt vinum, oleum, frumentum.

f ¶ Appendendo. vt ære, & argento, & auro. ¶ Sed quid si librum ad pondus dedero: Respon. non est mutuum: quia considerantur[a] consuetudo, & aptitudo, & natura rei talis: sic ff. eo l. y. §. j. ¶ Item quid si pecuniā in sacculo vt speciē. Respon. non est mutuum: quia actus mutuo similis exigitur: vt ff. de leg. j. l. plane vbi. §. y. ver. sed hoc ita erit.

a Consuetudo & alia tria in mutuo sunt consideranda.

g ¶ Et quandoque. incidēter enim quandoque eadē: quia nō indiget eadē: vt arg. ff. si cer. peta. l. qui pecuniā. sed cū accipiens debet esse proprius, vt aliud reddas: vt ff. si cer. pet. l. y. in prin. Accur.

h ¶ Qualitatis. i. bonitatis: qd tacitè semper præsumitur agi. vt ff. si cer. peta. cum quid. §. j.

Indebito errore soluto, perinde re obligatur recipiens, atque si ex mutuum factum fuisset: idcirco in eum condictitia actio datur; impuberes autem sine tutore indebitum recipientes, nihilo magis re obligantur, quàm ex mutuo.

¶ Is quoque † qui non debitū † accepit ab eo qui per errorem[m]

† Facit ad illud gl. ut dicitur ... indebitum ... naturali. contra de solut. ... gl. ... terra repetitio ... indebiti.

i Redduntur.] Non datur mutuò nisi quod & reddi potest in suo genere cūm Stichus pro Pamphilo datur, Stichus non redditur, sed datur. cūm vinum pro vino datur æquè bonum, eadémque mensura, redditur vinum verius quam datur. Cuiacius.

i ¶ Vnde. quia fit accipientis. Accursius.

k ¶ Tuum fiat. compositum enim ex integro & corrupto: vt hic, & ff. si cer. pet. l. y. §. appellata. ¶ Et not. quòd licet deseruire nomini: quia nomina debent esse consonantia rebus: vt supra de dona. §. est & aliud. ¶ Et not. reconciliari mutuum tribus modis: vt not. ff. si ce. l. petā. l. secunda. §. appellata. in gloss. y. & infra eod. §. item is. in glo. mutuum ... ADDITIO. Quibus adde duos alios modos, scilicet propter superuenientiam dominij in mutuantem ex causa de præterito: vt l. proinde ff. si certum petatur. Item ratihabitione secuta: vt l. procurator. de ff. condi. indeb. & hæc vera in mutuo merè naturali: aliàs merè ciuili cursu biennij. Item ciuile, cui natura cooperatur, reconciliatur stipulatione, siue præcedat, siue sequatur: vt per Ange. hic.

l ¶ Certi condictio. scilicet specialis[b], quæ de mutuo datur: vt hic appellatur à quibusdam, si certum petatur: vt ff. de tritica. l. j. Sed dic quòd condictio certi ex mutuo specialis dicatur. Est & alia generalis[c] quæ datur ex omni causa & ex omni contractu ex quo certum petitur: vt ff. eo. de reb. cred. l. certi condictio. in prin. ¶ Sed nunquid[d] ad interesse datur certi condictio? Quidam dicunt quòd non: vt ff. si quis in ius vocat. non ie. l. fin. Nos dicimus quòd sic. & quod d. l. dicitur incerti condictio, dic, id est certi condictio, quæ datur ad interesse quod est incertum. & est ratio: quia licèt prima facie sit incertum, certificatur tamen per iudicem: vt infra de act. §. curare[e]. secus si ad factum: quia etiam in sententia non certificatur quantitas: vt ff. de verb. obliga. l. vbi autem. §. qui id quod: & ff. de re iudi. l. si quis ab alio. §. fina.

b Condictio certi specialis datur ex mutuo.

c Condictio certi generalis.

d Interesse petitur condictione certi.

e Et pro hoc alle. Ange. hoc casum in l. 2. C. de iust. ... Non enim in potestate actoris quantitas interesse, sed spectat ad iudicem.

[Is quoque.] CASVS. Dixi Imperatori: Domine, iam bene vidi qualiter in mutuo re cōtrahitur obligatio. cōtrahiturne alio modo? Ad hoc respon. dominus Impe. quòd sic: quia non solùm qui mutuū accepit, re obligatur: sed etiā ille qui indebitum sibi per errorē solutū recepit, re obligatur. vnde si aliquis putat se tibi teneri in x. cūm in veritate non teneatur, & illa tibi soluerit, re obligatus es ei: & competit sibi contra te condictio indebiti quæ datur propter indebita soluta. Nā ab eo qui indebita recepit à sibi soluente per errorē, poterūt cōdici per condictionē indebiti: sicut ab eo qui accepit mutuā pecuniam, potest illa pecunia cōdici per condictionē certi specialis de mutuo & ita ōia ista duo paria sunt in effectu, & in modo obligationis. Sicut enim qui mutuā pecuniā recipit, tibi re obligatur. & potest ab eo pecunia recepta cōdici per condictionē certi specialis de mutuo. sic & iste qui indebitum recipit ab eo qui indebitā soluit per errorē, re obligatur & ab eo potest pecunia illa cōdici. Sicut ergo paria sūt in ponēdo, siue in affirmādo: sic & paria debent esse in negando, vnde sicut pupillus, si sibi mutuaretur pecunia, non tenebitur: sic nec tenebitur si indebitū sibi fuerit solutū. In fine dicit quòd quædā iniuria videtur fieri huic speciei: eo quòd ponitur inter species quæ ex cōtractu oriūtur: eo quòd ille qui indebitū soluit, credēs se teneri, cū tamen non teneatur: magis intēdat distrahere negocium quàm contrahere, eo quòd solutum intendit liberare. Fran.

m ¶ Per errorem. aliud si ex certa scientia: vt ff. de cond. inde. l. j. & J. de reg. iur. l. cum per errorem. & C. de tur. & suc. ... Accur. ADDITIO. Ex quo not. modum concludendi esse, quòd indebitum soluit per errorem iuris vel facti, prout fuerit: & est necesse

hoc

hoc exprimere, nisi qualitas personæ agentis esset causa dandæ condictionis: vt in pupillo, in demente vel furioso. Angel.

a ¶ *Condictitia actio.* id est condictio indebiti quæ datur propter indebita soluta, si facta sint accipientis: *vt ff. eo. de condi. inde. l. indebiti. §. j.* aliàs nulla condictio datur, nisi dominium sit translatum: *vt ff. de vsufruct. quemad. ca. l. j. & infra de act. §. sic i. & §. appellamus.* ¶ Itẽ ad augmenta naturalia: *vt ff. eod. de cond. indeb. l. indebiti.* non ad ciuilia, vt *C. eod. l. j.* Et in quantũ locupletior est accipiens, si bona fide percepit: *vt ff. eod. l. si nõ sortem. §. libertus.* aliàs si sciẽs acceperit, in totũ: *vt ff. eo. l. in summa. §. si seruum.* & quandoque fur tenetur: *vt ff. de condi. fur. l. quoniam.* Vel dic vt ibi.

b ¶ *Ab eo.* scilicet qui soluit.

c ¶ *Condici.* ei cui solutum est. Accur.

d ¶ *Si apparet.* si, id est quia. Sed videt hic dici, quod primo appareat indebitũ: & sic probetur antequã actio proponatur: & ita ante lit. cõtest. quod est falsũ, nisi in casu: *vt C. de testi. l. in omnib. sed & si quis.* Sed respon: hoc verbũ potest, quod hic est, intelligitur cum effectu, scilicet condemnetur reus.

soluit, re obligatur: datúrque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio[a]. Nam perinde ab † eo[b] condici[c] potest, si apparet[d] eũ dare oportere, ac si mutuum accepisset[e]. Vnde pupillus[f], si ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione: non magis quàm mutui datione[h]. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu[i] consistere: cum is qui soluendi animo dat, magis velit negociũ distrahere, quàm contrahere †.

Non minus re obligatur, qui commodatum accepit, quàm qui mutuum: in hoc tamen differunt, quod mutuum accipiens, rei dominium adsequitur, & ob id aduer-

e ¶ *Accepisset.* vnde tenetur: nisi in casibus: vt si soluitur ex causa quæ inficiatione crescit: *vt C. eo. de condi. inde. l. ea quæ.* Item ex causa pietatis: *vt ff. eo. l. cum her. §. si mulier.* Item transactionis: *vt ff. eo. l. in summa.* Item rei iudicatæ: *vt C. eo. l. j.* Item scienter: *vt ff. eo. l. j.* & hic dicitur. Item iuramenti: *vt infra de ac. §. item si quis postulante.* Et aliàs: *vt no. infra de oblig. ex quasi contractu. §. fin.* & etiam *in l. alleganter. §. f. in glo. fi. ff. de condi. indeb.*

f ¶ *Vnde pupillus.* sed si pupillo solueris indebitum per errorem credens teneri: non poteris contra pupillum agere condictione indebiti, nec certi condictione ex mutuo. Sed ista obligatio non videtur ex condictione descendere: quia soluis pupillo per errorem.

g ¶ *Mutui.* quia neutra, nisi sit factus locupletior.

h ¶ *Datione.* Sed qualiter tenetur ex mutuo? Distingue: aut est infans, & tunc nullo modo tenetur: *vt ff. eo. de condi. inde. l. quod pupillus. & ff. de actio. & oblig. l. pupillus.* Aut maior infante, & tunc si tutori promittat, nullo iure debetur: *vt ff. de auct. tut. l. pupillus.* Si alij promittat, & sine tutore: naturaliter tantum tenetur: *vt ff. de nouat. l. j.* si cum tutore, etiam ciuiliter & naturaliter obligatur, sed restituitur: *vt ff. de auct. tut. l. impuberes. & C. si tut. vel cura. inter. non fuerit.* Et in adulto habente curatorem idem quod in pupillo: *vt C. de in integ. resti. mi. l. si curatorem.* aliter enim, id est si curatorem non habet, ciuiliter & naturaliter tenetur, sed restituitur. Et hæc omnia sunt vera, nisi factus sit locupletior: vel quia sit salua pecunia, vel in aliã rem versa: *vt ff. de solu. l. in pupillo:* tunc enim tenetur & ciuiliter & naturaliter, & cum effectu: *vt ff. eo. l. natur. oblig. §. fi. & l. seq. & ff. commo. l. iij.* His ergo eisdem modis & de indebito tenetur, vt hic dicitur. Et no. similitudinem inter mutuum & indebitum, quod valet ad multa: *vt ff. eo. l. indebiti. §. j. & ij.* vbi reconciliatur indebitum eisdem modis, quibus mutuum.

i ¶ *Ex contractu.* nec est, imò ex quasi contractu: *vt j. de obligat. ex quasi contract. §. item is.* Aliquid tamen tacite geritur, propter quod est positus hic casus inter obligationes ex contractu: *vt ff. eo. l. sin. area. j. respon. & ff. commo. l. si is qui. §. vlt.*

[*Item is qui &c.*] Casvs. Expeditis duobus modis quibus re contrahitur obligatio, mutui datione, indebiti solutione; superest aliud genus per quod re contrahitur obligatio, scilicet per commodatum. Si enim res alicui vtendi gratia detur, i. commodetur, re obligatur: & tenetur actione commodati. Sed diceret aliquis: Domine, satis patet similitudo inter illum qui recipit mutuũ, & illũ qui recipit cõmodatũ: quia vterq. re obligatur. sed si places, dicatis mihi, quæ est differẽtia inter eos? Frater, dicit ipse, differẽtia est. quia qui mutuũ recipit, fit dominus rei mutuatæ, si dominus fuerit ille qui rẽ sibi mutuauerit. qui autẽ cõmodatũ accipit, nõ fit dominus rei cõmodatæ: vnde tenetur restituere idem corpus quod accepit. Domine Iust. dixi ego: núquid alia differentia, inter eos reperitur? Vtique, dicit ipse. ille enim qui recipit mutuum re obligatur, & ab illa obligatione per casum fortuitũ nequaquã liberatur. secus in illo qui recipit commodatum: quoniam is exactam custodiam tenetur præstare circa rem sibi commodatam. si tamen eam per casum fortuitum amiserit, nõ tenetur: & hoc verum est, nisi culpa sua præcessit casum illũ. Sed domine, pro Deo, ponatis mihi exemplũ de culpa fortuitum casum præcedente. Libẽter, dicit ipse. Si ego tibi scyphos meos argẽteos cõmodaui enim, vt eis domi inter vicinos tuos, quos ad conuiuium inuitaueras, vtereris: & tu eos tecum peregrè portasti: si postea aliquo casu fortuito amiseris, teneberis, eo quod tua culpa præcesserit casum illum. Sed domine pro Deo dicatis mihi, quãdo dicitur res propriè commodata? Frater, dicit ipse: Res tunc dicitur cõmodata propriè esse, quando nulla merces interuenit: quia si merces interuenisset, diceretur potius locata vel conducta: quod nõ est in commodato, quia cõmodatũ debet esse gratuitum. Franc.

sa casu non liberatur: is autem cui commodatur, dominus non fit. qui quamuis rei custodiendæ exactissimam curam præstare debeat, de casu tamen fortuito (nisi culpa præcesserit) minimè tenetur.

¶ Item † is cui[k] res aliqua vtenda datur[l], id est commodatur, re obligatur: & tenetur commodati actione. Sed is ab eo qui mutuum accepit, longè distat. Namque[m] non ita res datur, vt eius fiat[n]: & ob id de ea ipsa re[o] restituenda[p] tenetur. Et is quidem[q] qui mutuum accepit[r], si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio[s], aut latronũ hostiumve incursu; nihilo minus obligatus remanet. At is qui vtendum accepit, sanè quidẽ exactã[t] diligentiam

k ¶ *Item is cui.* q.d. non solùm in duobus superioribus casibus, scilicet quando aliquis accipit mutuum, vel quando accipit indebitum, obligatur re, sed etiam in hoc casu. Accursius. Adverto. No. quòd si commodauero tibi aliquam rem, re obligaris, vt possim contra te agere commodati actione. Sed differentia[a] est inter illum qui mutuũ accepit, & illum cui commodata est res, quia si commodauero tibi equum meum, ego non do tibi eum vt tuus fiat: & ideo teneris mihi de eadem re restituenda. secus in mutuo. quia si mutuo tibi, non teneris mihi reddere eandẽ rem, sed aliam rem eiusdem naturæ, & æquè bonam. Alia est differentia: quia qui mutuum accepit si casu fortuito amiserit quod accepit mutuo, veluti incendio, ruina, naufragio, aut incursu latronũ vel hostium: nihilo minus possum agere contra eum ex mutuo. Sed commodatarius diligenter debet custodire rem sibi commodatam: nec sufficit si adhibeat talem diligentiam in custodiendo, qualem in suis rebus solet adhibere: si alius homo diligẽtius potuerit custodire. Si verò propter maiorem casum commodatarius rem sibi cõmodatam amiserit, non tenetur: dum tamen propter culpam suam casus iste non euenerit. aliòquin si tibi commodauero scyphum meum vt haberes in domo tua: & tu forsitan tecum in peregrinationẽ tuleris, & incursu latronum amiseris, vel naufragio, teneris mihi de eo restituendo, vel ad eius æstimationem.

l ¶ *Datur.* id est traditur: quia dare est dominium transferre: *vt ff. de verb. oblig. & infra de actio. §. sic itaque.* quod non fit in re commodata. Christoph.

m ¶ *Namque.* prima differentia inter mutuum & commodatum.

n ¶ *Vt eius fiat.* quod est in mutuo.

o ¶ *De ea ipsa re.* quod non est in mutuo.

p ¶ *Restituenda.* etiam non deteriore: aliàs non videtur reddita. vnde tenetur ad interesse: *vt ff. commodati. l. ij. §. si reddita.*

q ¶ *Et is quidem.* secunda differentia.

r ¶ *Mutuum accepit.* Hic no. mutuũ[c] esse triplex. Naturale tantum, s. quãdo fit numeratio sine stipulatione de soluẽdo. Ciuile tantũ, quãdo stipulatio interuenit de soluẽdo sine numeratione. Ciuile & naturale, quando numeratio & stipulatio interuenit: *vt ff. si cer. pet. l. j.* Item not. quod deficit[d] mutuum ratione rei, vt in fure: *vt ff. e. l. j. §. mutui. & §. appellata.* & ratione personæ. *vt ff. si cer. pet. l. si a furioso.* & ratione dissensus: *vt ff. si cer. pet. l. si ego pecuniam & l. si & me & Titium.* ¶ Reconciliatur[e] autẽ mutuũ cõsumptione: *vt ff. si cer. pe. l. ...* & si fit stipulatione: *vt C. si cer. pe. l. quamuis.* vsucapione, ad instar alienæ pecuniæ datæ in dotem: *vt ff. de iure dot. l. Proculus.*

s ¶ *Naufragio.* hic nota fortuitos casus melius quàm in aliqua lege sic enumerantur aliqui casus *C. de pign. act. l. quæ fortuitis.*

t ¶ *Exactã.* aliàs exactissimã[f], & sic ponitur positiuus pro superlatiuo. ¶ Et distinguẽ, quia interdũ solus dolus venit in cõmodato: vt si cõmodo vxori meæ, vt cõpta veniat ad me: *vt ff. eo. com. l. si vt certo. §. nunc videndũ. & §. interdũ.* Quandoque dolus, & culpa leuis: vt si cõmodo tibi scyphũ, vt cõuiuæ amici inuitentur ad cœnã: *vt ff. eo. comm. l. in reb. § hoc ita.* Interdum leuissima, & hoc generali-

a Commodatum & mutuũ differunt dupliciter.

b Hoc CI. nõ est Accursij.

c Mutuum est triplex: Naturale, Ciuile, mixtum.

d Mutuũ deficit ratione rei, personæ, dissensu.

e Mutuum reconciliatur cõsumptione, stipulatione, vsucapione.

f Vt in scriptis exemplaribus legitur.

g Commodatarij quid præstare commodatarius debeat.

ter, vt hic. Interdum casus, vt si culpa præcedit casum: vt hic sequitur, & ff. eo. l. in rebus circa princ. versic. alioquin. ADDITIO. Si quæratur[a], an in commodato commodatarius teneatur de dolo, lata culpa vel leui: dic ex mente docto. in dicta l. si vt certo. quòd si contractus celebratur gratia dantis, tunc recipiens tenetur solùm de dolo & lata culpa. Sed si gratia recipientis tantùm, tunc tenetur de dolo & omni culpa: sed non de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum, vt hic. Si gratia vtriusque, tunc de dolo, lata culpa, etiam leui. Quid si res commodata sit æstimata antequam commodetur? Dic quòd æstimatio semper addit vnam speciem obligationis primæ vt per glo. & Bart. in d. l. si vt certo, &c. secundùm Iasonem & Christophorum.

custodiendæ rei præstare iubetur: nec sufficit ei[a] tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est: si modò alius diligentior poterat eam rem custodire, sed propter maiorem vim † maioresve casus[b] non tenetur: si modò non ipsius culpa is casus interuenerit. Alioqui tibi id quod tibi commodatum est domi, peregrè tecum ferre malueris, & vel incursu hostium prædonúmve vel naufragio amiseris: dubium non est quin de restituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc propriè intelligetur, si nulla mercede[c] accepta vel constituta, res tibi vtenda data est: alioqui mercede interueniente, locatus tibi vsus rei videtur, gratuitum enim debet esse commodatum.

Depositarius obligatur re, & tenetur de dolo. Aretinus.

3 ¶ Præterea[e] & is apud quem res aliqua deponitur[f], re obligatur, tenetúrque qui & actione depositi ipse de ea re quam accepit, restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo[g] commiserit: culpæ[h] autem nomine, id est desidia re negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit: non ei, sed suæ facilitati id imputare[i] debet[k].

Pignoris quoque obligatio re contrahitur: quæ quia vtriusque contrahentis gratia celebratur, creditorem de dolo & leui culpa tantum obnoxium reddit.

4 ¶ Creditor[l] quoque † qui pignus accepit[m], re obligatur, qui & ipse de ea re quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia[n]. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur: & creditoris, quò magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere si ad eam rem custodiendam exactam[o] diligentiam adhibeat: quam[p] si præstiterit, & aliquo fortuito casu[q] rem amiserit, securum esse[r], nec impediri creditum petere.

a ¶ Ei. s. commodatario.
b ¶ Casus. s. alios.
c ¶ Mercede. sic infra locati. §. primo. sic infra mandati. §. fina.
d ¶ Commodatum. Commodatum[b] est, si dedi tibi rem meam vt vtaris, nec inde accepi mercedem. si verò merces interueniat, erit locatio & conductio. gratuitum enim debet esse commodatum. ideo teneris ad exactissimam diligentiam. sic j. locati. §. j. sic j. mand. §. fi.

[Præterea.] CASVS. Hic prosequitur Iusti. quartum modum quo contrahitur re obligatio: dicens quòd præter prædictos modos re contrahitur obligatio, scilicet in deposito. vnde si tu rem tuam penes aliquem deposueris, ipse re tibi obligatur: & competit tibi actio depositi: depositarius tamen non tenetur nisi de solo dolo, subaudi & de lata culpa: de alio verò non. vnde si rem depositam per modicam culpam amiserit depositarius, non tenetur quia est quod imputetur deponenti. Suæ enim facilitati imputare debet, & conqueri, qui rem suam custodiendam amico tradidit negligenti. Item dicit imperator in §. creditor. quòd non solum dictis quatuor modis re contrahitur obligatio, sed etiam creditor qui pignus accepit à debitore, re obligatur: & tenetur de ea re restituenda quam accepit, pignoratitia actione. Sed domine, dixi ego: tenetúrne de leui culpa? Respon. quòd non, quia pignus vt vtriusque gratia datum est. creditoris, vt magis pecunia sua in tuto sit: & debitoris, quia forsan non crederetur ei pecunia: & propterea sufficit vt exactam diligentiam adhibeat: & hæc est illa quam rebus suis adhibere solet: quam si præstiterit, quanquam pignus amiserit, non tenetur: & nihilo minus creditum petere poterit. hoc dicit.

e ¶ Præterea. i. præter supradictos modos accipiens depositum, re obligatur. Vnde si[c] deposui penes te rem meam, mihi obligatus: & possum agere contra te actione depositi ad rem mihi restituendam: & teneris ex solo dolo, si dolum commiseris: sed si negligenter custodieris, non teneris. Et ideo si depositarius rem sibi depositam per negligentiam suam amiserit furto. debet sibi imputare, qui custodiendam rem suam amico suo tradidit negligenti, vt dicitur in fine huius §.

f ¶ Deponitur. i. custodienda datur: vt ff. depositi l. j. Accur.

g ¶ Dolo. No. in deposito[d] solum dolum venire: vt hic. & ff. deposi. l. j. §. illud. Item venit lata culpa, quæ pro dolo accipitur[e] vt ff. eo. l. quod Nerua. Quandoque leuissima, vt si hoc fuerit pactum: vt ff. eo. l. j. §. sæpe. Item si fuit in culpa, quia portauit rem depositam per locum periculosum: vt ff. commo. l. in rebus §. j. & l. si vt certo. §. interdum. Item mora facta in restitutione: vt ff. deposi. l. si in Asia. § fina. & hic & superior similiter tenetur de casu.

h ¶ Culpa. scilicet leuis.

i ¶ Imputare. sic infra pro socio. §. fina. & ff. de minori. l. cum mandato. § fina.

k ¶ Debet. Hic nota illud esse dolum[a], vt quando est machinatio studiosa: vt ff. de dolo. l. j. §. ij. 2 Aliud latam[c] culpam, vt non intelligere quod omnes intelligunt: vt ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. §. si filius. & de verborum & rerum significatione. l. lata. 3 Aliud leuem[d], vt desidiæ & negligentiæ: vt hic. 4 Aliud leuissimam[e], vt si quocunque modo potuit prævidere, & non prævidit. vnde furtum fieri non potest sine leuissima culpa: vt ff. pro socio. Leuem in duabus[f] vel incendium[g] nasci, licèt non noceat inculpabilis. vt ff. de officio præfecti vigilum. l. non salutem reipublicæ. § j. & ff. de periculo & commodo rei venditæ leg. si vendita. & supra proxima. §. 5 Aliud casum fortuitum, qui scilicet prævideri non potest: vt supra proximo §. & C. de pignoratitia actione. l. quæ fortuitis. Accursius.

l ¶ Creditor. Creditorem accipe ex omni[h] causa, vt in authent. de fideiussso. §. fin. & ff. de verborum significatione. l. si cui.

m ¶ Accepit. Nota cautè poni accepit, aliter non dicitur re obligari. sed pignus creditori etiam nuda conuentione tenetur: vt ff. de pignorati actio. l. prima, & hypothecaria sibi nascitur ad pignus illud persequendum: vt infra de actionibus. §. item Seruiana. ADDITIO. Pro hac glossa vide text. in l. grege. §. & in superficiarius. ff. de pigno.

o ¶ Actione pignoratitia. Quæ nascitur demum soluta pecunia, vel aliàs satisfactio: vt ff. de pignoratitia actione leg. si rem alienam §. omnis pecunia. ¶ Sic[h] in actione tutelæ, quæ demum finita tutela nascitur: vt ff. de tutel. & rationibus distrahendis l. si tutor. §. finali. & leg. sequenti. licèt quidam dicant etiam prius eam nasci, sed non intentari: vt notatur in dicto §. omnis pecunia. Accursius Florent.

o ¶ Exactam. propriè ponitur, non pro superlatiuo exactissimam: vt supra eod. §. at is qui vtendum accepit. non enim tenetur de leuissima: vt ff. de pignoratitia actione l. si cum venderet. §. venit autem & l. seq. Accursius.

p ¶ Quam. scilicet exactam diligentiam.

q ¶ Fortuito casu. Sed quis probabit hunc casum? Respond. creditor probat se amisisse: vt C. de pigno. act. l. si creditor. Item debitor probabit dolum vel culpam creditorem commisisse: vt ff. de probatio. l. in exceptionibus. & l. quotiens. §. qui dolo. Sed tertiò creditor probat casum, si vult euadere[i] licet Bul. aliter distinxerit: vt not. d. l. si creditor. Accursius.

r ¶ Securum esse. repete placuit.

DE VERBORVM OBLIGAtionibus, &c.

Ista continuatur ad præcedentia, vt patet in textu supra de obligationibus, in fine. Aretinus.

VErbis.] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit qualiter obligatio verbis contrahitur, & quæ actio ex ea resultet. Secundò quibus verbis olim & hodie concipitur. Tertiò quot modis stipulatio fieri potest. Quartò illud per exempla declarat. Secunda ibi, In hac re olim. Tertia ibi, Omnis stipulatio. Quarta ibi, Purè veluti. CASVS. Quæsiui à Iustiniano, Domine, qualiter obligatio contrahitur verbis? Et respondet: Ex interrogatione præcedente, & responsione subsequente, cum quid dari fierive stipulamur. Ex qua obligatione verborum duæ proficiscuntur actiones, scilicet certi condictio ex stipulatione & actio

a Commodatarius de quibus teneatur.
† Vis maior quæ dicatur, pulchrè Bald. ...
b Commodati declaratio generalis.
e Depositi declaratio.
a Doli, latæ culpæ, leuis, & leuissimæ & casus fortuiti differentia.
b Dolus quid.
c Culpa lata quid.
d Culpa leuis quid.
e Culpa leuissima quid.
g Incendium non nascitur sine culpa leuissima ...
h Creditoris & crediti generalis est significatio.
... Angel.

& actio ex stipulatu, si res incerta deducatur in stipulationē. Sed domine quod est nomen verbo. obliga? Et respon. dominus imperator, q vocatur stipulatio. Sed domine, quare dicitur hæc obligatio stipulatio? Et ad hoc resp. q hoc est ideo quia stipulū apud veteres firmum appellabatur, à stipite descendēs: & ideo hæc obligatio tanquam firma vocabatur stipulatio. Fran. de Aret.

a ¶ *Ex interrogatione.* s. p̄cedēte, & responsione sequente: *vt hic & C. de vsur. l. j. aliàs non valeret.*

b ¶ *Dari.* s. certum[a], quod appareat q. d. quale vel quātū sit in obligatione: *vt ff. eo. l. stipulationū. & l. sequenti.* Accur.

c ¶ *Fierive.* vel[b] etiam non fieri: *vt ff. eod. l. vbi autem. §. id quod & j. eo. §. fin.* Accur.

d ¶ *Stipulamur.* est autē stipulatio verborū cōceptio, qua aliquid dare vel facere promittimus &c. *vt ff. eo. l. v. §. stipulatio.* Accur.

e ¶ *Ex qua.* sc. obligatione verborum.

f ¶ *Condictio certi.* s. generalis, da quā dic. *vt ī. tit. l. diuimus. circa princip.* Itē & triticaria locum habet, vbi petitur certum vel incertum. nisi petat[c] pecunia numerata: *vt ff. de tritic. l. j.*

g ¶ *Ex stipulatu.* si autē incertū quid mihi dabeatur, non ex stipulatiōe, sed ex alio cōtractu, agitur cōdictione incerti. nam dico quod est proprium nomē actionis: *vt ff. de condict. inde. l. sed & si me. §. j. vbi de hoc notom.* Accur.

Ex stipulatu. Actio ex stipulatu plerūque generaliter accipitur & pro certi cōdictione *l. inter stip. §. si rem quam ff. de verb. oblig. l. si pocto quo penam C. de pac. l. vnica C. de rei ux. act.* stipulatū p stipulatione dicimus *l. pecunia. D. de vsur. l. vxori. §. vlt. de leg. ij. Cod. de inut. stipu.* vt transactum pro transactione *in l. vlt. C. si aduer. trans.* & compeēdinatum pro competendinatione apud M. Tull. Actio igitur ex stipulatu, i. ex stipulatione, qua agitur hoc modo: Quod mihi ex stipulatione hac facere oportet. Certi condictione, hoc modo: Aio te mihi ex stipulatione c. dare oportere. Actio ex stipulatu incerti est actio *l. si stipulatus sit ff. de vsur.* Cuiacius.

h ¶ *Si incerta.* nisi in casu *vt C. de rei vxo. act. in princip.* ¶ Sed quid si promitto aliquid in genere? Resp. non valet. nā dādo muscā liberatur. oportet enim q aliqua certitudo ibi sit: vt homo, vel equus quæ certis finibus contineatur. aliàs non valet: *vt ff. eo. l. ita stipulatus. in princip. & ff. de iure dot. l. cum post. §. gener à futuro.* Accur.

i ¶ *Quæ* s. stipulatio.

k ¶ *Stipulum.* alludit vocabulo. *sic ī. de testa. in princip. & ff. de acquir. poss. l. j. in prin.* Nam nomina consonantia debent esse rebus: *vt ī. de dona. §. est & aliud.*

l ¶ *Firmum.* nā & baculum vel stipitem paleæ dabat vnus alteri pro inuestitura, vt hodie fit in Marchia: sed in Lombardia hibūt. alibi per mātellū inuestiunt. *sic ff. de pact. l. j. §. j.* Accur. ADDITIO. Ista tamen inuestitura non est necessaria de iure ciuili, sed da cōsuetudine sic. Idem in beneficialibus de iure canonico, per eam tamen possessio non acquiritur, vt hie per doctores.

In hac re.]CASUS. Quæsiui à legislatore sub qua forma fieret stipulatio. & dicit legislator, id est ipse Iustinianus. Frater, recitabo tibi antiqtatē circa hoc, & etiā nouitatē. & recitat primo antiquitatē dicens q antiquitas erat quòd per illud idem verbum per quod fiebat interrogatio, debebat fieri responsio: mutata. s. persona secunda à parte quærentis in primā personā à parte respōdētis. Verbi gratia, Spondes? Spōdeo. Sed hæc solennitas identitatis verborū per do. Leonē fuit sublata per cōstitutionē suam, quā habes *Cod. de contrah. & commit. stip. l. omnes.* Vnda constitutio illa Imperatoria de solennitate verborum non curauit: sed intellectū consonantē inter partes desiderauit, vt stipulantes adinuicē se intelligerent: nec curauit illa constitutio per quæ verba fieret stipulatio, dūmodo fieret per verba ad stipulationē idonea. & istā constitutionē approbat hic Iustin. & sic paret sub qua forma debet hodie fieri stipulatio. Sed q. d. domine, iam bene video quòd solēnitas verborū quæ olim necessaria erat ad stipulationem, hodie est sublata, sed domine, pro Deo possetne stipulatio fieri diuersis linguis? Ad hoc respō. & dicit q non refert quacunque lingua fiat stipulatio, siue Græca, siue alia: dummodo contrahentes se adinuicem intelligant. Nec necessarium est quòd ambo vna lingua vtantur: sed prius vnus vna lingua quærere, & alius altera lingua respondere potest: & nihilominus valet stipulatio, dum tamen verba apta fuerint ad stipulationem, & vterque alterum intellexerit. Nam duo etiā Britones verbis Gallicis cōtrahere possunt, & Galli Britonicis verbis, dūmodo se intelligāt. vnda Græci Latina lingua cōtrahere possunt. Fran.

m ¶ *In hac re.* s. stipulatione contrahenda.

n ¶ *Faciam.* quæ omnia dici debebāt in stipulatione, vel aliqua de his. *sic supra de singu. reb. per fideicom. reli. §. fi.* Sed hodie vel vnū ex his vel etiam aliud, dummodo aptum, sufficit: *vt j. eod. §. versiculo.* Sed hæc, qui continuari debet cum isto §.

TITVLVS XVI. DE VERBORVM obligationibus.

Quæ ex stipulatione, id est vltro citroque facta interrogatione & responsione, obligatio oritur, verborum obligatio dicitur: ex qua si certum in ea deductum sit, certi condictio: si incertum, ex stipulatu actio proficiscitur. & quamuis solemni quadam verborum formula olim concipi deberet, hodie tamē quibuscūque verbis (modo vterque contrahētiū quid alter velit intelligat) fieri potest.

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione[a] & responsione, cum quid dari[b] fierive[c] nobis stipulamur[d] ex qua[e] duæ proficiscuntur actiones, tam condictio certi[f], si certa sit, stipulatio: quàm est stipulatu[g], si incerta[h] sit: quæ[i] hoc nomine inde vtitur, quòd stipulū[k] † apud veteres firmum[l] appellabatur, fortè à stipite † descendens.

Olim requirebatur quædam solēnitas in stipulatione, quæ hodie est sublata: nec refert qua lingua fiat interrogatio & responsio, dummodo se intelligant. Aretinus.

1 ¶ In hac re[m] olim talia verba tradita fuerunt: *Spondes? Spondeo. Promittis? promitto. Fide promittis? Fide promitto. Fideiubes? Fideiubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam*[n]. Verum autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua[o] stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet si vterque stipulantium[p] intellectum eius linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua vtrunque vti, sed sufficit cōgruenter ad interrogata respondere. Quin etiā duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc[q] solemnia verba olim quidem in vsu fuerunt: postea autem Leonina constitutio[r] lata est, quæ solennitate verborum sublata, sensum[f] & consonantem intellectum ab vtraque parte solum desiderat, quibuscūque[t] tandem verbis expressum sit. †

Stipulationis puræ statim cedit dies, & petendi ius competit: stipulationis verò in diem quamuis statim dies cesserit, non tamen antea promissum peti potest, quàm etiam tota dies in quam stipulatio facta fuit, præterierit.

2 ¶ Omnis stipulatio aut purè, aut in diem, aut sub conditione fit. Purè veluti, *Quinque aureos dare spondes?* idque

o ¶ *Lingua.* vt Assyria, Latina, Græca, vel alia: *vt ff. eo. l. j. §. fi.* ANDRVSO. Dummodo se intelligant, aliàs erit necessarius interpres. idem in teste in Illyrico nato, cuius lingua non intelligitur: quē iudex eū interrogabit per interpretē. Et si ipse iudex & notarius, vel etiā notarius solus sit interpres, sufficiet: nisi ipsius scriptura vel instrumentū faceret fidem etiam contra nuncium vel testem dicentes aliter denūciasse vel deposuisse quàm scriptū sit. & hæc vera in iudiciis ciuilibus, secus in criminalibus, vt per Ange. Iuc.

p ¶ *Stipulantium.* propriè & impropriè dicitur: *sic in auth. de æqualit. do. §. j. col. vij.* & sic impropriè[a] etiam promittens dicitur stipulator: *vt hic, & ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. si decem.*

q ¶ *Sed hæc.* quæ diximus. *ī. eo. §. In hac.*

r ¶ *Constitutio.* *vt C. de contrahen. & commit. stipu. l. omnes.*

f ¶ *Sensum.* aliàs, consensum, scilicet verbis[b] expressum ab vtroque, & in continenti: *vt ff. eod. l. j. in prin. & §. quæ præsens & §. si quis ita interroget.* licèt verba inutilia fuerint inserta: *vt ff. eo. l. quæ extrinsecus.* aliàs si diceret verba expressa non exigi, non differret ab his contractibus qui consensu contrahuntur: *vt j. de oblig. ex consensu. j. respon.* Accur.

t ¶ *Quibuscunque.* habilibus[c] tamen ad hoc. Quid enim si dicam a, & velim repræsentare, promittis. tu dicas b, & velis repræsentare promitto: non valet: *vt ff. de constituta pecu. l. qui autem. §. fina. et glo. fin. & l. sequen. & ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. §. & si lege.* ibi, si idonei sunt.

[Omnis stipulatio.] CASVS. Dixi Iusti. domine, procedatis in materia, & dicatis mihi aliquā stipulationū diuisionē. Et respō. quòd omnis stipulatio aut est pura, aut in diē, aut sub cōditiōe. Sed domine, posuistis istā trimembrē diuisionē: ponatis de primo exemplū si placet. Et respon. q stipulatio fit pure. Nā si quærā à te sic: frater, quinq. aureos dare spondes? & tu respōdeas promitto: ista stipulatio dicitur pura: & ideo illud quod in istam stipulationem deductum est, statim peti potest: non tamen sic intelligendū est,

a Certum est quod appareat quid, quale, quantum.

b Faciēdi verbo, non fieri quoque intelligitur.

† Stipulum in hac significatione quam dicit tolli, apud Latinos non reperiri offert Cuiacius Contra lo memorabat suis: & stipulationem à stipe potius deduci, quod circa stipē. i. pecuniā maxime cōsistat.

† Stipulari est stipē. i. pecuniā obligare. Valer. Max. lib. secūdo. Ag. Pet.

c Cur autem pro pecunia numerata nō cōpetat certi

† Et sic potest fieri sine interrogatione: Gl. in l. Quæsitū ff. de verb. signi. Ag. Pet.

a Stipulari impropriè dicitur, qui promittit stipulanti.

b Vnde si annuis capite, non valet l. 1. §. fi. ff. eod quia conceptio mentis deprehendi debet per verba, nō per signa. Bar. tamen refert de quodam qui per motum labiorum quodlibet loquentem intelligebat. Ag. Pet.

c Generalia verba ad habilitatem & aptitudinem semper referenda.

vt statim veniat cum sacco paratus. Sed domine, iã vidi qualiter sit stipulatio pure: sed qualiter fit in diem? Respon. di. In diẽ fit stipulatio, veluti si dicat stipulator, Promittis mihi in primis kalen. Iunij x? & promissor respondeat, promitto. ista est stipulatio in diem: & statim stipulatione facta debetur quod promissum est: sed non potest peti antequam dies venerit & die adueniente vel stante adhuc nõ potest petere promissum, nisi tota dies sit præterita siue elapsa: quia incõmutabiter nõ possumus dicere quòd nõ soluerit sua die, i. apposita vel præfixa, antequam totus dies fuerit elapsus.

confestim[a] peti potest. In diẽ[b], cum adiecto die quo pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, *Decem aureos primis*[c] *Kalendis Martiis dare spondes?* Id autem quod in diem[d] stipulamur, statim quidem debetur: sed peti prius quàm[e] dies venerit, non potest[f]. At ne eo quidem[g] ipso die in quem stipulatio facta est[h], peti potest: quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet[i]. Neque enim certum est, eo die in quem promissum est, datũ non esse[k], prius quàm[l] is prætererit.

Stipulatio annua quoad quis viuet, pura & perpetua est: sed post mortem stipulatoris obstat exceptio heredi. Aretinus.

Annota, Tempus ipso iure non posse tollere obligationem, sed exceptionis ope.

3 ¶ At si ita stipuleris, Decem aureos annuos[m] quoad viuam[n], dare spondes? & purè facta[o] obligatio intelligitur, & perpetuatur[p]: quia ad tempus nõ potest deberi: sed heres petendo, pacti exceptione submouebitur.

Stipulatio collata in aliquem futurum euentum incertum, est conditionalis. Aretinus.

4 ¶ Sub cõditione stipulatio fit,

a ¶ *Confestim.* id est statim: *vt ff. eo. l. cum qui kalendis. §. fin.* & hoc nisi ratione loci fit in diẽ: *vt infra eo. §. loca.* Vel ratione rei q̃ adhuc non est in rerum natura: *vt J. de except. §. antepen. & ff. eod. l. interdum. in princip.*[a] *& ff. de condit. & demõ. l. j. §. fi.* ¶ Sed ad quid fit promissio, cum non incontinenti soluitur? Respon. nõ est sic praue intelligendum verbum confestim, vt veniat statim cum sacco paratus: *vt ff. de sol. l. quod diximus.* Sed aliquod spatium, putà decem[b] dierum, dandum est: *vt infra de inuti. stipula. §. fi. & in glos. fi. & ff. de consti. pe. l. promissor.* Sic etiam ferè vbique consuetudo interpretatur, vt intra decem dies fiant præcepta à potestatibus, quæ est bona legum interpres: *vt ff. de leg. & senatuscon. l. si de interpretatione. & c. cum dilectus extra de consue.*

b ¶ *In diem.* scil. fit stipulatio. ¶ Sed nunquid stipulatio[c] est actus ciuilis? Respon. sic: *vt J. de act. §. constituen.* ergo[d] non debet recipere diem, nec etiam conditionem: *vt ff. de reg. iur. l. actus.* Sed dic quòd hic actus ibi non computatur. sic in nouatione, vt dicitur: *ff. de noua. l. nouatio.* Et illa regula act. habet locum in suis numeratis casibus.

c ¶ *Primus.* superfluè hoc dicitur. *ff. eo. l. cum qui Kalendis. in princip.*

d ¶ *In diem.* Aliud si ad diem. Nam tunc vsque ad diem tenetur, & non post: *vt ff. de actionibus & obligatio. leg. obligationum fere. §. j.* & dic quòd idẽ[e] est dicere ex die, quòd in diem, vt dicta l. in principio. & hic.

e ¶ *Prius quàm.* nam cessit, sed non venit dies: quod dic: *vt ff. de verb. signifi. l. cedere.*

f ¶ *Non potest.* sic *ff. si cert. peta. l. certi condictio in princ.* & si petat, repellitur per exceptionem: *vt J. de excep. §. præterea.*

g ¶ *Ne eo quidem.* nisi ab initio sic dicat: Hodie dare spondes? quo casu pura est: *vt ff. eo. l. liber homo. §. decem.* Sed si est pura, ergo peti non potest ante decem dies. Ita[f] enim determinatur[g] verbũ cõfestim. *J. eo. §. omnis. & in dicta l. ff. e. l. liber homo* dicitur quòd eadem die: ergo malè. Sed ibi expressa est dies.

h ¶ *Facta est.* scilicet vt soluatur.

i ¶ *Tribui debet.* hic no. quæstionem de facto. Iudex statuit terminum peremptorium partibus ad audiendã sententiam, putà diẽ Iouis, vna partium non veniente eadem die, quæro quando debeat ea sententia ferri: an die statuta, vel sequenti? Et videtur q̃ non die statuta: quia vt in contractibus, tota illa dies videtur sua: *vt hoc. & pro hoc est ff. de feriis. l. more Romano.* per quam legem etiam si media nocte venisset, satis sufficeret. vnde patet quòd ea die ferri non debuit. Itẽ alia ratione: quia post peremptorium debet eam partem absentem citare iudex: *vt ff. de iud. l. & post edictum.* & inter vnam citationẽ & aliam debebat esse spatium decem dierum olim: *vt ff. de iudi. l. per internallum.* hodie xxx. dierum: vt in authent. de litig. §. omnem. coll. viij. & secundùm consuetudinem Bononien. vnius diei. Vnde patet quòd in die peremptorij non debet ferri. Sed in illa l. & post edictum, exponitur debet[h], id est potest. ¶ Item videtur[i] econtra quod in die peremptorij debeat iudicari: *vt C. quando prouo. non est necess. l. cum non eo die.* Item si sit ita prope sero, vt certum sit eam partem amplius non posse venire, debet iudicare in die peremptorij: *vt ff. de verborum obligat. l. cum stipulatus sum mihi à Proculo. & l. liber homo. in fin.* Et hæc est verior opinio. Sed tamen post vesperas statim, vel in ipsis vesperis debet ferri: *vt in authent. de iudi. §. sedebunt. coll. vj.* Sed nec in nocte debet ferri sententia: & ita parte post excessum vesperarum debet iudicari. Et ita quidam electi ad quoddam consilium de facto iudicauerunt. A u d i t o. Nisi iurisdictio iudicis sit peritura. Et hæc procedunt in definitiua, non in interlocutoria, quæ etiam de nocte ferri potest. & ab opin. illius gloss. quam etiam tenuit Bartol. & Bald. dicit Angel. non esse recedendum. & an die sequenti peremptorium possit ferri sententia, vide pulchrè per eum hic.

k ¶ *Datum non esse.* i. non est hoc verum incommutabiliter.

l ¶ *Prius quàm.* *vt ff. eo. l. quicquid. §. final. & de pign. act. l. si necessarias. §. si annua.*

At si ita stipuleris.] C a s v s. Supra vidimus quod ille qui promittit, non potest conueniri cum effectu quousque dies venerit. Sed do. qd diceretis de illa stipulatione qua quis mihi promittit decẽ quoad viuam? Frater, dicit ipse: ista stipulatio pura est: & perpetuò obligatus est promissor. vnde si pura est: possum singulis annis quãdiu viuã, agere de decem in principio cuiuslibet anni: & heres etiã meus de rigore iuris potest agere? sed submouebit per exceptionẽ pacti facti de nõ petẽdo, quasi videar tacitè pactum fecisse quòd ego possim petere, dũ viuo, heres autem meus non possit. Illud autem (vt dicunt) pactum tacitum est inductũ à potestate iuris ab isto verbo in stipulatione inserto, videlicet quoad viuam. Eo enim ipso quòd fuit mihi promissum illud annuum quoad viuerem: per hoc tacitè videor pactus fuisse, ne heres meus petat. & hoc dicit. Et legatur illud an, scilicet quod ponitur in princip. §. aduersatiuè, videlicet sic: ita est quod illa stipulatio in diem quæ est in proximo §. non est pura: pro sed.

m ¶ *Annuos.* aliud[a] si dixerit singulis annis. Nam primo casu in initio cuiuscunque anni, secũdò in fine committitur stipulatio: quia sic est in legato sic relicto: *vt C. quando dies leg. ced. l. j. ff. quando dies le. ce. l. nec semel. Vnde versus,*

Annua si debes, tunc inspicies caput anni:
Anno si debes, in fine teneberis anni.

vt dices. *J. de inuti. stip. §. qui hoc anno & ff. eod. l. qui hoc anno.* ¶ Sed nũquid est vna stipulatio, vel plures? Respond. vna est: *vt ff. eo. l. si Stichum §. j.*[b] licèt legata sic relicta sint plura: *vt ff. de don. causa mortis. l. senatus. §. fi.* ¶ Sed quæ est ratio? Respon. quia semel in stipulatione inspicitur conditio stipulantis: vt si sit filius, acquirat patri: & vna est actio: vt ff. eo. l. si filius sed in legatis plures cõsideranẽ scilicet singulis annis: cum singulis annis cedat dies legati, & plures sint actiones *vt ff. de an. leg. l. cum in annos. & quando dies legati cedit l. cum in annos.* Sed Mart. dicebat hanc esse differentiam: quia in stipulatione est vna verborum conceptio: sed quantum ad rei veritatẽ plures sunt, sicut legata. & facit pro eo *ff. e. l. pluribus §. j.* Sed ibi certè per alia verba fuit facta: scilicet per hæc annua, bima, trima die. vel dic quòd ibi quorundam sententia recitatur. Nec obstat quòd vna est conceptio: nam & in legato vna est conceptio.

n ¶ *Quoad viuam.* id est donec viuam.

o ¶ *Purè facta.* scil. ratione primi anni: sed ratione sequentium est in diem quo ad quid, quia ante annum non debetur: & conditionalis quo ad aliud. nam alias non debetur, nisi viuam. arg. *ff. eod. l. hoc iure & l. in illa.* a Vel dic quòd est pura abnegatiue. id est non conditionalis.

p ¶ *Perpetuatur.* i. donec viuat. *sic ff. pro socio. l. x.* secundùm quosdã. imò dic. per omnia secula, etiã post mortem. nam tempore non tollitur obligatio. ipso sc. iure[c] vt sequitur: *vt ff. de action. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. & ff. de serui. l. seruitutes.* Sed per exceptionẽ, vt sequitur, sed heres petendo &c. *vt ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. & ff. de serui. l. seruitutes.*

Pacti exceptione. Ita fit vt quæ iure ciuili non tollitur obligatio, iure prætorio tollatur. Tollendæ obligationis modi ex iure ciuili certi, ex iure prætorio incerti & infiniti sunt: in his factum excutitur, in his non item. Cuiacius.

[*Sub conditione.*] C a s v s. Dixi Iustin. Domine, iam vidi exẽplum de primo mẽbro diuisionis nostræ, s. qualiter fit stipulatio purè: & etiã de secundo membro, scilicet qualiter fit stipulatio in diẽ. ponatis modo si placet exẽplũ de tertio mẽbro, s. qualiter fit stipulatio sub conditione. Et ad hoc respon. dominus Iust. quod sub cõditione fit stipulatio, cùm in aliquẽ casum promissio differtur: hoc est ad aliquid quod indifferenter se habet ad esse & ad non esse, veluti si aliquid factũ fuerit, promittit mihi decẽ vel si aliquid factum

a Non est tamen ibi nata actio vel obligatio: quia cũ sit incertum an fructus nascãtur vel nõ, dies quæ tacitè inest habetur pro cõditione: vt l. 1. ff. de condi. & demon. Ang.

b Imò id cõmittitur arbitrio iudicis: vt notatur in l. si domus 7. in verbo modicũ tempus. ff. de leg. 1. vbi dixi.

c Stipulatio actus est ciuilis.

d Stipulatio an possit fieri sub conditione.

e In diem & ad diem differunt.

f Ex die & in diem an idẽ.

g Confestim determinatur per decem dies.

h Debet, pro potest.

i Sententia die præfixa debet ferri etiam absente altera parte.

a Promissio decẽ aureos annuos, & singulis annis, differunt.

b Hoc verum vbi non enumeratum anni, sine aliquid quod personæ non cohæreat, si ex parte stipulatoris inspiciendum, sine nihil. dũmodo ex cursu temporis debeat stipulatio committi, aliàs si in cursum alicuius cõditionis vel expresse siue anni dinumerati, est secus: vt per Ant. hic.

c Nisi expressè vel tacitè ex stipulãtis parte pro alimentis debeatur, & ita secũdũ Bart. potest saluari Glos. in l. Stichum. §. huiusmodi ff. eod licèt in magna demonstr.

factum non fuerit, promittis mihi decem? Et primo ponit exemplum conditionis quae fit per verba affirmatiua: vtputa, Si Titius factus fuerit consul, quinque aureos dare spondes? Franc.

a ¶ *In aliquem casum.* idest in aliquam fortunam inopinatam vt possit se habere ad esse & non esse, quod in futuris tantum est: *vt infra eo. §. conditiones.*

b ¶ *Differtur obligatio.* Nam ante euentum conditionis obligatio cessat: *vt ff. si cer. pet. l. non omnis.* & sic ea pendente non est debitor, sicut nec heres sub conditione institutus interim est heres: *vt ff. fami. ercisc. l. si maritus.* Arg. contra *C. de constitut. pecu. l. ij.* in eo quod dicit conditionale b debitum posse constitui, quod non posset, nisi esset debitum: *vt ff. de const. pec. l. j.* Sed dic quod sufficit debitum spe. Item nec illud interim debetur: *vt ff. de condi. pecu. l. id quod.* Item argu. contra. *ff. ex quibus caus. in poss. ea. l. in possessione. & ff. de verb. signif. l. creditores.* Sed ratione spei c creditores dicuntur: *vt infra eod. §. ex conditionali.* ADDITIO. Impropriè tamen: propriè autem creditor est, qui fidem alterius credendo secutus est. Et ita intelligitur statutum de eo qui credidit faciens mentionem. secus si de creditore simpliciter, quia intelligitur quocunque modo alium habet obligatum: dummodo non in diem vel sub conditione. Angelus.

Vel dic quod quoties agitur de multiplicanda obligatione, idem est cum eadem: vt l. fideicommissa. §. si decem. ff. de leg. 3. Ang.

a Conditione pendente promissor non est debitor, & institutus, non est heres.

b Conditionale debitum pot constitui.

† Ratio, quia ex stipulatione conditionali non potest agi prius quam conditio sit purificata, sed non potest purificari ante mortem ergo &c. Aegi. Per.

† V. j. de inut. stip. §. cum quis sub qua hanc §. de. sart. Aegi. Per.

c Spei ratione creditor quis dici potest.

cum in aliquem casum a differtur obligatio b: vt si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti *Si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?*

Stipulatio sub negatiua conditione concepta: cum viuo stipulatore impleri nequeat, eo mortuo effectum sortitur.

Si quis ita stipuletur, *Si in Capitolium non ascendero* c, *dare spondes* d? perinde erit ac si stipulatus esset cum morietur e † sibi dati.

Conditionalis stipulationis spes transmittitur ad heredes.

Ex conditionali † stipulatione tantum spes est f debitum iri: eamque ipsam spem in heredem transmittimus g, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit h.

Si certo loco solutio fienda destinetur, etiam pura stipulatio tacitam habet diem, qua scilicet ad locum verisimiliter peruenire possit.

5 ¶ Loca i etiam inseri stipulationi solent: veluti; *Carthagini dare spondes?* quae stipulatio licet purè fieri videatur: tamen re ipsa habet tempus k adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. & ideo si quis Romae ita stipuletur, *Hodie Carthagini dare spondes?* inutilis erit stipulatio, cum impossibilis l sit repromissio.

Eam propriè conditionem dicimus, quae futurum respicit: idcirco conditio quae ad praesens aut praeteritum refertur, stipulationem conditionalem non reddit, sed aut puram aut nullam.

6 ¶ Conditiones quae ad praesens vel praeteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt: veluti, *si Titius consul fuit* m: vel, *si Maeuius viuit, dare spondes?* Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet. Quae enim per rerum naturam n sunt certa, non morantur o obligationem, licet apud nos incerta sint p.

Factum in stipulationibus deduci posse exploratum iuris est: quibus (cum interesse praestando à facti obligatione eximatur promissor) vtile est poenam adiici propter eum, quod interest, difficilem probationem.

[*Si quis ita stipuletur.*] CASVS. ponit exemplum conditionis prolatae per verba negatiua, dic quod si aliquis ita stipuletur, Promittis mihi decem, si Capitolium non ascendero? bene valet talis stipulatio: sed perinde est ac si stipulator stipulatus esset cum moreretur, decem sibi dari, nam in vtroque casu demum post mortem stipulatoris poterit illud quod in stipulationem deductum est, peti cum effectu. no. quod conditio alia respicit tempus futurum: *vt supra eodem. §. sub conditione*, alia praeteritum, & alia praesens.

c ¶ *Si in Capitolium non ascendero.* supra posuit in affirmatiua conditione & negatiua: nunc in negatiua tantum.

d ¶ *Dare spondes.* s. quinque aureos, vel aliquid aliud.

e ¶ *Cum morietur.* Similes sunt istae duae stipulationes in hoc, quia mortuo stipulante in vtroque casu committitur vt heredes agant, nam potest obligatio d ab herede sic incipere: *vt C. vt act. ab here. & contra here. l. j.* Dissimiles in hoc, quia prima conditionalis, secunda in diem. quem diem certum est euenire: *vt ff. de condi. indeb. l. nam §.* licet nesciamus quando: *vt ff de condi. & demonst. l. j. & in auth. de nup. §. deinceps. col. iiij.*

d Obligatio potest ab herede incipere.

[*Ex conditionali.*] CASVS. Aliquis stipulatus est aliquid sibi dari sub conditione quae pendet: nunquid habet statim alium sibi obligatum, scilicet illum à quo stipulatus est? Et respond. quod non: imò ex conditionali stipulatione tantum spes est in debito: & si contingat ipsum decedere antequam conditio existat, ipse istam spem transmittit ad heredem suum.

f ¶ *Spes est.* non autem cessit e vel venit dies: sed in pura statim cedit & venit: *ff. de verb. signific. l. cedere.* sed in illa quae est in diem, statim cedit dies legati, sed non venit, *j. eo. §. in diem.*

g ¶ *Transmittimus.* sic *C. de his qui ante aper. tab. l. j.*

h ¶ *Contigerit.* Sed quare legatarius conditionalis legati spem ad heredem non transmittit: *vt C. de cadu. tollen. §. sin autem aliquid*? Respond. in stipulatione interuenit factum stipulantis volentis sibi prospicere, & sic heredi, *vt ff de proba. l. si pactum.* quod non est in legatario: cuius nullum factum interuenit, & eodem modo respondet in hereditate conditionali.

e Diem cedere & venire differunt. Cedit dies cum incipit deberi: venire, cum potest exigi. In pura obligatione & stipulatione, vtrunque praesens est: In obligatione in die cessit dies non venit. In conditionali pendente conditione, nec cessit, neque venit.

[*Loca etiam inseri.*] CASVS. Supra dictum est quod in stipulationem quandoque dies, quandoque conditio venit. Et non solum illa quae supradicta sunt: possunt venire in stipulationem: imò etiam locs stipulationibus inseri possunt: puta si dicam sic, Promittis te mihi daturum decem Carthagini: & tu respondeas, Promitto. & huiusmodi stipulationes licet purae videantur, re ipsa tamen habent tacitè tempus adiectum quo aliquis ire vel mittere possit ad locum illum in quo promisit pecuniam se daturum. vnde si aliquis ita stipuletur Romae: hodie Carthagini dare spondes? Ista stipulatio non valet cum repromissio sit impossibilis: & ratione huius impossibilitatis vitiatur huiusmodi stip.

i ¶ *Locati etiam.* non solum conditio vel dies.

k ¶ *Tempus.* quod e bonus iudex arbitratur. quod dic *vt ff. eo. l. continuus. §. cum ita.* ADDITIO. Nota quod licet in actibus iudicialibus tempus itinerandi sit statutum certum, vt viginti miliarium singulo die *vt leg. j. ff. si quis cau.* (& dic vt ibi per Barto. & doct.) tamen in contractibus non est determinatum: sed totum residet in pectore iudicis: qui multa debet considerare, & locum, & periculum, & qualitatem personae *vt l. continuus. §. j. & ibi v.* Bar. & Imo. ff. eo. Ang.

e Arbitrium tempus est mora in stipulatione commissi.

l ¶ *Impossibilis.* Ratione b enim impossibilitatis stipulatio vitiatur: *vt j. de inut. stipul. §. si impossibilis.* nisi vterque haberet ibi procuratorem, & egisset quilibet cum suos vt eadem die fieret solutio: *vt ff. eo. le. final. §. si inter eos.*

b Impossibilitatione stipulatio vitiatur.

[*Conditiones quae*] CASVS. Quaesiui à Iusti. Domine, supra dictum est, quod stipulatio conditionalis est cum differtur in aliquem casum. Sed dic, nunquid omnis stipulatio est incerta, quae fit per hanc coniunctionem, si? Respon. dominus Iustin. quod non. nam ea quae sunt praesentia vel praeterita, non dicuntur pendere: sed ea quae sunt futura, propriè dicuntur pendere: quasi diceret: tunc intelligitur stipulatio sub conditione quando differtur in aliquem casum futurum. Quando autem in aliquem de praeterito vel de praesenti concipitur: tunc non est stipulatio sub conditione: imò aut statim valet obligatio, aut non valet. Ea enim quae per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem Si. n. dicam, Promittis mihi decem si Maeuius viuit? & tu respondeas, Promitto. si viuit tempore conceptae stipulationis, statim valet stipulatio. si autem non viuat tempore conceptae stipulationis non valet, imò statim infirmatur: & ita stipulationes quae concipiuntur in aliquem casum praesentem vel praet. quanquam illi casus nobis sint incerti: quia tamen quo ad naturam naturantem sunt incerti non morantur &c. Fran.

m ¶ *Consul fuit. sic ff si cer. pet l. itaque. & l. cum ad praesens tempus, patet per tiem in l. conditio ff de verb. oblig.*

n ¶ *Naturam.* Ergo nec futura morentur obligationem: nam etiam illa per rerum naturam certa sunt: *vt ff de iud. l. sed & si restituatur. §. si. contra.* Sed dic quod aliud e est esse certum per rerum naturam id est per naturalem cursum naturae: per quam sola praeterita & praesentia sunt certa: & ita hic accipitur. Et etiam illa futura certa sunt, quae non habent se ad vtrumlibet. vt si moriar. nam & haec non morantur obligationem: *vt ff de condic. inde l. nam & si. l. praeced. & seq. & ff. de noua. l. si pupillus. §. qui sub conditione* d Et aliud est in natura rerum, id est, in scientia Dei: in qua omnia quae sunt vel fuerunt, vel futura sunt, teste Boetio tanquam praesentia sunt. Item & alias, sunt mille anni ante oculos eius tanquam hesterna dies, quae praeterit. & dicitur prima natura naturata, sed s. natura naturans: quod idem est quod ipse Deus.

o ¶ *Non morantur.* i. non suspendunt siue differunt. Accur.

p ¶ *Incerta sint* contra ff. de reg. iur. leg. in totum. Sol. illa loquitur in his vbi praesens solennitas exigitur, vt septem testes in testamento.

e Certum est per certum naturam, & per naturalem cursum naturae differunt.

d Conditiones in futura collatae quae necessariam habent existentiam, non differunt obligationem. Quod verum, limitatiua professatur vt tempus significent: promitto cum morieris. §. id autem. infra de inut. stipul. Chri.

vt. ī. de test. §. j. Vel loquitur in illis casibus vbi certa scientia & intellectus de praesenti exigitur in contractibus puris: vt C. de do. l. nec ignorans nec inuitus. hic autem in conditionali.

[*Non solum res.*] CASVS. Supra dictum est de stipulationibus quae consistunt in dando: nunc tractandum est de stipulationibus quae consistunt in faciendo. vnde dicit Iusti. non solùm res possunt deduci in stipulationem, sed & facta: putà cum stipulor aliquid à te fieri vel nō fieri in futurū: & si non fuerit factum secundùm stipulationem, potero agere cōtra te, & petere interesse meum. & quia difficile est probare interesse, propterea dat Iustin. consilium stipulatori, vt adiciat poenam in stipulatione, quā petere poterit stipulator si non fuerit factum secundùm stipulationem. & ita nō habebit necessariò probare quanti sua interest. Et docet in litera qualiter poena debet stipulari: dicēs, quòd si aliquis stipuletur aliquid fieri, veluti turrim: ita adiicere debet, Et si turrim non feceris, decē aureos dare spondes nomine poenae? Contingit autem aliquando quòd in eadē stipulatione stipuletur quis aliquid fieri, & aliquid non fieri: puta, Stipulor à te, vt eas Romā, sed quòd non eas per Florentiā. & in istis stipulationibus, in quibus stipulor aliquid fieri & non fieri, ita erit poena adiicienda: si aduersus ea factum fuerit, id est si iueris per locum prohibitū: seu ita factū non erit, id est si non iueris Romā, decē aureos dare spondes? & haec dicūtur vsque ad finem.

7 ¶ Non solùm[a] res in stipulatū deduci possunt, sed etiā facta: vt si stipulemur fieri aliquid, vel non fieri. & in huiusmodi stipulationibus optimū erit poenam subiicere[b], ne quantitas[c] stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare[d] quod eius intersit. Itaque si quis vt fiat aliquid stipuletur: ita adiici poena debet, *Si ita factum non erit, tunc poena nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quaedam fieri[e], quaedam nō fieri[f], vna eadémque cōceptione stipuletur quis, clausula[g] huiusmodi erit adiicienda: *Si aduersus ea factum[h] erit, siue quid ita factum non fuerit[i]: tunc poena nomine decem aureos dare spondes?*

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & promittendi †

TITVLVS XVII.

Ne credito hic reos à reatu siue delicto dici: sed eos reos stipulandi dicimus qui duo pluresue ab aliquo sibi quod dari aut fieri stipulantur, quibus simul respondetur: promittendi vero reos, qui separatim interrogati quippiā idē dare aut facere singuli promittunt: proinde quod duobus reis stipulandi debetur, singulis in solidum debetur: & è regione quod plures promittendi rei sponderunt, singuli solidum dare tenentur: vnius tamen solutione aut receptione, vtriusque perimitur obligatio.

ET stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationē promissor respondeat, *Spondeo*[k], vt puta cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, *Vtrique vestrum dare spondeo*. Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interrogante spondeat[l], alia atque alia erit obligatio: nec creduntur duo rei[m] stipulandi esse.

Si duo promittant eidem eandem pecuniam efficiuntur duo rei promittendi. Aretinus.

Duo pluresve rei promittendi ita fiunt: *Maeui, decem aureos dare spondes? & Sei, eosdem decem aureos dare spondes?* si respōdeant singuli separatim, *Spondeo*[n].

Natura duorum reorum est, vt quilibet teneatur in solidum: sed vnius solutione & receptione tollitur obligatio vtriusque. Aretin.

a ¶ *Non solum.* de stipulationibus quae in dando consistunt, hucusque diximus. nunc de his quae in facto consistunt. Accursius.

b ¶ *Poenam subiicere. sic ff. de prato. stipulatio l. finali.* vbi datur simile consilium.

c ¶ *Quantitas ff. de arbi. l. non autem.* contra Solui. non interest quo ad hoc vt valeat compromissum. interest tamen quo ad vtilitatem stipulationis.

d ¶ *Probare.* Sed[a] quomodo interesse probatur? Resp. per testes, vt hic innuitur: *& C. de sent. quae pro eo l. j. §. j.* nisi petatur ex dolo alterius quia tunc per solum sacramētum vt *ff. quod vi aut clā. l. semper §. in hoc interdicto. & §. seq. & C. vnde vi. l. si quando. & C. de in. du. iur. l. j.*

e ¶ *Quaedam fieri* putà ire Romam.

f ¶ *Quaedam non fieri.* putà per Florentiam non ire.

g ¶ *Clausula.* s. poenalis Accursius.

h ¶ *Factum erit.* hinc redditur secundo dicto.

i ¶ *Factum non fuerit.* hoc refertur ad primum Et si ex vno capite sit poena commissa, non committetur plus: *vt ff. de arbit. l. si duo. §. final.* nisi hoc actum sit vt pluries committatur: *vt ff. de transac. l. qui fidem.* ADDITIO. Item nisi sit apposita super facto iterabili, vel continēte plura capitula, si ratione interesse petatur: secundùm Ioan. Fab. hic. Et not. quòd iuramentum de non contraueniendo habet vim istius clausulae: item facit vt actus valeat ex meliori modo, quo potest. Ange.

† Reus stipulandi, est reus credendi. s. cui debetur res, non quòd ei res credatur, sed quia res credat vel perinde sit ac si crederet.

† Reus promittendi, est reus debendi. s. qui rem sibi creditam debet, & eā promittit soluere. & breuiter reus est: et est reus stipulandi passiuè reus debendi seu promittendi.

a Probari id quod interest quemadmodū possit. vide c. si ex. quod met. cau. & aperitur in c. si diligenti. extra de fo. cō. & ff. de vsu & vsufr. l. j. §. interdicto. & §. j. q. j. in c. quod frater & per Inno. c. final. quod met. cau. & Bart. in l. nem. ff. de duobus reis ad fin. Adde quòd licet nihil de eo quod interest, probatum, si tamen iudex aliunde, vt pote ex informationibus quibusdam certus reddatur, ipse index condemnationem facere potest. C. de sent. l. quae pro eo quod inter. & ibidem per Bar. & l. sem. per. in Gl. allegat. Et facit quod not. idem Bart. in l. si quod ex Pāphi. ff. de leg. ij.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & promittendi.

Quia in stipulatione de qua dictum est. 3. tit. s. plures personae interueniunt quandoque, quarum quaedam dicuntur rei stipulandi, aliae rei promittendi. ideo dicit de duobus reis stipulandi ac promittendi. Accursius.

ET stipulandi.] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit de duobus reis stipulandi qualiter fiant. Secundo de duobus reis promittendi. Tertiò ponitur effectus ipsius obligationis plurium reorum. Quartò redit ad duos reos promittendi. Secunda ibi, Duo pluresve: Tertia ibi, Ex huiusmodi. Quarta ibi, Ex duobus. CASVS. Quaesiui à Iustin. qualiter possunt fieri duo pluresve rei stipulādi vel promittendi? Et respon. di. quòd hoc pacto, si postquam duo stipulati fuerint eandem rē ab eodē, ipse post amborum interrogationem respondeat, vtrique vestrū dare spondeo. verbi gratia pone quòd sum stipulatus à Titio in hunc modum, Promittis mihi Stichū? & Petrus incontinenti post meam stipulationem, & ante promissoris responsionē stipulatus fuerit ab eodem Titio sibi dari eundem Stichū & ipse post ambas interrogationes respōdeat. Vtrique vestrum dare spondeo: & ego & Petrus effecti sumus duo rei stipulandi. Sed pone, domine quòd si mihi primo stipulāti Stichū promiserit: deinde Petro stipulanti ex interuallo eundē Stichū promiserit? Resp. dominus Iustin. di. quòd nos scilicet ego & Petrus sumus duo creditores in eadem re, sed nō sumus duo rei stip. vnius obligationis, sed diuersarū obligationū. Vna enim obligatio mihi est acquisita, & alia Petro stipulanti ex interuallo: quia natura duorū reorū stipulandi haec est, vt nihil sit mediū inter stipu. vnius & alterius: sed si statim post vnā stipulationē fiat alia, qualiter intelligi debeat, ex sequētib. apparebit. Fran.

[*Et stipulandi.*] Hic dicitur reus[a] stipulandi ille, qui rē aliquā vt pecuniā stipulatur: à re, nō à reatu dictus. Et econtra reus[b] promittendi, qui aliquam rem promittit: vt ff. e. l. j. aliàs reus tantum debitor dicitur: *vt patet C. de iura. calum l. ij.* aliàs dicitur reus qui conuenitur: *vt C. de iud. l. properandum. §. & si quidem.* & dic *vt ff. eod. l. j.* Potest dici & alio respectu reus stipulandi & promittendi: vt dicitur in glos. Acc.

a Reus stipulandi.

b Reus promittendi.

k ¶ *Spondeo.* hoc adiecto, vt sint duo rei in solidum etiam iure veteri: *vt ff. e. reos. §. si. cùm in tabulis.*

l ¶ *Spondeat.* ex interuallo[c], putà si diuerterint ad alios actus extraneos: *vt ff. eo. l. duos. §. fi.* aliàs si non est extraneus actus, contradiceret. d. l. ei quod modo dixerat ibi, nam si prius, & quod dicitur: *ff. e. l. iij.* Accur. ADDITIO. ¶ Tu dic quòd interuallum magnum, putà vnius diei, cū actu extraneo, vitiat cōstitutionē duorū correorū, si interueniat interrogationē & respōsionē: aliàs si inter obligationē vnius perfectā, & alterius perficiēdam, non vitiat cōstitutionē correorum expressam, sed tacitā sic, saltem in duob. reis credēdi.

c Reus debendi vel credendi constitutio an per interuallū impediatur.

m ¶ *Nec creduntur duo rei. s.* vt vna sit obligatio, & vnius rei: sed sunt creditores duo, & diuersarum rerum: *vt j. eo. §. ex huiusmodi.*

[*Duo pluresve.*] CASVS. Dixi. Iusti. Domine supra dixisti qualiter fiant duo rei stipu. ponatis si placet exēpla de duob. reis promittend.? Resp. dominus Iusti. dicens sic: In duobus reis promittendi sunt duo qui stipulantur ab eodē. sed vbi sunt duo rei promittendi: vnus stipulatur à pluribus. Vnde scire debes: quòd duo rei promittendi ita fiunt, si fuero stipulatus in hunc modū, Maeui promittis mihi x. aur. & ipse resp. promitto. & postea sine interuallo dixero Seio, si Sei promittis mihi eosdem x. ao. quos stipu. sum à Maeuio? & ipse resp. promitto: isti sunt duo rei debendi vel promittendi. sunt enim duo debitores debentes eandem rem. Fran.

n ¶ *Spondeo.* hoc acto vt fiant duo rei, & in solidū: *vt ff. e. l. reos. §. fin.*

[*Ex huiusmodi.*] CASVS. Dixi Iusti. Iam vidi qualiter fiant duo rei stipulandi & promittendi. pro Deo dicatis mihi, quis est effectus earum obligationum? Ad hoc respond. Iusti. quòd ex stipul. huiusmodi solidum singulis debetur, supra reis stipulandi: & solidum debent singuli, scilicet rei promittēdi: quia vterque eorū in solidum obligatur: sicut singulis eorū stip. solidum debetur. sed licèt in solidum

lidum teneantur, vel solidum singulis debeatur, tamē vna res sola in obligatione vertit. vnde si fuerint duo rei stipul. & ita duo creditores: si tamen vnus eorū recipiat illud quod deductum erat in stipulationib. ille qui recipit, pimit obligationē singulorum: vnde ab altero reo stipulādi liberatur pmissor. & si fuerint duo rei promittendi, & ita duo debitores eiusdē rei: si alter rem illam soluat, perimit obli. illam, & liberatur alter. Franc.

1 ¶ Ex huiusmodi obligationibus [a] & stipulantibus solidum singulis debetur: & promittentes singuli in solidum tenentur. In vtraque [b] enim obligatione vna res vertitur: & vel alter [c] debitum accipiendo, vel alter [d] soluendo, omnium perimit [e] obligationem, & omnes liberat [f].

Etiam diuersitas temporis adiecta solutioni non facit cessare constitutionem duorum reorum. Areti.

2 ¶ Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem vel sub conditione obligari potest [g]: nec impedimēto erit dies aut conditio quo minus [h] ab eo qui purè obligatus est, petatur.

a ¶ *Obligationibus.* hoc refertur ad reos pmittēdi & quod sequit. & stipulationib. ad reos stipulādi: *vt probatur. j. statim.*

b ¶ *In vtraque.* i. vtriusq. obligatione. nā vna [a] est quo ad vnum effectum: *vt ff. e. l. eā in fi.* sed plures sunt, quia plures tenentur, vt hic.

a Obligatio eadē potest esse vna & plures.

c ¶ *Alter.* s. reorum stipulandi.

d ¶ *Alter.* scil. reorum promittendi.

e ¶ *Perimit obligationem.* ille qui accepit.

f ¶ *Liberat.* ille [b] q solutr. Similis lectio seu implicatio verborū est. *ff. de arbi. l. si duo in prin.* 2 Vel dic q quilibet istorū refertur ad vtrunq. supradictū. & possunt fieri in stipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi: *vt ff. eo. l. eandem.*

b Liberate creditoreš improprie dicitur debitor, cum soluit.

[*Ex duobus reis &c.*] CASVS. Quæsiui à Iustinian vnus de duobus reis promittendi aliter possit obligari, quā alius. Et videtur quòd non: quia videtur quòd æquitas omnimoda siue paritas debeat esse inter duos reos debendi. dicit tamen quòd ex duobus reis promittendi alter purè, & alter sub conditione obligari potest: putà x. sui stipulatus à Titio purè, & eadē a. sui stipulatus à Martino sub conditione. Isti duo intelliguntur esse duo rei debendi: & licèt M. sub cōditione obligetur, non ideo minus petere potero illa x. à Titio, qui mihi purè est obligatus. quanquam adhuc pendeat conditio. & hoc dicit. Franc.

g ¶ *Potest* Sed [c] nōne est hic imparitas: quod esse nō debet: *vt ff. e. l. eandē § sed si quis.* Resp. secundùm M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic: *vt ff. e. l. si ex duobus. § fi.* Alij vt P. dicunt quòd hic non est imparitas: cum adueniente conditione vel die ambo æqualiter teneantur: sed adhuc medio tēpore remanet imparitas. quare dic [d] q in quantitate debita, vel re quæ debetur, non potest esse imparitas, vt ibi. sed in alijs potest: *vt hic, & ff. eo. l. si ex duobus. § fina.*

c Obligatio non possit imparitatem sonutere.

d Ex hoc post omnē diser... stipulatur ...

h ¶ *Quo minus.* sed adueniente conditione socium poterit conuenire mādati secundū quosdam, vel vetus neg. gest. *vt C. eo. l. j.* Patet ergo constitui [e] posse purè duos reos debendi, & quēlibet in solidū conueniri: *vt C. eo. l. j.* Hodie contra etiam si hoc actum est expressim [f] nisi altero absente, vel inope existente: *vt in auth. de duo. re. § j. col. 4. & in auth. hoc ita. eo. tit. C. nisi renunciatum fuerit illi constitutioni: vt C. de pact. l. pen. & ff. de mino. l. si iudex.*

e Rei debendi in solidum an & quomodo possint conueniri.

f Hanc quasi mirabilē ... tas atque exercent tal. quē vide hic cum magno certè tibi futuro emolumento.

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

Supra tit. j. & in præced. dictum est de stipul. ingenuorum & liberarum personarum. Verùm quia interdum serui stipulātur: ideo de hoc tractaturus intitulauit De stipulatione seruorum.

SEruus.] Totus iste titulus diuidit in tres partes. Primò q seruus stipulando acquirit dño, in cuiuscunq. persona stipulatio cōcipiatur. Secundò excipit à regula, quòd factum non acquiritur. Tertiò si sint plures domini, pro dominicis portionib. acquiritur. Secunda ibi, Sed cum factum. Tertia ibi, seruus communis. CASVS. Quæsiui à Iusti. verùm serui haberent ius stipulandi: & videbatur q non, cum stipulatio sit actus ciuilis, & quantū ad ius ciuile attinet, seruus p mortuo habetur. & resp. dominus Iusti. quòd quāquā seruus quantū ad personā suam propriam pro mortuo habeatur: ex persona tamen domini sui pōt habere ius stipulationis. Sed dicet aliquis, Domine, hoc verum est si seruus habet dominum: sed qñ non habet dominum, putà dum hereditas iacet nunquid valet stipulatio? Et resp Iusti. quòd sic: quia hereditas in casu isto vicem domini sustinet. vnde si seruus hereditarius ante aditā hereditatē stipuletur, acquirit hereditati, & sic heredi futuro. Franc.

i ¶ *Domini.* qui dominus [a] caput est serui: *vt j. de noxa. § omnis.* ex sua enim persona nihil potest: *vt ff. de regu. iur. l. seruitutem. & l. quod attinet.* nisi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput: *vt ff. de cap. demi. l. hodie.*

a Dominus est caput serui.

SEruus ex persona domini [i] ius stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisque [k] personæ defuncti [l] vicem sustinet: ideoque † quod seruus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, acquirit hereditati [m]: ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur.

Seruus, siue filiusfamilias à quocunque stipuletur, & in cuiuscunque persona stipulationem concipiat: acquirit domino & patri. Aret.

1 ¶ Siue autem domino, siue sibi [n], siue conseruo suo, siue impersonaliter [o] seruus stipuletur: domino acquirit. Idem iuris est & in liberis qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere [p] possunt.

Seruus factum, suam ipsius personam respiciens stipulando, sibi non domino, quærit.

2 ¶ Sed cùm factum [q] in stipulatione continebitur, omnimodo [r] persona stipulantis continetur [s]: veluti si seruus stipuletur vt sibi ire agere [t] liceat

k ¶ *In plerisque* hoc propterea dicit, q a [b] hereditati furtū fieri non potest, nisi in certis casibus: *vt ff. de iur. l. hereditariæ. & l. seq.* Item propter vsumfr. qui seruo hereditario promitti nō potest, vt hereditati quæratur: *vt ff. eo. l. vsusfruct.* ADDITIO. Et est ratio secundū doct. quia sine persona cui accedit, deberi non potest.

b Hereditati furtū fieri nō potest.

† Item potest stipulari iacente hereditate, quia personā defuncti repræsentat. Ang. Pero.

l ¶ *Defuncti.* nō heredis: *vt hic & j. de hered. insti. § seruus. & ff. de acqu. re. do. l. hereditas.* a Et quæ sit ratio quare [c] personā defuncti, & non heredis sustinet dic *vt d. § seruus.*

c Hereditas potius defuncti personā quam heredis sustinet.

m ¶ *Hereditati.* sic *ff. de iniur. l. j. § quæsitum autem.*

Siue autē &c.] CASVS. Dixi Iusti. Domine, vidi q si seruus stipuletur aliquid dari domino suo, quòd illud domino suo acquiretur: sed pona m° quòd non domino suo, sed sibi stipuletur aliquid dari: acquiretne domino suo. Et respon. Iusti. dicens q siue seruus stipuletur domino suo, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter, id est, psona nō adiecta, omnib. istis modis quæruntur dño acquirit. Idē iuris est & in filio: q qualitercūq. stipuletur, patri suo acquirit ex his causis per quas pater per filium acquirere potest. Fran.

n ¶ *Siue sibi.* nisi in casibus, vt cùm factum est in stipulatione: quo casu domino non acquiritur: *vt j. proxi. §. & cum operas.* à liberto stipulatur [d]. *vt ff. eo. l. antep.* & in alijs casibus quos not. *ff. e. l. j. & l. seq.* Sed nunquid frater potest stipulari fratri suo in eadem potestate existenti? Dic quòd sic. quia seruus cōseruo suo stipulari potest, vt hic: igitur frater fratri: arg. *C. de diuer. resc. ip. l. j.* Item quia vox filij, vox patris intelligitur. & vox serui, vox domini intelligitur: *vt j. de inuti. stipu. § et verò qui. & § post mortem.*

d Nec valet casu stipulatio, quia cum personæ cohæreant, de persona serui in dominum trāsire nō possunt. Itē quia operas nemo nisi dominus stipulatur, valeret tamen si eas vel impersonaliter vel domino stipularetur, vt Per. Ange. hic.

o ¶ *Impersonaliter.* nullius facta mentione, id est vel proprio nomine vel appellatiuo vel facta mentione de nomine appellatiuo, sed non proprio *vt s. de exhere. § j.* Accur. ADDITIO. Idem per omnia dici potest in monacho stipulante. Aug.

p ¶ *Acquirere.* vt ex causa profectitia & aduentitia isto iure. quod dic *vt s. per quas perso. no. acqui. § j.*

[*Sed cum factū &c.*] CASVS. Supra dictū est q quocūq. modo seru° stipuletur, q dñi acquirit. sed hoc est verū, si ipse stipuletur aliquid quod cōsistat in dando. Sed pone q seruus aliqd facta stipuletur, putà vt liceat ei ire agere: tunc seruus per hāc stipulationē domino nihil acquirit, sed sibi soli. vnde si dñs vellet ire agere, bene posset prohiberi ne iret vel ageret. Franc. de Aret.

q ¶ *Cum factum.* sed si stipulatur seruus sibi scribi librum, & sic factū. nōne acquirit domino? Resp. sic & quod hic dicit, sed cùm factum &c. i. à seruo faciendum, & non ab alio, vel etiā à domino. ADDITIO. Tu dic secundùm Angel. quòd factum si personæ serui inhæreat: à quocunque siue ipsi seruo, siue sibi ab alio sit præstandum, non acquiritur domino aliàs secus. Ioan. Fab.

¶ *Sed cum factu.*] Quæ iuris sunt ad dominū trāseūt, q facti nō trāseunt in his q iuris sunt, nihil interest verū sibi an dño vel impersonaliter stipuletur, in his quæ facti sunt cōtrariū si factum sibi stipuletur, persona domini stipulatione nō cōprehenditur, adquiritur tamē domino obligatio. Factū in stipulatione comprehēditur si vt sibi fiat, si vt sibi facere liceat stipuletur. Cuiacius.

r ¶ *Omnimodo.* sic *ff. de vsu & habi. l. plenum. § si vsus.*

s ¶ *Continetur* sic *ff. de condic. & demon. l. qui heredi.*

t ¶ *Ire agere.* hæc verba expone, *vt s. de ser. in prin. & ff. de serui. rusti. prædio. l. j.* ¶ Et no. quia hic per verba loquitur: aliud si per nomen, putà iter. tunc enim domino acquiritur: *vt ff. eo. l. si communis.*

ceat. ipse enim tantum prohiberi non debet: non etiam dominus[a] eius.

Ex communi serui stipulatione vnicuique dominorum pro portione scilicet dominica acquiritur: nisi vnius domini iussu aut nomine stipulatus sit. quod autem vni dominorum quæri non potest, alteri accrescit.

3 ¶ Seruus communis stipulando[b], vnicuique dominorum pro portione dominij † acquirit: nisi iussu vnius eorum, aut nominarim[c] alicui eorum stipulatus est[d]. tunc enim soli ei acquiritur.

Seruus communis stipulando rem quæ non potest vni ex dominis acquiri, acquirit in solidum alteri. Arc.

Quod seruus communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti si res quam dari stipulatus est, vnius domini sit[e].

† Fallit primò quando stipulatur vni ex dominis no minatim. Secundo si iussu vnius præ c. Tertio si stipulatio nō posset acquiri alteri ex dominis. Æg. Ter.

a ¶ *Non etiam dominus.* subaudi, prohiberi non debet: quasi diceret, debet prohiberi. Sed contra ī. *per quas perso. no. acqui. §. non solum.* & ī. *de his qui sunt sui vel alie. iur. §. j.* Sed non est contra: quia & hic acquiritur domino commodum. nam ad sui domini vtilitatem ibi seruus.

[*Seruus communis &c.*] casvs. Supra dictum est quādo seruus vni' stipulat. sed domine, quid iuris est si seruus cōmunis stipulatur. Et respon. Iustinia. quòd si seruus cōmunis stipulet aliquid sibi dari impersonaliter, vel dominis sub nomine appellatiuo: acquirit vnicuiq. domino pro portione dominij, & nō ꝑ portione virili. nisi vn' ex dominis iusserit eū stipulari. tūc enim iubēti acquiritur. vel si nullos eorū iusserit ei, ipse tamē alterum nominauerit, puta stipulatus est Petro domino suo: tūc per hāc stipulationē acquiritur nominato. Si autem vnus iusserit, & ipse aliū nominauerit, q.d iuris sit, habes in glo. Frācisc'.

b ¶ *Seruus communis stipulando.* impersonaliter, vel sibi vel dominis suis sub nomine appellatiuo. aliud si propria nomina expresserit: nā tūc acquirit ꝑ virili, nō pro portione dominij. ¶ Sed q.d si ꝑpriū[a] nomen & appellatiuū? Resp. si præponat propriū, pro virili. si appellatiuum præponat, pro dominica: *vt ff. de stipula. ser. l. si communis seruus* ita stipuletur Lucio Titio. & *ff. de statu. liber. l. sta. §. j.* Accur.

a Ratio, quia nomina appel latiua sequentia stāt demōstratiue, non dispositiuè. Æg. Ter.

c ¶ *Nominatim* proprio nomine: *vt ī. de exhered. lib. § j vel appellatiuo:* dummodo intelligatur de quo domino dicat: *vt C. de lib. præteri. l. y. & in ff. si cert. peta. l. certum.* Accur.

d ¶ *Stipulatus est.* hoc disiunctim, i. diuisim exaudi. ¶ Sed quid si vnus iussit seruo, & ipse alteri stipulatus est nominatim? Distingue, ex cuius re: vt si ex re iubentis, sibi quæratur, aliàs nominato: *vt C. per quas perso. nob. acquir. l. fi. § si & ff. eo. l. proinde. §. fin. & l. seq.* licèt antiqui aliter distinguebant.

Tunc enim soli ei.] Cùm seruum communem vnus ex dominis suo nomine iubet stipulari, plus valet iussum quàm nomen. Cùm verò seruum communem simpliciter iubet st. pulari, plus valet nomen quàm iussum. atq. ita rectè Azo accipiendam censet. *l. vlt. C. per quas per. nob. acq.* Cuiacius.

[*Quod seruus communis.*] casvs. Supra dictū est quid iuris sit quando seruus communis stipulatur sibi dari aliquid: & dictum est ꝙ vtriq. dominorum potest acquiri. Sed domine, quid iuris est si seruus communis stipuletur aliquid, quod alteri dominorum acquiri non potest: veluti si res quā seruus stipulatus est, sit alterius dominorum: cum res sua sibi acquiri non possit. Et respond. Iustinia. ꝓ tunc necessarium est quòd alteri acquiratur. hoc dicit. Franc.

e ¶ *Vnius domini sit* nam cū sua sit, amplius ei quæri non potest: *vt ī. de leg. §. sed si rē. & j. de act. § sic itaq.* restat ergo vt soli alteri q̄ratur. Aliud si ex re vnius stipuletur: quia tūc omnib. quæritur, sed communi diuidūdo iudicio reddetur, id est cū aget cōmuni diui. ꝓ isto seruo, pōt etiā deducere ꝙ sociis suus lucrat' erat ex stipulatione facta ex rebus suis: & reddit illi ex cuius re q̄ritur: *vt ff. e. l. si ex re. §. j.*

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

b Cōtinuatio. *Supra[b] dictum est de stipulationum materia. Verùm quia earum multiplex est species: ideo subd t de diuisione stipulationum. Poram.*

c Diuisio. STipulationum.] Totus iste titulus diuiditur[c] in duas partes principales. Primò ponit diuisionem stipulationis. Secūdò illā per exempla declarat. Secunda ibi, Iudiciales. casvs. Tradidit Iustinianus diuisionem stipulationum: modò singula mēbra diuisionis per exēpla declarat. Et primò ponit quæ sunt iudiciales: dicens ꝙ illæ sunt iudiciales stipulationes, q̄ à mero iudicis officio proficiscuntur. quod sic intellige. s. quæ proficiscuntur ab officio iudicis mercenario. & appellat iudicis officiū mercenariū, quādo aliquid expeditur ꝑ iudicē, propter quod iudex principaliter non aditur. Verbi gratia: aliquis vsucepit rē meam, quam à non domino emit bona fide. ego egi cōtra eū rei vēdicatione: & litem cum eo sum cōtestatus: lite cōtestata cōplenit vsucapionem. non obest ei litis contestatio quo ad cursum vsucapionis cōplēdæ. Sed secus est in præscriptione: quia si tantū cōplers vsucapione probem illā rem meam esse, tenetur illā mihi restituere: & ita licet quo ad cursum nō noceat sibi litis cōtestatio, tamē quo ad effectū vsucapionis ei nbest: & debet iudex ipsum facere cauere ꝙ nō cōmisit dolum in re illa seruum forsan petitū alienādo, vel manumittēdo vel aliquo alio modo: *vt ff. de rei vindi. l. ꝓ post acceptum.* Et illam cautionē debet iudex facere interponit ꝑ officium mercenariū: & sic accipe quod litera, dicit, mero: quia nūquā prætor viuus vel mortuus de hoc se intromisit: sed lege iubente interponitur huiusmodi cautio: vt in cautione de dolo, per l. prius allegatam *ff de rei vindicatio. l. si post.* & subdit exēpla duo primum est veluti de dolo cautio. Secundū dicitur esse quędam stipulatio iudicialis. Si enim ago contra aliquē pignoratitia actione, debet iudex ex officio suo facere reo interponere cautionē ꝙ in re pignorata non commisit dolum seruitutes amittendo: vel aliquo modo ius læserit: vel de persequendo seruo. Si enim aliquis meū abstulit à me seruum meū, & illum postea perdiderit: debet iudex facere cauere de persequendo seruo illo, & de restituendo eius pretio. Prætoria autē propriè est: illa stipulatio propter quam aditur iudex viuus ad hoc ꝙ illud exequatur quod mortuus iudex promisit vel præcepit. Cum enim prætor mortuus præceperit ꝙ ille cuius domus minatur ruinam, caueat de dāno infecto: si adeatur ꝑtor viuus ad executionē illius ꝑcepti, hoc est ad hoc vt faciat ipsum cuius domus minatur ruinam, cauere de dā.. io infecto: ista cautio siue stipulatio, ꝑtoris nūcupat. In versic. ꝑtoriæ. Iustio. manifestat per exempla quæ sunt prætoriæ stipulationes, quæ proficiscūtur à mero prætoris officio, id est puræ: ita quòd nō iudicis officio interponātur: veluti damni infecti cautio, & legatorum. & dicūt stipulationes ædilitias sub prætoriis stipulationibus cōtineri: ita ꝙ si animal tibi vendam, & de vitiis (prout teneor) caueam: dicitur ista cautio, quanquam sit ædilitia, prætoria. Franc.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

TITVLVS XIX.

Prætoria stipulatio est, quæ est inducta ab edicto prætoris: iudicialis à iurisconsultis vel aliis partibus iuris quam à prætore: conuentionalis à sola partium conuentione: communis quandoque à prætore, quandoque à iurisconsultis inducta est.

STipulationum aliæ sunt iudiciales[f], aliæ prætoriæ[g], aliæ conuentionales[h], aliæ communes[i] tā prætoriæ quā iudiciales. 1 ¶ Iudiciales[k] sunt dūtaxat quæ à mero iudicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio[l],

[*Stipulationum.*] simile per omnia. *ff. de ver. obl. l. stipulationum. y.*

f ¶ *Iudiciales.* qā iudex cognoscit de aliqua causa, & pēdēte causa incidēti facit interponere cautionē. & dicūtur iudiciales à iudice.

g ¶ *Prætoriæ.* qā nō aditur iudex alia de causa, sed principaliter vt tal s cautio interponat veluti dāni infecti, & cautio legatorū prę stādarū. & talis est differētia inter ea q̄ dicta sunt. ¶ Sed cū hic ponat ꝑtoriæ, vt species oppo. iudi. quare. *ff. de præ. stip. l. j. in pr.* ponitur vt genus. Resp. ibi aliter accipitur iudicialis, s.[a] iudicio: hic à iudice: *vt ff. manda. l. Lucius.* a obiter Glo. ista non intellexit bene differentiam sed melius dicit. J. eo. in verbo veniunt. Christoph.

a Hæc sal nō placet, q. ē. in hic videto.

h ¶ *Conuentionales.* quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum est & planum.

i ¶ *Communes.* veluti[b] rem pupilli saluam fore: quia principaliter potest adiri iudex vt interponatur cautio cū pupillus habet tutorē qui non satisdedit rē pupilli saluam fore & sic dicitur ꝑtoria. Pōt verò adiri iudex nō principa. vt cautio illa interponatur, sed ex alia causa veluti cū pupil. nō habet tutorē, pōt petere corā iudice: & iudex q. dat tutor. ex offi. suo facit interponi cautionē rē pupil. saluā fore. & ita dicitur iudicialis. ¶ Itē quidā dicūt illā cautionem rē[c] ratā haberi, esse cōmunē quia quandoq. interponitur à ꝓcuratore actoris, quandoq à ꝓcuratore rei: *vt ff. de proc. l. Pompon. § sed & si qui.* Vel alia ratione dicitur cōmunis: veluti cū procuratorio nomine quis aliū cōuenit: iudex ex off. suo debet facere vt cautio rē ratā haberi interponatur: & tūc est iudicialis. Prætoria est quando quis promisit mihi ꝙ promitteret rē ratā haberi: modò volo quòd promittat: & sic principaliter ad istā stipulationem vado ad prętorem: vt ipsa interponatur. [Residuum gl. quæ in aliis impressionib. hic communiter ponitur: in fi. gl. huius tit. habetur.]

b Cautio rem pupilli saluam fore, est communis.

c Cautio rem ratam haberi, est cōmunis.

k ¶ *Iudiciales.* s. stipulationes.

l ¶ *De dolo cautio.* vt si ago pignoratitia: caueas ne seruitutes dolo perdideris,

perdideris, vel rei ius in aliquo laeseris: *vt ff. de pig. act. l. creditor.* Itẽ si rei vin. agam pro re quam vsucepisti: iam lite contestata caues de dolo. ne alienaueris ne manumiseris seruum: *vt ff. de rei vind. leg. si post. sic: & ff. manda. l. si procuratorem. §. pen. & l. seq.*

a ¶ *De persequendo seruo.* vt si meum mihi abstulisti seruum, quem postea perdideris: caueas de eo persequendo, vel eius pretio restituendo: *vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus. versi. quod si homo.* Item emptor qui redhibet, & non habet seruum quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere venditori de persequendo seruum: vt si habere poterit, illi restituat: *vt ff. de aedi. l. redhibere. §. fin. sic & ff. de condi. cau. da. l. si pecuniam. §. penult.*

vel de persequendo seruo[a] qui in fuga est, restituendóve[b] pretio. 2 ¶ Praetoriae[c] sunt, quae à mero[d] praetoris officio proficiscuntur: veluti damni infecti[e], vel legatorum[f]. Praetorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur aedilitiae[g]. † nam & hae à iurisdictione praetoris veniunt[h]. 3 ¶ Conuentionales sunt quae ex conuentione vtriusque partis † concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu praetoris, sed ex conuentione contrahentium: quarum[i] totidem genera sunt, quot (penè[k] dixerim) rerum contrahendarum[l].

† Conuentionales etiam tribuuntur Cuia.

b ¶ *Vt.* pro vel.

† id est, reorum.

c ¶ *Praetoriae.* stipulationes.

d ¶ *A mero.* id est, puro: sic quòd nõ iudicis officio, scilicet tali quali in superiori casu: vt statim dicam.

e ¶ *Damni infecti.* *vt ff. de damn. infect. l. praetor ait. §. de eo. ver. in eum qui.* Dicitur & alio respectu praetoria illa quae ab initio exigitur: siue sit praetoria inuentione, siue ciuili, siue alio quocũque modo inuenta: ex eo scilicet quòd praetor eam approbat: *vt ff. de verb. sign. l. lege.* & hoc sensu comprehendit praetorias & iudiciales & communes, & omnes praeter conuentionales. & ita accipitur. *vt ff. de stipulat. praeto. l. j.* sic est de adoptione. *ff. de adopt. l. ij.*

f ¶ *Vel legatorum* vt *ff. vt leg. vel fideic. nomine ca. l. j. j. respon.*

g ¶ *Aedilitiae.* s. stipulationes: vt si animal tibi vendo, de vitiis eius cauere debeo. *vt ff. de aedil. edic. l. itaque & l. si venditor.*

h ¶ *Veniunt.* cum aediles erant ex praetoribus: *vt* ℑ. *de iure na. §. proponebant.* ¶ Sed[a] quae erit intelligibilis differentia inter praetorias & iudiciales cum hoc titu. accipiatur praetoria & iudicialis? Respond. quia praetoria à praetore mortuo inducta est: sed iudicialis à iurisconsultis aliis. 2 Item in praetoria inuenies iudicem ob hoc ipsum principaliter adiri: sed in iudiciali per consequẽtiam: vt patet ex supradictis exemplis. 3 Item iudiciales vagae, sunt per totum corpus iuris. sed praetoriae licèt & ipsae sint vagae, comprehensae tamen sunt simul in vno tit. *vt ff. de praeto. stipul. l. j.* 4 Iterum potes notare quartam differentiam vt notatur: *ff. de verbor. obligat. l. v. §. ij.* ADDITIO. Hanc differentiam dominus Ioan. addit dicens: quia praetoriae sunt, quae per solum iudicem ordinarium interponuntur[b] & iudiciales quae per quemlibet alium iudicem.

a Stipulationes praetoriae & iudiciales multipliciter differunt.

b Hanc quoq. damnant aliqui, vt per locum Fab. hic quia de iure non intec. quàm sit praetoria per quẽlibet, etiã minimũ magistratum expediri potest.

[*Conuentionales sunt quae &c.*] CASVS. Quaesiui à Iusti. quae essent stipulationes conuentionales? Et resp. quòd illae sunt stipulationes conuentionales, quae sunt vel fiunt ex conuentione contrahentium: hoc est neque iussu praetoris, neque iussu iudicis ordinarij. Sed domine, quot sunt genera cõuentionalium stipulationum? Resp. quòd tot ferè sunt, quot dicimus esse genera rerũ contrahendarum, & in quibusdam valet contractus: verbi gratia vẽditio in quibusdam valet, in quibusdam non valet stipulatio: *ff. de contrahen. empt. & ven. l. & liberi. & l. liberi hominis §. fi. &* ℑ. *tit. prox. j. resp.* Fran. de Are.

i ¶ *Quarum.* scilicet conuentionalium.

k ¶ *Penè.* ideo dicit penè, quia in quibusdam valet alius contractus: vt venditio in libero homine, & similibus: *vt ff. de contrahen. empt. l. & liberi & l. liberi hominis. &* ℑ. *de contrahend. empt. §. fi.* In quibusdam non valet stipulatio: *vt* ℑ. *tit. j. j. respon. §. j.*

l ¶ *Rerum contrahendarum* s. esse genera, id est quot possumus dicere esse genera contractuum, tot sunt genera stipulationũ, i. vbicunque potest contrahi, ibi potest stipulatio interuenire: nam stipulatio propriè non est contractus: *vt ff. de verb. signif. l. Labeo.*

[*Communes sunt &c.*] CASVS. Quaesiui à Iustin. quae essent communes stipulationes. Et ipse respon. dicens quòd communes stipulationes sunt, veluti rem pupilli saluam fore. Stipulatio enim quae interponitur rem pupilli saluam fore, est communis quia & praetor mortuus praecepit hanc cautionem interponi, & iudex viuus hoc exequitur, si aliter res huiusmodi non possit expediri. Similiter stipulatio de rato est communis: quia praetor mortuus praecepit quòd caueretur de rato à procuratore actoris: & quandoq; praecipit iudex viuus quòd caueatur de rato. Alio etiã modo dicitur cautio de rato communis, quia interponitur à procuratore actoris propriè: & quandoque à procuratore rei dicitur: vel quandoque interponitur in iudicio, & quandoque extra: vt hic habes in glo.

m ¶ *Communes.* abnegatiuè[a] lege, id[b] est non praetoriae tantum, vel iudiciales tantum, vel conuentionales tantum: sed partim[c] ex vno, partim ex altero naturam accipiunt. Nam si non caueat tutor pupillo, hoc ipsum peti potest: & quo ad hoc habet naturam praetoriae. Si petitur tutor, & per cõsequens praestatur satisdatio: in hoc habet naturam iudicialis: *vt* ℑ. *de satisdatione tutoru. §. j.* Sed hoc dic plenius: *vt ff. de verb. oblig. l. v. §. praetoriae.* *vbi est hic textus de verbo ad verbum.* Item si petatur haec satisdatio ab altero tutorum vel curatorum ex consequentia[d] petitur, & non praecisè: vnde & in hoc habet naturã iudicialis. *vt ff. de admini- stratione tutorum. l. iij. j. respon. &* ℑ. *de satisdatione. tutorum vel curatorum. §. j. & §. ij.* Vel dic communes alio modo, vt j. eo. §.

a Definitio per negationem & remotionem contrarij.

b Communes stipulationes quae neque praetoriae tantùm, neque iudiciales tantũ, neque conuentionales sunt, sed mixtae ex duobus eatũ.

c Commune est quod partim ex vno, partim ex altero naturam accipit.

† alibi habetur, exigitur.

d Cautio petitur à tutore quandoque principaliter, quandoque incidenter.

4 ¶ Communes[m] sunt, veluti rem saluã fore pupillo (nam & praetor[n] iubet rem saluam fore pupillo, caueri: & interdũ iudex[o], si aliter haec res expediri non potest[p]) vel de rato[q] stipulatio. †

TITVLVS XX. DE INVTILIBVS stipulationibus.

Stipulatio rei quae non est, nec esse potest in rerum natura, non valet: secus si posset in nostro dominio haberi. Aretinus.

Omnis res quae dominio nostro subiicitur[r], in stipulationem deduci potest: siue illa mobi-

sed secundùm hoc omnis praetoria potest esse cõmunis AVOTT. Dic quòd haec gloss. secuta fuit errorem suum, quòd illa appellatur cautio praetoria, propter quam interponendam iudex principaliter aditur: illa appellatur iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter, sed in consequentiam aditur, quae opinio ibi fuit reprobata secundùm Christopho.

o ¶ *Praetor.* scilicet mortuus: cuius verba non habemus, sed sententiam: *vt* ℑ. *de satisdat. tut. in princ. & §. j.*

o ¶ *Iudex.* scilicet viuus.

p ¶ *Non potest.* Quia sponte non vult satisdare ex praecepto mortui praetoris: vnde inuitus compellitur à iudice viuo.

q ¶ *De rato.* haec[e] est communis alia causa quàm superior. nã haec est conuentionalis quandoque: vt si fiat extra iudicium ex conuentione: *vt ff. rem ra. habere l. interdum.* Item iudicialis, quando interponitur à procuratore actoris, cum dubiũ est an sit procurator: *vt C. de procur. l. j. & de satisdat. l. j.* aliàs non potest res expediri, cum non admittatur: *vt* ℑ. *de satisdat. §. penult.* 2 Alij dicunt eam communem, scilicet de rato: quia & à procuratore rei praestatur quandoque, non solùm actoris: *vt ff. de procur. l. non solum. §. si status. & §. est & aliud casus. & § vltimo. & l. Pomponius. §. ij. & l. si defunctus. §. vltimo* Accursius. ADDITIO. Et haec melior, quòd ideo dicantur communes, quia partim per praetores, vt in procuratore actoris: partim per iurisconsultos, vt in procuratore rei fuerint inuentae, vt hic. Cautio[f] autem quae ex forma statuti inducitur: si sit factum à toto populo, vel repraesentantibus ipsum, dicetur ciuilis. Si verò ab episcopo, duce vel marchione, dicetur praetoria. Angel.

e Cautio de rato est communis.

f Cautio à statuto inducta, an sit ciuilis, an praetoria.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

Suprà[g] in titulo de ver. oblig. dixit in genere de stipulationibus interpositis ab vno: verùm quia tam ex parte creditoris, quàm ex parte debitoris aliquando plures personae interueniunt, & sunt duo rei: ideo subiecit titulum de duobus reis. Verùm quia nõ tantum stipulatio interponitur à libero, sed etiam à seruo: ideo subiicit titulum de stipulatione seruorum. Verùm quia stipulatio non est simplex, sed multiplex: ideo postea annectit titulum de diuisione stipulationum: vt ℑ. tit. proximo. *Verùm quia aliquãdo stipulatio est inutilis, & quia hoc potest contingere multis modis: ideo ponit hic istum titulum de inutilibus stipulationibus. Angelus Aretinus.*

g Continuatio.

O*mnis res.* Quoniã iste titulus est valdè longus, & habet plurimos §§ & vnusquisque habet materiam de per se, ideo nõ diuidam: quia esset valdè lõga diuisio. CASVS. Quaesiui à Iustiniano super quibus rebus posset fieri stipulatio. Respon. dominus Iustinian. quòd super illis quae dominio humano subiici possunt: siue illa res sit mobilis, siue immobilis: dum tamẽ sit subiicibilis commercio humano. Sed si quis stipulatus fuerit sibi dari quod non est in rerum natura, licèt fuerit, putà Stichum iam mortuũ, aut rem quae esse non potest, putà Hippocentaurum, non valet stipulatio. hoc dicit. Fran. de Aret.

r ¶ *Subiicitur.* id est, subiici potest. Sunt[h] enim quaedam res quae nõ possunt esse in nostro dominio: vel quia nec sunt nec fuerũt, scilicet in rerum natura: *vt* ℑ. *proximo. §.* Vel si sunt, impossibile est de natura: vt in Sole, & Luna, & similibus: *vt* ℑ. *eod. §. si impossibile.* Vel de facto, vt aureum montem, *vt ff. de statulib. l. cum heres. §. j.* Vel de

h Dominium in quibusdam rebus habere non possum[a].

hominum dispositione: vt res sacræ & religiosæ, & sanctæ, & publicæ, & in vsu publico existentes & aliæ similes: vt liber homo. es sui natura: vt j. proxi. §. & s. de rerum diui. j. respon. & §. nullius. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. Accursius.

a ¶ *Mobilis*. cuius[a] appellatione & per se mouentia, vt equi, continentur[b]: *vt ff. de verb. sign. l. mouentium*. Accur.

b ¶ *In rerum natura*. i. apud aliquos homines. *sic s. de ver. obli. §. cõditiones*. Acc.

c ¶ *Credebat*. maximè, subaudi. nam idẽ si sciret mortuũ, nisi mora debitoris præcessisset mortẽ: *vt ff. de const. pec. l. promissor. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulãtem. §. Stichũ quæ est contra*. ADDITIO. Et tunc res ipsa & in stipulationem, & in petitionem & in cõdemnationem deduci debet: in eius tamẽ æstimationem fiet executio. *l. si seruũ. §. effectus*. vbi glos. in verbo possit. *& doct. ff. de verb. oblig*. Angelus.

d *Hippocentaurum*. animal forte natum ex equa & tauro, quod nunquam fuit visum. vnde Horat.

Humano capiti ceruicẽ pictor equinam, Iungere si velit &c.

e ¶ *Inutilis*. id est vitiosa, quia contra ius est.

[*Idem iuris &c.*] CASVS. Supra dictum est quòd inutilis est stipulatio, si quis stipulatur dari sibi

a Mobili à se pellatione mouentia se continentur.

b Iura autem & actiones sub simplici bonorum appellatione continentur: sunt quædam species per se, quæ secundum cõ eai adnectuntur, mobilia vel immobilia esse se iudicantur. secundum Ang.

a Hippocentauros vel homines equo mixtos, ab Ixione, i. equo, & nubis, id est, progenie. v. Diodor. & Virgil. 6. Hiero. in vita Pauli dicit obtentum ab Antonio visum Pl. in 7. ait se Hippocentaurum vidisse Claudio principi ex Ægypto. ergo contra hunc text. qui dicit impossibile esse centaurum reperiri, tu cogita.

lis[a] sit, siue soli. 1 ¶ At si quis rem quæ in rerum natura[b] nõ est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum qui mortuus sit, quem viuere credebat[c]: aut Hippocentaurum[d], qui esse non possit, inutilis[e] erit stipulatio.

Stipulatio rei quæ in dominio nostro non est, vel quæ est sed postea desinit: licèt possit effici in nostro commercio, non valet siue purè, siue conditionaliter sit concepta. Aretinus.

2 ¶ Idem iuris est[f] si rem sacram[g] aut religiosam[h], quã humani iuris esse credebat: vel publicam rem, quæ vsibus[i] populi perpetuo exposita sit, vt forum[k], vel theatrũ[l], vel liberũ hominẽ quẽ seruum esse credebat[m], vel cuius cõmercium[n] non habuerit, vel rem suam[o] dari quis stipuletur.

Annota, Euentum rei ad quem præsens status non tendit, nequaquam considerandum.

Nec in pendenti erit stipulatio ob id quòd publica res in priuatam deduci, & ex libero seruus fieri potest, & cõmercium adipisci stipulator potest, & res sua stipulatoris esse desinere potest, sed protinus[p] inutilis est †.

Annota, Etiam quod à principio valuit, si ad eum perueniat casum à quo initium sumere nequit, vitiari.

Item contra[q], licèt ab initio vtiliter res in stipulatũ deducta sit: si tamen postea in aliquam eorum causam[r] de quibus supra dictũ est, sine facto[s] promissoris deuenerit: extinguitur[t] stipulatio. Ac nec statim ab initio talis stipulatio valebit, *Luciũ Titiũ cum seruus erit, dare spondes?* & similia[u] quæ etiã natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationẽ[x] deduci nullo modo possunt.

Hippocentaurum, qui esse non potest. Similiter inutilis est stipulatio si quis stipulatur dari sibi rem sacram vel religiosam, quam credebat esse humani iuris: vel publicam, quæ publico vsui deputata est, vt forum vel theatrum: vel liberum hominem quem seruum esse credebat: & rem cuius commercium haberi nõ potest. vel rem suam sibi dari. & si dicas, videtur quòd istæ stipulationes non debent esse vel dici inutiles, sed magis in pendenti, eo quòd illud quod modo publicum est, potest priuatum fieri, & ex libero homine potest seruus fieri: & sic de aliis, & sic stipulatio potest valere: nihil dicis. Stipulatio enim cũ iuribus nitatur: ex præsenti illico valet, vel inutilis est. & hoc dicit. Supra dictum est quòd si aliquis stipulatus fuerit sibi dari liberum hominem: non valet stipulatio, licèt postea fact[us] fuerit seruus. vel si aliquis fuerit stipulatus dari sibi rẽ suam: licèt postea aliena facta fuerit nõ valet stipulatio. vel ecõuerso si fuerit aliquis stipulatus rem alienã sibi dari si postea facta fuerit sua, nõ valet stipulatio. Similiter si aliquis stipulatus fuerit sibi dari rem priuatam, & postea fiat sacra, & sic de aliis, non valet stipulatio. Quotiescunque enim sine facto promissoris illud quod stipulatur, deductum est in eum casum à quo incipere possit, non valet stipulatio. Scire enim debes quòd si ego stipulor mihi dari rẽ sacrã vel religiosam, vel liberũ hominẽ: non valet stipulatio. Sed pone quòd si dicam: Promittis mihi Petrũ qui liber est, cũ fuerit seruus: vel rẽ sacrã vel religiosã cũ facta fuerit priuata, & sic de aliis: quid iuris erit? certè non valet stipulatio. Quæ enim de natura sui à dominio nostro exempta sunt, nullo modo in stipul. deduci possunt & h. d. F.

f ¶ *Idem iuris est*. scilicet vt sit inutilis. Accurs.

g ¶ *Sacram*. licèt non valeat stipulatio, vt hic: valet[d] tamẽ venditio inter ignorantes, vt actio detur: *vt j de contrahen. emp. §. fi. & ff. de contrahend. emp. l. liberi. & l. sed Celsus*. Sed quæ est ratio? Respond. quia in venditione non est necesse trãsferri dominium, in stipulatione sic: *vt ff. de contrahen. empt. & vend. l. si ita §. finali. & in gloss. fin.* Et est similis ratio quare quis potest rem alienam vendere: *vt ff. de contrahen. empt. l. rem alienam*. sed non obligare: *vt C. quæ res pign. ob. poss. l. qui filios*. quia in pignore debet ius cõstitui creditori, quòd sibi det hypothecariam actionem: in vẽditione sola traditio cum obligatione euictionis sufficit: *vt ff. de pignor. lege & quæ nondum §. quod dicitur. & de actione empti. l. ex empto*. Accur.

h ¶ *Religiosam*. hæc verba, sacram & religiosam, expone. vt supra de rerum diui. §. nullius, & §. religiosum. ADDITIO. Dic hoc verum quando res in totum est sacra vel religiosa: sio autẽ esset pro parte: an valeat stipulatio, emptio, vel alia dispositio: vide l. hanc. & l. immodicis. ff. de contrahend. emptione. Angelus.

i ¶ *Vsibus*. aliàs si non est in vsu publico, potest alienari: *vt ff. de contrahend. empt. l. sed Celsus. j. respond. & l. pacta §. finali. sic ff. de via publica. l. viam.*

d Sacræ rei venditio valet inter ignorantes.

k ¶ *Forum*. scilicet[a] vbi redditur ius: *vt ff. de iusti. & iur. l. pen.* vel rerum venalium. Sed forus est bursa. Accursius. ADDITIO. Item forus dicitur locus exercendarum litium: *vt ca. forus. extra de verborum significationibus*. Item calcatorium, id est locus vbi vua calcatur: quòd pede calcantis feriantur. Dicuntur etiam fori tabulata nauium, ab eo quòd incessus ferant. Item spectacula, hoc est loca erecta vt ea his spectetur. Item forus dicitur foramen illud per quod semus immittitur, à forando. Vnde versus,

Causam vtrumque forum, signátque foramen:

Alto fori loca sunt: dátque carina foros.

Hostien. dicit quòd forũ in neutro genere ponitur pro territorio cuiusque iudicis, intra quod potest in facinorosos homines animaduertere vnde tota diœcesis dicitur territorium episcopi. xvj. q. vij. omnes basilicæ.

l ¶ *Theatrum*. expone. *vt supra de rerum diui. §. vniuersitatis*. Accurs.

m ¶ *Credebat*. idẽ si sciebat: *vt j. proxim. §. & ff. de verb. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. ibi*, casum enim &c.

a Forum & forus.

† Concor. cum hoc text. c. si. ad audientiã. vide ibi gl. super verbo habent circa med. extra de sponsa.

n ¶ *Commercium*. generale[b] nomen est ad omnes contractus. Vnde dicitur aliquis habere commercium rei, quando per emptionem vel alio modo potest eam habere: quare Iudæus non habet commercium Christiani mancipij: *vt C. ne Christianum man. Iudæ*. Vnde si Iudæus Iudæo promittit tale mancipium, non valet: vel Christianus Iudæo: vt hic. si autem Christiano promittat Iudæus, valet: *vt ff. de verbor. obligat. l. multum interest. & de lega. j. l. apud Iulianum. § fina.*

o ¶ *Suam*. Nam cum sua[c] sit, plus sua fieri non potest: *vt s. de leg. §. sed si rem. & infra de act. §. sic itaque*. nisi ratione possessionis apud alium constitutæ: *vt ff. de contra. emp. l. si in emptione. § ij.* vel nisi sub conditione, dum tamen adueniente conditione, stipulatoris res esse desierit: *vt ff. de verb. oblig. l. si rem meam. & l. existimo.*

p ¶ *Protinus*. id est statim: quia pura stipulatio suspendi nõ potest: *vt ff. de stip. ser. l. vsumfructum.* secus in aliis actibus viuorum: *vt ff. com. præ. l. si in fi.* Accursius. ADDITIO. Putà per euentum confirmationis quæ ex post facto fieri potest: sed tamen ipse actus in veritate non pendet, sicut nec stipulatio: sed interim vel est nullus: vel sola ipsius qualitas, putà dominij translatio, vel cui acquiratur, pendere dicitur, & hæc vera in actibus puris.

q ¶ *Item contra*. id est econtrario. nam supra dixit quando ab initio res erat sacra vel similis, sed postea desiit, nunc econtra quando prius non sacra, sed postea fit.

r ¶ *Eorum causam*. i. sacra vel religiosa, vel similis: *vt supra proxim. §.* Accursius.

s ¶ *Sine facto*. quod est cum erat res aliena: aliàs si sua, semper suo facto factum videtur, etiam si alienauerit post tempus stipulationis. Idem & si erat aliena, dummodo post moram: *vt ff. de verb. obli. l. si seruum. §. j. & ij.*

t ¶ *Extinguitur*. Ar. contra.[d] *s. de le. §. si quis debitori. ver. quòd si vino.*

u ¶ *Similia*. putà rem sacram cum erit profana, & sic de singulis scilicet sacra vel religiosa: *vt s. proxi. §.*

Quæ enim. Vet. quæ natura sui dom. nos. exempta in obligationem. Dixit autem quà, pro quatenus siue quoniã, & bene natura sui. nam rem meam rectè stipulor sub cõditione cum aliena erit. quia & si nunc mea effici non possit, natura sui tamen tantũ abest vt à dominio meo exẽpta sit, vt in eo nũc sit vel maximè atq; ita licet, quãtũ ad personas attinet, ex quib. obligatio cõsistit, tẽpus cõtractus inspiciatur, vti dictũ est tit. de verb. obliga. non tamen quantũ ad eas res pertinet, quæ in stipulationem veniunt. Cuiac.

x ¶ *In obligationem*. scilicet istam, hoc est stipulationem.

[*Si quis.*] CASVS. Quidam promisit quòd dominus episcopus daret mihi decem. valétne ista stipulatio? Dicitur quòd non. quia videtur

b Cõmercium comprehẽdit omnes contractus.

o Stipulatio rei suæ non valet.

d Dic ideo ibi actum non vitiari, licèt in eum casum perductus esset, à quo incipere non potuit, quod ille casus ad eundem finẽ perueniebat, ad quẽ & a suo spõ. sæpe vt legatũ valeret legandam &c.

videtur factum alienum promisisse. si tamē promitteret se facturum vel praestiturum vel procuraturum quod alius aliquid mihi faceret, factum suum promittere videtur: & ideo stipulatio valet: & ex ea obligatur. & hoc dicit. Et ad instantiam illam quae ponitur in glos. contra regulam istam de eo qui cauet dominum suum rem ratam habiturum: respondet, nō videtur factū alienū promisisse: sed interesse rei qui cōuenitur, si dominus suus pro quo agit, ratum non habeat. & similiter est in aliis instantiis. Franc.

Alieni facti promissio inutilis est: facti autem proprij, vtilis.

3 ¶Si quis alium[a] † daturum facturúmve quid promiserit, non obligabitur[b]: veluti si spōdeat Titium quinque aureos daturum. Quòd si effecturum[c] se vt Titius daret, spoponderit: obligatur.

Stipulari nemo potest vt alteri quàm ei cuius iuri subiectus sit, aliquid detur aut fiat.

4 ¶Si quis alij quàm ei cuius iuri[d] subiectus sit, stipuletur: nihil agit[e].

Adiecto solutioni obligatio non quaeritur: et tamen rectè soluitur: talisque solutio obligationem perimit: tenetur tamen adiectus mandati actione proposita, stipulanti quod accepit restituere.

Planè solutio etiam in extraneam personam conferri potest: veluti si quis ita stipuletur, *Mihi aut Seio dare spondes?* vt obligatio quidem stipulatori acquiratur[f], solui tamen Seio[g] etiā inuito eo[h] rectè possit, vt liberatio ipso iure contingat[i], sed ille[k] aduersus Seium habeat mandati[l] actionem.

Si quis sibi & alteri copulatiuè stipulatur, dimidia tantùm stipulatori debetur.

Annota, ea est ratio, nam extranei adiectio inutilis, vtilē pro parte stipulatoris vitiare nō debet stipulationem: vtile enim per inutile nequaquam vitiatur.

a ¶*Alium.* prorsus extraneum.

b ¶*Non obligabitur.* & est ratio: quia nemo alienum factum promittere potest: *vt hic, & ff. de verborum obligat. leg. stipulatio ista. in prin.* 1 Nisi poena promittatur: *vt j. eod. §. hi qui vero.* 2 Nisi in casibus in quibus praesumit lex interesse, promitti nisi fiat, vt in cautione iudicio sisti: *vt ff. de verbor. oblig. l. quoties quis.* 3 Item in stipulatione ista, habere licere: *vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. respon.* 4 Item in stipulatione de rato: *vt ff. rem ra. hab. l. in stipulatione.* 5 Item in stipulationibus aedilitiis: vt sanum esse seruum venditū, vel non furem, & similia: *vt ff. de aed. l. si ita quis.* 6 Item in stipulatione rē pupilli saluam fore. nā cùm sit praetoria, exigitur fideiussor: *vt ff. de praetor. stipula. l. praetoria.* (Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiussore: Promittis rem meam saluam fore per tutorem vel curatorem? nam & his verbis ab eis stipulatur: *vt ff. rem pupilli saluam fore. l. j. & l. cum pupillus.*) 7 Praeterea nōnne quis semper promittit per se & suos heredes ea facta quae per alium possunt explicari: *vt C. de contrahen. stipula. l. fin.* licèt contra sit, si non potest per alium fieri: *vt ff. eod. de verb. obligat. l. centesimis. §. id quod. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem?* Respon. Non est alius heres quàm testator: imò idē praesumitur, *vt in authen. de iureiur. à mo. pra. §. j. colla. v.* SANTT. Adde secundùm Ange. alios casus. 8 Putà quādo promittit alium dare vel facere ad quod promissor tenebatur. 9 Item quando iurauit: quia facit valere omni meliori modo quo potest: *vt l. cum pater. §. filium. ff. de leg. ij.* Ange.

c ¶*Effecturum.* tunc enim suum factum manifestè promittit. Idem si dixit se curaturum vt fiat: *vt ff. si cer. pet. l. fina. § fi.*

[*Si quis alij.*] CASVS. Pone quòd ego stipuler dare ei centum, cuius iuri nō sum subiectus: valetne ista stipulatio? Et respondet Iustin. quòd nō, considerata stipulationis natura. Inuenta enim fuit stipulatio, vt per stipulationē vnusquisq; sibimet aliqoid acquirat. Sed licèt stipulando extraneo aliquid acquirere nō possimus tamen in personam alterius solutionem possumus conferre. Verbi gratia, Promittis mihi x. aut Seio? & tūc bene valet huiusmodi stipulatio. Obligatio enim mihi stipulāti acquisita est: solutio tamen potest fieri adiecto, me inuito: & cōtinget promissori plena liberatio. Competit tamen stipulatori contra adiectum actio mandati propter id quod solutum est. hoc dicit. Extra casum nota specialē casum, in quo si soluat debitor alij quàm ei cui soluere debet, putà adiecto scilicet alternatiuè, liberatur. No. quòd vox patris est vox filij, & econtra. Fran. de Aret.

d ¶*Iuri.* id est dominio, vt seruus domino, cui acquirit: *vt s. per quas person. nob. acqui. §. item vobis.* 2 Itē reuerentia paterna, vt filius patri: *vt s. per quas per. nob. acquiri. §. j.* 3 Item obedientia, vt monachus monasterio cui quaerit & se & alia: *vt in auth. de mona. § illud. col. j.* 4 Idē dicas de seruo fructuario. 5 Idē de vsuario. 6 Idem de seruo bona fide possesso, & libera bona fide possesso: qui ex duabus causis quaerit: *vt s. per quas pers. nob. acquir. §. de his. & §. idē placet.*

e ¶*Nihil agit.* & est ratio: quia inuentae sunt &c. *vt j. eo. §. alteri. & ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. alteri.* Fallit[g] tamē in casibus xvj. In primis, vt si stipulātis intersit[h]: quia sit tutor eius cui stipulatur rem pupilli saluam fore. 2 Secundò quia procuratori stipuletur dominus. 3 Tertiò si stipuletur creditori: *vt j. eod. § sed si quis stipuletur. vers. & si creditori. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & §. si quis insulam.* 4 Quartò fallit in omnibus praetoriis stipulationib[i]: *vt ff. de pra. stipu. l. in omnib.* (vt est damni infecti. *ff. dam. infect. l. damni. § fin.* Item iudicatum solui, & similes: *vt ff. de procur. l. in causa. §. fi.*[k]) 5 Item fallit in procuratore praesentis: *vt ff. de verb. oblig. l. si procuratori. & ff. de proc. l. quod procurator.* 6 Item fallit in actore municipum: ex cuius pacto quaeritur municipib[e]. 7 Item in curatore furiosi, & consimilium personarum, & tutoribus: *vt ff. de cond. inde. l. eum qui. §. si alter.* 8 Item fallit in institore[b]. nam sibi actio ex pacto institutis quaeritur: *vt ff. de instit. l. j. in fin. & l. ii.*[c] 9 Item fallit in iudice vel notario, vel simili persona publica[d]: ex quorum pactis & stipulationibus alteri quaeritur: *vt ff. rem pupil. sal. fore. l. ij. & iij. & iiij. j. respon. & in auth. de execu. & his qui con. §. j. coll. vij. & in authen. de hered. ab intest. §. ex his. coll. ix.* 10 Itē fallit in creditore, ex cui' pacto quaeritur actio debitori: *vt ff. de pig. act. l. si cum venderet. j. respon.* 11 Item fallit si auus paciscatur dotem reddi nepti quā iam in potestate nō habet: *vt ff. solut. matr. l. Caius Seius.* 12 Itē fallit in procuratore vendentis: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. § si procurator.* 13 Itē fallit in deponēte, si paciscatur alij rem restitui. 14 Item fallit in commodāte faciente simile pactum: *vt ff. depo. l. Publia. & C. ad exhib. l. si res.* 15 Item fallit in donante simile pactū faciente in euentum scilicet conditionis: *vt C. de dona. quae sub modo. leg. quoties.* 16 Item fallit si pater stipuletur filio vel alij posito sub eius potestate post mortem suam, scilicet patris. Nam & filio quaeritur, licèt heres nō sit: *vt ff. de verb. oblig. l. quodcunque. §. si quis ita.* Si verò purè & non post mortem, ipsi stipulanti quaeritur: *vt ff. de verb. oblig. l. decem seruo.* His enim casib. ex pacto vel stipulatione alterius alteri quaeritur, non aliàs: *vt hic, & C. per quas person. nob. acquir. l. j.* Cùm enim sint speciales, non sunt trahendi ad consequentiam: *vt ff. de legi. & senatuscons. l. quod verò.* Sed M. dicebat hos casus facere regulam: & si quis casus esset contra illud, speciale esse & quod hic regulariter dicitur, *& j. eod § alteri. & C. per quas person. nob. acquir. l. j.* dicebat iure directo nō valere, sed vtiliter acquiri posse. & sic secundùm eum semper ex pacto alterius quaeritur: quod falsum est, cum parum interesset, directo, an vtiliter quaereretur: *vt ff. de neg. gest. l. actio.* Accursius.

f ¶*Acquiratur.* scilicet tantum.

g ¶*Seio.* nisi tamen heredi eius: *vt ff. de verb. oblig. l. cum quis.* ¶Item hoc intellige statu[g] huius adiecti non mutato. aliàs contra: *vt ff. de solu. l. cum quis.* Item hoc intellige ante[h] litem contestatam à stipulante, aliàs contra: *vt ff. de solutio. l. si quis stipulatus fuerit decem §. j.* Item licèt solui[i] possit adiecto, non tamen agere potest adiectus: *vt ff. de constit. pec. l. sed & si filiusfam. in fine, & l. si verò.*

h ¶*Inuito eo.* qui stipulatur.

i ¶*Contingat.* nisi in casu: *vt ff. de eo quod certo loco. l. iij. § idē Iulianus.* Sed[k] ibi facta fuit solutio alibi quàm fieri debuit: vnde venit interesse: *vt j. de actio. § item.* in quo non potuit domino praeiudicare accipiendo sortem adiectus: *vt ff. de reb. iur. l. non debet.* licèt & ipse dominus posset: *vt ff. de eo quod certo lo. l. centum in fin. & l. si. in fine.*

k ¶*Ille.* scilicet stipulator.

l ¶*Mandati.* Nunquid[l] adiectus mandati semper tenetur? M. dicit quòd sic: *vt hic. & ff. de verb. oblig. l. Iulianus. §. fin.* Nam semper tacitum mandatū, etsi non expressum, interuenire dicebat, & in absentia, & sine nuntio vel epistola. quod est cōtra legem. *ff. de procurat. l. j. §. j.* Quare dicemus quòd mādati agitur si intercessit mādatum, vt quia praesente adiecto fuit stipulatus: *vt hic. & ff. de verb. oblig. l. Iulianus. §. fin. & ff. mand. l. qui fideiu.* aliàs agit neg. gestorum, cum non sit procurator: *vt ff. de sol. l. vero procuratori. §. interdum. & j. de oblig. quae ex quasi contract. in prin.* ADDITIO. Nota bene hanc glo. qua actione teneatur, & ista sunt vera, nisi adiectus esset animo sibi donandi: vt d. l. Iulianus § j. & ibi Bart. ff. de verborum obli. In dubio autem nō videtur adiectus animo donandi: *vt l. si tam aurum. ff. de sol.* Ang.

[*Quòd si quis.*] CASVS. Supra dictum est quòd si stipuler alteri dari quàm ei qui iuri meo subiectus est, non valet stipulatio. Sed pone quòd aliquis stipuletur aliquid sibi dari, & extraneo, valetne ista stipulatio? Respond. quòd sic. sed nunquid in totum? Resp. quòd non, sed pro parte dimidia, scilicet pro parte stipulatoris. Super isto §. quaeri potest, quare ita est quòd si ego emero fundū mihi & extraneo pro x. valet totus contractus: *vt ff. de contrahend.*

empt. & vend. l. fundus. ¶Si autem stipulatus fuero. x. dari mihi & extraneo, non valet stipulatio in totum, sed pro parte? Respond. contractus empt. & vend. celebratur tam gratie emptoris, quàm venditoris: vnde tam emptori quàm venditori expedit quod valeret contractus: & nisi in totum valeret venditio: contractus qui vtriusq; gratie celebrari dicitur, in detrimentum alterius partis redundaret: quod esse nõ debet. Sed si dicas: potest esse quòd non expediet emptori quòd emptio in totũ valeat semper. Ad hoc dico quòd sibi imputet. Regulariter enim loquendo, gratie vtriusque cõtractus huiusmodi dicitur fieri. Non sic autem est in stipulatione. Semper enim expedit promissori quòd stipulatio potius valeat in partem, quàm in totum. hoc dicit Franc.

Quòd si quis sibi & alij cuius iuri subiectus non sit, dari decem aureos stipulatus est: valet[a] quidem stipulatio: sed vtrum totum debeatur stipulatori quod in stipulatione deductum est, an verò pars dimidia, dubitatum est: sed placuit nõ plus[b] quàm dimidiam partem ei acquiri.

Si pater stipulatur filio, acquirit sibi. Aretinus.

Ei verò qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris[c]: quia vox tua, tãquam† filij† sit[d]: sicuti & filij vox tanquam tua intelligitur in his rebus quæ tibi acquiri possunt[e].

Responsio interrogationi nõ conueniens stipulationem nullam efficit: & qui interrogatus simpliciter respondet, is omnibus interrogationi connexis qualitatibus respondisse censetur: quandoquidem ad omnia in interrogatione deducta refertur simplex responsio.

5 ¶Preterea inutilis est[f] stipulatio, si quis ad ea quę interrogatus fuerit, non respondeat[g]: veluti si quis decem aureos à te dari stipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas, vel contrà, si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione vel in diem stipulanti, tu respondeas, *Præsenti die spondeo.* Nam si hoc solum respondeas, *Promitto*: breuiter videris in eandem diem vel conditionem spopondisse. neque enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quæ stipulator expresserit[h].

a ¶*Valet.* scilicet pro parte dimidie, vt subiicit: *vt ff. de eo quod certo loco. l. iij. §. si quis.* ¶Et collige quòd[a] non vitietur vtile per inutile. sic *ff. de verbor. obliga. l. j. § sed & si mihi. arg. contra ff. de arb. l. parui. alias Pedius. §. j.* & dic. vt ibi.

b ¶*Non plus. vt ff. de verb. oblig. l. si mihi.* Sed contra *ff. de contrahen. empt. l. fundi.* Sed dic vt ibi.

[*Ei qui.*] CASVS. Sopra dictum est quòd si stipulor aliquid dari extraneo: non valet stipulatio. Sed pone quòd stipuler aliquid dari ei qui iuri meo subiectus est, vtputà filio vel seruo: valétne stipulatio ista? Dicitur quòd sic, quia vox patris, vox filij intelligitur. & hoc verum est quòd valet stipulatio in rebus illis quæ patri possunt acquiri per filium: vt in bonis aduentitiis profitit: in bonis autem castrensibus vel quasi non valet. hoc dicit. Franciscus de Aretio.

c ¶*Acquiris.* sic *ff. de verb. oblig. l. dominus seruo. & C. de contrahend. & commit. stipu. l. ij. & ff. de pall. l. & hered. §. nos autem.*

d ¶*Filij sit.* cum vna[b] persona censeatur pater & filius: *vt C. de impu. & ali. subst. l. fina.* sic & in seruo & domino est eadem vox: *vt j. eod. §. post mortem.*

e ¶*Acquiri possunt.* vt profectitio peculio, & aduentitio quo ad vsumfructum: *vt s. per quas person. no. acqui. §. j.* Accursius.

[*Præterea inutilis.*] CASVS. Dixi Iust. Domine, supra dixistis multos casus in quibus inutilis est stipulatio: sed præter illos súntne alij casu in quibus stipulatio inutilis sit? Et respon. quòd sic. Quotienscunq; enim ille qui promittit, ad ea quæ interrogatus est, nõ respondet: veluti si dicat aliquis, Promittis mihi decem? & tu respondeas, Promitto. v. vel econuerso: vel dicat aliquis, Promittis mihi x. & tu respondeas, Promitto si nauis venerit ex Asie: vel si alicui stipulanti in diem vel sub conditione, tu respondeas, præsenti die vel purè: dũ tamen illud exprimas, videlicet præsenti die vel purè respondeo: non valet stipulatio. Si enim stipulãti in diẽ vel sub conditione, respõderes, & nõ exprimeres quòd præsenti die vel purè promitteres: valeret stipulatio, & videreris in eãdẽ diẽ vel purè spopõdisse. Nõ enim necesse est in respõdẽdo eadẽ omnia repeti quæ stipulator expressit. quæ enim in præfationib[us] dicuntur, in respõsionibus repetita creduntur: *vt ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idẽ respondit.* Itẽ dicitur quòd si ad ea quę interrogata sunt, nõ respondeat promissor, nõ valet stipulatio. Hoc intelligas nisi diuersitas placeat stipulãti. Quæ[c] autem diuersitas vitiet stipulationẽ, vtrũ ea quæ est in qualitate, vel in quantitate vel in specie: habes in glo. ordinarie, non tamen sufficienter. h. d. Fran.

f ¶*Inutilis est.* interdum in totum, interdum in parte.

g ¶*Non respondeat.* f. congruè. diligenter tamen attẽde quòd vbicumque est diuersitas: si incontinẽti placet diuersitas stipulatori, valet stipulatio: *vt ff. de verb. oblig. l. j. §. cum adiicitur.* Si autem non placeat[d]: aut est in qualitate aut in quãtitate aut in specie diuersitas. In primo casu nullo modo valet, vt hic ibi, aut si ille &c. & *ff. eod. l. j. §. cum adiicitur. & §. si quis simpliciter.* Si verò in quantitate: in eo quod consonet, valet: siue detrahat, siue adiiciat[a]. *vt ff. de verbor. oblig. l. j. § si stipulanti.* quę est contra. in alio non, vt hic ibi, veluti &c. Si autem in specie: aut promittitur vna species pro altere: & tunc non valet: *vt j. eod. §. si de alia. aut alia adiecta.* & ita copulatiuè: & tunc valet in alia, non in adiecta: *vt ff. de verb. oblig. l. j. §. sed si.* Si autem plures res stipuletur: tunc aut copulatiuè fuit facta interrogatio, & valet in eo quod responsum est aut disiunctiuè: vt, Illam aut illam rem promittis? quo casu valet siue ad vtrunque siue simpliciter respondeat, & in vtraque. Si verò in vna, non valet etiam in ea: licèt in summis non vitietur alternatiue, si respondeatur ad vnam tãtùm: *vt ff. de verbor. obligat. l. j. §. si quis. & l. inter stipulantem. §. si stipulãtem.* Accursius. ADDITIO. Et est ratio diuersitatis secundùm Ioan Fabrum: quia in speciebus talis respõsio facit diuersitatem in qualitate: quia in qualibet sub conditione interrogasse videtur. ¶Sed in alternatiua summarũ minor est in obligatione. l. si ita stipulatus fuero decem aut quinque. *ff. eod. ideo de ea interrogatum.* & responsum esse videtur.

h ¶*Expresserit.* Quæ[b] enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita creduntur: *vt ff. de verbo. oblig. l. Titia. § ideo respondit.*

† Filiꝰ est pars visceram patris. Arist. in 9. Et hoc. vnde Christus Ioan. 5. Ego, inquit, in patre & pater in me manet.

† Quia pater & filius censentur vna persona & concor. Glo. in c. super eo sbi, & pater & filius extra de testa. & c. tu à nobis in gl. super ver. Iuera. extra mod. extra de decr.

a Vtile per inutile non vitiatur.

b Filius & pater censentur eadem persona.

c Stipulatio non semper vitiatur ex responsionis diuersitate.

d Subaudi nec expresse displiceat: quia tunc non esset locus d. §. cum adiicitur, nec huic margini. Ioan. Fa.

a Nisi effectum stipulationem non valere: nisi sub toto vel nisi validitas stipulationis appareret stipulanti: vt l. si decem § item. & hæc vera quando stipulatio & responsio est de toto & parte numerabilis: aliàs si de toto integrali & parte propria vel impropria dic vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

b Præfationibus dicta, in contractibus & sequentib[us] repetita intelliguntur.

Inter dominum & seruum, patrem & filium non contrahitur stipulatio. Aretinus.

6 ¶Item inutilis[i] est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est, vel si is à te stipuletur[k]. Sed seruus quidem non solùm domino suo obligari non potest[l], sed ne quidem vlli alij. Filij verò familias aliis obligari possunt[m].

[*Item inutilis*] CASVS. Non solùm in casibus qui præcesserunt, est inutilis stipulatio, sed etiam in aliis, quia si fueris stipulatus aliquid ab eo qui iuri tuo subiectus est, vel si is à te fuerit aliquid stipulatus inutilis est stipulatio. Sed differentia est inter seruũ qui est in potestate, & filiumfamiliàs qui similiter est in potestate: quia seruus neque domino, neque extraneo promittendo obligatur. Filius autem familias patri suo non obligatur, præterquam in voto & in mutuo. Sed videtur quòd filiusfam. promittendo in voto obligatur, *per l. in authen. de sanct. episcop. § interdicimus.* Sed potest responderi distinguendo inter votum personę, & votum rerum. In voto rerum non obligatur, in voto autem personæ obligatur. & sic loquitur in authent. Franc.

i ¶*Item inutilis.* quantum ad ciuile vinculum, sed[e] naturale contrahitur: *vt ff. de cond. ind. l. si id quod & l. frater à fratre. §. j.* vnde fideiussor accedit. *vt j. de fideiuss. in princ.* Et hæc vera sunt nisi in castr. & si pec. vel quasi, nam tunc est loco patrisfam. *vt ff. ad Maced. l. ij. & ff. de coll. bo. l. j. §. nec castrense.* tunc enim & cum patre obligatur, & agitur cum effectu: *vt ff. de iud. l. lis nulla.*

k ¶*Stipuletur.* contra. *C. de pact. con. l. pactum dotale.* Solut. maximè[d] ibi positum, abundat. *sic C. de test. ma. l. fi. §. j.*

l ¶*Obligari non potest.* scilicet ciuiliter. Accursius.

m ¶*Obligari possunt.* ex omni causa: *vt ff. de iud. l. tam ex contractibus.* & conueniri in solidum durãte patria potestate: auctoritate tamen patris interueniente: ad quod pater compellitur officio[e] iudicis: *vt C. de bo. quæ lib. l. cum nõ solum. §. j.* & postea nisi[f] in sex casibus, qui sunt. *ff. quod cum eo. l. ij.* Excipe duos[g] casus, vt in mutuæ pecunia, (ex que non tenetur cum effectu propter exceptionem Macedoniani, neque pater: *vt C. ne filius pro patre. l. j.*) Item in voto vel Deo vel Reip. facto: *vt ff. de polli. l. si quis rem §. voto.* Nam licet aliàs. f. ex contractu vel quasi conueniatur à prælato maiore loci illius, hic tamen non conuenitur[f]: *vt C. de episc. & cler. l. nulli. & in authent. de eccle. ti. § si quis. colla. ix.*

[*Mutum.*] CASVS. Quæsiui à Iust. verum mutus stipulari posset. Et respondit dicens quòd mutus neque stipulari potest, neque promittere. & ratio huius est: quia stipulatio fit vno interrogante, altero respondente; & sic vtroque loquente. Idem dicit de surdo propter defectum auditus. Qui enim stipulatur, exaudire debet

c Obligatio naturalis inter patrem & filium, an & quando possit consistere.

d Maximè, particula, interdũ abundat.

e Filiusfamiliàs sex casib[us] obligari non potest.

f Scilicet vsque pignorib. & si nullo modo velit consentire si filius agat & pater sit præsens: repellitur à iudicio. secus si pater sit absens longa absentia, vel alius conueniatur. Ang.

g Filiusfamiliàs non obligatur ex mutuo, & voto reali seu singulariter gesto.

debet promittentem: & qui promittit, verba interrogantis similiter exaudire debet. & hoc planum est. Quod tamen de illo surdo intelligitur, qui omnino non exaudit: & non de illo qui tardius exaudit. Qui enim tardè exaudit, promittentem & stipulantem poterit exaudire, quanquam nõ illico: & ita stipulari & promittere potest. Itẽ quæsiui à Iustin. de furioso, an posset verbalem obligationem contrahere: & dicit quòd non. Nullum enim negotium furiosus rectè gerit, quia non intelligit quod agit. Franc.

a ¶ *Nullum negotium.* scilicet obligatoriũ. Idem in prodigo, cui bonis interdictum est. *ff. de verborũ oblig. l. is cui.* quia furioso similis est: *vt ff. de curat. furio. l. j. respon. & ff. de reg. iur. l. furiosi.* Idem in mente capto: *vt ĩ. de curat. §. j.* ADDITIO. Idem in fatuo. Et intellige de his qui omnino nihil rationis sapiunt: alias secus secundùm Angel.

b ¶ *Potest.* scilicet ciuiliter. Accursius.

[*Pupillus.*] CASVS. Quæsiui à Iustin. an pupillus posset rectè stipulari? Respond. quòd pupillus omne negocium rectè gerit, dum tamen tutoris auctoritas intercedat. & hoc quando necessaria est, scilicet, cùm se alteri velit obligare: alterum tamen sine tutoris auctoritate bene potest obligare. In versiculo, Sed quod diximus, pone sic casum. Suprà dictum est quòd pupillus rectè gerit omne negotiũ: ergo cùm infans sit pupillus, omne negotium rectè gerit, & ita stipulari vel promittere rectè poterit. sed non est ita simpliciter. Et ad hoc respondens legislator dicit, quod dictum est de pupillo, intelligendum esse de eo qui proximus est pubertati: & etiam de illo qui aliquem habet intellectum. Infantes enim, & illi qui proximi sunt infantiæ, non multum distant à furiosis: quia nullum habent intellectum. Sed deinde statim corrigit iam dictum suum quo ad vltimum membrum: dicens quòd pupilli proximi infantiæ non per omnia sunt cẽsendi pubertati proximi, scilicet tanquam furiosi, sed habent idem iuris, quòd cum tutoris auctoritate se aliis possint obligare, & sine tutoris auctoritate sibi alios obligare possint. Sed potéstne filiusfam. impubes auctoritate patris sui alteri obligari patris auctoritate præcedente: sicut potest pupillus tutoris auctoritate? Et respondetur quòd non. & hujus ratio potest esse, quia si tutor malè præstiterit auctoritatem pupillo suo, pupillus habebit illum sibi obligatum: non sic autem filius patrem. Franciscus de Aret.

c ¶ *Pupillus.* scilicet pubertati proximus, vt sequitur. & est ratio, quia intellectum habet: *vt ff. de reg. iur. l. in negotiis.*

d ¶ *Obligetur.* scilicet aliis.

e ¶ *Auctoritate.* sic *ĩ. de aucto. tuto. in princip. & ff. de pact. l. contra iuris ciuilis.*

f ¶ *Infans.* Id est vsque ad septem annos: *vt C. de iure delib. l. si infanti. j. respons.*

[*Et qui infantiæ*] Vet. & qui infanti. & paulò post, sed in proximis infantibus. Aliud est non intelligere quid loquamur, lõge aliud non intelligere quid agamus. Infans non intelligit quid loquatur. Proximus infanti nõ intelligit quid agatur. Proximus pubertati vtrique intelligit. Proximus infanti est, qui egressus est infantiam, & qui linguæ gnarus, rerum adhuc ignarus est. Proximus pubertati qui nondum ingressus est pubertatem. sed prope eam est tamen, ita vt annale tantummodo, vel semestre tempus reliquum sit. Cuiacius.

g ¶ *Infantiæ proximus.* i. vsque ad decem annos & dimidium: & sic proximus respicit infra. sed cùm dico pubertati proximũ, à decẽ annis & dimidio suprà intellige. nã sic in masculis debet fieri dimidiatio: in fœminis in nono & dimidio: *vt ĩ. quibus ex caus. ma. non licet. § fi. & ĩ. quib. mod. tut. finit. j. respon.*

h ¶ *Non multum.* Nam distat[a] aliquantulum, vt in hereditate, quam transmittit infans: *vt C. de iure delib. l. si infanti. §. j.* secus in furioso: *vt Cod. de cur. fur. l. fin. §. sin autem & hoc secundùm Azonem.* Sed certè sic posset dixisse: quia vtrique patent, alter magnus, alter magnus, alter continuũ tempus, alter habet interualla dilucida. Dic ergo, distat[b] in stipulando in hoc, quia infans sine intellectu, interdum stipulatur, sed furiosus nũquam: *vt ff. rem pu. saluam fore. l. si tamen pupilli.* Item dicit, non multum, propter proximũ infantiæ, qui intellectum habet, & ideo corrigitur statim quod hic dicit ibi, sed in proximis. Accur.

i ¶ *Benignior.* quàm suprà dictum est.

k ¶ *Idem iuris habeant.* vt alios sibi obligent: ipsi verò non obligentur sine tutore: *vt ĩ. prox. §.*

l ¶ *Impubes.* aliud si pubes. nam obligatur ac si esset sui iuris: *vt ff. eod. de verb. oblig. l. fi. §. j.* nisi in his casibus: *vt ĩ. eod. § item* [illegible] *diximus.*

m ¶ *Patre.* Sed[d] quæ est ratio de hoc ad pupillũ cum tutore auctore obligetur? Respondet quidã, quòd ob hoc ipsum datur tutor, sed patria potestas est ad corrigendum. & est pro eis. *C. de bo. quæ libe. l. fi. § fin autem.* s Vel dic quòd tutorem habet obligatũ, si malè auctoratur: patrem non: *vt C. de bon. quæ libe. l.* cum oportet. *§. sub hac tamen non autem hypothecam.* Accursius. ADDITIO. Hoc verum quando de pupillo merè obligãdo tractatur: secus si de mera vtilitate: quia potest etiã sine patre. Si verò potest esse vtilitas & damnum, putà quando vsusfructus vel aliquid patri quæri potest: (quo casu de iure nouo pater legitimã administrationem habet) sufficit ipsius auctoritas, non in aliis: *vt l. infanti. C. de iure delib.* Angel.

a Hereditas transmittitur per infantem, sed non per furiosum.

b Stipulatur quandoque infans, nunquam furiosus.

b Tu tamen intellige gl. hanc de prodigo ex mente capto in bonis interdictum[illegible]: alias obligare[illegible] quamuis manifestè [illegible] prodi[illegible].

c Pubes in potestate patris patre auctore obligari potest, nisi duobus casibus.

d Pupillus tutore auctore obligari potest: filius impubes patre auctore non obligatur. & quæ sit diuersitatis ratio.

† Quia impossibilium nulla est obligatio.

Mutus & surdus omnino non possunt stipulationem contrahere. Aretinus.

7 ¶ Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palàm est. quod & in surdo receptum est: quia & is qui stipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba stipulantis audire debet. vnde apparet non de eo nos loqui qui tardius exaudit, sed de eo qui omnino non audit.

Furiosus neque stipulari, neque aliter contrahere potest. Aretinus.

8 ¶ Furiosus nullum negotium[a] gerere potest[b]: quia non intelligit quod agit.

Qui infantiam excessit, alium sibi obnoxium etiam sine tutoris auctoritate reddere potest: ipse autem alteri obligari non potest.

9 ¶ Pupillus[c] omne negotiũ rectè gerit: ita tamen, vt vbi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur[d]: nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate[e] potest.

10 ¶ Sed quod diximus de pupillis, vtique de his verum est, qui iam habent aliquem intellectum. nam infans[f], & qui infantiæ proximus[g] est, non multum[h] à furioso distãt: quia huiusmodi ætatis pupilli nullũ habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum benignior[i] iuris interpretatio facta est: vt idem iuris habeant[k], quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes[l], ne auctore quidem patre[m] obligatur.

Conditio impossibilis vitiat stipulationem: conditio verò necessaria facit eam haberi pro pura. Aretinus.

Annota, Conditionem impossibilem negatiuè conceptam, cum potius necessaria quàm impossibilis dicatur, stipulationem non vitiare nec suspendere, sed puram reddere.

11 ¶ Si impossibilis conditio obligationibus[n] adiiciatur, nihil valet stipulatio. † Impossibilis autem conditio habetur, cui natura[o] impedimento est quo minus existat: veluti si quis ita dixerit, *Si digito cælum attigero, dare spondes?* At si ita stipuletur, *Si digito cælum non attigero, dare spondes?* purè[p] facta obligatio intelligitur: ideóque statim[q] peti potest.

[*Si impossibilis.*] CASVS. Supra habuistis multa exempla inutilium stipulationum. adhuc ponitur hic vnum, scilicet cùm impossibilis conditio stipulationi adiicitur: & appello impossibilẽ conditionẽ illam scilicet cum natura impedimento est: vtputà hominem in statu isto existentẽ coelũ digito tangere. vnde ista stipulatio, Promittis mihi decẽ, si cœlum digito tetigeris? inutilis est. sed si negando cõditionem impossibilẽ promittas aliquid alicui stipulãti, vtputà, Promitto tibi decẽ, si cœlũ digito nõ tetigeris, purà est stipulatio. & quod stipulatur, incõtinẽti peti potest: hoc dicit. Nota quòd impossibilis conditio vitiat stipulationẽ. Franc.

n ¶ *Obligationibus.* quibuscunque: *vt hic, & ff. de act. & oblig. l. non solum[e].* Secus est in vltimis voluntatibus, quia tunc pro non apposita habetur: *vt ĩ. de hered. inst. § impossibilis.*

o ¶ *Cui natura.* non ita si verborum perplexio sit: *vt ff. de cond. inst. l. si Titium.* Ioan. cõtra: tũc enim quandoque non diceretur impossibilis, licèt nõ posset existere: *vt ff. de verb. oblig. l. si Titius.* secundùm Azonẽ. Et facit ad hanc. *§. ff. de reg. iur. l. impossibilium. & ff. e. l. impossibilis. § j.*

p ¶ *Purè.* id[f] est sine conditione, etiam si dies esset apposita: *vt ff. eod. l. in illa stipulatione. § fin.*

q ¶ *Statim.* cum spatio tamen quo solui possit: *vt j. e. § fi. & ff. eod. l. quod qui kalendis.* Et de hoc d. xi. ĩ. *de verb. oblig. § omnis stipulatio.* Acc.

[*Item verborum.*] CASVS. Supra dixistis domine multa exẽpla de inutilibus stipulationibus: sed pro Deo quid si inter absentes fiat stipulatio, valétne stipulatio? Respon. quòd nõ, sed est inutilis: & hoc scilicet quòd stipulatio inter absentes concepta, inutilis sit, hoc ideo est, quia viam siue materiam altercandi cõtentiosis hominibus præstabat. Cùm enim aliquis ab aliquo sibi promissum

e Et dum gl. hoc soluit contrarium de l. stipulationum [illegible] non est verior. Nec obst. contra, quia conuenit cum hic [illegible] ibi conditio & causa impossibilis [illegible] tanquam efficiens non [illegible] conficiendum [illegible].

f Pura dicitur quod est sine conditione.

g Proximus infanti quis dicatur.

h Proximus pubertati quis dicatur.

per stipulationem peteret: & instrumentum in quo fuit promissum pro se produceret in medium: in huiusmodi casibus solebāt promissores sæpissimè contra stipulatores talibus vti allegationibus scilicet, quanquam in instrumento cōtineatur, me tibi hoc vel illud promisisse: illa tamen stipulatio nullius est momenti, cū ego non essem præsens tali die in loco in quo conficiebatur instrumētum: vel etiam cum tu non esses præsens, & stipulatio inter absentes cōcepta sit inutilis: ¶Et ideo propter celeritatē dirimendarū litium, introducta fuit à domino Iustiniano quædam cōstitutio, quàm habes *C. de contrah. & commit. stipu. l. optimam.* quam scripsit ad Cæsarienses aduocatos: in qua cautum est quòd huiusmodi scripturis quæ partes præsto fuisse indicāt, omnimodo fides adhibeatur: nisi ille qui talibus vtitur allegationibus, scilicet dicenda aliquam partium absentem fuisse, manifestissimis probationibus, veluti per scripturam aliam, vel per testes idoneos, quibus nulla possit opponi exceptio, probauerit se vel aduersarium suum in alio loco fuisse, quàm vbi instrumentum confectum erat. hoc dicit Franciscus.

Stipulationis contractus partium præsentiam expostulat: publicæ tamē scripturæ partes præsentes fuisse narranti, vsque adeo fides adhibetur, ut nisi absentiam allegans eam legitimè probarit, perpetuò illi stetur.

12 ¶Item verborum [a] obligatio inter absentes [b] concepta, inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat [c] fortè post tempus [d] tales [e] allegationes opponentibus, & nō [f] præsentes fuisse vel se vel aduersarios suos contendentibus: ideo nostra constitutio [g] propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses aduocatos scripsimus [h]: per quam disposuimus tales scripturas [i] quæ præsto [k] esse partes indicant, omnino [l] esse credendas: nisi is qui talibus vtitur improbis [m] allegationibus, manifestissimis [n] probationibus, vel per scripturam [o], vel per testes idoneos [p] approbauerit, toto eo die [q] quo [r] conficiebatur instrumentum, sese vel aduersarium suum in aliis locis esse [f].

a ¶*Item verborum.* sicut per conditionem impossibilem, ita per absentiam fit inutilis stipulatio.

Item verborum.] Certè omnes contractus, item pacta rectè fiunt inter absentes & fieri possunt à mutis & surdis, neq; in eis exigitur adeò cōgrua responsio. *l. si stipuler § ult. D. de verb. oblig.* Sola stipulatio fit inter præsentes, & inde nomen verborū obligationi. nam verba sunt præsentium, nō absentium. Non fit à muto & surdo. denique congruam responsionem exigit. Curacius.

b ¶*Absentes.* ita intellige absentem [a], vt audire non possit. vnde si esset in turri, vel à remotis, & clamet, valet stipulatio si se audiat [b]. *arg. ff. ad Sil. l. j. § eo.* [c] aliàs accipitur multis modis: *ut ff. de verb. sig. l. absentem. & notatur in authen. de fide. iuss. § j.* ¶Sed contra est. *ff. de donat. inter virum & uxo. l. hæc qua.* Sed ibi intercesserat stipulatio ante absentiam, cuius verba etiam inter absentes nunc repetuntur. ¶Item contra. *ff. de pact. l. Labeo in prin.* Sed aliud in pacto quolibet alio quod sine huiusmodi solēnitate fieri potest: sed stipulatio non: *ut ff. de pact. l. j. in fine. & J. de actio. § de constituta.* ¶Item cōtra. *ff. de sponsalibus l. iiij. & l. v.* Sed [d] potest dici ibi speciale, vt valeāt inter absentes. 2 Vel dic quòd & per stipulationem fieri possunt sponsalia: & tunc inter præsentes, *ut hic.* Item consensu scilicet solo possunt fieri sponsalia: & tunc etiam inter absentes: *ut dicta l. iiij.* Accursius. ADDITIO. Et hæc vltima communiter tenetur. *in l. j in prin. ff eodem.*

a Absens in stipulatione dicitur, qui vicinum audire non possit.
b Sub. & intelligat.
c Vicinus est etiam vox audiri potest, si ex [illegible] Ang. Per.
d Spōsalia inter absentes possunt contrahi: licèt sponsiones nō fiant nisi inter præsentes.

c ¶*Præstabat.* antiquitus.

d ¶*Post tempus.* post ideo dicit, quia quando conueniuntur post tempus contractus, talis opponuntur. Accur.

e ¶*Tales.* quales subiicit statim, & non &c. Accur.

f ¶*Et non.* ecce allegationes.

g ¶*Constitutio.* vt *C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam.*

h ¶*Scripsimus.* Loquitur Iustinianus auctor illius constitutionis.

i ¶*Scripturas.* Sed quid si [e] vnus proferat instrumentum, in quo contineatur contrahentes fuisse præsentes Romæ tali die, alter quòd Bon. Dicūt quidam quòd à neutro creditur. Alij, quòd bonus iudex debet animaduertere cui potius credendum sit: vt si stipulator ipso tempore tenebat scholas Bon. stabitur illi instrumento quo continetur ipsum fuisse Bononiæ.

e Instrumenta duo si sint eiusdem diei, sed diuersi loci, aut stati opponat.

k ¶*Præsto.* id est præsentes.

l ¶*Omnino.* Nota standum [f] scripturæ, nisi cōtra probetur. sic *C. de probat. l. cum precibus. & J. eo. § si scriptum. & J. tit. j. § si.* & hoc quando formam habet publicam. aliàs si priuatam, si [g] pro scribēte, nō valet: si contra scribentem, valet si est cum causa: *ut in auth. de iureiu. à mo. § j. & C. de non num. pec. l. generaliter.* Accur. ADDITIO. Scilicet [illegible] sed cum adminiculis sic: putà si à tribus testib' sit annotata: pro tertio tamen, si persona scribens sit legalis, scriptura priuata facit semiplenam probationem: vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

f Scripturæ publicæ standum est, nisi contrarium probetur.
g Scriptura priuata stat contra scribentem, [illegible] pro [illegible].

m ¶*Improbis.* s. prima facie: quæ fortè probæ apparebunt tandem. *sic C. de episc. & cler. l. omnes qui. circa prin.* secundùm Ioan.

n ¶*Manifestissimis.* quia contra scripturam.

o ¶*Scripturam.* s. aliam, quod est melius.

p ¶*Idoneos.* omni exceptione maiores: id est quòd nulla exceptio poterit eis opponi: *ut Cod. de contrahen. & commit. stipul. leg. optimam.* Accursius.

q ¶*Eo die.* ¶No. quòd dies debet inseri in instrumento. & alia sunt necessaria, *ut dixi in auth. vt præponatur nomen Imperatoris & Iust. Cod. de edden. eo leg. si quis.* Sed [a] quomodo hoc probabitur, cum dies instrumenti non debeat exhiberi? *vt ff. de eden. l. j. § edituri.* Respon. tribus [a] modis petitur instrumentum edi. 1 Primò, vt fundet intentionem ex instrumento rei actor vel reus ex instrumento [illegible] fundet exceptionē, cum neutro casu aduersarius vteretur, quòd non debet esse: & tunc nulla pars instrumenti debet exhiberi: *ut C. de edē. l. [illegible] in fine & C. de test. [illegible]* 2 Secundò, scilicet quādo aduersarius vtitur [illegible] ... in aliquid possit el [illegible] pont. & tunc exhibetur, sed non die & consule: ne materia detur falsum fabricādi: *ut d. l. j. ff. de eden. l. j. § edituri & ff. quemadmo. test. ape. l. j. § j.* 3 Tertiò, vt de falso accusetur [b]: & tunc etiam cum die & consule est exhibendū: *ut hic, & C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam & C. de fide instrumen. l. fina.* 4 Aliis autem modis petuntur instrumenta edi vel tradi per varia genera actionum: *ut ff. de eden. leg. quædam personæ sunt.* sed dictis tribus modis petuntur edi, id est, demōstrari. ¶Item quomodo hoc est, quòd hic probat reus, contra iuris ordinem: *ut C. de eden. l. qui accusare?* Respon. hoc propter præsumptionem, quæ est contra eum propter scripturā: *ut ff. de pac. l. iuris gentium § quod fere.* ¶Item nunquid duo testes hoc probantes, scilicet alterum contrahentium abfuisse, sufficiunt? Respon. *sic ut ff. de testib. l. ubi.* ¶Sed nonne instrumentum vicē duorum tenet? *ut C. de fid. instr. l. in exercendis.* quare videtur quòd in dubio pro instrumento stetur. Sed certè non directè contra dicitur instrumento, sed per obliquum, scilicet se fuisse in scriptura quadam facta Romæ vel vt testis, vel vt contrahens. Si verò contra eam directè dicitur, plures quàm duo exiguntur, vt vincant scripturam: *ut ff. de testi. l. [illegible] ibi,* aliàs numerus &c. 2 Vel dicas etiā hic exigi tres. ¶Sed nunquid si aliqui testes dicant pro instrumento, vel in eo scripti vel nō tot, vel plures erunt necessarij contra instrumentum? Respōdet, sic: quia instrumentū per se vicē duorū tenet: vt dictū est. Itē & præter ipsum sunt probationes, vt ponis: *ut ff. de pig. l. contrahitur.* ¶Itē quod dicit, eo die, idem dicas si aliq tali. quod hic esse non potuit: *ut arg. J. de verb. oblig. § loca.* Accur. ADDITIO. Ex hac glossa nota quòd duo testes probantes per indirectū contra instrumentum, faciunt vacillare instrumentum, quia probāt affirmatiuam: & etiam voci viuæ magis creditur, quàm mortuæ. *authen. si quis aliquid. C. de testi.* Christoph.

h Instrumentum edi triplicitèr petitur [illegible].

b Siue criminaliter siue ciuiliter, & omnia quæcūque parat instrumenti falsitas opponatur. 6 [illegible] legitimo modo probari non possit, [illegible] illa pars [illegible] edere contra quam opponitur.

[illegible] Debet tamen ante exhibitionem [illegible] se subscribere ad [illegible] vt per Iod. Fab. & Ange. hic.

r ¶*Quo.* vel etiam alio, dummodò si tātum remotus locus in quo dicitur fuisse tempore quo dicitur instrumentum fuisse factum, quòd hic non potuit esse: *ut ff. de verb. oblig. l. viij. § fin. & J. de verb. oblig. § loca.* Accorsius.

f ¶*Esse.* id est fuisse. *sic J. de his qui sunt sui vel alieni iuris. § in potest.*

Actiones hodie ab heredibus & contra heredes initium capere possunt.

13 ¶Post mortem suam dari sibi nemo stipulari pote-

[*Post mortem.*] CASVS. In §. isto recitat nobis Iustinianus antiquā formam stipulationū, & eam corrigit. Olim enim ita fuerat, quòd si aliquis stipularetur ita, Promittis mihi decem post mortē meā? nō valebat stipulatio: eo quòd post mortem stipulatoris vel promissoris, qui quod in stipulationem deductum est, solueret vel reciperet ex iure vetustissimo, quod in fine huius §. corrigitur: neque ab heredibus, neque contra heredes incipere posset obligatio. Similiter si is qui in potestate alicuius esset, vt patris vel domini, stipularetur sibi aliquid dari post mortem patris vel domini, non valebat stipulatio olim: sicut si ipse pater vel dominus stipularetur aliquid post mortem suam sibi dari: quia filius vel seruus voce patris vel domini loqui videtur. Similiter si quis olim ita stipularetur, Pridie quàm morier, vel, Pridie quàm morieris, promittis mihi decem? non valebat stipulatio. Sed demum iam dicta corrigit Iustinianus, dicens quòd cùm stipulationes valeant, quæ consensu contrahentium sunt conceptæ: sibi placuisse hunc iuris articulum emendare: statuens vt siue post mortem, seu pridie quàm moriatur, fuerit quis stipulatus aliquid sibi dari, vel promisit aliquid se daturum, valeat stipulatio. Et hoc dicit Franciscus.

Nemp.

a ¶*Nemo stipulari poterat.* s. iure vetustissimo[a]: quod hodie corrigitur, vt in fin. huius §.

b ¶*Non magis.* quia nec hæc valebat. Accursius.

c ¶*Eius.* s. patris vel domini.

d ¶*Videtur.* vnde sicut patre vel domino sic stipulante erat stipulatio inutilis: ita & seruo talia verba dicente vel filio: *vt hic, & j. eo. §. ei qui. & facit C. de impub. & aliis substitu. l. finali.*

e ¶*Pridie.* i. die præcedente mortem: *vt ff. de furt. l. pridie.*

f ¶*Erat.* s. olim.

g ¶*Sed cum iam.* nūc corrigitur.

h ¶*Dictum est.* sic j. de verborum obligationibus. §. sed hæc.

i ¶*Placuit.* vt *C. de contrahend. & commit. stipulatio. l. scrupulosam*[b]. ADDITIO. Et sic quando constat de mente contrahentium, secūdùm eam fit interpretatio etiā in his quæ stricti iuris sunt. quod facit vt statutum recipiat interpretationem extensiuam etiam a[illegible] tam, si sic cōstet de mēte statuentium: aliàs secus: vt per Angelum hic.

k ¶*Valeat.* scilicet statim: efficax autem erit post mortem. vnde ab herede & contra heredem incipient actiones hodie, quod olim non erat: *vt C. vt act. ab herede & contra heredem leg. j.*

[*Item si quis.*] CASVS. Suprà vidimus stipulationem vnam, quæ olim erat inutilis. & adhuc recitat vnum casum in quo olim erat stipulatio inutilis, hodie tamen vtilis est. Olim enim si aliquis stipulabatur ita, Si nauis venerit ex Asia, hodie dare spōdes? inutilis erat talis stipulatio propter præposterationem. innuitur enim in ista stipulatione, quòd datio euentum conditionis debeat præcedere. Sed cum Leo præposteram stipulationem in dotibus non existimauerit reiiciendam, placuit Iustiniano & huic stipulationi non obstante præposteratione perfectum robur accommodare: vt non solùm in dotibus, sed & in aliis valeat stipulatio præpostera, & præpostere concepta. hoc dicit Francisc. de Aret.

a Ambiguum est, quia sufficit voluntas esse correctam l. fin. C. de contrahen. & commit. stipul. Nec huic obstabit. l. quod vmque. §. non solum. ff. de quo[illegible] loquitur in stipulatio necō moriar: de qua in sequenti §.

b Contractus stricti iuris intelligitur secundùm mentem, & consensum contrahentiū, & consensum, inquam, solum tantum: aliàs staretur scripturæ.

rat[a]: non magis[b] quàm post eius mortem à quo stipulabatur. Ac nec is qui in alicuius potestate est, post mortem eius[c] stipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videtur[d]. Sed & si quis ita stipularetur, *Pridie*[e] *quàm moriar, vel pridie quàm morieris, dare spondes?* inutilis erat[f] stipulatio Sed cum[g] vt iam dictū[h] est, ex consensu contrahentium stipulationes valeant: placuit[i] nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, vt siue post mortem, siue pridie quàm moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit: stipulatio valeat[k].

Præpostera stipulationis conceptio, inutilem minimè reddit stipulationem.

14 ¶Item si quis ita stipulatus erat, *Si nauis eras ex Asia venerit*[l], *hodie dare spondes?* inutilis erat stipulatio: quia præposterè[m] concepta est. Sed cum Leo inclytæ recordationis in dotibus eandem stipulationē, quæ præpostera nuncupatur, non esse reiiciendam existimauerit[n], nobis placuit[o] & huic perfectum robur accommodare, vt non solùm in dotibus, sed etiam in omnibus[p] valeat huiusmodi conceptio[q] stipulationis.

Stipulatio, cum morietur promissor vel stipulator, vel post mortem tertij, valet etiam de iure veteri. Aretinus.

15 ¶Ita autem concepta stipulatio veluti, si Titius dicat, *Cum moriar dare spōdes?* vel *Cum morieris?* & apud veteres vtilis erat[r], & nunc valet.

16 ¶Item post mortem alterius[s] rectè stipulamur.

Verbum promisisse, in scriptis repertum, importat stipulationem.

Annota. Ea est ratio: nam omnia solenniter acta præsumuntur.

17 ¶Si scriptum[t] in instrumēto fuerit promisisse aliquē: perinde[u] habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit.

Si plures res deducantur in stipulationem, & simpliciter respondet promissor, ad omnes tenetur: aliàs ad eas tantùm, in quibus respondet. Aret.

Annota, tot inesse stipulationes, quot sūt res ī stipulationē deductæ.

18 ¶Quotiens †plures res vna stipulatione comprehenduntur: si quidem promissor simpliciter respondeat, *Dare spondeo*: propter omnes tenetur. Si verò vnam ex his, vel quasdam daturum se spoponderit[x]: obligatio in his ꝓ quibus spoponderit, cōtrahitur[y]. Ex pluribus enim stipulationibus vna vel quædam videntur esse perfectæ. Singulas enī res stipulari, & ad singulas respondere debemus[z].

Vt alteri detur vel fiat, stipulari nō possumus, quādoquidē alteri acquiri nostra minimè interest: pœnā tamē, si promissa nō præstantur, stipulari nobis non prohibemur.

[*Ita autem concepta.*] CASVS. Suprà dictum est quod huiusmodi stipulatio: Promittis mihi decē post mortem? inutilis erat olim: hodie tamen vtilis est. Sed quid dices de ista stipulatione, Cum moriar, dare spondes? Et respondet Iustinian. dicens quòd olim huiusmodi stipulatio vtilis erat, & hodie etiam vtilis est. Item si quis ita stipuletur, Promittis mihi x. post mortem Titij? bene valet stipulatio huiusmodi & h. d. Franc.

r ¶*Vtilis erat.* vt ff. de bo. auct. iudi. possid. l. in venditionem. Accursius.

s ¶*Alterius.* s. tertij.

[*Si scriptū fuerit.*] CASVS. Scriptum fuerat in quodam instrumento Petrū promisisse Titio x. postmodum Titio x. illa petenti prætextu illius instrumenti, Petrus opponit in hūc modū, Frater, quanquam contineatur in instrumento me tibi promisisse. x tamē continetur ibi quòd interrogatio promissionē nō præcesserit: vnde cū nō valeat promissio in stipulatione nisi interrogatio præcedat: non poteris per illud instrumētū ad illa x agere. Quæsitum ergo à Iustiniano in isto casu quid iuris? & respondet dominus Iustinia. quòd si scriptum fuerit in instrumento quempiam aliquid promisisse: perinde habetur ac si interrogatione præcedente promissio facta esset. Cùm enim in instrumento contineatur ipsum promisisse, videntur omnia solenniter acta. & hoc dicit Franciscus.

t ¶*Si scriptum.* Nunquid idem[a] fit, si testes dicant aliquē promisisse: vt etiā tūc intelligatur præcessisse interrogatio? Videtur quòd sic. *vt Co. de fide instrumen. l. in contractibus.* Sed tamen contradico: *vt C. de vsuris l. j. in glo. penul.* Et est ratio secūdùm Ioan. quia testes non sic in iure instructi sunt, vt instrumenta quę à iurisperitiá fiunt[b]. Accursius.

u ¶*Perinde.* nisi contrà probetur. *vt ff. de pact. leg. iuris gentium. §. quod ferè.*

† Facit ad hūc. §. præterea. eo. ti. *j. eo. tit.* non. extra de verb. signif.

a Promittendi verbū, instrumento adiectum intelligitur per stipulationē: secus si à testibus ꝓferatur, & cur.

b Nam sæpè testes sunt rudes periti, tabelliones nō. Dic ergo quòd id proueniat ex ratione intellectus: quia hæ conceptus intellectus indicat in instrumēto, sed testes non audiuntur super eo quod percipiunt ratione intellectus, sed super eo quod percipiūt sensu corporeo ad extra declaratio.

l ¶*Veneris.* Post[c] hoc verbum venerit, est punctū: & subaudi quādoque, vel vsq. ad annum. s Si autem esset post illam dictionem hodie, non esset stipulatio inutilis etiam iure veteri: sed vtilis & conditionalis: *vt j. de verb. oblig. §. sub conditione.*

m ¶*Præposterè.* Primò[d] enim debet venire nauis secundùm naturā conditionalis stipulationis, vel conditionis, quàm dari hodie.

n ¶*Existimauerit.* scilicet cum ita stipulabatur mulier, Si sine liberis decesseris, promittis mihi dotem reddere, vt de eā possim testari? cum prius testari proponebat, & ea mortua dotē redditur *vt C. de iur. dot. l. si mulier.* a Vel dic secundùm Ioannem. cum stipulatur maritus sic, Si dabis mihi decem, promittis te mihi nupturam? primò enim nubere, & postea dare debebat.

o ¶*Placuit.* vt *C. de testa. l. præposteri.*

p ¶*In omnibus.* scilicet obligationibus.

q ¶*Conceptio.* exactio tamen fit post conditionem existentem: *vt C. de testa. l. præposteri. in fin.* ¶Et facit[e] ad hunc §. scilicet quòd non sit curandus ordo scripturæ. *ff. de pen. leg. l. quidam. in §. & glo. fin. & de lib. lega. §. ante. & ff. de solut. l. nec enim.*

c Dupliciter littera exponitur.

d Ordo scripturæ an semper seruandus sit; vide hic apud Angel.

e Ordo scripturæ semper attendendus non est.

x ¶*Spoponderit.* aliàs respondeat.

y ¶*Contrahitur.* Imò videtur non valere, cùm sit diuersitas in respondendo: *vt supra eodem §. præterea.* Sed distingue vt ibi diximus.

z ¶*Respondere debemus.* si volumus in omnibus teneri, aliàs tenemur tantùm in his in quibus respondemus *vt hic.* Item & sufficit simplex responsio, vt diximus, cùm æquipareretur ei quando ad omnes respondet. sic *ff. de verb. oblig. l. Titia. § idem respondit. & j. eod. § præterea.*

[*Quotiens plures res.*] CASVS. Quidam stipulatus est sibi dari plures res, vt putà Codicem, Digestum, & Instit. quæritur vtrum valet talis stipulatio? Et respondet, quòd si respōdeat promissor, Promitto: omnia videtur promisisse. Si autem respondeat, Instituta promitto, pro solis institutis contrahitur obligatio. Singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus h. d. Franc. de Aret.

[*Alteri stipulari.*] CASVS. Suprà dictum est quòd nemo potest alteri stipulari, eo quòd inuentæ sunt huiusmodi obligationes ad hoc, vt vnusquisque sibi acquirat quod sua interest: sed non interest stipulatoris quòd aliquid alteri detur. Sed ponamus quòd

vt. l. de test. §. j. Vel loquitur in illis casibus vbi certa scientia & intellectus de præsenti exigitur in contractibus puris. vt C. de dol. nec ignorans nec inuitus. hic autem in conditionali.

[Non solum res.] CASVS. Supra dictum est de stipulationibus quæ consistunt in dando: nunc tractandum est de stipulationibus quæ consistunt in faciendo. vnde dicit Iusti. non solùm res possunt deduci in stipulationem, sed & facta: putà cum stipulor aliquid à te fieri vel nõ fieri in futurũ. & si non fuerit factum secundùm stipulationem, potero agere cõtra te, & petere interesse meum. & quia difficile est probare interesse, propterea dat Iustin. consilium stipulatori, vt adiciat pœnam in stipulatione, quã petere poterit stipulator si non fuerit factum secundùm stipulationem. & ita nõ habebit necessariò probare quanti sua intersit. Et docet in litera qualiter pœna debet stipulari: dicẽs, quòd si aliquis stipuletur aliquid fieri, veluti turrim: ita adicere debet, Et si turrim non feceris, decẽ aureos dare spondes nomine pœnæ? Contingit autem aliquando quòd in eadẽ stipulatione stipuletur quis aliquid fieri, & aliquid non fieri: puta, Stipulor à te, vt eas Romã, sed quòd non eas per Florentiã. & in illis stipulationibus, in quibus stipulor aliquid fieri & non fieri, ita erit pœna adiicienda: si aduersus ea factum fuerit, id est si ieris per locum prohibitũ: seu ita factũ non erit, id est si non ieris Romã, decẽ aureos. dare spondes? & hæc dicitur vsque ad finem.

7 ¶ Non solùm[a] res in stipulatũ deduci possunt, sed etiã facta: vt si stipulemur fieri aliquid, vel non fieri. & in huiusmodi stipulationibus optimũ erit pœnam subiicere[b], ne quantitas[c] stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare[d] quod eius intersit. Itaque si quis vt fiat aliquid stipuletur: ita adiici pœna debet, *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quædam fieri[e], quædam nõ fieri[f], vna eadémque cõceptione stipuletur quis, clausula[g] huiusmodi erit adiicienda: *Si aduersus ea factum[h] erit, siue quid ita factum non fuerit[i]: tunc pœna nomine decem aureos dare spondes?*

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI † & promittendi †

TITVLVS XVII.

Ne credito hic reos à reatu siue delicto dici: sed eos reos stipulandi dicimus qui duo pluresve ab aliquo sibi quid dari aut fieri stipulantur, quibus simul respondetur: promittendi vero reos, qui separatim interrogati quippiã idẽ dare aut facere singuli promittunt: proinde quod duobus reis stipulandi debetur, singulis in solidum debetur: & è regione quod plures promittendi rei sponderunt, singuli solidum dare tenentur: vnius tamen solutione aut receptione, vtrusque perimitur obligatio.

Et stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationẽ promissor respondeat, *Spondeo*[k], vt puta cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, *Vtrique vestrum dare spondeo.* Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interrogante spondeat[l], alia atque alia erit obligatio: nec creduntur duo rei[m] stipulandi esse.

Si duo promittant eidem eandem pecuniam efficiuntur duo rei promittendi. Aretinus.

Duo pluresve rei promittendi ita fiunt: *Mæui, decem aureos dare spondes? & Sei, eosdem decem aureos dare spondes?* si respõdeant singuli separatim, *Spondeo*[n].

Natura duorum reorum est, vt quilibet teneatur in solidum: sed vnius solutione & receptione tollitur obligatio vtriusque. Aretin.

† Reus stipulandi, est reus credendi. i. cui debetur res, non quòd et res credatur, sed quis rem credat vel perinde sit ac si crederet.

† Reus promittendi, est reus debendi. i. qui rem sibi creditam debet, & eã promittit sol. etc. & breuiter reus actiue est reus stipulandi: passiuè reus debendi seu promittendi.

a Probari id quod interest quemadmodũ possit. vide c. si. ex. quod met. cau. & apertius in c. si diligenti, extra de fo. c. & ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdicto. & l. j. §. j. in c. quod frater & per Inno. c. final. quod met. cau. & Bart. in l. nemo. ff. de duo bus reis ad fin. Adde quòd licet nihil de eo quod interest, probatum, si tamen iudi. ex almode, vt pote ex informationibus quibusdam officio eius receptis constiterit, debet ipse iudex eandem rationẽ sequi. l. C. de sentẽ. l. quæ pro eo quod inter. & ibidem per Bar. & l. semper in solutionibus. Et facit quod not. idem Bart. in l. si quod ex Papin. ff. de leg. a.

a ¶ *Non solum.* de stipulationibus quæ in dando consistunt, hucusque diximus: nunc de his quæ in facto consistunt. Accursius.

b ¶ *Pœnam subiicere. sic ff. de præto. stipulatio l. finali.* vbi datur simile consilium.

c ¶ *Quantitas ff. de arbi. l. non autem.* contra Solut. non interest quo ad hoc vt valeat compromissum. interest tamen quo ad vtilitatem stipulationis.

d ¶ *Probare.* Sed[a] quomodo interesse probatur? Resp. per testes, vt hic innuitur: & *C. de sente. quæ pro eo l. j. §. j.* nisi petatur ex dolo alterius quis tunc per solum sacramẽtum *vt ff. quod vi aut clã. l. semper § in hoc interdicto. & §. seq. & C. vnde vi. l. si quando. & C. de in. do. imp. l. j.*

e ¶ *Quædam fieri.* putà ire Romam.

f ¶ *Quædam non fieri.* putà per Florentiam non ire.

g ¶ *Clausula.* s. pœnalis Accursius.

h ¶ *Factum erit.* hoc redditur secundo dicto.

i ¶ *Factum non fuerit.* hoc refertur ad primum Et si ex vno capite sit pœna commissa, non committetur plus: *vt ff. de arbit. l. si duo. §. final.* nisi hoc actum sit vt pluries committatur: *vt ff. de transac. l. qui fidem.* ADDITIO. Item nisi sit apposita super facto iterabili, vel continẽte plura capitula, si ratione interesse petatur: secundùm Ioan. Fab. hic. Et not. quòd iuramentum de non contraueniendo habet vim istius clausulæ: item facit vt actus valeat ex meliori modo. quo potest. Ange.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & promittendi.

Quia in stipulatione de qua dictum est s. tit. i. plures personæ interueniunt quandoque, quarum quædam dicuntur rei stipulandi, aliæ rei promittendi: ideo dicit de duobus reis stipulandi ac promittendi. Accursius.

[Et stipulandi.] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit de duobus reis stipulandi qualiter fiant. Secundo de duobus reis promittendi. Tertiò ponitur effectus ipsius obligationis plurium reorum. Quartò redit ad duos reos promittendi. Secunda ibi, Duo pluresve: Tertia ibi, Ex huiusmodi. Quarta ibi, Ex duobus. CASVS. Quæsiui à Iustin. qualiter possunt fieri duo pluresve rei stipulãdi vel promittendi? Et respon. di. quòd hoc perfecto. si postquam duo stipulati fuerint eandem rẽ ab eodẽ, ipse post amborum interrogationem respondeat, vtrique vestrũ dare spondeo. verbi gratia pone quòd sum stipulatus à Titio in hunc modum, Promittis mihi Stichũ? & Petrus incontinenti post meam stipulationem, & ante promissoris responsionẽ stipulatus fuerit ab eodem Titio sibi dari eundem Stichũ & ipse post ambas interrogationes respõdeat. Vtrique vestrum dare spondeo: & ego & Petrus effecti sumus duo rei stipulandi. Sed pone, domine quid si mihi primo stipulãti Stichũ promiserit: deinde Petro stipulanti ex interuallo eundẽ Stichũ promiserit? Resp. dominus Iustin. di. quòd nos scilicet ego & Petrus sumus duo creditores in eadem re, sed nõ sumus duo rei stip. vnius obligationis, sed diuersarũ obligationũ. Vna enim obligatio mihi est acquisita, & alia Petro stipulanti ex interuallo: quia natura duorũ reorũ stipulandi hæc est, vt nihil sit mediũ inter stipu. vnius & alterius: sed si statim post vnã stipulationẽ fiat alia, qualiter intelligi debeat, ex sequẽtib. apparebit. Fran.

[Et stipulandi.] Hic dicitur reus[a] stipulandi ille, qui rẽ aliquã vt pecuniã stipulatur: à re, nõ à reatu dictus. Et econtra reus[b] promittendi, qui aliquam rem promittit: vt ff. e. l. j. aliàs reus tantum debitor dicitur: vt patet C. de iura. calum. l. ij. aliàs dicitur reus qui conuenitur: vt C. de iud. l. properandum. §. & si quidem. & dic vt ff. eod. l. j. Potest dici & alio respectu reus stipulandi & promittendi: vt dicitur in glos. Acc.

a Reus stipulandi.

b Reus promittendi.

k ¶ *Spondeo.* hoc adiecto, vt sint duo rei in solidum etiam iure veteri: *vt ff. e. reos. § si cùm in tabulis.*

l ¶ *Spondeat.* ex interuallo[c], putà si diuerterint ad alios actus extraneos *vt ff. eo. l. duos. § f.* aliàs si non est extraneus actus, contradiceret. d. l. ei quod modo dixerat ibi, nam si prius, & quod dicitur ff. e. l. ij. Accur. ADDITIO. ¶ Tu dic quòd interuallum magnum, putà vnius diei, cũ actu extraneo, vitiat cõstitutionẽ duorũ correorũ, si interueniat interrogationẽ & respõsionẽ: aliàs si inter obligationẽ vnius perfectã, & alterius perficiẽdam, non vitiat cõstitutionẽ correorum expressam, sed tacitã sic, saltem in duob. reis credẽdi.

c Reorũ debendi vel credendi constitutio an per interuallũ impediatur.

m ¶ *Nec creduntur duo rei.* s. vt vna sit obligatio, & vnius rei: sed sunt creditores duo, & diuersarum rerum. *vt j. eo §. ex huiusmodi.*

[Duo pluresve.] CASVS. Dixi. Iusti. Domine supra dixisti qualiter fiant duo rei stipu. ponatis si placet exẽpla de duob. reis promittendi? Resp. dominus Iusti. dicens sic: In duobus reis promittendi sunt duo qui stipulantur ab eodẽ. sed vbi sunt duo rei promittendi vnus stipulatur à pluribus. Vnde scire debes: quòd duo rei promittendi ita fiunt, si fuero stipulatus in hunc modũ, Mæui promittis mihi x. aur. & ipse resp. promitto. & postea sine interuallo dixero Seio, si Sei promittis mihi eosdem x. au. quos stipu. sum à Mæuio? & ipse resp. promitto: isti sunt duo rei debendi vel promittendi. sunt enim duo debitores debentes eandem rem Fran.

n ¶ *Spondeo.* hoc acto vt fiant duo rei, & in solidũ: *vt ff. e. l. reos. §. fin.*

[Ex huiusmodi.] CASVS. Dixi Iusti. Iam vidi qualiter fiant duo rei stipulandi & promittendi. pro Deo dicatis mihi, quis est effectus earum obligationum? Ad hoc respond. Iusti. quòd ex stipul. huiusmodi solidum singulis debetur, sup. reis stipulandi: & solidum debent singuli, scilicet rei promittẽdi: quia vterque eorũ in solidum obligatur: sicut singulis eorũ stip. solidum debetur. sed licèt in solidum

lidum teneantur, vel solidum singulis debeatur, tamē vna res sola in obligatione vertit. vnde si fuerint duo rei stipul. & ita duo creditores: si tamen vnus eorū recipiat illud quod deductum erat in stipulationib. ille qui recipit, perimit obligationē singulorum: vnde ab altero reo stipulādi liberatur promissor. & si fuerint duo rei promittendi, & ita duo debitores eiusdē rei: si alter rem illam soluat, perimit obli. illam, & liberatur alter. Franc.

1 ¶ Ex huiusmodi obligationibus [a] & stipulantibus solidum singulis debetur: & promittentes singuli in solidum tenentur. In vtraque [b] enim obligatione vna res vertitur: & vel alter [c] debitum accipiendo, vel alter [d] soluendo, omnium perimit [e] obligationem, & omnes liberat [f].

Etiam diuersitas temporis adiecta solutioni non facit cessare constitutionem duorum reorum. Areti.

2 ¶ Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem vel sub conditione obligari potest [g]: nec impedimēto erit dies aut conditio quo minus [h] ab eo qui purè obligatus est, petatur.

a ¶ *Obligationibus*. hoc refertur ad reos promittēdi & quod sequit, & stipulationib. ad reos stipulādi: *vt probatur. j. statim.*

b ¶ *In vtraque*. i. vtriusq. obligatione. nā vna [a] est quoad vnum effectum: *vt ff. e. l. iij. in fi.* sed plures sunt, quia plures tenentur, vt hic.

c ¶ *Alter*. s. reorum stipulandi.

d ¶ *Alter*. scil. reorum promittendi.

e ¶ *Perimit obligationem*. ille qui accepit.

f ¶ *Liberat*. ille [b] q. soluit. Similis lectio seu implicatio verborū est. *ff. de arbi. l. si duo in prin.* 2 Vel dic quod quilibet istorū refertur ad vtrunq. supradictū. & possunt fieri in stipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi: *vt ff. eo. l. eandem.*

[*Ex duobus reis &c.*] CASVS. Quæsitus à Iustiniano an vnus de duobus reis promittendi aliter possit obligari, quā alius. Et videtur quòd non: quia videtur quòd æquitas omnimoda siue paritas debeat esse inter duos reos debendi. dicit tamen quòd ex duobus reis promittendi alter purè, & alter sub conditione obligari potest: putà x. sui stipulatus à Titio purè, & eadē x. sui stipulatus à Martino sub conditione. Isti duo intelliguntur esse duo rei debendi: & licèt M. sub cōditione obligetur, non ideo minus petere potero illa x. à Titio, qui mihi purè est obligatus. quanquam adhuc pendeat conditio. & hoc dicit. Franc.

g ¶ *Potest* Sed [c] nōne est hic imparitas, quod esse nō debet: *vt ff. e. l. eandē §. sed si quis.* Resp. secundùm M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic: *vt ff. e. l. si ex duobus. §. fi.* Alij vt P. dicunt quòd hic non est imparitas: cum adueniente conditione vel die ambo æqualiter teneantur: sed adhuc medio tēpore remanet imparitas. quare dic [d] quod in quantitate debita, vel re quæ debetur. non potest esse imparitas, vt ibi. sed in alijs potest: *vt hic, & ff. eo. l. si ex duobus. §. fina.*

h ¶ *Quo minus*. sed adueniente conditione socium poterit conuenire mādati secundū quosdam, vel verius neg. gest. *vt C. eo. l. j.* Patet ergo constitui [e] posse purè duos reos debendi, & quēlibet in solidū conueniri: *vt C. eo. l. j.* Hodie contra etiam si hoc actum est expressim [f] nisi altero absente, vel inope existente: *vt in auth. de duo. re. §. j. col. y. & in auth.* hoc ita. *eo. tit. C. & si renunciatum fuerit illi constitutioni: vt C. de pact. l. pen. & ff. de mino. l. si iudex.*

a Obligatio eadē potest esse vna & plures.

b Liberatio creditoris propriè dicitur debitori cum soluit.

c Obligatio an possit imparitatem continere.

d Et huic post omnē disceptationē astipulatur Iac.

e Rei debendi in solidum an & quomodo possint cōueniri.

f Hanc quasi mirabilē nouitatē atque exquisitam, quā vide hic cum magno nouè tibi futuro emolumento.

DE STIPVLATIONE seruorum.

TITVLVS XVIII.

Si quid hereditarius seruus iacente adhuc hereditate stipuletur, futuro heredi acquiritur. Item vtcunque concepta fuerit serui aut filij stipulatio, domino aut patri protinus quæritur.

DE STIPVLATIONE SERVORVM.

Supra tit. j. & in præced. dictum est de stipulatione liberarum personarum. Verùm quia interdum serui stipulātur: ideo de his tractaturus intitulauit De stipulatione seruorum.

SERuus.] Totus iste titulus diuidit in tres partes. Primò quod seruus stipulando acquirit dño, in cuiuscunq. persona stipulatio cōcipiatur. Secundò excipit à regula, quòd factum non acquiritur. Tertiō si sint plures domini, pro dominicis portionib. acquiritur. Secunda ibi, Sed cum factum. Tertia ibi, seruus communis. CASVS. Quæsiui à Iusti. verum serui haberent ius stipulandi: & videbatur quod non, cum stipulatio sit actus ciuilis, & quantū ad ius ciuile attinet, seruus pro mortuo habetur. & resp. dominus Iusti. quòd quāquā seruus quantū ad personā suam propriam pro mortuo habeatur: ex persona tamen domini sui pōt habere ius stipulationis. Sed dicet aliquis, Domine, hoc verum est si seruus habet dominum: sed quid si non habet dominum, putà dum hereditas iacet nunquid valet stipulatio? Et resp. Iusti. quòd sic: quia hereditas in casu isto vicem domini sustinet. vnde si seruus hereditarius ante aditā hereditatē stipuletur, acquirit hereditati, & sic heredi futuro. Franc.

i ¶ *Domini*. qui dominus [a] caput est serui: *vt j. de noxa. §. omnis.* ex sua enim persona nihil potest: *vt ff. de regu. iur. l. seruitutem. & l. quod attinet.* nisi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput: *vt ff. de cap. demi. l. hodie.*

a Dominus est caput serui.

SEruus ex persona domini [i] ius stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisque [k] personæ defuncti [l] vicem sustinet: ideoque † quod seruus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, acquiri hereditati [m]: ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur.

Seruus, siue filiusfamilias à quocunque stipuletur, & in cuiuscunque persona stipulationem concipiat: acquirit domino & patri. Aret.

1 ¶ Siue autem domino, siue sibi [n], siue conseruo suo, siue impersonaliter [o] seruus stipuletur: domino acquirit. Idem iuris est & in liberis qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere [p] possunt.

Seruus factum, suam ipsius personam respiciens stipulando, sibi non domino, quærit.

2 ¶ Sed cùm factum [q] in stipulatione continebitur, omnimodo [r] persona stipulantis continetur [s]: veluti si seruus stipuletur vt sibi ire agere [t] liceat...

k ¶ *In plerisque* hoc propterea dicit, quia [b] hereditati furtū fieri non potest, nisi in trib. casibus: *vt ff. de fur. l. hereditariæ. & l. seq.* Item propter vsumfr. qui seruo hereditario promitti nō potest, vt hereditati quæratur: *vt ff. eo. l. vsusfruct.* ADDITIO. Et est ratio secundū doct. quia sine persona cui accedit, deberi non potest.

l ¶ *Defuncti*. nō heredis: *vt hic & j. de hered. insti. §. seruus. & ff. de acq. re. do. l. hereditas.* 3 Et quæ sit ratio quare [c] personā defuncti, & non heredis sustinet: dic *vt d. §. seruus.*

m ¶ *Hereditati*. sic *ff. de iniur. l. j. §. quotiens autem.*

Siue autē &c.] CASVS. Dixi Iusti. Domine, vidi quod si seruus stipuletur aliqd dari domino suo, quòd illud domino suo acquiretur: sed ponam [a] quòd non domino suo, sed sibi stipuletur aliqd dari: acquiritne domino suo. Et respon. Insti, dicens quod siue seruus stipuletur domino suo, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter, id est, psona nō adiecta, omnib. istis modis quatuor dño acquirit. Idē iuris est & in filio: q qualitercūq stipuletur, patri suo acquirit ex his causis per quas patet per filium acquirere potest. Fran.

n ¶ *Siue sibi*. nisi in casibus, vt cùm factum est in stipulatione: quo casu domino non acquiritur: *vt j. proxi. §. & cum operas.* à liberto stipulatur [d]. *vt ff. eo. l. antep.* & in alijs casibus quos not. *ff. e. l. j. & l. seq.* Sed nunquid frater potest stipulari fratri suo in eadem potestate existenti? Dic quòd sic: quia seruus cōseruo suo stipulari potest, vt hic: igitur frater fratri: arg. *C. de diuer. rescrip. l. j.* Item quia vox filij, vox patris intelligitur. & vox serui, vox domini intelligitur: *vt j. de inuti. stipu. §. si verò qui. & §. post mortem.*

o ¶ *Impersonaliter*. nullius facta mentione, id est vel proprio nomine vel appellatiuo vel facta mentione de nomine appellatiuo, sed non proprio *vt s. de exhere. §. j.* Accur. ADDITIO. Idem per omnia dici potest in monacho stipulante. Aug.

p ¶ *Acquirere*. vt ex causa profectitia & aduentitia isto iure. quod dic *vt s. per quas perso. no. acqu. §. j.*

[*Sed cum factū &c.*] CASVS. Supra dictū est quod quocūq. modo seruus stipuletur, quod dño acquirit: sed hoc est verū, si ipse stipuletur aliquid quod cōsistat in dando. Sed pone quod seruus aliqd facta stipuletur, putà vt liceat ei ire agere: tunc seruus per hāc stipulationē domino nihil acquirit, sed sibi soli. vnde si dñs vellet ire agere, bene posset prohiberi ne iret vel ageret. Franc. de Aret.

q ¶ *Cum factum* sed si stipulatur seruus sibi scribi librum, & sic factū, nōne acquirit domino? Resp. sic & quod hic dicit, sed cùm factum &c. i. à seruo faciendum, & non ab alio, vel etiā à domino. ADDITIO. Tu dic secundùm Angel. quòd factum si personæ serui inhæreat: à quocunque siue ipsi seruo, siue sibi ab alio sit præstandum, non acquiritur domino. aliàs secus. Ioan Fab.

¶*Sed cum factu.*] Quæ iuris sunt ad dominū trāseūt, q facti nō trāseunt in his q iuris sunt, nihil interest vtrū sibi an dño vel impersonaliter stipulētur, in his quæ facti sunt cōtra: nā si factum sibi stipuletur, persona domini stipulatione nō cōprehenditur, adquiritur tamē domino obligatio. Factū in stipulatione comprehēditur si vt sibi fiat, si vt sibi facere liceat stipuletur. Cuiacius.

r ¶ *Omnimodo*. sic *ff. de vsu & habi. l. plenum. §. si vsus.*

s ¶ *Continetur* sic *ff. de condic. & demon. l. qui heredi.*

t ¶ *Ire agere*. hæc verba expone, *vt s. de ser. in prin. & ff. de serui. rusti. prædio. l. j.* ¶ Et no. quia hic per verba loquitur: aliud si per nomen, putà iter. tunc enim domino acquiritur: *vt ff. eo. l. si communis.*

b Hereditati furtū fieri nō potest.

† Ergo potest stipulari iacente hereditate, quæ personā defuncti repræsentat. Æg. Ferr.

c Hereditas cur potius defuncti personā quàm heredis sustinet.

d Nec valet talis stipulatio, quia cum persona cohæreant: de persona serui in dominum trāsire nō possunt. Ideò quia operas nemo nisi dominus stipulatur, valeret tamen si eas vel impersonaliter vel domino stipuletur, vt Per. Ange. hic.

a ¶ *Non etiam dominus.* subaudi, prohiberi non debet: quasi diceret, debet prohiberi. Sed contra *i. per quam perso. no. acqui. § non solum. & i. de his quæ sunt sui vel alie. iur. §. j.* Sed non est contra: quia & hic acquirit domino commodum. nam ad sui domini vtilitatem ibi seruus.

[*Seruus communis &c.*] casvs. Supra dictum est quando seruus vnius stipulat. sed domine, quid iuris est si seruus cõmunis stipulatur: Et respon. Iustinia. quòd si seruus cõmunis stipulet aliquid sibi dari impersonaliter, vel dominis sub nomine appallatiuo: acquirit vnicuiq; domino pro portione dominij, & nõ pro portione virili. nisi vnus ex dominis iusserit eũ stipulari. tũc enim iubẽti acquiritur. vel si nullus eorũ iusserit ei, ipse tamẽ alterum nominauerit, puta stipulatus est Petro domino suo: tũc per hãc stipulationẽ acquiritur nominato. Si autem vnus iusserit, & ipse aliũ nominauerit, q.d iuris sit, habes in glo. Fräcisc.

† Fallit primò quando stipulatur vni ex dominis nominatim. Secundo si vtilius vnius præcedit. Tertiò si res stipulata nõ posset acquiri alteri ex dominis. Æg. Per.

b ¶ *Seruus communis stipulando.* impersonaliter, vel sibi vel dominis suis sub nomine appellatiuo. aliud si propria nomina expresserit: nã tũc acquirit pro virili, nõ pro portione dominij ¶ Sed q.d si propriũ[a] nomen & appellatiuũ? Resp. si præponat propriũ, pro virili. si appellatiuum præponat, pro dominica: *vt ff. de stipula. ser. l. si communem seruus* ita stipuletur Lucio Titio. *& ff. de statu liber. l. ita. §. j.* Accur.

a Ratio, quia nomini appellatiuo sequẽtia ftãs demõstratiue, non dispositiuẽ. Æg. Per.

ceat. ipse enim tantum prohiberi non debet: non etiam dominus eius.

Ex communi serui stipulatione vnicuique dominorum pro portione scilicet dominica acquiritur: nisi vnius domini iussu aut nomine stipulatus sit. quod autem vni dominorum quæri non potest, alteri accrescit.

3 ¶ Seruus communis stipulando[b], vnicuique dominorum pro portione dominij † acquirit: nisi iussu vnius eorum, aut nominatim[c] alicui eorum stipulatus est[d]. tunc enim soli ei acquiritur.

Seruus communis stipulando rem quæ non potest vni ex dominis acquiri, acquirit in solidum alteri. Are.

Quod seruus communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: veluti si res quam dari stipulatus est, vnius domini sit[e].

c ¶ *Nominatim* proprio nomine: *vt i. de exhered. lib. § j.* vel appellatiuo: dummodo intelligatur de quo domino dicat: *vt C. de lib. prætere. l. y. & in ff. si cert. peta. l. certum.* Accur.

d ¶ *Stipulatus est.* hoc disiunctim, i. diuisim exaudi. ¶ Sed quid si vnus iussit seruo, & ipse alteri stipulatus est nominatim? Distingue, ex cuius re: vt si ex re iubentis, sibi quæratur, aliàs nominato: *vt C. per quas perso. nob. acquir. l. fi. § fi. & ff eo. l. proinde. § fin. & l. seq.* licèt antiqui aliter distinguebant.

Tunc enim soli ei.] Cùm seruum communem vnus ex dominis suo nomine iubet stipulari, plus valet iussum quàm nomen. Cùm verò seruum communem simpliciter iubet stipulari, plus valet nomen quàm iussum. atq. ita rectè Azo accipiendam censet. *l. vlt. C. per quas pers. nob. acq.* Curacius.

[*Quod seruus communis.*] casvs. Supra dictũ est quid iuris sit quando seruus communis stipulatur sibi dari aliquid: & dictum est quod vtriq. dominorum potest acquiri. Sed domine, quid iuris est si seruus communis stipuletur aliquid, quod alteri dominorum acquiri non potest: veluti si res quã seruus stipulatus est, sit alterius dominorum: cum res sua sibi acquiri non possit. Et respond. Iustinia. quod tunc necessarium est quòd alteri acquiratur. hoc dicit. Franc.

e ¶ *Vnius domini sit* nam cũ sua sit, amplius ei quæri non potest: *vt i. de leg. § sed si rẽ. & j. de act. § sic itaq.* restat ergo vt soli alteri quæratur. Aliud si ex re vnius stipuletur: quia tũc omnib. quæritur, sed communi diuidũdo iudicio redditur, id est cũ agat cõmuni diui. pro illo seruo, põt etiã deducere quod socius suus lucratus erat ex stipulatione facta ex rebus suis: & reddit ille ex cuius re quæritur: *vt ff e. l. si ex re. §. j.*

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

b Cõtinuatio.

Supra[b] dictum est de stipulationum materie. Verùm quia earum multiplex est species: ideo subdit de diuisione stipulationum. Poren.

c Diuisio.

STipulationum.] Totus iste titulus diuiditur[c] in duas partes principales. Primò ponit diuisionem stipulationũ. Secũdò illã per exempla declarat. Secunda ibi, Iudiciales. casvs. Tradidit Iustinianus diuisionem stipulationum: modò singula mẽbra diuisionis per exẽpla declarat. Et primò ponit quæ sunt iudiciales: dicens quod illæ sunt iudiciales stipulationes, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur. quod sic intellige. s. quæ proficiscuntur ab officio iudicis mercenario. & appellat iudicis officiũ mercenariũ, quãdo aliquid expeditur per iudicẽ, propter quod iudex principaliter non aditur. Verbi gratia aliquis vsucepit rẽ meam, quam à non domino emit bona fide. ego egi cõtra eũ rei vẽdicatione: & litem cum eo sum cõtestatus: lite cõtestata cõpleuit vsucapionem. non obest ei litis contestatio quo ad cursum vsucapionis cõplẽdæ. Sed secus est in præscriptione: quia si tantũ cõpleta vsucapione probem illã rem meam esse, tenetur illã mihi restituere: & ita licet quo ad cursum nõ noceat sibi litis cõtestatio, tamẽ quo ad effectũ vsucapionis ei nocet: & debet iudex ipsum facere cauere quod nõ cõmisit dolum in re illa seruum forsan petitũ alienãdo, vel manumittẽdo vel aliquo alio modo: *vt ff. de rei vindi. l. si post acceptum.* Et illam cautionẽ debet iudex facere interponi per officium mercenariũ: & sic accipe quod litera dicit, mero: quia nũquã prætor viuus vel mortuus de hoc se intromisit: sed lege iubente interponitur huiusmodi cautio: vt in cautione de dolo, per l. prius allegatam *ff de rei vindicatio. l. si post.* & subdit exẽpla duo primum est veluti de dolo cautio. Secundũ dicitur esse quędam stipulatio iudicialis. Si enim ago contra aliquẽ pignoratitia actione, debet iudex ex officio suo facere reo interponere cautionẽ quod in re pignorata non commisit dolum seruitutes amittendo: vel aliquo modo ius læserit: vel de persequendo seruo. Si enim aliquis meum abstulit a me seruum meũ, & illum postea perdiderit: debet iudex facere cauere de persequendo seruo illo, & de restituendo eius pretio. Prætoria autẽ propriẽ est: illa stipulatio propter quam aditur iudex viuus ad hoc quod illud exequatur quod mortuus iudex promisit vel præcepit. Cum enim prætor mortuus præcepit quod ille cuius domus minatur ruinam, caueat de dãno infecto: si adeatur prætor viuus ad executionẽ illius præcepti, hoc est ad hoc vt faciat ipsum cuius domus minatur ruinam, cauere de dãno infecto: ista cautio siue stipulatio, prætoria nũcupatur. In versic. prætoriæ. Iustin. manifestat per exempla quæ sunt prætoriæ stipulationes, quæ proficiscũtur à mero prætoris officio, id est puræ. ita quòd nõ iudicis officio interponãtur: veluti damni infecti cautio, & legatorum. & dicũt stipulationes ædilitias sub prætoriis stipulationibus cõtineri: ita quod si animal sibi vendam, & de vitiis (prout teneor) caueam: dicitur ista cautio, quanquam sit ædilitia, prætoria. Franc.

De diuisione stipulationum.

TITVLVS XIX.

Prætoria stipulatio est, quæ est inducta ab edicto prætoris: iudicialis à iurisconsultis vel aliis partibus iuris quàm à prætore: conuentionalis à sola partium conuentione. communis quandoque à pratore, quandoque à iurisconsultis inducta est.

STipulationum aliæ sunt iudiciales[f], aliæ prætoriæ[g], aliæ conuentionales[h], aliæ communes[i] tã prætoriæ quã iudiciales. 1 ¶ Iudiciales[k] sunt duntaxat quæ à mero iudicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio[l],

l *Stipulationum.*] simile par omnia. *ff. de ver. obl. l. stipulationum. y.*

f ¶ *Iudiciales* quã iudex cognoscit de aliqua causa, & pẽdẽte causa incidẽti facit interponere cautionẽ. & dicitur iudiciales à iudice.

g ¶ *Prætoria.* quã nõ aditur iudex alia de causa, sed principaliter vt talis cautio interponatur veluti dãni infecti, & cautio legatorũ pręstãdarũ. & talis est differẽtia inter ea quæ dicta sunt. ¶ Sed cũ hic ponatur prætoriæ, vt species oppo. iudi. quare *ff. de præ. stip. l. j. in pr.* ponitur vt genus Resp. ibi aliter accipitur iudicialis, s.[a] iudicio: hic à iudice: *vt ff. manda. l. Lucius.* a odit10. Glo. ista non intellexit bene differentiam sed melius dicit. J. eo. in verbo veniunt. Christoph.

a Hæc Bal nõ placet, quia hic video.

h ¶ *Conuentionales.* quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum est & planum.

i ¶ *Communes.* veluti[b] rem pupilli saluam fore: quia principaliter potest adiri iudex vt interponatur cautio cũ pupillus habet tutorẽ qui non satisdedit rẽ pupilli saluam fore. & sic dicitur prætoria. Põt verò adiri iudex nõ principa. vt cautio illa interponatur, sed ex alia causa veluti cũ pupil. nõ habet tutorẽ, põt petere corã iudice: & iudex quod dat tutor. ex offi. suo facit interponi cautionẽ rẽ pupil. saluã fore. & ita dicitur iudicialis. ¶ Itẽ quidã dicũt illã cautionem sẽ[c] ratã haberi, esse cõmunẽ quia quandoq. interponitur à procuratore actoris, quandoq à procuratore rei: *vt ff. de proc. l. Pompon. § sed & si qui.* Vel alia ratione dicitur cõmunis: veluti cũ procuratorio nomine quis aliũ cõuenit: iudex ex off. suo debet facere vt cautio rẽ ratã haberi interponatur: & tũc est iudicialis. Prætoria est quando quis promisis mihi quod promitteret rẽ ratã haberi: modò volo quòd promittat: & sic principaliter ad istã stipulationem vado ad prętorem. vt ipsa interponatur. [Residuum gl. quæ in aliis impressionib. hic communiter ponitur in fi. gl. huius tit. habetur.]

b Cautio rem pupilli saluam fore, est communis.

c Cautio rem ratam haberi, est cõmunis.

k ¶ *Iudiciales.* s. stipulationes.

l ¶ *De dolo cautio.* vt si ago pignoratitia: caueas ne seruitutes dolo perdideris,

perdideris, vel rei ius in aliquo laeseris: *vt ff. de pig. act. l. creditor.* Itē si rei vin. agam pro re quam vsucepisti: iam lite contestata caues de dolo. ne alienaueris ne manumiseris seruum: *vt ff. de rei vind. leg. si post.* sic: *& ff. manda. l. si procuratorem. §. pen. & l. seq.*

a ¶*De persequendo seruo.* vt si metu mihi abstulisti seruum, quem postea perdideris: caueas de eo persequendo, vel eius pretio restituendo: *vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus. versi. quòd si homo.* Item emptor qui redhibet, & non habet seruum quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere venditori de persequendo seruum: vt si habere poterit, illi restituat: *vt ff. de aedil. l. redhibere. §. fin. sic & ff. de condi. cau. da. l. si pecuniam. §. penult.*

† Continebātur etiam aedilitiae. Galo.

vel de persequendo seruo[a] qui in fuga est, restituendóve[b] pretio. 2 ¶Praetoriae[c] sunt, quae à mero[d] praetoris officio proficiscuntur: veluti damni infecti[e], vel legatorum[f]. Praetorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur aedilitiae[g]. † nam & hae à iurisdictione praetoris veniunt[h]. 3 ¶Conuentionales sunt quae ex conuentione vtriusque partis † concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu praetoris, sed ex conuentione contrahentium: quarum[i] totidem genera sunt, quot (penè[k] dixerim) rerum contrahendarum[l].

b ¶*Ve.* pro vel.

† id est, reorum.

c ¶*Praetoriae.* stipulationes.

d ¶*A mero.* id est, puro: sic quòd nō iudicis officio, scilicet tali quali in superiori casu: vt statim dicam.

e ¶*Damni infecti.* *vt ff. de damn. infect. l. praetor ait. §. de eo. ver. in eum qui.* Dicitur & alio respectu praetoria illa quae ab initio exigitur: siue sit praetoria inuentione, siue ciuili, siue alio quocunque modo inuenta: ex eo scilicet quòd praetor eam approbat: *vt ff. de verb. sign. l. lege.* & hoc sensu comprehendit praetorias & iudiciales & communes, & omnes praeter conuentionales: & ita accipitur. *vt ff. de stipulat. praet. l. j.* sic est de adoptione: *ff. de adopt. l. ij.*

f *Vel legatorum.* vt *ff. vt leg. vel fideicom. nomi. ca. l. j. j. respon.*

g ¶*Aedilitiae.* s. stipulationes: vt si animal tibi vendo, de vitiis eius cauere debeo: *vt ff. de aedil. edic. l. itaque & l. si venditor.*

h ¶*Veniunt.* cum aediles erant ex praetoribus: *vt Ī. de iure na. §. proponebant.* ¶Sed[a] quae erit intelligibilis differentia inter praetorias & iudiciales: cum hoc titu. accipiatur praetoria & iudicialis? Respond. quia praetoria à praetore mortuo inducta est: sed iudicialis à iurisconsultis aliis. 2 Item in praetoria inuenies iudicem ob hoc ipsum principaliter adiri: sed in iudiciali per consequētiam: vt patet ex supradictis exemplis 3 Item iudiciales vagae, sunt per totum corpus iuris. sed praetoriae licèt & ipsae sint vagae, comprehensae tamen sunt simul in vno tit. *vt ff. de praeto. stipul. l. j.* 4 Item potes notare quartam differentiam vt notatur: *ff. de verbor. obligat. l. v. §. ij.* ADDITIO. Hanc differentiam dominus Ioan. addit dicens: quia praetoriae sunt, quae per solum iudicem ordinarium interponuntur[b] & iudiciales quae per quemlibet alium iudicem.

a Stipulationes praetoriae & iudiciales multipliciter differunt.

b Hanc quoque damnant aliqui, vt per locum Fab. hic quia de damno infec. quãuis sit praetoria per quemlibet, etiã minimũ magistratum expediri potest *vt l. 2. & l. 4. § 1. ff. de dã. infec.* nisi forte dicas ibi speciale propter periculũ morae. Angel.

[*Conuentionales sunt quae &c.*] CASVS. Quaesiui à Iusti. quae essent stipulationes conuentionales? Et resp. quòd illae sunt stipulationes conuentionales, quae fiunt vel fiunt ex conuentione contrahentium: hoc est neque iussu praetoris, neque iussu iudicis ordinarij. Sed domine, quot sunt genera cōuentionalium stipulationum? Resp. quòd tot ferè sunt, quot dicimus esse genera rerū contrahendarum, & in quibusdam valet contractus: verbi gratia vēditio in quibusdam valet, in quibusdam non valet stipulatio: *ff. de contrahen. empt. & ven. l. & liberi. & l. liberi hominis §. fi. & Ī. tit. prox. j. resp.* Fran. de Are.

i ¶*Quarum.* scilicet conuentionalium.

k ¶*Penè.* ideo dicit penè, quia in quibusdam valet alius contractus: vt venditio in libero homine, & similibus: *vt ff. de contrahen. empt. l. & liberi & l. liberi hominis. & Ī. de contrahend. empt. §. fi.* In quibusdam non valet stipulatio. *vt Ī. tit. j. j. respon. §. j.*

l ¶*Rerum contrahendarum.* s. esse genera, id est quot possumus dicere esse genera contractuum, tot sunt genera stipulationū, i. vbicunque potest contrahi, ibi potest stipulatio interuenire. nam stipulatio propriè non est contractus: *vt ff. de verb. signif. l. Labeo.*

[*Communes sunt &c.*] CASVS. Quaesiui à Iustin. quae essent communes stipulationes. Et ipse respon. dicens quòd communes stipulationes sunt, veluti rem pupilli saluam fore. Stipulatio enim quae interponitur rem pupilli saluam fore, est communis quia & praetor mortuus praecepit hanc cautionem interponi, & iudex viuus hoc exequitur, si aliter res huiusmodi non possit expediri. Similiter stipulatio de rato est communis: quia praetor mortuus praecepit quòd caueretur de rato à procuratore actoris: & quandoque praecipit iudex viuus quòd caueatur de rato. Alio etiā modo dicitur cautio de rato communis, quia interponitur à procuratore actoria propriè: & quandoque à procuratore rei dicitur: vel quandoque interponitur in iudicio, & quandoque extra: vt hic habes in glo.

Institut.

m ¶*Communes.* abnegatiuè[a] lege, id[b] est non praetoriae tantum, vel iudiciales tantum, vel conuentionales tantum: sed partim[c] ex vno, partim ex altero naturam accipiunt. Nam si non cauerit tutor pupillo, hoc ipsum peti potest: & quo ad hoc habet naturam praetoriae. Si petitur tutor, & per cōsequens praestatur satisdatio: in hoc habet naturam iudicialis: *vt Ī. de satisdatione tutoru. §. j.* Sed hoc dic plenius: *vt ff. de verb. oblig. l. v. § praetoriae. vbi est hic tuul. de verbo ad verbum.* Item si petatur haec satisdatio ab altero tutorum vel curatorum ex consequentia[d] petitur, & non praecisè: vnde & in hoc habet naturā iudicialis. *vt ff. de administratione tutorum. l. iij. j. respon. & Ī. de satisdatione tutorum vel curatorum. §. j. & §. q.* Vel dic communes alio modo, *vt j. eo. §.*

a Definitio per negationem & remotionem contrarij.

b Communes stipulationes quae neque praetoriae tantùm, neque iudiciales tantũ, neque conuentionales tantũ, sed mixtae ex duobus earũ.

c Commune est quod partim ex vno, partim ex altero naturam accipit.

† aliàs habetur, exigitur.

d Cautio petitur à tutore quandoque principaliter, quandoque incidenter.

4 ¶Communes[m] sunt, veluti rem saluā fore pupillo (nam & praetor[n] iubet rem saluam fore pupillo, caueri: & interdū iudex[o], si aliter haec res expediri non potest[p]) vel de rato[q] stipulatio. †

TITVLVS XX.
DE INVTILIBVS stipulationibus.

Stipulatio rei quae non est, nec esse potest in rerum natura, non valet: secus si posset in nostro dominio haberi. Aretinus.

Omnis res quae dominio nostro subiicitur[r], in stipulationem deduci potest: siue illa mobi-

sed secundùm hoc omnis praetoria potest esse cōmunis ADDIT. Dic quòd haec gloss. secuta fuit errorem suum, quòd illa appellatur cautio praetoria, propter quam interponendam iudex principaliter aditur: illa appellatur iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter, sed in consequentiam aditur, quae opinio ibi fuit reprobata secundùm Christopho.

n ¶*Praetor.* scilicet mortuus: cuius verba non habemus, sed sententiam *vt Ī. de satisdat. tut. in princ. & § j.*

o ¶*Iudex.* scilicet viuus.

p ¶*Non potest.* Quia sponte non vult satisdare ex praecepto mortui praetoris: vnde inuitus compellitur à iudice viuo.

q ¶*De rato.* haec[e] est communis alia causa quàm superior. nā haec est conuentionalis quandoque: vt si fiat extra iudicium ex conuentione: *vt ff. rem ra. haberi l. interdum.* Item iudicialis, quando interponitur à procuratore actoris, cum dubiū est an sit procurator: *vt C. de procur. l. j. & de satisdat. l. j.* aliàs non potest res expediri, cum non admittatur: *vt j. de satisdat. §. penult.* a Alij dicunt eam communem, scilicet de rato: quia & à procuratore rei praestatur quandoque, non solùm actoris: *vt ff. de procur. l. non solum §. si statu. & §. est & alius casus & § vltimo & l. Pomponius. §. ij. & l. si defunctus. §. vltimo* Accursius. ADDITIO. Et haec melior, quòd ideo dicantur communes, quia partim per praetores, vt in procuratore actoris: partim per iurisconsultos, vt in procuratore rei fuerint inuentae, vt hic. Cautio[f] autem quae ex forma statuti inducitur: si sit factum à toto populo, vel repraesentantibus ipsum, dicetur ciuilis. Si verò ab episcopo, duce vel marchione, dicetur praetoria. Angel.

e Cautio de rato est communis.

f Cautio à statuto inducta, an sit ciuilis, an praetoria.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

Suprà[g] in titulo de ver. oblig. dixit in genere de stipulationibus interpositis ab vno: verum quia tam ex parte creditoris, quàm ex parte debitoris aliquando plures personae interueniunt, & fiunt duo rei: ideo subiicit titulum de duobus reis. Verum quia nō tantum stipulatio interponitur à libero, sed etiam à seruo: ideo subiicit titulum de stipulatione seruorum. Verum quia stipulatio non est simplex, sed multiplex: ideo postea annectit titulum de diuisione stipulationum vt Ī. tit. proximo. *Verùm quia aliquãdo stipulatio est inutilis, & quia hoc potest contingere multis modis: ideo ponit hic istum titulum de inutilibus stipulationibus. Angelus Aretinus.*

g Cōtinuatio.

Omnis res. Quoniã iste titulus est valdè longus, & habet plurimos §§ & vnusquisque habet materiam de per se, ideo nō diuidam: quia esset valdè lōga diuisio. CASVS. Quaesiui à Iustiniano super quibus rebus possit fieri stipulatio. Respon. dominus Iustinian. quòd super illis quae dominio humano subiici possunt: siue illa res sit mobilis, siue immobilis: dum tamē sit subiacibilis commercio humano. Sed si quis stipulatus fuerit sibi dari quod non est in rerum natura, licèt fuerit, putà Stichum iam mortuũ, aut rem quae esse non potest, putà Hippocentaurum, non valet stipulatio. hoc dicit. Fran. de Aret.

r ¶*Subiicitur.* id est, subiici potest. Sunt[h] enim quaedam res quae nō possunt esse in nostro dominio: vel quia nec sunt nec fuerūt, scilicet in rerum natura: *vt j. proxime. §.* Vel si sunt, impossibile est de natura: vt in Sole, & Luna, & similibus: *vt j. eod. § si impossibilia.* Vel de facto, vt aureum montem, *vt ff. de statulib. l. cum heres. § j.* Vel de

h Dominium in quibusdam rebus habere non possum.

hominum dispositione: vt res sacræ & religiosæ, & sanctæ, & publicæ, & in vsu publico existentes. & aliæ similes: vt liber homo. ex sui natura: vt ј. proxi. §. & ȝ. de rerum diui. ј. respon. & §. nullius. & ff de verb. obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. Accursius.

a Mobili à qua appellatione mouentia se continent. Item b loca autem & stationes sub simplici bonorum appellatione continentur sunt quodam species per se, quæ secundum in se qui adscribitur, mobilia vel immobilia et de hu licentiæ secundum Ang.

a ¶ Mobilis. cuius[a] appellatione & per se mouentia, vt equi, continentur[b]: vt ff. de verb. signi. l. mouentium. Accur.

b ¶ In reru natura. i. apud aliquos homines. sic ȝ. de ver. obli. §. cōditiones. Acc.

c ¶ Credebat. maximè, subaudi. nam idē si sciret mortuū, nisi mora debitoris præcessisset mortē: vt ff. de consti. pec. l. promissor. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulātem. §. Stichū quæ est contra. ADDITIO. Et tunc res ipsa & in stipulationem, & in petitionem & in cōdemnationem deduci debet: in eius tamē æstimationem fiet executio. l. si seruū. §. effectus. vbi glo. in verbo possit. & doct. ff. de verb. oblig. Angelus.

b Hippocentaurus est homo equo mixtus, ab ἵππος, i. equus, & κενταυρος, id est, pungere. v. Diodor. & Virg. in 6. Hiero. in vita Pauli dicit obtantum ab Antonio visum Pli. in 7. ait se Hippocentaurum al laturū C a do principi et Ægypto. ergo contra hunc text. qui dicit impossibile esse centauru Dey. titi, in cogna.

d ¶ Hippocētaurum. animal[e] fortè natum ex equa & tauro, quod nunquam fuit visum. vnde Horat.

Humano capiti ceruicē pictor equinam, Iungere si velit &c.

e ¶ Inutilis. id est vitiosa, quia contra ius est.

[Idem iuris &c.] CASVS. Supra dictum est quòd inutilis est stipulatio, si quis stipulatur dari sibi Hippocentaurum, qui esse non potest. Similiter inutilis est stipulatio si quis stipulatur dari sibi rem sacram vel religiosam, quam credebat esse humani iuris: vel publicam, quæ publico vsui deputata est, vt forum vel theatrum: vel liberum hominem quem seruum esse credebat: & rem cuius commercium heberi nō potest: vel rem suam sibi dari, & si dicas, videtur quòd istæ stipulationes non debent esse vel dici inutiles, sed magis in pendenti, eo quòd illud quod modo publicum est, potest priuatum fieri, & ex libero homine potest seruus fieri: & sic de aliis, & sic stipulatio potest valere: nihil dicis. Stipolatio enim cū iuribus nitatur: ex præsenti illico valet, vel inutilis est. & hoc dicit. Supra dictum est ꝙ si aliquis stipolatus fuerit sibi dari liberum hominem: non valet stipulatio, licèt postea fact' fuerit seruus. vel si aliquis fuerit stipulatus dari sibi rē suam: licet postea aliena facta fuerit nō valet stipulatio. vel ecōuerso si fuerit aliquis stipulatus rem alienā sibi dari si postea facta fuerit sua, nō valet stipulatio. Similiter si aliquis stipulatus fuerit sibi dari rem priuatam, & postea fiat sacra, & sic de aliis, non valet stipolatio. Quotiescunque enim sine facto promissoris illud quod stipulatur, deductum est in eum casum à quo incipere possit, non valet stipulatio. Scire enim debes quòd si ego stipulor mihi dari rē sacrā vel religiosam, vel liberū hominē: non valet stipulatio. Sed pone quòd si dicam: Promittis mihi Petrū qui liber est, cū fuerit seruus: vel rē sacrā vel religiosā cū facta fuerit priuata, & sic de aliis: quid iuris erit? certè non valet stipulatio. Quæ enim de natura sui à dominio nostro exempta sunt, nullo modo in stipul. deduci possunt. & h. d. F.

lis[a] sit, siue soli. 1 ¶ At si quis rem quæ in rerum natura[b] nō est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum qui mortuus sit, quem viuere credebat[c]: aut Hippocentaurum[d], qui esse non possit, inutilis[e] erit stipulatio.

Stipulatio rei quæ in dominio nostro non est, vel quæ est, sed postea desinit: licèt possit effici in nostro commercio, non valet: siue purè, siue conditionaliter sit concepta. Aretinus.

2 ¶ Idem iuris est[f] si rem sacram[g] aut religiosam[h], quā humani iuris esse credebat: vel publicam rem, quæ vsibus[i] populi perpetuo exposita sit, vt forum[k], vel theatrū[l], vel liberū hominē quē seruum esse credebat[m], vel cuius cōmercium[n] non habuerit, vel rem suam[o] dari quis stipuletur.

Annota, Euentum rei ad quem præsens status non tendit, nequaquam considerandum.

Nec in pendenti erit stipulatio ob id quòd publica res in priuatam deduci, & ex libero seruus fieri potest, & cōmercium adipisci stipulator potest, & res sua stipulatoris esse desinere potest, sed protinus[p] inutilis est †.

Annota, Etiam quod à principio valuit, si ad eum perueniat casum à quo initium sumere nequit, vitiari.

Item contra[q], licèt ab initio vtiliter res in stipulatū deducta sit: si tamen postea in aliquam eorum causam[r] de quibus supra dictū est, sine facto[s] promissoris deuenerit: extinguitur[t] stipulatio. Ac nec statim ab initio talis stipulatio valebit, *Luciū Titiū cum seruus erit, dare spondes?* & similia[u] quæ etiā natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationē[x] deduci nullo modo possunt.

f ¶ Idem iuris est. scilicet vt sit inutilis. Accurs.

d Sacræ rei vēditio valet inter ignorātes.

g ¶ Sacram. licèt non valeat stipulatio, vt hic: valet[d] tamē venditio inter ignorantes. vt actio detur: vt ј de contrahen. emp. §. fi. & ff. de contrahend. emp. l. liberi. & l. sed Celsus. Sed quæ est ratio? Respond. quia in venditione non est necesse trāsferri dominium, in stipulatione sic: vt ff. de contrahen. empt. & vend. l. si ita §. finali. & in gloss. fin. Et est similis ratio quare quis potest rem alienam vendere: vt ff. de contrahen. empt. l. rem alienam. sed non obligare: vt C. quæ res pign. ob. poss. l. qui filios. quia in pignore debet ius cōstitui creditori, quòd sibi det hypothecariam actionem: in vēditione sola traditio cum obligatione euictionis sufficit: vt ff. de pignor. lege & quæ nondum §. quod dicitur. & de actione empti. l. ex empto Accur.

h ¶ Religiosam. hæc verba, sacram & religiosam, expone. vt supra de rerum diui. §. nullius, & §. religiosum. ADDITIO. Dic hoc verum quando res in totum est sacra vel religiosa: sio autē esset pro parte: an valeat stipulatio, emptio, vel alia dispositio: vide l. bane. & l. immodicis. ff. de contrahend. emptione. Angelus.

i ¶ Vsibus. aliàs si non est in vsu publico, potest alienari: vt ff. de contrahend. empt. l. sed Celsus. ј. respond. & l. pacta §. finali. sic ff. de via publica. l. viam.

a Forum & forus.

k ¶ Forum. scilicet[a] vbi redditur ius: vt ff. de usu. & iur. l. pen. vel rerum venalium. Sed forus est bursa. Accursius. ADDITIO. Item forus dicitur locus exercendarum litium: vt ca. forus. extra de verborum significationibus. Item calcatorium, id est locus vbi vua calcatur: quòd pede calcantis feriantur. Dicuntur etiam fori tabulata nauium, ab eo quòd incessus ferant. Item spectacula, hoc est loca erecta vt ex his spectetur. Item forus dicitur foramen illud per quod remus immittitur, à forando Vnde versus,

Causatur vndique forum, signatque foramen:

Alta fori loca sunt: dátque carina foros.

Hostien. dicit quòd forū in neutro genere ponitur pro territorio cuiusque iudicis, intra quod potest in facinorosos homines animaduertere vnde tota diœcesis dicitur territorium episcopi. xvj. q. vij. omnes basilicæ.

† Concor. cum hoc text. cap. ad audientiā. circa gl. supra verbo habens circa med. extra de sponsa.

l ¶ Theatrum. expone. vt supra de rerum diui. §. vniuersitatis. Accurs.

m ¶ Credebat. idē si sciebat: vt ј. proxim. §. & ff. de verb. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. ibi, casum enim &c.

b Commercium comprehēdit omnes contractus.

n ¶ Commercium. generale[b] nomen est ad omnes contractus Vnde dicitur aliquis habere commercium rei, quando per emptionem vel alio modo potest eam habere: quare Iudæus non habet commercium Christiani mancipij: vt C. ne Christianum man. Iu. &c. Vnde si Iudæus Iudæo promittit tale mancipium, non valet: vel Christianus Iudæo: vt hic. si autem Christiano promittat Iudæus, valet: vt ff. de verbor. obligat. l. multum interest. & de lega. j. l. apud Iulianum. §. fina.

c Stipulatio rei suæ an valeat.

o ¶ Suam. Nam cum sua[c] sit, plus sua fieri non potest: vt ȝ. de leg. §. sed si rem. & infra de act. §. sic itaque. nisi ratione possessionis apud alium constitutæ: vt ff. de contra. emp. l. si in emptione. §. ij. vel nisi sub conditione, dum tamen adueniente conditione, stipulatoris res esse desierit: vt ff. de verb. oblig. l. si rem meam. & l. ax: fimo.

p ¶ Protinus. id est statim: quia pura stipulatio suspendi nō potest: vt ff. de stip. ser. l. vsusfructus. secus in aliis actibus viuorum: vt ff. com. pra. l. si in fi. Accursius. ADDITIO. Putà per euentum confirmationis quæ ex post facto fieri potest: sed tamen ipse actus in veritate non pendet, sicut nec stipulatio: sed interim vel est nullus: vel sola ipsius qualitas, putà dominij translatio, vel cui acquiratur, pendere dicitur, & hæc vera in actibus puris.

q ¶ Item contra. id est econtrario. nam supra dixit quando ab initio res erat sacra vel similis, sed postea desiit, nunc econtra quando prius non sacra, sed postea fit.

r ¶ Eorum causam. i. sacra vel religiosa, vel similis: vt supra proxim. §. Accursios.

s ¶ Sine facto. quod est cum erat res aliena: aliàs si sua, semper suo facto factum videtur, etiam si alienauerit post tempus stipulationis. Idem & si erat aliena, dummodo post moram. vt ff. de verb. obli. l. si seruum. §. j. & y.

d Dic ideo ibi actum non viciari, licèt in eum casum perductus esset, à quo incipisse non poterit, quod ille casus ad eundem finē pertinebat, ad quē & causa ipsa, nēpe vt legatū valeret secundum Fors

t ¶ Extinguitur. Ar. contra.[d] ȝ. de le. §. si quis debitori. ver. quòd si viuo.

u ¶ Similia. putà rem sacram cum erit profana, & sic de singulis scilicet sacra vel religiosa: vt ȝ. prox. §.

Quæ enim. Vet. qua natura sui dom. nos. exempta in obligationem. Dixit autem quà, pro quatenus siue quoniā, & bene natura sui. nam rem meam rectè stipulor sub cōditione cum aliena erit: quia & si nunc mea effici non possit, natura sui tamen tantū abest vt à dominio meo exēpta sit, vt in eo nūc sit vel maximè neq; ita licet, quātū ad personas attinet, ex quib. obligatio cōsistit, tēpus cōtractus inspiciatur, vti dictū est tit. de verb. obliga. non tamen quantū ad eas res pertinet, quæ in stipulationem veniunt. Cuiac.

x ¶ In obligationem. scilicet illam, hoc est stipulationem.

[Si quis.] CASVS. Quidam promisit quòd dominus episcopus daret mihi decem. valétne ista stipulatio? Dicitur quòd non. quia videtur

videtur factum alienum promisisse. si tamē promitteret se facturum vel præstiturum vel procuraturum quòd alius aliquid mihi faceret, factum suum promittere videtur: & ideo stipulatio valet: & ex ea obligatur. & hoc dicit. Et ad instantiam illam quæ ponitur in glos. contra regulam istam de eo qui cauit dominum suum rem ratam habiturum: respondet, nō videtur factū alienū promisisse: sed interesse rei qui cōuenitur, si dominus suus pro quo agit, ratum non habeat. & similiter est in aliis instantiis. Franc.

a ¶ *Alium*. prorsus extraneum.

b ¶ *Non obligabitur*. & est ratio: quia nemo alienum factum promittere potest: *vt hic, & ff. de verborum obligat. leg. stipulatio ista. in prin.* 1 Nisi pœna promittatur: *vt j. eod. §. versic.* 2 Nisi in casibus in quibus præsumit lex interesse promitti nisi fiat, vt in cautione iudicio sisti: *vt ff. de verbor. oblig. l. quotiens quis.* 3 Item in stipulatione ista, habere licere: *vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. respon.* 4 Item in stipulatione de rato: *vt ff. rem ra. habe. l. in stipulatione.* 5 Item in stipulationibus ædilitiis: vt sanum esse seruum venditū, vel non furem, & similia: *vt ff. de ædil. l. si ita quis.* 6 Item in stipulatione rē pupilli saluam fore. nā cùm sit prætoria, exigitur fideiussor: *vt ff. de prætor. stipula. l. prætoriæ.* (Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiussore: Promittis rem meam saluam fore per tutorem vel curatorem? nam & his verbis ab eis stipulatur: *vt ff. rem pupilli saluam fore. l. j. & l. cùm pupillus.*) 7 Præterea nónne quis semper promittit per se & suos heredes ea facta quæ per alium possunt explicari: *vt C. de contrahen. stipula. l. fin.* licèt contra sit, si non potest per alium fieri: *vt ff. eod. de verb. oblig. l. centesimis. §. ad quod. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem?* Respon. Non est alius heres quàm testator: imò idē præsumitur, *vt in authen. de testibus. à no. pra. §. j. colla. v.* ADDIT. Adde secundùm Ange. alios casus. 8 Putà quādo promittit alium dare vel facere ad quod promissor tenebatur. 9 Item quando iurauit: quia facit valere omni meliori modo quo potest: *vt l. cùm pater. §. filius. ff. de leg. ij.* Ange.

c ¶ *Effecturum*. tunc enim suum factum manifestè promittit. Idem si dixit se curaturum vt fiat: *vt ff. si cer. pet. l. fin. § fi.*

[*Si quis alij.*] CASVS. Pone quòd ego stipuler dare ei centum, cuius iuri nō sum subiectus: valétne ista stipulatio? Et respondet Iustin. quòd nō, considerata stipulationis natura. Inuenta enim fuit stipulatio, vt per stipulationē vnusquisque sibimet aliquid acquirat. Sed licèt stipulando extraneo aliquid acquirere nō possimus tamen in personam alterius solutionem possumus conferre. Verbi gratia, Promittis mihi x. aut Seio? & tūc bene valet huiusmodi stipulatio. Obligatio enim mihi stipulāti acquisita est: solutio tamen potest fieri adiecto, me inuito: & extinget promissori plena liberatio. Competit tamen stipulatori contra adiectum actio mandati propter id quod solutum est. hoc dicit. Extra casum nota specialē casum, in quo si soluat debitor alij quàm ei cui soluere debet, putà adiecto scilicet alternatiuè, liberatur. No. quòd vox patris est vox filij, & econtrà. Fran. de Aret.

d ¶ *Iuri*. id est dominio, vt seruus domino, cui acquirit: *vt j. per quas person. nob. acqui. §. item vobis.* 2 Idē reuerentia paterna, vt filius patri: *vt j. per quas per. nob. acquiri. §. j.* 3 Item obedientia, vt monachus monasterio cui quærit & se & alias: *vt in auth. de mona. §. illud. col. j.* 4 Idē dicas de seruo fructuario. 5 Idē de vsuario. 6 Idem de seruo bona fide possesso, & libera bona fide possesso: qui ex duabus causis quærūt: *vt j. per quas pers. nob. acquir. §. de his. & §. id placet.*

e ¶ *Nihil agit*. & est ratio: quia inuentæ sunt &c. *vt j. eo. §. alteri. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri.* Fallit tamē in casibus xvj. In primis, vt si stipulātis intersit: quia sit tutor eius cui stipulatur rem pupilli saluam fore. 2 Secundò quia procuratori stipuletur dominus. 3 Tertiò si stipuletur creditori: *vt j. eod. §. sed si quis stipuletur. versi. & si creditori. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & §. si quis sic solam.* 4 Quartò fallit in omnibus prætoriis stipulationib: *vt ff. de præ. stip. l. in omnib.* (vt est damni infecti. *ff. dam. infect. l. damni. §. fin.* Item iudicatum solui, & similes: *vt ff. de procur. l. in causæ. §. fi.*) 5 Item fallit in procuratore præsentis: *vt ff. de verb. oblig. l. si procuratori. & ff. de proc. leg. quod procurator.* 6 Item fallit in actore municipum: ex cuius pacto quæritur municipib. 7 Item in curatore furiosi, & consimilium personarum, & tutoribus: *vt ff. de const. pecu. l. eum qui. §. si alteri.* 8 Item fallit in institore, nam sibi actio ex pacto institutoris quæritur: *vt ff. de instit. l. ij. in fin. & l. iij.* 9 Item fallit in iudice vel notario, vel simili persona publica: ex quorum pactis & stipulationibus alteri quæritur: *vt ff. rem pupil. sal. fore. l. ij. & iij. & iiij. §. responsum. & in auth. de execu. & his qui con. §. j. coll. vij. & in authen. de hered. ab intest. §. ex his. coll. ix.* 10 Itē fallit in creditore, ex cuius pacto quæritur actio debitori: *vt ff. de pig. act. l. si cum venderet. §. respon.* 11 Item fallit si auus paciscatur dotem reddi nepti quā iam in potestate nō habet: *ff. solut. matr. l. Caius Seius.* 12 Itē fallit in procuratore vendente: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. § si procurator.* 13 Itē fallit in deponente, si paciscatur alij rem restitui. 14 Item fallit in commodante faciente simile pactum: *vt ff. depo. l. Publia. & C. ad exhib. l. si res.* 15 Item fallit in donante simile pactū faciente in euentum alicuius conditionis: *vt C. de dona. quæ sub modo. l. ij. quotiens.* 16 Item fallit si pater stipuletur filio vel alij posito sub sua potestate post mortem suam, scilicet patris. Nam & filio quæritur, licèt heres nō sit: *vt ff. de verb. oblig. l. quodcunque. §. si quis ita.* Si verò purè, & non post mortem, ipsi stipulanti quæritur: *vt ff. de verb. oblig. l. decem seruo.* His enim casib. ex pacto vel stipulatione alterius alteri quæritur, non aliàs: *vt hic, & C. per quas person. nob. acquir. l. j.* Cum enim sint speciales, non sunt trahendi ad consequentiam: *vt ff. de legi. & senatusconsul. l. quod verò.* Sed M. dicebat hos casus facere regulam: & si quis casus esset contra illud, speciale esse & quod hic regulariter dicitur, & j. eod. § alteri. & C. per quas person. nob. acqui. l. j. dicebat iure directo nō valere, sed vtiliter acquiri posse. & sic secundùm eum semper ex pacto alterius quæritur: quod falsum est, cum parum interesset, directò, an vtiliter quæreretur: *vt ff. de neg. gest. l. actio.* Accursius.

f ¶ *Acquiratur*. scilicet tantum.

g ¶ *Seio*. nō tamen heredi eius: *vt ff. de verb. oblig. l. cum quis.* ¶ Item hoc intellige statu huius adiecti non mutato. aliàs contra: *vt ff. de solu. l. cùm quis.* Item hoc intellige ante litem contestatam à stipulante, aliàs contra: *vt ff. de solutio. l. si quis stipulatus fuerit decem §. j.* Item licèt solui possit adiecto, non tamen agere potest adiectus: *vt ff. de constit. pec. l. sed & si filiofam. in fine, & l. si verò.*

h ¶ *Inuito eo*. qui stipulatur.

i ¶ *Contingat*. nisi in casu: *vt ff. de eo quod certo loco. l. iij. §. idē Iulianus.* Sed ibi facta fuit solutio alibi quàm fieri debuit: vnde venit interesse: *vt j. de actio. § loco.* in quo non potuit domino præiudicare accipiendo sortem adiectus: *vt ff. de reg. iur. l. non debet.* licèt & ipse dominus posset: *vt ff. de eo quod certo l. centum in fin. & l. si. in fine.*

k ¶ *Ille*. scilicet stipulator.

l ¶ *Mandati*. Nunquid adiectus mandati semper tenetur? M. dicit quòd sic: *vt hic, & ff. de verb. oblig. l. Iulianus. § fin.* Nam semper tacitum mandatū, etsi non expressum, interuenire dicebat, & in absentia, & sine nuntio vel epistola. quod est cōtra legem. *ff. de procurat. l. j. §. j.* Quare dicemus quòd mādati agitur si intercessit mādatum, vt quia præsente adiecto fuit stipulatus: *vt hic, & ff. de verb. oblig. l. Iulianus. §. fina. & ff. mand. l. qui fidem* aliàs agit neg. gestorum, cum non sit procurator: *vt ff. de sol. l. vero procuratori. §. interdum & j. de oblig. quæ ex quasi contract. in prin.* ADDITIO. Nota bene hanc glo. qua actione teneatur, & ista sunt vera, nisi adiectus esset animo sibi donandi: vt d. l. Iulianus § j. & ibi Bart. ff. de verborum obli. In dubio autem nō videtur adiectus animo donandi: *vt l. si cum aurum ff. de sol.* Ang.

Alieni facti promissio inutilis est: facti autem proprij, vtilis.

3 ¶ Si quis alium[a] † daturum facturúmve quid promiserit, non obligabitur[b]: veluti si spōdeat Titium quinque aureos daturum. Quòd si effecturum[c] se vt Titius daret, spoponderit: obligatur.

Stipulari nemo potest vt alteri quàm ei cuius iuri subiectus sit, aliquid detur aut fiat.

4 ¶ Si quis alij quàm ei cuius iuri[d] subiectus sit, stipuletur: nihil agit[e].

Adiecto solutioni obligatio non quæritur: et tamen rectè soluitur: talisque solutio obligationem perimit: tenetur tamen adiectus mandati actione proposita, stipulanti quod accepit restituere.

Planè solutio etiam in extraneam personam conferri potest: veluti si quis ita stipuletur, *Mihi aut Seio dare spondes?* vt obligatio quidem stipulatori acquiratur[f], solui tamen Seio[g] etiā inuito eo[h] rectè possit, vt liberatio ipso iure contingat[i], sed ille[k] aduersus Seium habeat mandati[l] actionem.

Si quis sibi & alteri copulatiuè stipulatur, dimidia tantùm stipulatori debetur.

Annota, ea est ratio, nam extranei adiectio inutilis, vtile pro parte stipulatoris vitiare nō debet stipulationem: vtile enim per inutile nequaquam vitiatur.

[*Quòd si quis.*] CASVS. Supra dictum est quòd si stipuler alteri dari quàm ei qui iuri meo subiectus est, non valet stipulatio. Sed pone quòd aliquis stipuletur aliquid sibi dari, & extraneo, valétne ista stipulatio? Respond. quòd sic. sed nunquid in totum? Resp. quòd non, sed pro parte dimidia, scilicet pro parte stipulatoris. Super isto §. quæri potest, quare ita est quòd si ego emero fundū mihi & extraneo pro x. valet totus contractus: *vt ff. de contrahend.*

empt. & vend. l. fundus. ¶ Si autem stipulatus fuero. x. dari mihi & extraneo, non valet stipulatio in totum, sed pro parte? Respond. contractus empt. & vend. celebratur tam gratia emptoris, quàm venditoris: vnde tam emptori quàm venditori expedit quòd valeat contractus: & nisi in totum valeret venditio: contractus qui vtriusq; gratia celebrari dicitur, in detrimentum alterius partis redundaret: quod esse nõ debet. Sed si dicas: potest esse quòd non expediet emptori quòd emptio in totũ valeat semper. Ad hoc dico quòd sibi imputet. Regulariter enim loquendo, gratia vtriusque cõtractus huiusmodi dicitur fieri. Non sic autem est in stipulatione. Semper enim expedit promissori quòd stipulatio potius valeat in partem, quàm in totum. hoc dicit Franc.

Quòd si quis sibi & alij cuius iuri subiectus non sit, dari decem aureos stipulatus est: valet[a] quidem stipulatio: sed vtrum totum debeatur stipulatori quod in stipulatione deductum est, an verò pars dimidia, dubitatum est: sed placuit nõ plus[b] quàm dimidiam partem ei acquiri.

Si pater stipulatur filio, acquirit sibi. Aretinus.

Ei verò qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris[c]: quia vox tua, tãquam† filij† sit[d]: sicuti & filij vox tanquam tua intelligitur in his rebus quæ tibi acquiri possunt[e].

Responsio interrogationi nõ conueniens stipulationem nullam efficit: & qui interrogatus simpliciter respondet, is omnibus interrogationis connexis qualitatibus respondisse censetur: quandoquidem ad omnia in interrogatione deducta refertur simplex responsio.

5 ¶ Præterea inutilis est[f] stipulatio, si quis ad ea quæ interrogatus fuerit, non respondeat[g]: veluti si quis decem aureos à te dari stipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas, vel contrà, si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione vel in diem stipulanti, tu respondeas, *Præsenti die spondeo*. Nam si hoc solum respondeas, *Promitto*: breuiter videris in eandem diem vel conditionem spopondisse. neque enim necessè est in respondendo eadem omnia repeti, quæ stipulator expresserit[h].

Inter dominum & seruum, patrem & filium non contrahitur stipulatio. Aretinus.

6 ¶ Item inutilis[i] est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est, vel si is à te stipuletur[k]. Sed seruus quidem non solùm domino suo obligari non potest[l], sed ne quidem vlli alij. Filij verò familias alijs obligari possunt[m].

a ¶ *Valet.* scilicet pro parte dimidia, vt subijcit: *vt ff. de eo quod certo loco. l. ij. §. si quis.* ¶ Et collige quòd[a] non vitiatur vtile per inutile. sic *ff. de verbor. oblig. l. j. § sed & si mihi. arg. contra. ff. de arb. l. parus. alias Pedius. §. j. &* dis. vt ibi.

b ¶ *Non plus.* vt *ff. de verb. oblig. l. si mihi.* Sed contra *ff. de contrahen. empt. l. fundi.* Sed dic vt ibi.

[*Ei qui.*] CASVS. Supra dictum est quòd si stipulor aliquid dari extraneo: non valet stipulatio. Sed pone quòd stipuler aliquid dari ei qui iuri meo subiectus est, vt puta filio vel seruo: valetne stipulatio ista? Dicitur quòd sic, quia vox patris, vox filij intelligitur. & hoc verum est quòd valet stipulatio in rebus illis quæ patri possunt acquiri per filium: vt in bonis aduentitiis proficit: in bonis autem castrensibus vel quasi non valet. hoc dicit. Franciscus de Aretio.

c ¶ *Acquiris.* sic *ff. de verb. oblig. l. dominus seruo. & C. de contrahend. & commit. stipu. l. ij. & ff. de pact. l. & hered. §. nos autem.*

d ¶ *Filij sit.* cum vna[b] persona censeatur pater & filius: *vt C. de impu. & ali. subst. l. fina.* sic & in seruo & domino est eadem vox: *vt* ĩ. *eod. §. post mortem.*

e ¶ *Acquiri possunt.* vt profectitio peculio, & aduentitio quo ad vsumfructum: *vt* s. *per quas person. no. acqui.* §. j. Accursius.

[*Præterea inutilis.*] CASVS. Dixi Iust. Domine, supra dixistis multos casus in quibus inutilis est stipulatio: sed præter illos suntne alij casu in quibus stipulatio inutilis sit? Et respon. quòd sic. Quotiescunq; enim ille qui promittit, ad ea quæ interrogatus est, nõ respondet: veluti si dicat aliquis, Promittis mihi decem: & tu respondeas, Promitto. v. vel econuerso: vel dicat aliquis, Promittis mihi x. & tu respondeas, Promitto si nauis venerit ex Asia: vel si alicui stipulanti in diem vel sub conditione, tu respondeas, præsenti die vel purè: dũ tamen illud exprimas, videlicet præsenti die vel purè respondeo: non valet stipulatio. Si enim stipulãti in diẽ vel sub conditione, respõderes, & nõ exprimeres quòd præsenti die vel purè promitteres: valeret stipulatio, & videreris in eãdẽ diẽ vel purè spopõdisse. Nõ enim necesse est in respõdẽdo eadẽ omnia repeti quæ stipulator expressit. quæ enim in præfationib[9] dicuntur, in respõsionibus repetita creduntur: *vt ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idẽ respondit.* Itẽ dicitur quòd si ad ea quæ interrogata sunt, nõ respondeat promissor, nõ valet stipulatio. Hoc intelligas nisi diuersitas placeat stipulãti. Quæ[c] autem diuersitas vitiet stipulationẽ, vtrũ ea quæ est in qualitate, vel in quantitate vel in specie: habes in glo. ordinaria, non tamen sufficienter. h. d. Fran.

f ¶ *Inutilis est.* interdum in totum, interdum in parte.

g ¶ *Non respondeat.* s. congruè. diligenter tamen attẽde quòd vbicumque est diuersitas: si incontinẽti placet diuersitas stipulatori, valet stipulatio: *vt ff. de verb. oblig. l. j. §. cum adijcitur.* Si autem non placeat[d]: aut est in qualitate aut in quãtitate aut in specie diuersitas. In primo casu nullo modo valet, vt hic ibi, aut si ille &c. & *ff. eod. l. j. §. cum adijcitur. & §. si quis simpliciter.* Si verò in quantitate: in eo quod consonat, valet: siue detrahas, siue adijciat[a]. *vt ff. de verbor. oblig. l. j. §. si stipulanti.* quæ est contra. in alio non, vt hic ibi, veluti &c. Si autem in specie: aut promittitur vna species pro altera: & tunc non valet: *vt* ĩ. *eod. §. si de alia aut alia adiecta*, & ita copulatiuè: & tunc valet in alia, non in adiecta: *vt ff. de verb. oblig. l. j. §. sed si.* Si autem plures res stipuletur: tunc aut copulatiuè fuit facta interrogatio, & valet in eo quod responsum est aut disiunctiuè: vt, Illam aut illam rem promittis? quo casu valet siue ad vtrunque siue simpliciter respondeat, & in vtraque. Si verò in vna, non valet etiam in ea: licèt in summis non videtur alternatiua, si respondeatur ad vnam tãtùm: *vt ff. de verbor. obligat. l. j. §. si quis. & l. inter stipulantem §. si stipulãtem.* Accursius. ADDITIO. Et est ratio diuersitatis secundùm Ioan. Fabrum: quia in speciebus talis respõsio facit diuersitatem in qualitate: quia in qualibet sub conditione interrogasse videtur. ¶ Sed in alternatiua summaris minor est in obligatione. l. si ita stipulatus fuero decem aut quinque. *ff. eod. ideo de eo interrogatum.* & responsum esse videtur.

h ¶ *Expresserit.* Quæ[b] enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita creduntur: *vt ff. de verbo. oblig. l. Titia. § idem respondit.*

[*Item inutilis*] CASVS. Non solùm in casibus qui præcesserunt, est inutilis stipulatio, sed etiam in alijs, quia si fueris stipulatus aliquid ab eo qui iuri tuo subiectus est, vel si is à te fuerit aliquid stipulatus inutilis est stipulatio. Sed differentia est inter seruũ qui est in potestate, & filiumfamiliãs qui similiter est in potestate: quia seruus neque domino, neque extraneo promittendo obligatur. Filius autem familias patri suo non obligatur, præterquam in voto & in mutuo. Sed videtur quòd filiusfam. promittendo in voto obligatur, *per l. in authen. de sanct. episcop. § interdicimus.* Sed potest responderi distinguendo inter votum personæ, & votum rerum. In voto rerum non obligatur, in voto autem personæ obligatur. & sic loquitur in authent. Franc.

i ¶ *Item inutilis.* quantum ad ciuile vinculum, sed[e] naturale contrahitur: *vt ff. de cond. ind. l. si id quod & l. frater à fratre.* §. j. vnde fideiussor accedit: *vt* ĩ. *de fideiuss. in princ.* Et hæc vera sunt nisi in castrẽ. si pec. vel quasi, nam tunc est loco patrisfam. *vt ff. ad Maced. l. ij. & ff. de coll. bo. l. j. §. nec castrense.* tunc enim & cum patre obligatur, & agitur cum effectu: *vt ff. de iud. l. lis nulla.*

k ¶ *Stipuletur.* contra. *C. de pact. con. l. pactum dotale.* Solut. maximè[d] ibi positum, abundat. *sic C. de test. ma. l. fi. §. j.*

l ¶ *Obligari non potest.* scilicet ciuiliter. Accursius.

m ¶ *Obligari possunt.* ex omni causa: *vt ff. de iud. l. tam ex contractibus.* & conuenitri in solidum durãte patria potestate: auctoritate tamen patris interueniente: ad quod pater compellitur officio[r] iudicis: *vt C. de bo. quæ lib. l. cum nõ solum. §. j.* & postea nisi[e] in sex casibus, qui sunt. *ff. quod cum eo. l. ij.* Excipe duos[g] casus, vt in mutuo pecunia, (ex qua non tenetur cum effectu propter exceptionem Macedoniani, neque pater: *vt C. ne filius pro patre. l. j.*) Item in voto vel Deo vel Reip. facto: *vt ff. de polli. l. si quis rem §. voto.* Nam licet alias. f. ex contractu vel quasi conueniatur à prælato maiore loci illius, hic tamen non conuenitur[f]: *vt C. de episc. & cler. l. nulli. & in authent. de eccle. ti. §. si quis. coll. ix.*

[*Mutum.*] CASVS. Quæsiui à Iust. vtrum mutus stipulari posset. Et respondit dicens quòd mutus neque stipulari potest, neque promittere. & ratio huius est: quia stipulatio fit vno interrogante, altero respondente, & sic vtroque loquente. Idem dicit de surdo propter defectum auditus. Qui enim stipulatur, exaudire debet

† Filius est pars viscerum patris. August. in 9. Et hoc. vnde Christus Ioan. 9. Ego, inquit, in patre & pater in me manet.

† Quia pater & filius censentur vna persona & concur. ... super ... & pater & filius extra ... super ver. iure, circa med. extra de decr.

a Vtile per inutile non vitiatur.

b Filius & pater censentur eadem persona.

c Stipulatio non semper vitiatur ex responsionis diuersitate.

d Subaudi nec expresse displiceat: quia tunc non esset locus d. §. cum adijcitur, nec huic magis. Ioan. Fa.

a Nisi ... tum stipulationem ... valere ... solo vel ... validitas ... pulatione ... ceret stipu... & hoc ... quando ... latio & ... si de ... gale ... impropria ... vt per Ioan. Fab. & Ang. his.

b Præfationibus dictæ, in contractibus & sequentibus repetita intelligantur.

e Obligatio naturalis inter patrem & filium, an & quando possit consistere.

d ... particula ... abundat.

e Filiusfamilias sex casibus obligari non potest.

f Scilicet ... pignoribus si nullo modo velit consentire ... filius ... pater ... repellitur à ... seu si pater sit absens longa absentia, vel filius conueniatur.

g Filiusfamilias non obligatur ex ... & votis ... realibus ... licitus ...

debet promittentem: & qui promittit, verba interrogantis similiter exaudire debet. & hoc planum est. Quod tamen de illo surdo intelligitur, qui omnino non exaudit: & non de illo qui tardius exaudit. Qui enim tardè exaudit, promittentem & stipulantem poterit exaudire, quanquam nō illicò: & ita stipulari & promittere potest. Itē quæsiui à Iustin. de furioso, an posset verbalem obligationem contrahere: & dicit quòd non. Nullum enim negotium furiosus rectè gerit, quia non intelligit quod agit. Franc.

a ¶ *Nullum negotium.* scilicet obligatoriū. Idem in prodigo, cui bonis interdictum est. *ff. de verbor. oblig. l. is cui.* quia furioso similis est: *vt ff. de curat. furio. l. j. respon. & ff. de reg. iur. l. furiosi.* Idem in mente capto: *vt s. de curat. §. j.* a OUTTO Idem in fatuo, sic intellige de his qui omnino nihil rationis sapiunt: aliàs secus secundùm Angel.

a Tu tamen intellige gl. hanc de prodigo ac mente capto cui bonis interdictum sit: alioqui obligare cur, quamuis manifestè ac apertè prodigus esset secundum Bald.

b ¶ *Potest.* scilicet ciuiliter. Accursius.

[*Pupillus.*] CASVS. Quæsiui à Iustin. an pupillus posset rectè stipulari? Respond. quòd pupillus omne negotium rectè gerit, dum tamen tutoris auctoritas intercedat. & hoc quando necessaria est, scilicet, cùm se alteri velit obligare: alterum tamen sine tutoris auctoritate bene potest obligare. In versiculo, Sed quod diximus, pone sic casum. Suprà dictum est quòd pupillus rectè gerit omne negotiū: ergo cùm infans sit pupillus, omne negotium rectè gerit, & ita stipulari vel promittere rectè poterit. sed non est ita simpliciter. Et ad hoc respondens legislator dicit, quod dictum est de pupillo, intelligendum esse de eo qui proximus est pubertati: & etiam de illo qui aliquem habet intellectum. Infantes enim, & illi qui proximi sunt infantiæ, non multum distant à furiosis: quia nullum habent intellectum. Sed deinde statim corrigit iam dictum suum quo ad vnum membrum: dicens quòd pupilli proximi infantiæ non per omnia sunt censendi pubertati proximi, scilicet tanquam furiosi, sed habent idem iuris, quòd cum tutoris auctoritate se aliis possint obligare, & sine tutoris auctoritate sibi alios obligare possint. Sed potestne filiusfam. impubes auctoritate patris sui alteri obligari patris auctoritate præcedente: sicut potest pupillus tutoris auctoritate? & respondetur quòd non. & huius ratio potest esse, quia si tutor malè præstiterit auctoritatem pupillo suo, pupillus habebit illum sibi obligatum: non sic autem filius patrem. Franciscus de Aret.

Mutus & surdus omnino non possunt stipulationem contrahere. Aretinus.

7 ¶Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palam est. quod & in surdo receptum est: quia & is qui stipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba stipulantis audire debet. vnde apparet non de eo nos loqui qui tardius exaudit, sed de eo qui omnino non audit.

Furiosus neque stipulari, neque aliter contrahere potest. Aretinus.

8 ¶Furiosus nullum negotium[a] gerere potest[b]: quia non intelligit quod agit.

Qui infantiam excessit, alium sibi obnoxium etiam sine tutoris auctoritate reddere potest: ipse autem alteri obligari non potest.

9 ¶Pupillus[c] omne negotiū rectè gerit: ita tamen, vt vbi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur[d]: nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate[e] potest.

10 ¶Sed quod diximus de pupillis, vtique de his verum est, qui iam habent aliquem intellectum: nam infans[f], & qui infantiæ proximus[g] est, non multum[h] à furioso distāt: quia huiusmodi ætatis pupilli nullū habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum benignior[i] iuris interpretatio facta est: vt idem iuris habeant[k], quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes[l], ne auctore quidem patre[m] obligatur.

Conditio impossibilis vitiat stipulationem: conditio verò necessaria facit eam haberi pro pura. Aretinus.

Annota, Conditionem impossibilem negatiuè conceptam, cum potius necessaria quàm impossibilis dicatur, stipulationem non vitiare nec suspendere, sed puram reddere.

11 ¶Si impossibilis conditio obligationibus[n] adiciatur, nihil valet stipulatio. † Impossibilis autem conditio habetur, cui natura[o] impedimento est quo minus existat: veluti si quis ita dixerit, *Si digito cælum attigero, dare spondes?* At si ita stipuletur, *Si digito cælum non attigero, dare spondes?* purè[p] facta obligatio intelligitur: Ideóque statim[q] peti potest.

c ¶ *Pupillus.* scilicet pubertati proximus, vt sequitur. & est ratio, quia intellectum habet: *vt ff. de reg. iur. l. in negotiis.*

d ¶ *Obligetur.* scilicet alij.

e ¶ *Auctoritate.* sic *s. de aucto. tuto. in princip. sic ff. de pact. l. contra iuris ciuilis.*

f ¶ *Infans.* Id est vsque ad septem annos: *vt C. de iure delibe. l. si infanti, j. respons.*

[*Et qui infantiæ*] Vet. & qui infanti. & paulò post, sed in proximis infantibus. Aliud est non intelligere quid loquamur, longè aliud non intelligere quid agamus. Infans non intelligit quid loquatur. Proximus infanti nō intelligit quid agatur. Proximus pubertati vtrúque intelligit. Proximus infanti[b] est, qui egressus est infantiam, & qui linguæ gnarus, rerum adhuc ignarus est. Proximus pubertati qui nondum ingressus est pubertatem. sed propè eam est tamen, ita vt annale tantummodo, vel semestre tempus reliquum sit. Cuiacius.

a Proximus infanti quis dicatur.

b Proximus pubertati quis dicatur.

g ¶ *Infantiæ proximus.* i.[c] vsque ad decem annos & dimidium: & sic proximus respicit infra. sed cùm dico pubertati proximū, à decē annis & dimidio suprà intellige. nā sic in masculis debet fieri dimidiatio: in fœminis in nouo & dimidio: *vt s. quibus ex caus. ma. non licet. §. fi. & s. quib. mod. tut. fini. j. respon.*

h ¶ *Non multum.* Nam distat[a] aliquātulum, vt in hereditate, quam transmittit infans: *vt C. de iure deliber. l. si infanti. §. j.* secus in furioso: *vt Cod. de cur. fur. l. fin. §. fin. autem. & hoc secundum Azonem.* Sed certè sic posset dixisse: quia vo[e] patrus, alter magnus, alter magnus, alter continuū tempus, alter habet intervalla dilucida. Dic ergo, distat[b] in stipulando in hoc, quia infans sine intellectu, interdum stipulatur, sed furiosus nunquam: *vt ff. rem pu. saluam fore. l. sin autem pupilli.* Item dicit, non multum, propter proximū infantiæ, qui intellectum habet, & ideo corrigitur statim quod hìc dicit ibi, sed in proximis. Accurs.

a Hereditas transmittitur per infantem, sed non per furiosum.

b Stipulatur quandoque infans: nunquam furiosus.

i ¶ *Benignior.* quàm suprà dictum est.

k ¶ *Idem iuris habeant.* vt alios sibi obligent: alius verò non obligentur sine tutore: *vt s. prox. §.*

l ¶ *Impubes.* aliud si pubes. nam[c] obligatur ac si esset sui iuris: *vt ff. eod. de verb. oblig. l. filiusfam. nisi in ijs casibus: vt s. eod. §. item si de ... minor, diximus.*

c Pubes in potestate patris patre auctore obligari potest, nisi duobus casibus.

m ¶ *Patre.* Sed[d] quæritur de hoc ad pupillū cum tutore auctore obligetur? Respondēt quidā, quòd ob hoc ipsum datur tutor, sed patria potestas est ad corrigendum. & est pro eis. *C. de bo. quæ libe. l. final. §. sin autem.* Vel dic quòd tutorem habet obligatū, si malè auctoratur: patrem non: *C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. sub hac tamen. ver. non autem hypothecam.* Accursius. ADDITIO. Hoc verum quando de pupillo merè obligādo tractatur: secus si de mera vtilitate: quia potest etiā sine patre. Si verò potest esse vtilitas & damnum, putà quando vsusfructus vel aliquid patri quæri potest: (quo casu de iure nouo pater legitimā administrationem habet) sufficit ipsius auctoritas, non in aliis: *vt l. infanti. C. de iure delibe.* Angel.

d Pupillus tutore auctorē obligari potest: filius impubes patrē auctore non obligatur, & quæ sit diuersitatis ratio.

† Quia impossibilium nulla est obligatio ...

[*Si impossibilis.*] CASVS. Supra habuistis multa exempla inutilium stipulationum. adhuc ponitur hic vnum, scilicet cùm impossibilis conditio stipulationi adiicitur: & appello impossibilē conditionē illam scilicet. cui natura impedimento est: vtputà hominem in statu isto existentē coelū digito tangere. vnde ista stipulatio, Promittis mihi decē, si coelum digito tetigeris? inutilis est. sed si negando cōditionem impossibilē promittas aliquid alicui stipulāti, vtputà, Promitto tibi decē, si coelū digito nō tetigeris, purà est stipulatio. & quod stipulatur, incōtinēti peti potest: hoc dicit. Nota quod impossibilis conditio vitiat stipulationē. Franc.

n ¶ *Obligationibus.* quibuscunque: *vt hic, & ff. de act. & oblig. l. non solum.* Secus est in vltimis voluntatibus, quæ tunc pro non apposita habetur: *vt s. de hered. instit. §. impossibilis.*

o ¶ *Cui natura.* non ita si verborum perplexio sit: *vt ff. de cond. inst. l. si Titius.* Ioan. cōtra: tunc enim quandoq; non diceretur impossibilis, licèt nō posset existere. *vt ff. de ver. oblig. l. si Titius. secundū Azonē.* Et facit ad hunc. *§. ff. de reg. iur. l. impossibilium. & ff. e. l. impossibilis. §. j.*

p ¶ *Purè.* id[e] est sine conditione, etiam si dicta esset apposita: *vt ff. eod. l. in illa stipulatione. §. fin.*

e Et dum gl. hæc ... contrarium ...

q ¶ *Statim.* cum spatio tamen quo solui possit: *vt j. e. §. si. & ff. eod. l. cum qui kalendis.* Et de hoc d. xi. *s. de verb. oblig. §. omnis stipulatio.* Accu.

[*Item verborum.*] CASVS. Supra dixistis domine multa exēpla de inutilibus stipulationibus: sed pro Deo quid si inter absentes fiat stipulatio, valétne stipulatio? Respon. quòd nō, sed est inutilis: & hoc scilicet quòd stipulatio inter absentes concepta, inutilis sit, hoc ideo est, quia viam siue materiam altercandi cōtentiosis hominibus præstabat. Cùm enim aliquis ab aliquo sibi promissum ac-

per stipulationem peteret: & instrumentum in quo fuit promissum pro se produceret in medium: in huiusmodi casibus solebãt promissores sæpissimè contra stipulatores talibus vti allegationibus Frates, quanquam in instrumento cõtineatur, me tibi hoc vel illud promisisse: ista tamen stipulatio nullius est momenti, cũ ego non essem præsens tali die in loco in quo conficiebatur instrumẽtum: vel etiam cum tu non esses præsens, & stipulatio inter absentes cõcepta sit inutilis. ¶Et ideo propter celeritatẽ dirimendarũ litium, introducta fuit à domino Iustiniano quædam cõstitutio, quam habes C. de contrah. & commit. stipu. l. optimam. quam scripsit ad Cæsarienses aduocatos: in qua cautum est quòd huiusmodi scripturis quæ partes præstò fuisse indicãt, omnimodo fides adhibeatur: nisi ille qui talibus vtitur allegationibus, scilicet dicenda aliquam partium absentem fuisse, manifestissimis probationibus, veluti per scripturam aliam, vel per testes idoneos, quibus nulla possit opponi exceptio, probauerit se vel aduersarium suum in alio loco fuisse, quàm vbi instrumentum confectum erat. hoc dicit Franciscus.

Stipulationis contractus partium præsentiam expostulat: publicæ tamẽ scripturæ partes præsentes fuisse narranti, vsque adeo fides adhibetur, ut nisi absentiam allegans eam legitimè probarit, perpetuo illi stetur.

12 ¶Item verborum [a] obligatio inter absentes [b] concepta, inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat [c] fortè post tempus [d] tales [e] allegationes opponentibus, & nõ [f] præsentes fuisse vel se vel aduersarios suos contendentibus: ideo nostra constitutio [g] propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses aduocatos scripsimus [h]: per quam disposuimus tales scripturas [i] quę præsto [k] esse partes indicant, omnino [l] esse credendas: nisi is qui talibus vtitur improbis [m] allegationibus, manifestissimis [n] probationibus, vel per scripturam [o], vel per testes idoneos [p] approbauerit, toto eo die [q] quo [r] conficiebatur instrumentum, sese vel aduersarium suum in aliis locis esse [s].

Actiones hodie ab heredibus & contra heredes initium capere possunt.

13 ¶Post mortem suam dati sibi nemo stipulari pote-

a ¶*Item verborum.* sicut per conditionem impossibilem, ita per absentiam fit inutilis stipulatio.

Item verborum.] Certè omnes contractus, item pacta rectè fiunt inter absentes & fieri possunt à mutis & surdis, neq; in eis exigitur adeò cõgrua responsio. *l. si stipuler. § vlt. D. de verb. oblig.* Sola stipulatio fit inter præsentes, & inde nomen verborũ obligationũ. nam verba sunt præsentium, nõ absentium. Non fit à muto & surdo. denique congruam responsionem exigit. Cuiacius.

b ¶*Absentes.* ita intellige absentem [a], vt audire non possit. vnde si est vicinus, vel à remotis, & clamet, valet stipulatio si se audiat [b]. *arg. ff. ad Sil. l. j. § ex.* [c] aliàs accipitur multis modis: *vt ff. de verb. sig. l. absentem. & notatur in authen. de fide ins. § j.* ¶Sed contra est. *ff. de donat. inter virum & vxo. l. ea qua.* Sed ibi intercesserat stipulatio ante absentiam, cuius verba etiam inter absentes nunc repetuntur. ¶Item contra, *ff. de pact. leg. Labeo in princ.* Sed aliud in pacto quolibet alio quod sine huiusmodi solẽnitate fieri potest: sed stipulatio non: *vt ff. de pact. leg. j. in fine. & j. de actio. § de constituta.* ¶Item contra *ff. de sponsalibus l. iiij. & l. v.* Sed [d] potest dici ibi speciale, vt valeãt inter absentes. a Vel dic quòd & per stipulationem fieri possunt sponsalia: & tunc inter præsentes, *vt hic.* Item consensu scilicet solo possunt fieri sponsalia: & tunc etiam inter absentes *vt dicta l. iiij.* Accursius. ADDITIO. Et hæc vltima communiter tenetur. *in l. j. in prin. ff. eodem.*

c ¶*Præstabat.* antiquitus.

d ¶*Post tempus.* post ideo dicit, quia quando conueniuntur post tempus contractus, talia opponuntur. Accur.

e ¶*Tales.* quales subicit statim, & non &c. Accur.

f ¶*Et non.* ecce allegationes.

g ¶*Constitutio.* vt *C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam.*

h ¶*Scripsimus.* Loquitur Iustinianus auctor illius constitutionis.

i ¶*Scripturas.* Sed quid si [e] vnus profertat instrumentum, in quo contineatur contrahentes fuisse præsentes Romæ tali die, alter quòd Bon. Dicũt quidam quòd neutri creditur. Alij, quòd bonus iudex debet animaduertere cui potius credendum sit: vt si stipulator ipso tempore tenebat scholas Bon. stabitur illi instrumento quo continetur ipsum fuisse Bononiæ.

k ¶*Præsto.* id est præsentes.

l ¶*Omnino.* Nota standum [f] scripturæ, nisi cõtra probetur. sic *C. de probat. cum precibus. & j. eo. § si scriptum. & j. tit. j. § si.* & hoc quando formam habet publicam. aliàs si priuatam, sit pro scribẽte, nõ valet: si contra scribentem, valet si est cum causa: vt *in auth. de iurciu. à mo. § i & C. de non num. pec. l. generaliter.* Accur. ADDITIO. Scilicet sol... sed cum adminiculis sit; putà si à tribus testib. sit annotata: pro tertio tamen, si persona scribens sit legalis, scriptura priuata facit semiplenam probationem: vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

m ¶*Improbis.* s. prima facie: quæ fortè probæ apparebunt tandem. sic *C. de episc. & cleri. l. omnes qui circa prin.* secundùm Ioan.

n ¶*Manifestissimis.* quia contra scripturam.

o ¶*Scripturam.* s. aliam, quod est melius.

p ¶*Idoneos.* omni exceptione maiores: id est quòd nulla exceptio poterit eis opponi: vt *Cod. de contrahen. & commit. stipul. leg. optimam.* Accursius.

q ¶*Eo die.* ¶No. quòd dies debet inseri in instrumento. & alia sunt necessaria, vt *dixi in auth. vt proponatur nomen Imperatoris & facit. Cod. de diuer. re. leg. si quis.* Sed quomodo hoc probabitur, cum dies instrumenti non debeat exhiberi: *vt ff. de eden. l. j. § editiones?* Respon. tribus [a] modis petitur instrumenti edi. 1 Primò, vt fundet intentionem ex instrumento reus actor vel reus ex instrumento actoris fundet exceptionem, cum neutro casu aduersarius vtetetur, quòd non debet esse: & tunc nulla pars instrumenti debet exhiberi: *vt C. de eden. l. si in fine. & C. de test. l. ...* 2 Secundò, scilicet quando aduersarius vtitur & tunc editur, vt videatur an aliquid possit ei opponi & tunc exhibetur, sed sine die & consule: ne materia detur falsum fabricãdi. *vt d. l. ff. de eden. l. j. §. editiones & ff. quemadmodum testa. ape. l. j. § j.* 3 Tertiò, vt de falso accusetur [b]: & tunc etiam cum die & consule est exhibendũ: *vt hic, & C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam & C. de fide instrumen. l. fina.* 4 Alijs autem modis petuntur instrumenta edi vel tradi per varia genera actionum: *vt ff. de eden. leg. quædam personæ sunt.* sed dictis tribus modis petuntur edi, id est, demõstrari. ¶Item quomodo hoc est, quòd hic probat reus, contra iuris ordinem: *vt C. de eden. l. qui accusare?* Respon. hic propter præsumptionem, quæ est contra eum propter scripturã: *vt ff. de pac. l. iuris gentium. § quod fere.* ¶Item nunquid duo testes hoc probantes, scilicet alterum contrahentium abfuisse, sufficiunt? Respon. sic *vt ff. de testib. l. vbi.* ¶Sed nõnne instrumentum vicẽ duorum tenet: *vt C. de fid. instr. l. in exercendis.* quare videtur quòd in dubio pro instrumento stetur. Sed certè non directè contra dicitur instrumento, sed per obliquum, scilicet se fuisse in scriptura quadam facta Romæ vel vt testis, vel vt contrahens. Si verò contra eam directè dicitur, plures quàm duo exiguntur, vt vincant scripturam: *vt ff. de test. l. iij. ibi,* aliàs numerus &c. a Vel dicas etiã hic exigi tres. ¶Sed nunquid si aliquot testes dicant pro instrumento, vel in eo scripti vel nõ tot, vel plures erunt necessarij contra instrumentum? Respõdet, sic: quia instrumentũ per se vicẽ duorũ tenet: vt dictũ est. Itẽ & præter ipsum suos probationes, vt ponit: *vt ff. de pig. l. contrahitur.* ¶Itẽ quod dicit, eo die, idem dicas si alio tali, quod hic esse non potuit: *vt arg. j. de verb. oblig. § loca.* Accur. ADDITIO. Ex hac glossa nota quòd duo testes probantes per indirectũ contra instrumentum, faciunt vacillare instrumentum, quia probãt affirmatiuam: & etiam voci viuæ magis creditur, quàm mortuæ. *authen. si quis aliquid. C. de testi.* Christoph.

r ¶*Quo.* vel etiam alio, dummodò si tãtum remotus locus in quo dicitur fuisse tempore quo dicitur instrumentum fuisse factum, quòd hic non potuit esse: *vt ff. de verb. oblig. l. vlti. § fin. & j. de verb. oblig. § loca.* Accursius.

s ¶*Esse* id est fuisse. *sic j. de his qui sunt sui vel alieni iuris. § in potest.*

[*Post mortem.*] CASVS. In §. isto recitat nobis Iustinianus antiquam formam stipulationũ, & eam corrigit. Olim enim ita fuerat, quòd si aliquis stipularetur ita, Promittis mihi decem post mortẽ tuam? nõ valebat stipulatio: eo quòd post mortem stipulatoris vel promissoris, qui quod in stipulationem deductum est, solueret vel reciperet ex iure vetustissimo, quod in fine huius §. corrigitur: neque ab heredibus, neque contra heredes incipere posset obligatio. Similiter si is qui in potestate alicuius esset, vt patris vel domini, stipularetur sibi aliquid dari post mortem patris vel domini, non valebat stipulatio olim: sicut si ipse pater vel dominus stipularetur aliquid post mortem suam sibi dari: quia filius vel seruus voce patris vel domini loqui videtur. Similiter si quis olim ita stipularetur, Pridie quàm moriar, vel, Pridie quàm morieris, promittis mihi decem? non valebat stipulatio. Sed demum iam dicta corrigit Iustinianus, dicens quòd cùm stipulationes valeant, quę consensu contrahentium sunt conceptæ: sibi placuit hunc iuris articulum emendare: statuens vt siue post mortem, seu pridie quàm moriatur, fuerit quis stipulatus aliquid sibi dari, vel promisit aliquid se daturum, valeat stipulatio. Et hoc dicit Franciscus.

a Absens in stipulatione dicitur, qui vicinum audire non possit.
b Sat. & intelligam.
a Vicinus est cuius vox audiri potest, si ex astin clamauerit. Æg. Per.
d Sponsalia inter absentes possunt contrahi: licèt sponsiones nõ fiant nisi inter præsentes.

e Instrumenta dũo si sunt eiusdem diei, sed diuersi loci, cui stare oporteat.

f Scripturæ publicæ standum est, nisi contrarium probetur.
g Scriptura priuata statur contra scribentem, non pro scribente.

h Instrumenti editio triplex potest fieri.

b Sine criminaliter fieri ... ra quicquid ... ment ... opponens ... Debet ... per Iod. Fab. & Ange. hic.

a ¶*Nemo stipulari poterat*. i. iure vetustissimo[a]: quod hodie corrigitur, vt in fin. huius §.
b ¶*Non magis*. quia nec hæc valebat. Accursius.
c ¶*Eius*. s. patris vel domini.
d ¶*Videtur*. vnde sicut patre vel domino sic stipulante erat stipulatio inutilis: ita & seruo talia verba dicente vel filio: *vt hic, & ī. eo. §. ei qui. & facit C. de inpub. & aliis substitu. l. finali.*
e ¶*Pridie*. i. die præcedente mortem: *vt ff. de fun. l. pridie.*
f ¶*Erat*. s. olim.
g ¶*Sed cum iam*. nūc corrigitur.
h ¶*Dictum est*. sic ī. *de verborum obligationibus §. sed hæc.*
i ¶*Placuit*. vt C. *de contrahend. & commit. stipulatio. l. scrupulosam* [b]. ADDITIO. Et sic quando constat de mente contrahentium, secūdùm eam fit interpretatio etiā in his quæ stricti iuris sunt. quod facit vt statutum recipiat interpretationem extensiuam etiam actiuam, si sic cōstet de mēte statuentium: aliàs secus: vt per Angelum hic.

erat[a]: non magis[b] quàm post eius mortem à quo stipulabatur. Ac nec is qui in alicuius potestate est, post mortem eius[c] stipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videtur[d]. Sed & si quis ita stipularetur, *Pridie[e] quàm moriar, vel pridie quàm morieris, dare spondes?* inutilis erat[f] stipulatio. Sed cum[g] vt iam dictū[h] est, ex consensu contrahentium stipulationes valeant: placuit[i] nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, vt siue post mortem, siue pridie quàm moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit: stipulatio valeat[k].

Præpostera stipulationis conceptio, inutilem minime reddit stipulationem.

14 ¶Item si quis ita stipulatus erat, *Si nauis cras ex Asia venerit[l], hodie dare spondes?* inutilis erat stipulatio: quia præposterè[m] concepta est. Sed cum Leo inclytæ recordationis in dotibus eandem stipulationē, quæ præpostera nuncupatur, non esse reiiciendam existimauerit[n], nobis placuit[o] & huic perfectum robur accommodare, vt non solùm in dotibus, sed etiam in omnibus[p] valeat huiusmodi conceptio[q] stipulationis.

Stipulatio, cum morietur promissor vel stipulator, vel post mortem tertij, valet etiam de iure veteri. Aretinus.

k ¶*Valeat*. scilicet statim: efficax autem erit post mortem. vnde ab herede & contra heredem incipient actiones hodie, quod olim non erat: *vt C. vt act. ab herede & contra heredem incip. l. j.*

[*Item si quis.*] CASVS. Suprà vidimus stipulationem vnam, quæ olim erat inutilis. & adhuc recitat vnum casum in quo olim erat stipulatio inutilis hodie tamen vtilis est. Olim enim si aliquis stipulabatur ita, Si nauis venerit ex Asia, hodie dare spōdes? inutilis erat talis stipulatio propter præposterationém. innuitur enim in ista stipulatione, quòd datio euentum conditionis debeat præcedere. Sed cum Leo præposteram stipulationem in dotibus non existimauerit reiiciendam, placuit Iustiniano & huic stipulationi non obstante præposteratione perfectum robur accommodare: vt non solùm in dotibus, sed & in aliis valeat stipulatio præpostera, & præpostere concepta. hoc dicit Francisc. de Aret.

l ¶*Venerit*. Post[c] hoc verbum venerit, est punctū: & subaudi quandoque, vel vsq; ad annum. a Si autem esset post illam dictionem hodie, non esset stipulatio inutilis etiam iure veteri: sed vtilis & conditionalis: *vt ī. de verb. oblig. §. sub conditione.*
m ¶*Præpostere*. Primò[d] enim debet venire nauis secundùm naturā conditionalis stipulationis, vel conditionis, quàm dari hodie.
n ¶*Existimauerit*. scilicet cum ita stipulabatur mulier, Si sine liberis decesseris, promittis mihi dotem reddere, vt de eā possim testari: cum prius testari proponebat, & ea mortua dotē reddi: *vt C. de iur. dot. l. si mulier.* a Vel dic secundùm Ioannem. cum stipulatur maritus sic, Si dabis mihi decem, promittis te mihi nupturam? primò enim nubere, & postea dare debebat.
o ¶*Placuit*. vt *C. de testa. l. præposteri.*
p ¶*In omnibus*. scilicet obligationibus.
q ¶*Conceptio*. exactio tamen fit post conditionem existentem: *vt C. de testa. l. præposteri. in fin.* ¶Et facit[e] ad hunc §. scilicet quòd non sit curandus ordo scripturæ. *ff. de pecu. leg. l. quidam. in fi. & glo. fin. & sub de lega. §. ante. & ff. de solut. l. nec enim.*

Institut.

c Duplici... literam expo... n...

d Ordo scripturæ an semper seruandus sit; vide hic apud Angel.

e Ordo scripturæ semper attendendus non est.

[*Ita autem concepta.*] CASVS. Suprà dictum est quod huiusmodi stipulatio: Promittis mihi decē post mortem[?] inutilis erat olim: hodie tamen vtilis est. Sed quid dices de ista stipulatione, Cum moriar, dare spondes? Et respondet Iustinian. dicens quòd olim huiusmodi stipulatio vtilis erat, & hodie etiam vtilis est. Item si quis ita stipuletur, Promittis mihi x. post mortem Titij: bene valet stipulatio huiusmodi. & h. d. Franc.

15 ¶Ita autem concepta stipulatio veluti, si Titius dicat, *Cum moriar dare spōdes?* vel *Cum morieris?* & apud veteres vtilis erat[r], & nunc valet.

16 ¶Item post mortem alterius[s] rectè stipulamur.

Verbum promisisse, in scriptis repertum, importat stipulationem.

Annota. Ea est ratio: nam omnia solenniter acta præsumuntur.

17 ¶Si scriptum[t] in instrumēto fuerit promisisse aliquē: perinde[u] habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit.

Si plures res deducantur in stipulationem, & simpliciter respondet promissor, ad omnes tenetur: aliàs ad eas tantùm, in quibus respondet. Aret.

Annota, tot inesse stipulationes, quot sūt res ī stipulationē deductæ.

18 ¶Quotiens †plures res vna stipulatione comprehenduntur: si quidem promissor simpliciter respondeat, *Dare spondeo*: propter omnes tenetur. Si verò vnam ex his, vel quasdam daturum se spoponderit[x]: obligatio in his pro quibus spoponderit, cōtrahitur[y]. Ex pluribus enim stipulationibus vna vel quædam videntur esse perfectæ. Singulas enī res stipulari, & ad singulas respondere debemus[z].

Vt alteri detur vel fiat, stipulari nō possumus, quādoquidē alteri acquiri nostra minimè interest: pœnā tamē, si promissa nō præstantur, stipulari nobis non prohibemur.

r ¶*Vtilis erat*. vt *ff. de bo. auct. iudi. possid. l. hereditarium.* Accursius.
s ¶*Alterius*. s. tertij.

[*Si scriptum fuerit.*] CASVS. Scriptum fuerat in quodam instrumento Petrū promisisse Titio e. postmodum Titius e. illa petentis prætextu illius instrumenti, Petrus opponit in hūc modū, Frater quanquam contineatur in instrumento me tibi promisisse. e tamē continetur ibi quòd interrogatio promissionē nō præcesserit: vnde cū nō valeat promissio in stipulatione nisi interrogatio præcedat: non poteris per illud instrumētū ad illa e. agere. Quæsitum ergo à Iustiniano in isto casu quid iuris? & respondet dominus Iustinia. quòd si scriptum fuerit in instrumento quempiam aliquid promisisse: perinde habetur ac si interrogatione præcedente promissio facta esset. Cùm enim in instrumento contineatur ipsum promisisse, videntur omnia solenniter acta. & hoc dicit Franciscus.

t ¶*Si scriptum*. Nunquid idem[a] sit, si testes dicant aliquē promisisse: vt etiā tūc intelligatur præcessisse interrogatio? Videtur quòd sic: *vt Co. de fide instrument. l. in exercendis.* Sed tamen contradico: *vt C. de vsuris. l. j. in glo. penul.* Et est ratio secūdùm Ioan. quia testes non sic in iure instructi sunt, vt instrumenta quę à iurisperitis fiunt[b]. Accursius.

u ¶*Perinde*. nisi contrà probetur. *vt ff. de pact. leg. iuris gentium. §. quod ferè.*

[*Quotiens plures res.*] CASVS. Quidam stipulatus est sibi dari plures res, vt putà Codicem, Digestum, & Instit. quæritur vtrum valet talis stipulatio? Et respondet, quòd si respōdeat promissor, Promitto omnia videtur promisisse. Si autem respondeat, Instituta promitto, pro solis institutis contrahitur obligatio. Singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus h. d. Franc. de Aret.

x ¶*Spoponderit* aliàs respondeat.
y ¶*Contrahitur*. Imò videtur non valere, cùm sit diuersitas in respondendo: *vt supra eodem §. præterea.* Sed distingue vt ibi diximus.
z ¶*Respondere debemus*. si volumus in omnibus teneri, aliàs tenemur tantùm in his in quibus respondemus *vt hic.* Item & sufficit simplex responsio, vt diximus, cùm æquiparetur ei quando ad omnes respondet. sic *ff. de verb. oblig. l. Titia. § idem respondit. & ī. eod. § præterea.*

[*Alteri stipulari.*] CASVS. Suprà dictum est quòd nemo potest alteri stipulari, eo quòd inuentæ sunt huiusmodi obligationes ad hoc, vt vnusquisque sibi acquirat quod sua interest: sed non interest stipulatoris quòd aliquid alteri detur. Sed ponamus quòd

† Facit ad hūc. §. i. præterea eo. §. eo. l. ab. item ... extra de verb. signif.

a Promittendi verbū, in instrumento adiectum intelligitur per stipulationē: secus si à testibus præferatur, & cæt.

b Nam sæpe testes sunt iuris periti, tabelliones nō. Dic ergo quid id proueniat ex ratione intellectus: quia hic conceptio intellectus indicat in instrumēto, sed testes non audiuntur super eo quod percipiunt ratione intellectus, sed super eo quod percipiūt sensu corporeo ad extra delatæ.

aliquis velit alteri aliquid stipulari, qualiter poterit hoc facere? Et resp. quòd pœnam debet stipulari, videlicet sic: nisi ita factum sit vt comprehensum est in stipulatione, verbi gratia: Promittis Titio decem? Promitto. & nisi illa decem dederis, promittis mihi viginti? Pœna autem adiecta in secunda stipulatione, non facit primam stipulationem, quæ primo erat inualida, valere: sed metu pœnæ, quod in prima stipulatione contentum est, soluit. Nisi enim dederit decem in prima stipulatione contenta, cõmittitur illa stipulatio, scilicet in viginti. Cùm autem quis stipulatur pœnam, non inspicitur quod intersit stipulatoris, sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis. quod sic intelligunt quidam, quòd pœna non excedat duplum. Alij autem dicunt quòd nõ debet excedere quadruplũ. Dominus autem Guido sic distinguit: Cùm autem pœna interponitur aut interponitur per verba quãtitatem designantia, cuiusmodi sunt, duplum, triplum, quadruplum: & talis pœna nõ debet excedere quadruplum. aut per verba designantia qualitatẽ: & tunc quãtacunque fuerit quantitas, etiam in centuplum bene valet stipulatio. hoc dicit Franciscus.

† Hoc Ioannes intelligit ac Iuris [illegible] per Bar. ac Gl. aut stipulatio [illegible] [illegible] ff. de verb. ob. Ang [illegible]

† Cum nõ potest adiici [illegible] [illegible] Bar. [illegible] [illegible]

19 Alteri[a] stipulari, vt supra dictum est[b], nemo † potest. Inuẽtę enim sunt huiusmodi obligationes ad hoc vt vnusquisque acquirat sibi quod sua interest. Cæterũ si alij detur, nihil interest stipulatoris. Planè si quis velit hoc facere, pœnã stipulari conueniet: vt nisi ita factũ sit vt est comprehẽsum, cõmittatur pœnę stipulatio etiã ei[c] cuius nihil interest. Pœnã enim cum stipulatur[d] quis, nõ illud inspicitur quod intersit eius, sed quæ sit quãtitas[e] in conditione stipulationis[f]. † Ergo si quis ita stipuletur, *Titio dari*[g]: nihil agit. Sed si adiecerit pœnam, *Nisi dederis, tot aureos dare spondes*[h]? nunc committitur stipulatio[i].

Quotiens nostra interest extraneo dari, toties ei stipulari possum[*].

20 ¶ Sed & si quis stipuletur alij, cum eius[k] interesset, † placuit stipulationem valere. Nam si is qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit[l] administrationem contutori suo, & stipuletur rem pupilli saluam fore: quoniam interest stipulatoris fieri quod stipulatus est (cum obligatus futurus sit pupillo si malè res gesserit) tenet obligatio[m]. Ergo & si quis procuratori suo dari stipulatus sit, stipulatio vires habebit[n]. Et si creditori suo quis stipulatus sit quòd[o] sua interest, ne fortè vel pœna committatur, vel prædia distrahantur quæ pignori data[p] erant, valet stipulatio[q].

Promissio facti alieni non valet, nisi apposita sit pœna. Aretinus.

a ¶ *Alteri.* sic *ff. de verb. obligat. l. stipulatio ista. §. alteri.* Accur.

b ¶ *Vt s. dictum est s. eo. § si quis alij.* hoc tamen fallit[a] in multis casibus, vt ibi diximus. ¶ Et not. hic quòd tribus[b] modis alteri stipulamur. Nam interdum directã acquirimus actionem, subaudi alteri stipulando, vt filius patri, seruus domino, & econtra: *vt s. eod. § si quis alij. & §. et verò qui.* Quandoq; vtilẽ: vt tutor pupillo, & in similibus ratione officij, vt seruus publicus: *vt ff. de consti. pecu. l. cum qui. § pen. ff rem pup. sal. fo. l. iiij.* Interdum nullam, & tunc necessaria est pœna, vt hic dicitur. ¶ Item no. quòd hoc[c] vltimo casu verba stipulationis, & sortis, & pœnæ, possunt formari tribus modis. Aut enim sic dico, Promittis mihi quòd dabis illi, & eodem modo pœnam? Aut sic, Promittis illi quòd dabis ei, & eodem modo pœnam? Et in his duobus casibus non valet neque sortis neque pœnæ promissio. Sed aliud quãdo deberet vtilis vel directa acquiri, vt in primis duobus casibus: *vt ff. de consti. pecu. l. cum qui. §. si alteri. & §. Iulianus: & hic.* Aut sic, Promittis mihi quòd dabis illi? aut pœnam mihi tantùm stipulor: quia & tunc habet locum quod hic dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis quòd dabis mihi recipienti nomine eius? quo casu valet vtrunque: & ego illi cedam, cuius nomine stipulatus sum: *vt ff. mandati. l. si procuratorem § fin.* ADDITIO. Et hoc verum, siue sim procurator habens mandatum, siue negotiorum gestor, siue saltem generalis, vt mihi acquiram, & postea cedam, sicut procurator cum ratihabitione &c. *vt l. fi. C. ad Macedonia. & l. si ego ff. de nego. gest.* vt per Io. Fab. & Angel. hic.

Iuuenta. Illud notãdum est hac in re promissoris & stipulatoris diuersam esse causam. Reus namque promittẽdi est is qui pro altero quid promittit. *J. de fideiuss. in princ.* Reus stipulandi non est is qui alteri adstipulatus est, quod ex Ælio Gallo Verius Flaccus aut Sex. Pompeius Festus refert lib. xvij. Cuiac.

c ¶ *Etiam ei.* scilicet stipulanti: cuius tamẽ non interest dari ei cui fuit stipulatus nec mirum, quia sibi fuit stipulatus pœnã, vt modò diximus. & facit *ff de recept. arbitr. l. cum pœna.* Sed contra *ff. de recept. arbit. l. aduersus. §. sed si cum.* Sed ibi non directò contra arbitriũ itur: & ideo inspicitur an intersit etiam in pœna: cùm ad ea quæ frequenter accidunt, iura se referant: *vt ff de legib. l. nam ad ea.* Item contra *ff. si quis in ius voc. l. v. §. fi. in glo. intersit.* Sed ibi in pœna prætoria, hic autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo nõ committitur, quia non debuit venire: quia aduersarij non intererat. & ita per obliquum illa ratio redditur.

d ¶ *Pœnam enim cum stipulatur.* Not. quòd cautè[d] ponit stipulatur: nam secus[e] est cùm paciscitur tantùm: cum pœna ex nudo pacto etiam incontinenti apposito, sicut vsura[f], non possit peti: *vt ff. de ser. exportan. l. seruus. in glo. j. & C. de vsuris. l. iij.*

e ¶ *Quæ sit quantitas.* i. quæ sit quantitas, & quæ sit conditio. Inspicitur conditio, vtrum sit possibilis vel probabilis, vel non: *vt supra eod. §. si impossibilis. & infra eod §. quod turpi.* Quantitas verò quæ sit inspicitur, vt quantacunque sit, petatur certi condictione, si est certa alias si stipulatio est incerta, actione ex stipulatu: *vt hic, & supra de verbor. obligat. in princip.* Ista enim nomina quis[a], & quæ, substantiæ sunt significatiua, non quantitatis scilicet certæ, vel taxatæ, vel taxandæ: & hoc secundùm Azonem. Sed contra est, *vt infra de actionibus. §. omnes.* Solue vt ibi[b]. Item contra *ff. de euict. l. si dictum. in principio.* Sed ibi sic agebatur. Itẽ contra. *C. de sponsa. l. mulier. §. quæ omnia.* Sed illud fauore matrimonij, ne in infinitum pœna excedat: *vt Cod. de inutil. stipulationibus. l. y.* Alij, vt M. dicunt vsque ad duplum. & in hoc considerãtur hic quantitas, vt duplum non excedat secundùm eum: *vt C. de senten. quæ pro eo quod interest. l. j.* Alij, vt Ioannes, distinguunt inter eum qui scienter promittit vltra duplum, cùm sciat se non teneri, vt ille teneatur. aliàs non: *vt ff. si quis cau. l. sed si quis. §. fina.* Alij dicunt vsq; ad quadruplum semper extendi, & non plus: *vt infra de actio. §. omnes.* prima verior est. Accur. ADDITIO. Quæ procedit vbi datio quantitatis non est in obligatione: vt quia promittis daturum te centum Titio. ad ea enim agere non possum: & sic facti obligationi pœna censetur apposita, secundùm Ioa. Fab. & Ang. hic.

f ¶ *In conditione stipulationis.* id est in pœnali stipulatione, quæ est conditionalis, scilicet si non pareat promissor principali promissioni. Accursius.

g ¶ *Titio dari.* Vt promittis Titio, vel mihi quòd dabis Titio. Accursius.

h ¶ *Spondes.* scilicet mihi: aliàs non valet hoc, vt modò diximus. Accursius.

i ¶ *Committitur stipulatio.* scilicet pœnæ eo non dante, non autem illa inutilis efficitur vtilis, sed pœnæ metu & illi statur: *vt & aliàs C. de arbitr. l. j.* Accursius.

[*Sed & si quis.*] CASVS. Suprà dictum est quòd nemo potest alteri stipulari: vnde quæritur qualiter hoc est intelligendum. Et dicit Imperator quòd hoc est sic intelligendum: nisi intersit eius qui stipulatur. Nam si tutor qui tutelam pupilli sui cœpit administrare, cesserit administrationem contutori suo bene poterit à contutore stipulari rem pupilli saluam fore, & alteri stipulari, cum eius intersit: eo quòd si malè administrauerit contutor tutelam: haberet pupillus tutorem qui primò administrauit, sibi obligatum. Et eadem ratione poterit aliquis aliquid stipulari procuratori qui aliquid certa die à domino suo promisit sub pœna, ne pœna committatur: vel creditori suo, ne pignora sua distrahantur. hoc dicit Franciscus.

k *Eius.* scilicet stipulantis.

l ¶ *Cesserit.* sic *s. de satisdatio. tuto. §. ij. aliàs iij*

m ¶ *Tenet obligatio.* nam vtilis actio pupillo datur: *vt ff. de mag. conue. l. j. §. penultimo.* Item ipsi stipulanti directa acquiritur, vt hic dicitur.

n ¶ *Habebit vires.* Interest enim mea procuratori meo solui, qui in rem meam expendit: *vt j. manda. §. j. versic. tua gratia & mãdantis.*

o ¶ *Quòd.* id est, quia.

p ¶ *Data.* ab isto qui nunc stipulatur.

q ¶ *Valet stipulatio.* non[c] vt procuratori vel creditori actio competat: sed qui stipulatus est, aget actione ex stipulatu ad interesse quanti sua interest creditori vel procuratori fuisse solutum: *vt C. de inutil. stipulat. l. fina. & ff. de verborum obligationibus. l. liber homo §. fina. & C. de dota. l. cum res.* Vel secundùm nos aget certi condictione ad interesse. quod probauimus *supra de verbor. obligatio. in princi.* Accursius.

[*Versa vice.*] CASVS. Supra dictũ est, quòd si aliquis alteri stipuletur, non valet stipulatio, nisi sue[rit] stipulatus sic, si ita non factũ fuerit vt in stipulatione cõprehensum est in casu contrario. Nam si aliquis

a Se pulando alteri, quãdoque illi actionem quærimus, quandoque non.
b Stipulantes alteri, interdũ ei acquirimus actionem directam, vel vtilem vel nullam.
c Stipulari alteri pœnam quibus modis [illegible] possimus.

d Pœna non potest deberi nisi ex stipulatione.
e Pœna ex pacto nõ potest peti.
f Si vsura nomine ex pacto peti non potest; aliorum contractuum peti potest ex pacto contra [illegible] appositum. Angel.

a Quis & quæ substantiam significant.
† Ratio, quia hic deest causa finalis, ob quam modo stipulatio adhibenda est, quia qui stipulatur quod non interest.
b Dic quod ibi loquitur in pœna legali, quæ non excedit quadruplum: sed non loquimur in pœna conuentionali, quæ potest excedere quadruplũ ex dispositione contrahentium. minima enim agitur cum lege quàm cũ homine: ut l. fi. C. [illegible] § fin. & l. [illegible] ff. de arb. Cur.

c In modo stipulandi alteri differentia est, vtrque mandatum est stipulatio hæc, Promittis Titio et Mæuio daturum? Contra hæc, Promittis mihi te Titio daturum? valet, si mea intersit Titio dari. Priore casu obligationis promissio & executio in alienam personam obseruatur, posteriore sola executio.

si aliquis promiserit alium aliquid facturum, & stipuletur: non valet promissio, nisi pœnam promiserit si illud non fecerit alius. h.d. Franciscus.

a ¶ *Versa vice*. ad superiorem. §. alteri.

b ¶ *Pœnam*. Sed & ᶜ tunc ad pœnam tantum tenetur. & facit §. eo. §. *si quis alium*.

a Factum alienú promittere, pœna adiecta possumus.

21 ¶ Versa vice [a], qui alium facturum promisit: videtur in ea esse causa, vt non teneatur, nisi pœnam [b] ipse promiserit.

Nemo potest stipulari rem suam. Aretinus.

22 ¶ Item nemo rem suam futuram [c], in eum casum quo sua sit [d], vtiliter stipulatur [e].

Inutilis est stipulatio, si in re qua in stipulationem deducitur, dissensus versetur.

23 ¶ Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset: veluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris [f].

Stipulatio turpis, vel ex turpe causa descendens non valet. Aret.

24 ¶ Quod turpi ex causa promissum est [g], veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat, non valet [h].

Stipulatio conditionalis transit ad heredes stipulatoris & promissoris. Aret.

25 ¶ Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit: licèt ante conditionem decesserit, postea existente cōditione heres eius agere potest [l]: Idem est & ex promissoris parte.

Qui promittit certo tempore dare, non poterit conueniri nisi totus terminus sit elapsus.

26 ¶ Qui hoc anno [k], aut hoc mense dari stipulatus est: nisi omnibus partib⁹ anni vel mēsis præteritis [l] nō rectè † petet.

Promissori datur tempus habile ad soluendum. Aret.

Si fundum dari stipuleris vel hominem: non poteris continuò agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit [m].

[*Item nemo.*] CASVS. Aliquis promisit sibi fructum fundi in futurum: valétne huiusmodi stipulatio? Et respondet Iustinian. q non. Nemo enim rem suam futurā in eum casum quo sua sit, vtiliter stipulatur. h. d. Franciscus.

c ¶ *Futurā*. vt partū ancillę, vel fœtum animalium suorū, quæ sua futura sunt: *vt §. de re. diui. §. item ea.* Itē multo magis si stipuletur rē quæ nunc est sua: *vt §. eo. §. j.*

d ¶ *Quo sua sit*. hoc ideo quia in eo casu quo sua futura non est, valet stipulatio: *vt ff. de verb. obl. l. si rem meam*. Accurs.

e ¶ *Stipulatur*. s. dari. & est ratio. quia qđ suum [b] est, amplius suum fieri non potest: *vt j. de actio. §. sic itaque.* [c] restitui [d] tamē possum stipulari: *vt ff. de verb. obl. l. nemo.* [e] *j. resp. & ff. vsufructuarius quemadmodum. l. j. §. sed quod diximus.*

b Nostrū amplius nostrum fieri non potest.

c Stipulari rē nostram sub conditione possumus. nēpe, si nostra esse desierit.

d Nostra nobis restitui stipulari possumus.

e Precium rei nostræ stipulari possum.

[*Si de alia.*] CASVS. Stipulatus fui a Titio in hunc modū, Promittis mihi animal? intelligēs de equo, & ipse respon. Promitto, intelligens de asino: valētne stipulatio? Et resp. dominus Iustinianus q non. Cū enim de vna re senserit stipulator, & de alia promissor: perindè non valet stipulatio, ac si ad interrogatum responsum nō esset. & hoc dicit. & istū §. bene intellige, nisi diuersitas illa placeat stipulatori: qa si sic, bene valet stipulatio h. d. Frā.

f ¶ *Credideris*. hoc est verum, quando certum est eos dissensisse: *vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. j.* Aliàs [f] autem si potest secundum vtriusque intellectum valere, valet secundū intellectum promissoris *vt ff. de verbo. obliga. l. qui ex pluribus. & l. stipulatio ista. §. cum quis.* [g] Nec ob. quod dicitur minorem præstari debere: *vt ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. scio.* quia minor est quam dare vult promissor: *vt j. de act. §. præterea.* Si autem secundum vnius intellectum tantū valere potest. secundum eius intellectum valet: vt, hodie dare mihi Bonon. x. promittis? si enim de hac Bononia in qua sumus, intelligatur, valet: aliàs non: *vt ff. de verb. oblig. l. quotiens in stipulationibus. & de re dub. l. quotiens. j.*

f Interpretatio sumitur à promissore.

g Nisi fauorabilius esset secundum stipulatorē interpretari: l. in ambiguis ff. de reg. iur.

[*Quod turpi.*] CASVS. Stipulatus fui sic, Promittis mihi x. si Titiū occidero, vel si furtū fecero? valētne huiusmodi stipulatio? resp. quòd non. Quod enim ex turpi causa promissum est &c. Franc.

g ¶ *Promissum est*. siue dicam, Promittis homicidium facere: siue dicam, Promitto decem, quia promittis facere homicidium. *vt ff. de verb. oblig. l. generaliter.*

h ¶ *Non valet*. huiusmodi enim conditiones turpes, impossibiles præsumuntur à iure: *vt ff. de condit. instit. l. filius.* vnde non valet stipulatio: *vt supra eodem §. si impossibile.* ¶ Circa quod [h] tamen dic, q aut ipsum quod promittitur, est turpe, vt facere homicidium: & tunc non valet, nec etiam pœna apposita: *vt ff. de verborum obligationibus l. generaliter. & l. veluti. & l. si plagij.* Idem dico & si sub conditione turpi, *vt hic.* Aut si honestum promittatur, sed tamen turpiter, vt dare decem, sed per metum vel per dolum, tunc valet quidem promissio facta, sed exceptione eliditur: [i] *vt Cod. de inutil. stipulationibus. l. dolo.* nisi in casu, vbi ipso iure non valet promissio facta per metum: *vt ff. quod metus causa. l. si mulier. §. si dos.* secundum Ioannem.

h Turpi ex causa vel turpiter promissū non valet.

i Vel per indicis officiū restituitur. arg. ff. de dolo. C. de inu. stipu. & l. inter positas. Cod. de transf. l. si. & ff. quod met. caus. & habetur in l. & leg. autor. ff. de dolo.

[*Cum quis.*] CASVS. Stipulatus fui à Titio dari mihi x. sub aliqua conditione. antequam existeret conditio, decessi, postmodū existente conditione. quæritur verū meus heres agere possit ex ista stipulatione? Et respon. Iustinia. quòd sic. Eodem modo si me stipulatore viuente demum ante conditionis euentum decedat promissor: postmodum si existat conditio, potero agere contra heredes promissoris Franc.

l ¶ *Agere potest*. hoc in contractibus: [a] *vt hic, & §. de verb. oblig. ec. §. ex* [b] *conditionali*. aliud in relictis: *vt C. de caduc. tollen. §. sin autem aliquid. & ff. de manu. testa. l. si ita scriptum fuerit. in fin. l.* Et facit ad hunc § *ff. de periculo & commod. rei vendita. l. necessario. §. quòd si pendente. j. respons.*

a Ex contractu conditionali, spes transit ad heredes.

b Vide ibi Gl.

[*Qui hoc anno.*] CASVS. Stipulatus fui à te dari mihi x. hoc anno, vel hoc mense: quæritur quando possim ista x. petere? Et respon. Impetat. quòd omnibus partibus anni vel mensis præteritis possum petere. Aliud autem est si stipulatus fui mihi dari aliquod annuum: quia tunc in principio anni peti potest. hoc dicit Franc. de Aret.

† No. quia hoc tempus additum est fauore promissoris: vnde interpretādum est in eius fauorem: vt demū anno finito teneatur, secus si dixisset, annuum promitto: quia hoc tempus est appositum fauore stipulantis. Agl. Per.

k ¶ *Qui hoc anno* id est qui stipulatus est his verbis, Promittis hoc anno vel hoc mense? Et nota quòd iste. §. est lex. *ff. de verborum obligatio. & incipit, Qui hoc anno.* Accurs.

l ¶ *Præteritis*. id est elapsis. sed secus est in relictis fauore vltimæ voluntatis. nam in capite anni præstatio fit: *vt Cod. quando di. leg. ce. l. j.* [a] Vel distingue, aut promittit per hæc verba, hoc [c] anno, vel quolibet anno: & tunc in fine anni fit solutio *vt hic. & ff. de verborum obligat. l. qui hoc anno & l. eum qui certarum.* Aut annuum: & tunc in capite anni fit solutio, siue legatum sit, siue in contractu fiat promissio, secundum Io. & B. *vt ff. de condi. & demon. l. si in annos. & ff. quando di. leg. ce. l. vt semel.* Vnde versus.

Annua si debes, tunc insipies caput anni.
Anno si debes, in fine tenebere anni:

c Solutio fit in fine anni, si hoc anno vel quolibet anno promissum est: in anni initio, si annuū promissum.

Sed quid si vsque ad forum rem promiseris? Videtur quòd statim incepto [d] foro possit agi: *vt ff. ad Treb. l. qui filium. §. Sabinus.* a contrario. Et hanc approbat Angel. hic, propter dictionem vsque, quæ de proprio significato excludit: *vt l. j. ff. de pig. act.* secundum Angel.

d Vsque ad nūdinas, promitteus incepto foro, seu in principio nundinarum solet soluere, vt hic. quod Bar. in l. eum qui certarum ff. eod. Raphael ibi reprehendunt. Hūc tamen Gloss. Ange & Aret. defendūt. idq; ex proprietate verbi. vsque quod exclusiuum est. l. j. ff. de pigneraticia.

[*Si fundum.*] CASVS. Promisisti fundum & hominem purè: quæro ergo cum ista stipulatio sit pura, verum ex ea incontinenti possim agere? Et resp. Iustin. quòd non, nisi tantum tempus præterierit, quo traditio fieri possit. & h. d. Super autem isto titu. solebat aliquando à quibusdam fieri tale quale: quare apud antiquos ista stipulatio, Promittis mihi pridie quàm moriar, erat inutilis: hæc autem, Promittis mihi decem cum moriar, apud antiquos erat vtilis? Quidam istud quare, reputant pro trutis: cum ius antiquum hodie sit correctum. sic tamen respondetur, Incertior est dies mortem præcedens, quàm dies mortis dicatur, vt in pluribus: & propter maiorem incertitudinem dies proxima morti dicebatur apud antiquos stipulatio in diem proximam morti non sic autem in diem mortis. Franc.

m ¶ *Fieri possit*. cum [e] commodo promissoris: *vt ff. de verborum significat. l. nepos Proculo*. nec tamen nimium expectatur, licèt prius non possit soluere: *vt ff. de verborum obligat. l. continuus. §. illud.* Item & si incontinenti potest, non tamen ideo statim exigitur: *vt ff. de solu. l. quod diximus*. Quoddam ergo tempus medium exigimus, scilicet x. dierum secundùm quosdam: *vt ff. de constit. pecu. l. promissor.* Vel dic arbitrio iudicis, cum [f] lege non sit determinatum: *vt ff. de iur. delib. l. j. in fin.* qui iudex statuet tempus quoddam nec nimium, nec modicum: *vt ff. de solu. l. ratum. & rem ra. ha. l. quo enim. §. j. & j. de off. iud. j. respon.* ¶ Item nunquid idem in quantitatibus quod in speciebus hic dicitur? Resp. non, [g] imò tempore tanto quantum iu-

e Promissor an statim conueniri possit.

f Aliud igitur, vbi lege id determinatum fuerit, vt in iudicato, constituto, dote. Aret. hic.

g Imò idē arg. l. in stipulatione ff. de vsuris. Aret. & tamē Faber hanc Gloss. defendit.

DE FIDEIVSSORIBVS.
TITVLVS XXI.

Quandoquidem non semper ei qui promittit, tutum est credere, cautius erit alium assumere qui obligationem illam in se recipiat, promissore quoque remanente obligato: quem fideiussorem à fide promissa appellamus: qui quidem cuiuis obligationi vtcunque contractæ, etiamsi naturalis tantùm sit, accedere potest.

dicatis datur, expectatur: ut ff. de iud. l. si debitori. scilicet quatuor mensium: ut C. de usur. rei iud. l. ij. secundum quosdam. 2 Vel b verius dic ut not. J. de verb. oblig. §. omnis. in gl. ij. pslatim &c.

a Quibus pendentibus capi potest: nisi satisdet quòd aduenientetermino satisfaciet: nec interim compensare, vel aliquid exponere potest: quia tale tempus misertationis causa conceditur sententiam. Ang.

b Dic potius ut notatur in l. si domum. 71. §. in pecunia. in verbo modicum tempus. ff. de leg. j. vel arbitrio iudicis. Aretinus.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Continua sic. Visum est de his qui principaliter obligantur ex pluribus contractibus. Vel quia ut hic dicit text. in princip. pro eo qui obligatus est, solet accedere fideiussor: ideo post illos tit. subicitur iste, De fideiussoribus. Aret.

PRo eo.] Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò qualiter fideiussores accipiuntur. Secundò, in qua obligatione accedere possunt. Tertiò, quando sunt plures fideiussores, an in solidũ vel pro parte quilibet obliget. Quartò, quòd non potest fideiussor in plus obligari, quàm principalis: & quando dicitur in plus obligari. Quintò, quando solennitas intrinsecus præsumitur. Secunda ibi, In omnibus. Tertia ibi, Si plures. Quarta ibi, Fideiussores. Quinta ibi, In stipulationibus. CASVS. Quæsiui à Iustiniano, vnde procederent fideiussores, siue ortum haberet. Certè, dicit ipse, sæpe contingit quòd vnus principaliter obligatur, & alius pro eo intercedendo obligatur: qui fideiussor appellatur. & fideiussores istos accipiunt creditores, dum curant vt tutius sibi caueatur. Franc.

PRo eo qui ꝓmittit a, solent alij obligari, qui fideiussores appellantur: quos b homines accipere solent c, dum curant vt diligentius sibi cautum sit d.

Omni obligationi accedere potest fideiussor, & ciuili tantùm, & naturali tantùm: & non tantùm pro homine libero, sed etiam pro seruo. Aretinus.

1 ¶In omnibus autẽ obligationibus e assumi possunt, id est siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu f contractæ fuerint. Ac nec g illud quidem interest, vtrum ciuilis h, an naturalis i sit obligatio cui k adiicitur fideiussor: adeò l quidem, vt pro seruo m quoque obligetur n: siue extraneus sit qui fideiussorem à seruo accipiat, siue ipse dominus o in id quod sibi naturaliter debetur.

Obligatio fideiussoria, est transitoria ad heredem. Aretinus.

2 ¶Fideiussor non tantùm ipse obligatur, sed etiam heredem relinquit obligatum p.

Fideiussor potest adhiberi etiam pro futura obligatione. Aret.

3 ¶Fideiussor & præcedere q obligationem, & sequi potest.

Si plures sint fideiussores pro eodẽ interuenientes, in solidũ tenentur singuli: diui tamẽ Hadriani beneficio, si omnes litis contestatæ tẽpore soluendo existant, in viriles scinditur debitum. quod si vnus fideiussorum neglecto diui Hadriani beneficio solidũ debitum exsoluerit, frustra à confideiussoribus viriles repetere nitetur: sed ei cum principali debitore experiendum est.

4 ¶Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli insolidum tenentur r. Itaque liberum est creditori, à quo velit solidum petere. Sed ex epistola f diui Hadriani compellitur creditor à singulis, qui modò soluendo sunt litis contestatæ tempore,

a ¶Promittit. scilicet principaliter, scilicet per stipulationem. & idem si quocunque alio modo quis obligetur: ut J. eo. § j & ff. e. l. j. Nunquid autem accessoriæ obligationi accedere fideiussor potest? Resp. sic: ut ff. eo l. Græcè §. si & de pig. act. l. si rem. §. j.

b ¶Quos. scilicet fideiussores.

¶Solent. scilicet creditores.

d ¶Cautum sit. & est cautum sine dubio: ut J. de replica. §. si. ADDITIO. Vnde plena c cautio dicitur cum fideiussoribus: sed plenior cum pignoribus: simpliciter verò prolata ab homine, intelligitur sine fideiussoribus: secus si à lege vel à prætore, nisi procederet vltra declarando nudam cautionem sufficere. Angel.

c Plena cautio est cum fideiussoribus. plenior est pignoribus: simplex ab homine prolata, sine fideiussore est: secus si à lege vel prætore.

[In omnibus.] CASVS. Quæsiui sibi imperat. an fideiussor accipi possit solummodo à debitore qui est verbis obligatus? Resp. dicens, quòd fideiussor potest accipi in omni obligatione: siue sit obligatio contracta re, siue verbis, siue consensu: & plus dico, quòd fideiussor potest dari pro obligatione ciuili tantùm, & pro naturali tantũ, & pro ciuili & naturali. vnde cùm seruus domino suo possit naturaliter obligari: potest & dare fideiussorem domino suo in id quod ei naturaliter debet, & etiam extraneo & erit ille fideiussor à seruo datus domino, naturaliter & ciuiliter obligatur. cũ tamen debitor principalis sit tantum naturaliter obligatus: quod mirum videtur: cum plus non debeat esse in accessione, quàm in principali obligatione: ut J. eo. tit. §. fideiussores. Ad quod resp. quòd plus loco, vel tempore vel re, vel causa non potest esse in fideiussore, quàm in principali debitore: tamen circa illud idem quod debet principalis debitor, potest esse efficacior obligatio fideiussoris, quàm principalis debitoris. Franc.

e ¶In omnibus autem obligationibus. id est in omni specie obligationum, dummodo non sit contra legem: ut ff. eo l. cùm lex. Sed contra. C. ne fideiuss. do. den. l. j. Solu. illud speciale est. d Item in præsentibus & futuris negotiis potest accedere fideiussor: ut ff. de iudi. l. non quemadmodum. & J. eo. § fideiussor.

d Non verum in fideiussore dotis conferendo propter perfidiam euitandam inter eos: ut ibi dicit tex. Quid autem de dote restituenda? vide in l. con[illegible] §. quod [illegible] Angel.

f ¶Consensu. siue etiam ex maleficio vel quasi: ut ff. eo l. Græcè. §. sed & si ex delicto.

g ¶Nec id est non.

h ¶Ciuilis. scilicet tantum. vt pro eo qui fuit confessus spe futuræ numerationis: ut J. titu. proxim. habet tamen eandem exceptionem quam reus: ut C. de non nume. pecu. l. pe. in fi. & l. cum mandatori. ¶Et sic nota ciuili tantum obligationi accedere fideiussorem: ut hic, & d. Adiicitur. & ff. eo. l. fideiussor obligari. §. ij.

i ¶Naturalis. vt pro seruo, vt subiicitur. & ff. eo. l. fideiussor obligari. §. fideiussor accipi. ergo quantum ad dationem fideiussoris non interest, sed quo ad alia multũ interest, scilicet inter ciuilem & naturalem obligationem: ut ff. de consti. pecu. l. j. §. debitum. & l. quòd si mariti. §. si quis autem. Accurs.

k ¶Cui. i. obligationi.

l ¶Adeo. i. in tantum.

m ¶Pro seruo. qui seruus de iure naturali tenetur tantũ, nõ a ciuili: ut ff. de cõdi. indebit. l. si id quod. & J. de lib. §. j. & J. de inut. stip. §. ite mutus. & huic naturali accedit hic fideiussor. At ipse seruus fideiubere non potest: ut ff. eod. l. seruus inscio. & l. seq.

a Seruus obligari ciuiliter non potest.

n ¶Obligetur. fideiussor qui pro eo intercedit.

o ¶Dominus. nõ idẽ econtra vt dñs seruo possit fideiussorem dare. Et est ratio: quia talis fideiussor obligãdo se seruo, pcõsequens dño obligat. Idẽ pro eodẽ, sibi dño obligatur: quod esse nõ potest, vt idẽ pro eodẽ & apud eundẽ possit obligari: ut ff. eo. l. si quis pro eo. §. j. & l. Vranius. & ff. ad Velleian. l. intor. Accur.

[Fideiussor.] CASVS. Si aliquis pro debitore aliquo fideiubeat nõ solũ ipse est obligat⁹ quãdiu viuit, sed etiã si decesserit, reliquit heredẽ obligatũ: & huius ratio est, quia ex contractu eius tenentur heredes.

p ¶Relinquit obligatum. siue hoc dictum sit, siue non. & idem in omni obligatione ex cõtractu vel quasi in ipsa re principali: ut hic, & ff. de act. & obliga. l. ex contractibus. ¶Sed quid si b ad pœnam furti obligatus est, vel alia actione vel obligatione, quæ non transit ad heredes? Respon. non puto teneri ex hoc casu heredem, quasi naturam mutet hoc casu stipulatio: arg. ff. si quis cau. l. si eum §. qui iniuriarum, & J. de actio. §. fuerat autem. c & facit ad hunc. § ff. eod. l. iiij. §. si.

b Fideiussio facta pro maleficio extinguitur morte fideiussoris, ut hic. vnde Marsil. tract. de fideiussor. [illegible] hoc verum intellige quando simpliciter pro tali adhone vel delicto fideiubet: secus si petitum vel certã summã, sicut pro delicto promisisset, vel pro eo qui iam erat condemnatus: quia contra heredem transit: nisi sub conditione promisisset: ut ibi. Fab. & Ange. hic.

[Fideiussor.] CASVS. Pone quòd aliquis ita fideiussit pro Titio, Fideiubeo pro Titio in id quod sibi credes, vel in id quod sibi credidisti: valétne talis fideiussio? Respon. quòd sic. & hoc est quod in istis duob. §§. dicitur. Franc.

q ¶Fideiussor & præcedere. putà, fideiubeo in id quod sibi credes, vel credidisti, vel credis. Nam in tribus temporibus potest accipi, ut hic & ff. de usufru. earum re. quæ usu con. l. quoniam. § fi.

[Si plures.] CASVS. Pone quòd pro quodã debitore penes suũ creditorẽ quatuor fideiusserint. nũquid isti plures fideiussores tenẽtur in solidũ? Resp. Iusti. quòd sic: & liberũ est creditori à quo petat, si velit exigere solidum, de rigore iuris primitiui: sed postea inuẽta fuit epistola diui Hadriani, in qua cauetur, quòd inter omnes fideiussores qui sunt soluendo tempore litis contestatæ, diuidatur obligatio. sed si tempore litis contestatæ vnus inueniatur non soluẽdo, cæteros onerat. Sed pone, cũ quatuor sunt fideiussores, quòd vnus conuentus à creditore, solidum soluerit: quid iuris in isto casu? Resp. Iust. quòd si principalis debitor non sit soluendo, hoc erit suum detrimentum, & sibi debet imputare quare totum soluit quia potuisset se iuuisse epistola diui Hadriani. h. d. Franc.

r ¶Tenẽtur. idẽ est in plurib. mandãtib. vel iubentib⁹. ut ff. quod iussu. l. si. ¶Sed videt̃ iure nouo quòd ꝓ parte sua tãtũ quilibet teneat ipso iure: vt iã non sit necessaria epist. de qua subiicit hic: nisi expressè in solidũ ꝓmittat & sic videt̃ corrigi quod hîc dicit̃: ut in auth. de duo. reu. §. j. col. iiij. 2 Vel verius (vt puto) dicta auth. loquit̃ in pluribus reis debendi: in quib. etiã iure veteri videt̃ fuisse cautũ vt pro partib. teneant̃: ut ff. de duob. reu. l. reos. At secus fit in fideiussoribus, quorum quilibet tenetur in solidum, vt ipse reus pro quo intercedit. & ita habebit locum epistola hodie vt olim. ADDITIO. Et ista communiter approbatur. Adhibentur enim isti pro securitate: ut J. eo. in prin. secus in duobus reis: ideò &c. Ioan. Fab. & Angel.

Ex epistola diui Hadriani. Quod etiã edicto cõprehẽsũ fuisse. Paul⁹ indicat lib. j. sent. Hoc beneficiũ omnib⁹ accessionib. dat l. vlt. C. de const. pec. cuius legis extrema ratio sic restituenda est, æquitatẽ n. diuisionis species actionis. vt apparet ex l. fideiuss. ff. de fid. tut. Cuiac.

f ¶Ex epistola. Sed vbi est hæc epistola? Respondet, non habemus eam.

eam scriptam: multotiens tamen de ea mentionem facit lex, *vt hic, & Codic. de constitu. pecun. leg. fina. & ff eodem leg. inter fideiussores. & leg. sequen.*

a Exceptio diuisionis fallit in quinque casibus.

ſ ¶ *Tradatur.* cautè dicit tradatur, & non detur: nam non tenetur facere accipientis, ſed de euictione ſe obligare: *vt ff. de act. emp. l. ex empto. in prin.* Sed nunquid praeciſè tenetur ad rem tradendam? M. dicit quòd ſic. & fac. pro eo quod hic dicitur, omnino tradatur, &c. *vt ff. de rei vind. l. qui reſtituere. & ſupra de dona. §. alia.* Sed Bart. contra: dicit enim eum liberari praeſtando intereſſe. & facit pro eo. *ff. de actio. emp. l. j. j. reſpon. & l. ex empto. §. & ex empto. ver. idem Neratius ſcribit. & C. de act. emp. l. iiij.* ¶ Sed fortè hic poſſet diſtingui, an venditor habeat rem, & tunc ſententia M. tenet per ſuas leges. an non habeat rem: & tunc aut dolo aut culpa deſijt eam habere, in fraudem putà emptoris: & tunc ſententia B. tenet. Aut ſine dolo & culpa: & tunc non tenetur venditor: *vt inſ. eod. §. cum autem.* Eſſet enim valde mirum (quod ait B.) vt ſic compellatur aeſtimationem pro re recipere: *vt ff. ſi cer. pet. l. ij. §. ij. & C. de fideicomm. lib. l. ſi.* Item ſic improbè pacta rumpere, cum praetor dicat, pacta ſeruabo *vt ff. de pact. l. iuris gentium §. ait praetor.*

t ¶ *Ad effectum perducatur.* ſcilicet iam dicto modo, ſcilicet per traditionem rei & precij: *vt infra quib. mod. tollitur obli. §. fina.*

u ¶ *Ex empto.* not. quòd ex empto emptor, ex vendito venditor agit: *vt hic, & ff. de actio. emp. l. ex empto. j. reſpon. & l. Iulianus. §. ex vendito.*

pro nihilo [a] esse venditionem, quasi nullo pretio statuto [b]. Quod ius cum in venditionib⁹ nobis placuerit: non est absurdum & in locationibus [c], & in conductionibus trahere.

Vẽdita res preciũ in numerata pecunia cõsistere debet, nõ etiã in alijs rebus: alioqui facile discerni nõ posset uter emptor & venditor sit: nec quæ res vẽdita, quódve preciũ: ideo tũc potius permutatio dicetur quæ separatã ab emptione speciem parit.

2 ¶ Itẽ preciũ [d] in numerata pecunia cõsistere debet. Nã in cæteris reb⁹ an preciũ esse posset, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga, alteri⁹ rei preciũ esse posset. Et Sabin⁹ & Cassius etiã in alia re putabant [e] pretiũ posse consistere. vnde illud est quod vulgò dicebatur, permutatione rerũ emptionẽ & venditionẽ contrahi, eámque speciem emptionis & vẽditionis vetustissimam esse: argumentóque vtebãtur Græco poeta [f] Homero, qui aliquã partẽ exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse ait permutatis quibusdam rebus [g]: his verbis [h]: † Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί, ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ, ἄλλοι δὲ ῥινοῖσι βόεσσιν, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν, ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. Diuersæ scholæ [i] auctores cõtra sentiebãt: aliúdque esse existimabãt permutationẽ rerũ, aliud emptionẽ & vẽditionẽ: alioqui non posse rẽ expediri [k], permutatis reb⁹, quæ videatur res venisse, & quæ pretij nomine data esse. nã vtranque videri & venisse, & pretij nomine datã esse, rationẽ non pati. Sed Proculi sentẽtia dicẽtis permutationẽ propriã esse speciẽ cõtractus [l] à venditione separatã, meritò præualuit: cũ & ipse alijs Homericis versibus adiuuaretur, † & validioribus rationibus argumentaretur: quod & anteriores diui principes admiserũt, & in nostris Digestis [m] latiùs [n] significatur.

Absoluta vẽditione, rei vẽditæ cõmodũ & periculũ (licèt res nõdũ tradita sit) ad emptorẽ pertinet: modo neq; dolus neq; culpa vẽditoris interuenerit: aut periculũ custodiæ vsq. ad traditionem venditor susceperit.

3 ¶ Cùm autẽ emptio & vẽditio contracta sit (quod effici diximus [o] simul atq. de pretio cõuenerit) cũ sine scriptura res agitur, periculũ rei venditæ statim [p] ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita

a ¶ *Pro nihilo.* vt [a] nec ad boni viri arbitrium recurratur, vt modò diximus, sed legatum non: ideo nõ est pro nihilo relictum: *vt ff. commu. de leg. l. si duobus. § sed & si quis.* Sed ibi fauore vltimæ voluntatis, ne pereat. ADDITIO. Hoc verũ intellige cũ distinctione, an fuit datũ arbitriũ conditionaliter, an nõ: iuxta *l. 3. cum materia. ff. de leg. 1.* Item quo ad substantiam legati, non quo ad pœnæ commissionẽ: *vt l. multa. in princ. ff. de cond. & demon.* Ang.

b ¶ *Pretio statuto.* sine quo esse non potest vẽditio: *vt in principio huius §.*

c ¶ *Et in locationibus.* *vt ff. locati. l. si merces. in prin.*

Item pretiũ] CASVS. Suprà dictũ est quod duo requiruntur ad hoc quòd valeat emptio & venditio: videlicet quòd precium consistat, & quòd certum precium: & adhuc tertiũ est necessarium. s. quòd sit in pecunia numerata. Sed nónne si dedero tibi equum pro vino permutauero: eritne emptio & venditio? Et respon. Imper. di. quòd sup hoc apud antiquos quærebatur: & Cassius & Sabinus dicebat quòd sic. Dicebant enim quòd permutatio erat vetustissima species emp. & vend. & hoc probabant argumento Homeri, dicentis quòd aliqua pars exercitus Achiuorum vinum sibi emit permutatis quibusdam rebus pro vino: & ita permutatio dicitur emptio secundũ Homerũ. Sed diuersæ scholæ auctores aliud sentiebant. Dicebant enim aliud esse emptio aliud permuta. quia in permutatione non põt patere quæ res nomine pretij data est, & quæ data nõ est. Quòd autẽ vtraq; videatur vẽdi, & loco precij dari, hoc nulla ratio permittit. Sed Proculus dicebat permutationem esse specialẽ separatam ab empt. & ven. & eius sententia præualuit. Sed domine, quid videtur vobis de sententia Cassij & Sabini, quæ vtitur auctoritate philosophorum? Et resp. quòd sententia Proculi melior est, & rationibus validioribus nititur. h. d. Fran.

d ¶ *Item pretium.* dixit pretium debere certum esse: nunc dicit quòd in numerata pecunia.

e ¶ *Putabant.* sed malè, vt infrà dicam.

f ¶ *Poëta Homero.* ¶ Nota arg. quòd auctoritates [c] auctorũ & philosophorum sunt in causis allegandæ: *sic ff. de solu. l. si pater. §. nam & Aristoteles. & ff. de iud. l. proponebatur. & ff. de sta. ho. l. septima.* ¶ Sed interdum redarguuntur *vt hic, & ff. de rerũ diuisio. l. in tantu. §. fi. & l. sed dini.*

g ¶ *Rebus.* pro equis.

h ¶ *His verbis.* s. Græcis, quæ legi nõ possunt. Acc. ADDITIO. Ab aliquo huius artis ignaro. Versus Homeri sunt in septimo Iliados, quorum interpretatio hæc est: Cæsarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi. Pars dedit æs nitidum, ferrũ pars altera: bobus Tergora diripiẽs hic protulit, ille agit ipsos Ad naues tauros, hic bello corpora capta. Ægidius Perrinus. Vides igitur mentẽ text⁹ optimè probari per illud Græcum. Græci enim pro vino dederunt aliqui æs, & alij ferrum, alij coria, alij ipsos boues, alij mancipia.

i ¶ *Scholæ.* singularis numeri hic est: *Sic ✝ de man. §. is qui exequitur.*

k ¶ *Expediri.* id est cognosci.

l ¶ *Speciem cõtractus.* s. innominati. Nã nõ habet nomẽ suũ: *vt ff. de rer. permu. l. j. §. item emptio.* ¶ Sed quare [d] dicitur innominatus, cum ita curiale nomẽ habeat? Resp. quia illi cõtractus sunt nominati, qui statim vt fiunt, pariunt actionẽ: *vt ff. de pactis. l. iurisgentiu. in prin.* siue fiant consensu, vt venditio. *vt ✝. eod. in princ.* siue re, vt mutuũ: *vt suprà quib. mod. re contrahitur obligatio. in prin.* At permutatio nec ex pacto parit actionẽ, nec ex re: sed ex vtroque, s. postea dudũ re interueniente ex pacto primo, vt subtiliter colligitur *C. de rer. permu.* Et ex hoc cõtractu oritur actio præscriptis verbis: *vt ✝. de action. §. actionum.* & condictio ob causam: *vt ff. de præscr. verbis natural. §. j.* ADDITIO. ¶ Nota quòd sunt quidã contractus nominati, & quidam innominati: *de quibus in d. l. iuris gentium. in pr. ff. de pact. in l. naturalis per totũ ff. de præscri. ver.* & naturã taliũ contractuũ habes in gl. vnde dixerũt quidã quòd donatio erat contractus innominatus: quia ex se non pariebat actionẽ, cũ detur condictio *ex l. si quis argentũ. C. de dona.* Christoph.

m ¶ *Digestis.* *vt ff. eo. l. j. § j.* Accur.

n ¶ *Latius.* i. melius & aptius *in ff. dicitur quã hic.*

Cum autem emptio. Cùm emptio & vẽditio plana & perfecta sit. Vt autẽ perfecta sit, hæc requiruntur: vt si fiat scripto, cõpleantur ea, quæ in prin. huius ti. proposita sunt, vt si fiat ea nõ scripto & purè, certum sit pretiu, certa merx: si sub conditione, vt existat conditio. Itẽ si non vno pretio res veneat, sed verbi gratia in singula iugera fundi, aut in singula gregis capita, aut in singulas olei metretas, aut argenti libras, aut in singulos eos nummos qui mercis loco habentur, cuiusmodi sunt nummi peregrini, auctore Vol. Mætiano, & nũmi victoriati, vt eo. li. ca. iij. Plinius scribit: si inquã ita pretiũ statuatur, necesse est vti põdus, numerus, mẽsura, exploretur & peragatur. Quòd nõ ita venit sed vno pretio, auersione venisse, id dicimus, sine [illegible] quod scilicet quasi auersi quodammodo negotium ita contrahamus, te omni neque perfecta nec explorata bene. Cuiacius.

[*Cum autem.*] CASVS. In superioribus dictum est quòd empt. & vend. cõtrahitur simul atq; de pretio cõuenerit: licèt adhuc res nõ sit tradita, neq; pretiũ solutũ: & hoc si sine scriptura cõtracta fuerit vẽditio. Si enĩ aliqua vẽditio cõtrahitur in scriptis: poterit tã emptor quã vẽditor impunè à cõtractu recedere, donec totũ fuerit cõpletũ. Cũ igitur dicat legislator post cõtractũ cõpletũ periculum rei vẽditæ ad emptorẽ pertinere, apparet quòd periculũ rei vẽditæ pertinet ad emptorẽ postquã de pretio fuerit cõuẽtũ. Cõplet⁹ autẽ est contract⁹, vt ex præcedentib. paret, quã citò de prẽtio conuentum est, quamuis emptori res tradita nõ fuerit, sed penes vẽditorẽ perierit. vnde si seru⁹ fuerit vendit⁹, & antequã emptori tradatur, sine dolo & culpa vẽditoris penes vẽditorẽ decesserit, vel aliqua parte sui corporis læsus fuerit, emptori perit: & nihilo min⁹ necesse vẽditori integrũ pretiũ restituere, si nondũ prẽtiũ fuerit solutũ. Idẽ etiã est si ædes vẽditæ antequã tradantur, totæ vel aliqua ex parte fuerit incẽdio consumptæ fuerint. vel fund⁹ venditus antequã tradatur, vi fluminis tot⁹, vel ex aliqua parte ablatus sit: vel inundatione aliquo modo deterior sit factus: quia semper emptoris dãnũ erit. Quicquid enĩ sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo vẽditor securus est: periculũ autẽ ad emptorẽ pertinet. Sed pone quòd in re vendita antequã tradatur, aliquod lucrũ contingit, putà res vendita per alluuionẽ vel aliquo alio modo longè melior est effecta, cui⁹ erit lucrũ? Et resp. dñs Iustin. quòd emptoris. quia secũdũ naturã est, vt eum sequantur cõmoda, quem sequuntur incommoda. h. d. Franc. de Aret.

o ¶ *Diximus.* suprà eod. in principio.

p ¶ *Statim.* Certè imò nõ statim: sed nouẽ [a] sunt necessaria. Primò, quòd vẽditio fiat nõ in scriptis, aliàs. s. si fiat in scriptis venditio, non transit ad emptorẽ periculũ, nisi mondũ esset cõpletũ: *vt hic. & C. de fide instru. l. contractus & C. de peri. & cõmo. rei vendi. l. cũ inter.* 2. Itẽ quòd fiat purè, aliàs nõ perit emptori: licèt secus si facta sit deterior: *vt ff. de peri. & commo. rei vendi. l. necessario. §. quòd si pendente. versic. fund* si extat

si extat. 3 Item quòd sit facta vēditio in specie.nā si in genere, vt putà vendo hominē: non perit emptori ante traditionē: *vt ff. de peric. & commo.rei ven.l.cumque & l.quod si neque in g.l.j.* 4 Itē q̄ si certa species: q̄a si sub incertitudine sit vēdita: licèt sit species,nō tamē spectabit semp p periculū ad emptorē. putà vēdo Stichū aut Pāphilum. primus enim moritur periculo vēditoris: *vt ff. de cōtrahē.empt. l.si in emptione.§.si emptio.* 5 Item quòd alio modo pereat, q̄ publicatione rei.nā tūc nō perit emptori: *vt ff. lo. l. si fundus.* 6 Itē quòd nullū pactū sit incertum,q̄ periculū venditorē respiciat. nā tūc non periret emptori: *vt ff. t. de peric. & commo rei vend. l. si in venditione in prin. & j.prox.§.quod si fugerit. &c.* siue specialiter esset de casu fortuito dictū, secūdùm B.siue generaliter secundùm Matt. vt diximus. *ff. si quis cau.l.sed & si quis.§. quæsitum.*[a] 7 Item quòd venditor non fuerit in culpa vel dolo quare res pereat: *vt j.prox.§.* 8 Itē quòd nō sit in mora.nā tūc qui vltimā fecit moram sibi perit: *vt ff. de peric. & commo.rei vendit.a. l. illud.* & hoc est verum hoc casu. sc. siue res petitura erat penes emptorem, siue non, secundùm Io. *vt ff. de leg. j. l.cum res §.fin.* licet M.distingueret,*arg.l.ff. de rei vind. l.item si verberatum. §.fi.* 9 Itē quod non sit res quæ res degustationem desideret: vt vnū & zinziber,& similia.Nam tunc distinguitur an vendatur in specie & tūc post degustationem est periculū emptoris. An in genere & tunc sunt duo necessaria vt sit emptoris periculo.s.degustatio & mensura siue pondus. & hoc secundùm Ioan. & B.& Pla.*vt ff. de pericu. & commo.rei vend.l.j.in princip.& §.j.* Sed Azo dicit quòd in vino sit speciale,quòd statim facta venditione,etiam ante degustationem sit emptoris periculum,si sit in specie venditio:*vt ff. eo.de contrahen. emp.l.quod sæpe.§.in his.* ¶ Sed nunquid distinguitur periculū per emptionis à deterioratione vino vēdito in mēsura, vt in vēditione cōditionali diximus modò per legem *ff. de peri.& commo.rei vendita.l.necessario.§.quòd si pendente.* vt sic effusionis periculum ad venditorē,acoris & mucoris ad emptorē pertineat Bul.ait q̄ sic: quia sub hoc quadā cōditione fit,s.si degustetur. S[ed] certè ipsemet mutaui consiliū postea,& meritò:quia aliud est in alia cōditione,quæ non est in potestate vēditoris:aliud in hac quæ in sua potestate est: tum possit denuntiare emptori vt gustet & accipiat. aliàs potest effundere [b] *vt ff. de pericu.& commo.rei vendi.l.j.§.fi.* Et sic indistinctè periculum ante mensuram est venditoris. Accursius.

non fit. Itaque[a] si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit,aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incēdio cōsumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus,vel aliqua ex parte ablatus sit,siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, lōgè minor aut deterior esse cœperit,emptoris damnum est: cui necesse est, licèt rem non fuerit nactus,pretiū soluere. Quicquid enim sine dolo & culpa vēditoris accidit, in eo vēditor securus est. Sed & si post emptionē fundo aliquid per alluuionē accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & cōmodum eius esse debet,cuius periculum est[b]. Quòd si fugerit homo qui venit[c], aut surreptus fuerit, ita vt neq; dolus, neque culpa[d] venditoris interuenerit: animaduertendū[e] erit, an custodiā eius vsque ad traditionē vēditor susceperit[f]. Sanè enim si susceperit, ad ipsius periculū in casus[g] pertinet: si non susceperit,securus est. Idem & in cæteris animalibus cæterisque rebus intelligimus.

Annota. Quotiens quis ideo tenetur quia actionem habet, eam cedendo liberatur: alioqui secus.

Vtiq; tamē vindicationē rei & condictionē[h] exhibere[i] debebit emptori: quia sanè qui rē nondū emptori tradidit,adhuc ipse dominus est. Idē etiam est de furti & de damni[k] iniuriæ actione.

Etiam sub conditione potest emptio celebrari: & accidentalia contractus possunt in alterutrum ex contrahentibus celebrari. Aret.

4 ¶ Emptio tam sub conditione, quàm purè contrahi potest. Sub conditione: veluti, *Si Stichus intra certum diem tibi placuerit*[l], *sit tibi emptus aureis*[m] *tot.*

Emens ignoranter rem quæ non est in commercio, habet contra venditorem actionem ex empto ad interesse. Aretinus.

a ¶ *Itaque.* nunc ponit exempla.

b ¶ *Periculum est.* facit *ff. de pericu.& commo.rei ven.l.id quod & de regu.iur.l.secundum naturam.& C.de lega.patro.l.si.§.fin.*

[*Quod si fugerit.*] CASVS. Dixit Iustiniano: Domine supra dictū est quid iuris est si res vendita antequā tradatur, penes venditorē deterior fiat,vel pereat:sed modò quæro,q.d iuris sit si seruus vēditus post cōpletā venditionē,antequā tradatur,fugerit vel surripiatur:ad quē spectabit periculū istud fugæ? Et respon.dominus Iustin.dicens, q̄ si sine dolo & culpa venditoris fugerit vel surreptus fuerit,animaduertēdū est primo vtrū vēditor aliquod fecerit pactū cū emptore, per quod in se recipit periculū fugæ vel surreptionis.veluti si custod.ā serui vēditi in se susceperit vsq; ad traditionē.Tunc enim periculū tam fugæ quàm surreptionis ad venditorē pertinebit & de omni periculo cōtingente tenebitur. Aliqui autē dicunt quòd etiā adstringitur per illud ad periculū generale,si periculū cōtingat. Si autē nihil conuenerit inter emptorē & venditorē,tunc erit periculū emptoris. Sed qualiter poterit ei subueniri,cùm non sit dominus serui,eo q̄ seruus non erat traditus,sed magis seruum illū à venditore possit petere vel rei vindi.vel condictione furtiua? Et respondert potest ad hoc,quòd emptor eget contra venditorē ad hoc quòd venditor cedat ei tam vindicationem,quàm condictionem furtiuam.Idem dicit si damnum datum fuerit in seruo vendito post cōtractum perfectum: quia actionem legis Aquiliæ sibi competentem propter damnum in re datū post contractum,tenetur venditor cedere emptori.h.d.Fran.

c ¶ *Venit.* i.venditus est.

d ¶ *Neque culpa.* etiam talis, qualis in commodato gratia vtriusque partis contracto venit. *vt ff. de peric.& commo rei vend. l. custodiā. & ff. commod. si vt certo. §.interdum.*

e ¶ *Animaduertendum.* i.distinguendum.

f ¶ *Susceperit.* quod pactum valet: *vt hic,& ff. eod.de cōtrah. emp. l.quod sæpe.§.si res.& ff. de peric. & com.rei vend. l. j. §.j.* Accursius.

g ¶ *In casus.* etiam[a] leuissima culpa contingens, secundùm Ioan. nō verò fortuitò: licèt Matt. contra: *vt C. de pig.a.l.quæ fortuitis.*

h ¶ *Condictionem.* scil. furtiuam, quæ scilicet soli domino dabatur: *vt hic. & ff. de cond. furt.l.j.*

i ¶ *Exhibere.* scilicet cedēdo actiones illas. & hoc quādo non fuit in culpa, alias nō liberatur cedendo. *vt ff. pro soc.l. de illo.in princ.* quæ est contra.

k ¶ *Et de damni.* putà si fuerit res vendita venditori subtracta, vel in ea datū sit damnū: *vt in princip huius §.* nam hæc actio damni iniuriæ domino datur: *vt ff. ad l. Aquil.l.ait Mela.§.item.*

[*Emptio tam.*] CASVS. Quæsiui à legislatore: Domine, vultisne plura dicere de emptione & venditione: Et ipse respō dicens. Frater,adhuc præter prædicta scire debes quòd emptio tā purè quàm sub conditione contrahi potest. Et ponit exemplum de emptione facta sub conditione.quia pura emptio omnibus manifesta est. Et est exemplum suum tale, si emptori dicat venditor in hunc modum: Si Stichus intra certum diem,veluti hinc ad quindecim dies tibi placuerit, erit tibi tēpus pro decem: hæc est emptio sub conditione.h.d. ¶ Et nota ad intellectum huius §. quòd cum tria sint in emptione, scilicet commercium, pretium, & res: duo prima non possunt conferri in arbitrium alterius contrahentium, hoc est emptoris: veluti si dicat venditor emptori sic: Vendo tibi rem pro quanto volueris. Secus autem est quando datur à venditore emptori optio in re ipsa: veluti cum conuentum est de pretio: & dicit venditor emptori sic, Si res tibi placeat hinc ad dies octo, sit tibi empta pro tot. Sed dicet aliquis, semper intra terminum illum potest emptor dicere quòd res sibi non placet: & ita in potestate emptoris erit verum contractus valeat,nécne. Certè verum est quòd per obliquum & implicitè est hoc in potestate sua: sed directè non, neque expressè. Expressa enim nocent, non expressa non nocent. Fran.

l ¶ *Placuerit.* Sed[b] videtur quòd in alterius contrahentium arbitrium conferatur emptio, quod esse non potest: *vt Cod. eod. de contrahen.emptio.l.in vendentis vel ementis.& ff. eo.de contrahen. emptio. l. quod sæpe. §. j. quæ sunt contraria.* Sed dic rem ipsam hic conferri in arbitrium emptoris. Aliud si cōmercium: vt sit tibi empta si vis, vel pretium pro quanto voles, vt dictis legibus contrariis.[c] ¶ Item opponitur: hæc vēditio quæ hic fit, non videtur conditionalis: *vt ff. eo. de contrahen.emptio.l.ij.quæ est contra.* Sed certè ibi fuit empta purè: sed resolutio debebat sub conditione fieri at hic sub conditione facta fuit: vnde non potest impleri nisi impleta conditione: *vt ff. eod.l.hæc venditio.in prin.*

m ¶ *Aureis tot.* puta x.

[*Loca sacra.*] CASVS Quæsiui a Iustin.vtrum possum emere loca sacra vel religiosa? Et respon.di quòd loca sacra & religiosa, cuiusmodi sunt iter, forum, & basilica, frustra quis emit. & hoc verū est de publicis, quæ publico vsui destinata sunt, cuiusmodi sunt forum, & basilica. secus autē est in rebus quæ sunt in patrimonio publico, vt cœmeterium. Et hoc est verum, si sciens quis huiusmodi res emerit. si autem quis ignorans emerit deceptus à vēditore, credens ea prophana vel priuata: tunc sibi competit act. contra venditorem ad interesse. Idem iuris est, si hominem liberum deceptus à venditore pro seruo emerit. h.d.Fran.

a Cautio tamē est. quòd maximi casus & possibiles exprimantur: quia clausula generalis sibi sequentes non nisi ad alias minores vel æquales se extendit. de præsum. imò vbicunque quis teneatur de omnibus, intelligitur de consuetis & solitis & non aliter per l. sin. §. fin. ff. eod. Angel.

b Vel ab eo die in antea petere præsentem vasa. Et hoc verum, quando est appositum tempus ad mensurandum, aliàs debet cōseruare donec vasa erunt sibi necessaria. & hæc procedunt in vino secus autem in aliis rebus. quia propter hoc effundi non potest. Ang.

a Periculū quē in se suscepit, de casu non tenetur sine aliqua culpa saltem leuissima contingēte. Angl.

b In arbitrium alterius contrahentis.

c Tu dic quod omnia illa sunt de his sine contractus. quæ in voluntatem alterius contrahentium committi non potest etiam per verba in potestatis arbitrium boni viri. hic autē non substātia, sed accidentia vel quasi committitur. Angel.

z ¶ *Loca sacra.* quę sint ista, habes. ȝ. *de rerum diui.* §. *flumina.* & §. *nullius.* & §. *religiosum.*

b ¶ *Priuata.* redde singula[a] singulis. nam priuata[b] contraria sunt publicis: prophana[c] sacris & religiosis: & *facit. ff. eo. de contrahen. empt. l.* & *liberi.* & *l. qua.* & *l. liberi.* Accursius.

c ¶ *Quòd.* i. quia.

d ¶ *Emerit* ignorans: vt *ff. de contrah. emp. l. liberi hominis.*

a Singula singulis reddēd. *similis est Gl. in l. quoniam in verbo peterr C. de appell. Nou. 7 q. c. a in verbo. perscruta mur*

b Priuata & publica differunt.

c Prophana à sacris & religiosis differūt.

5 ¶ Loca† sacra[a] vel religiosa, itē publica (veluti forū, basilicā) frustra quis sciens† emit: quæ tamē si pro prophanis vel priuatis[b] deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, q[c] nō habere ei liceat, vt cōsequatur quod sua interest eum deceptū non esse. Idem iuris est si hominem liberū pro seruo emerit[d].

DE LOCATIONE & conductione.

Textus continuat rubricā. Quia locatio est similis emptioni: vt in textu. & ff. eo. l. j. ideo post emptionem sequitur videre de locatione. Ar.

† *Facit ad totū istum ff. e. de eo ve ya & o i. in Gl. j. de resiq. & ven. fan.*

† *Sed*[?] *si ignorans eade, quia tenet cōtractus nō vt cōsequtur rem venditam, sed interesse l.* & *liberi ff eo. & si vēditor ignorat, tūc non praestium tantum si ictu, soluit interesse eo casu l. emptorē in ff* & *Gl. in fin. ff de act. empt.*

† *Si ff. de loc.* & *conducti.*

L*ocatio.*] Totus iste titu. diuiditur in quinq; partes. Primò, ponit q iste cōtractus habet similitudinē cū cōtractu emp. Secūdò, illud p exempla declarat. Tertiò, quid veniat in isto cōtractu. Quartò, ad quid tenet cū ductor. Quintò, an iste cōtractus trāseat ad heredem. Secūda ibi, Nā vt emptio. Tertia ibi, in §. conductor. Quarta ibi, qui pro vsu. Quinta ibi in fina. Mortuo. CASVS. Quęsiuit a Iustinia. quæ esset natura locationis & cōduct. Et respō dicēs, quòd proxima est emptioni & vēditioni. Eisdē enim regulis cōsistunt isti duo cōtractus. nā sicut emptio & venditio cōtrahunt simulatq; de pretio cōuenerit, ita locatio & cōductio, cū certa merces. i. pretiū fuerit inter eos cōstitutum, contrahit. & sicut in præcedenti contractu actio ex empto datur emptori, & actio ex vendito datur venditori: sic in isto contractu actio ex locato datur[z] locatori, & actio ex conducto datur conductori. & dicit quòd locatio & cōductio proxima est emptioni, i. vicina quo ad tractatū, & quo ad sententiam. Sed domine, satis vidi quòd isti duo contractus cōsistunt iisdem regulis. haberesne plura exempla? dicit quòd sic: quia sicut si vendidero rem pro pretio quod Petro iustum visum fuerit: si pretium definiuerit Petrus, valet cōtractus: si autem non fuerit arbitratus quod sit iustum pretium, non valet contractus: vt ȝ. tit. prox. dictum est: sic est in cōtractu locationis & conductionis: quia si aliquis domum suam locauerit alicui pro quāto Petrus æstimauerit: si Petrus æstimationem definierit, valet contractus: si non definiuerit, non valet contractus. h. d. Fran. de Aret.

† *Qua & pretium dicitur. l si quis ante de adq. poss. l. vs. § vlt. de leg. ȝ &* & *in vlt. lib. sup.* Cui

DE LOCATIONE ET conductione.†

TITVLVS XXV.

Sicut emptio & venditio solo consensu simul atque de pretio conuenit, perficitur: ita locatio & conductio quū primum merces constituta est: qua vsque adeo emptioni similis est, vt eisdē regulis constet: idcirco si locationi incerta merces interuenerit, à contrahentibus tamen postea certificanda, non propriè est locatio sed innominatus contractus.

LOcatio[e] & cōductio pxima est[f] emptioni & venditioni, iisdémque iuris regulis consistit. Nam vt emptio & venditio ita cōtrahitur, si de pretio[g] conuenerit: sicut etiā locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces[h] † cōstituta sit. & competit locatori[i] quidē locati actio: conductori verò conducti. 1 ¶ Et quæ supra diximus[k] si alieno arbitrio[l] pretium permissum fuerit: eadē & de locatione & cōductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces pmissa fuerit. Qua de[m] causa si fulloni[n] polienda curandáve, aut sarcinatori[o] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea[p] tantum daturus, quantū inter eos conuenerit: non propriè locatio & cōductio cōtrahi intelligitur, sed eo nomine[q] actio præscriptis verbis[r] datur.

Locata rei merces in numerata pecunia consistere debet: alioquin si in specie consistat, non locatio quidem, sed innominatus contractus est, ex quo præscriptis verbis actio oritur.

2 ¶ Prętetea sicut vulgò[s] quærebatur, an permutatis reb. emptio & venditio contraheretur: ita quęri solebat de locatione & conductione, si fortè rem aliquā vendam siue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vendā siue fruendā aliā rē acceperit. Et placuit nō esse locationē & conductionē, sed propriū genus contractus: veluti si cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicē boues commodarent[t], vt opus facerent, & apud alterum bos[u]

e ¶ *Locatio.* sic *ff. eo. l. j.* Accursius.

f ¶ *Proxima est.* quo ad tractatum, & quo ad sententiam.

g ¶ *Si de pretio.* vt ȝ. *tit. j.* §. *pretium autem.*

h ¶ *Si merces.* s. certa, & in pecunia numerata: vt *ff. depositi. l. j.* §. *si quis seruum.* & *ff. de præscrip. ver. l. naturalis.* §. *at cum do.* Vnde partiarius[d] colonus, qui partem domino reddit fructuū, impropriè dicitur conductor, imò socius magis: vt *ff. eo. l. si merces.* §. *vis maior.* Accursius. ADDITIO Et ideo emptor cogetur stare tali colono. quod nota pro limitatione notatorum *in l. emptorem. C. eo.* Angelus.

d Colonus[a] partiarius nō est conductor: sed magis socius.

i ¶ *Locatori.* sicut venditori ex vendito, emptori ex empto actio competit: vt ȝ. tit. j. § *sed & certum esse pretium an si.*

k ¶ *Supra diximus.* vt ȝ. *tit. j.* §. *sed & certum esse.* Accursius.

l ¶ *Arbitrio. ff. eo. l. si merces. j. respon.*

Qua de causa.] CASVS. Versiculus iste nō refertur ad versiculū proximè dictū & præcedentē: sed ad illud quod dictū est in princ. tit. quia sicut emptio & vēd. cōtrahitur quàm cito de pretio conuenitur, s. certæ pecuniæ: ita si in pecunia numerata fuerit merces cōstituta, cōtrahitur locatio & cōductio. qua de causa si in pecunia numerata nō fuerit certa mihi res cōstituta, nō valet cōtractus loca. & conduct. Pone ergo quòd tradidero vestes meas poliēdas nulla certa mercede constituta: diciturne cōtractus locat. & conduct? & respon. quòd nō. Qualiter ergo agetur inter me & ipsum, cum non possit agi locati & conducti? & respon. dicens quod agetur præscriptis verbis. h. d. Franciscus.

m ¶ *Qua de.* quia diximus certum debere pretiū interuenire.

n ¶ *Si fulloni.* Est autem fullo[a] qui lauat siue tingit siue polit. Acc.

a Fullo.

o ¶ *Sarcinatori.* sarcinator[b] est, qui fracta vestimenta resarcit: vt dicemus. j. *man. in fin.* Et proprius dixisset sartor secundùm aliquos, à sarcio, is. ADDITIO. Tamen etiam bene stat sarcinator, & dicitur à sarcina: & est propriè ille qui plurimū vestiū sumit: & aliquādo ponitur p sutore, vt hic.

b Sarcinator.

p ¶ *Postea.* ¶ No. postea. Nā prius re non secuta. i. nondum tradita ad resarciendū, actio nō daretur, vt *Co. de rerum permu. l. ex placito.*

q ¶ *Nomine.* quasi ex nouo contractu innominato: *vt ff. de præscrip. ver. l. j.*

r ¶ *Præscriptis verbis.* ȷ. *ma* §. *si contra.* ¶ Sed distingue, [c] aut certa merces interuenit, & tūc agitur locati: vt ȝ. *eo. in pr.* aut incerta, & tunc præscrip. verb. agit, vt hic, aut nulla, & tūc est mandatū: *vt ff. de præscri. ver. l. si tibi polienda.* & *in contrario.* ADDITIO. Intellige si res erat solita locari, aliàs secus: *vt l. naturalis.* ȝ. *at cùm do. ff. de præscrip. verb.* Angel.

c Merces quādoque est certa: quandoq; incerta: quandoque nulla.

Præscriptis verbis actio datur. Datur hæc actio, etiā si prius fecerit fullo aut sarcinator, quàm merces daretur vlla, nimirum quia ita res ab initio gesta fuit, dabo vt facias, non faciā vt des. Huic actioni nomen est ex eo quod det ex præscripto conueniōnū, vel proinde vti cōuenerit, si conuentio scripta non sit. *l. j.* §. *si quis seruum. depos. l. si dominus. de præscri. ver.* Est igitur præscriptis verbis, i. [Greek] actio. si cenim ab Constantino nuncupata est in lib. xj Epit. tit. iij. ex quo apparet non omnē in factū actionē & præscriptis verbis esse: si quidē non omnis actio in factum ex conuentione descendit, omnis tamen actio præscriptis verbis ex conuentione descendit. Cuiac.

[*Præterea sicut.*] CASVS. Dixi Iusti. Dñe, bñ perpendi per exēpla superiora, q isti duo contractus, s. empt. & vend. loca. & cond. magnā habent adinuicē familiaritatē siue conuenientiā quid amodo sup illis ostēdere proponis? Frater, dicit ipse, adhuc istud tibi ppono ostendere in alio exēplo. sicut enim dictū fuit in præced. q apud veteres dubitabat vtrū emp. & ven. possit esse in permutatione, & dictū fuit q nō: ita solebat quęri de loca. & conduct. vtrū posset fieri in rerum permutatione & dicit quòd non, sed est propriū genus cōtractus. Pone. n. quòd ita conuenerit inter me & te, q si ego non haberē nisi vnū bouē, & tu similiter vnū q tu haberes bouē meū ad arandū vna cū tuo per duos dies & ego tuū haberē postea ad arandū p alios duos dies: & bos meus apud te tua culpa perierit: quæ actio mihi cōpetit cōtra te? non actio empt. & vend. quia non est certum pretium conuentum inter nos. neque loca & conduct. quia non est certa merces constituta inter nos. neque commodati. non enim erat gratuitum. Quid ergo erit? Et respon. quòd præscriptis verbis est agendum. h. d. Franc. de Areti.

s ¶ *Vulgo quærebatur.* vt ȝ. *tit. j* §. *item pretium.*

t ¶ *Commodarent.* impropriè ponitur, vt sequitur.

u ¶ *Bos perierit.* sua culpa, aliàs non tenetur, cum vtriusque gratia contractum sit: vt *hic,* & *ff. de præscrip. ver. l. si gratuitam.* §. *si margaritas.* & *ff. comm. l. si vt certo.* §. *nunc videndum.*

Quis

a ¶ *Quia non fuit.* bona ratio: *vt 3. quib. mod. re contra. oblig. §. commodata.*

b ¶ *Præscriptis verbis.* quæ cōpetit ex contractibus nibus innominatis, do vt des, facio vt facias, do vt facias: *vt ff. de præscript. verb. l. naturalis. § j. ij. & iij.* 2 Aliàs datur ex pactis incontinenti appositis. *vt C. de re. permu. l. ex* his. 3 Aliàs dat quando dubium est de nomine contractus. *vt ff. de præscrip. verb. l. j. §. fi. & l. ij. iij. & iiij.*

petierit, neque locati vel conducti neque commodati competit actio: quia non fuit [a] commodatum gratuitum: verùm præscriptis verbis [b] agendum est.

Emphyteuticos contractus (id est cum prædium perpetuò fruendum annua pensione constituta cui eam conceditur) neque venditio, neque locatio est: sed propriam contractus speciem parit: in quo si de rei periculo nihil inter contrahentes actum sit, totius rei interitus ad dominum, particularis vero ad emphyteutam spectat.

3 ¶ Adeò autem [c] aliquam [d] familiaritatem inter se videntur habere emptio & vēditio [e], item locatio & conductio [f], vt in quibusdam causis quæri soleat, verū emptio [g] & venditio contrahatur, an locatio [h] & conductio: vt ecce de prædiis quæ perpetuò [i] quibusdam fruenda traduntur, id est †, vt quandiu pensio [k] siue reditus [l] pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius, cuive cōductor,

[*Adeo autē.*] C A S V S. Domine, per exempla supradicta patet quod est maxima familiaritas inter cōtractum istum & præcedentē: quod plura exempla ager, adhuc maior familiaritas potest patere in isto casu, in quo dubitatū an sit cōtractus loca. & conductio. vel cōtract. emp. & vend. Pone ergo quòd ego tradiderim alicui sub annuo censu aliquod prædium de meis fruendū dicens quòd quandiu pensio prædij domino prædij vel eius heredi solueretur, non liceret domino, neque eius heredi, cōductori, neque eius heredi, vel cui cōductor, heresve eius prædiū vendiderit, aliove modo alienauerit, auferre. de contractu tali dubitabatur apud antiquos vtrum esset contractus emp. & ven. eo quòd conductori non potest dominus auferre prædium quamdiu pensio fuerit soluta. rursum potest iste contractus sapere naturam loca. & cond. eo quòd quolibet anno soluitur certa pensio. super hoc dubitauerunt antiqui vsque ad tempora christianissimi Zenonis, qui dicebat contractū istum nec esse emp. & vend. neque loca. & condue. sed cōtractum emphyteuticum: qui dicitur proprius contractus. & suā propriam habet naturam. Sed pone quòd tanta fuerit sterilitas in prædio sibi dato in emphyteusim perpetuam, ita quòd conductor nihil possit de fructibus illius prædij suscipere: cuius erit detrimentum? vel domini conductoris, vel illius emphyteutæ? Et respon. Iusti. quòd Zeno ita ordinauit in isto contractu, quòd si aliqua conuentio facta est inter ipsum qui prædium dedit in emphyteusim, & emphyteutam: quòd conuentio illa obseruetur. si autem nihil conuenerit inter eos, aut est periculum totale: & tunc detrimentum illud pertinet ad dominum, ita quòd non teneatur emphyteuta pro tempore illo sibi reddere pensionem. aut est particulare detrimentum, & tunc erit periculum emphyteutæ. h. d. Franc.

c ¶ *Adeo autem.* quia [c] iisdem regulis & constitutionibus consistunt: multa ergo habent inter se communia.

d ¶ *Aliquam.* alias non est in litera, al. quam.

e ¶ *Et venditio.* s. ex vna parte.

f ¶ *Et conductio.* s. ex alia.

g ¶ *Vtrum emptio* quod videbatur cum talis datio alienatio sit: *vt in Auth. de non alie. §. alienationis. coll. ij.* quod [d] locatio non facit: *vt ff. eo. l. non solet.* Accursius.

h ¶ *An locatio* quod videbatur, cum mercedem soluere tenetur.

i ¶ *Perpetuò.* aliter accipitur *ff. pro soc. l. j.*

k ¶ *Pensio.* in pecunia.

l ¶ *Reditus.* in specie.

m ¶ *Alienauerit.* cùm multi sint modi alienandi: *vt ff. de Publi. l. ij. & iiij. v. & vj.*

n ¶ *Auferre liceat.* Interdum [e] autem datur ad certum tēpus, interdum in tertiam personā vel generationē: cum omnia pacta super hoc contractu habita valeāt: *vt j. prox. §.* sed ecclesia dat in emphyteusim vsque ad tertiā generationē tantū, *vt Auth. de non alie. coll. ij. §. emphyteusin.* 2 Vel vt puto, etiā in perpetuū dabit. vt quilibet priuatus: *vt hic, & in Auth. de alie. & emphy. §. licentiā. coll. ix.* Acc. A D D I T I O. ¶ Tu dic de iure canonico (cui standum est) q aut fit sine solemnitate de qua habetur *x. q. ij. sine exceptione. & in ca. j. de reb. eccle. non alie. in sexto & in c. nulli extra eo. ti.* & tunc non valet vllo modo. aut fit cum dicta solennitate, & valet, & ad omnes etiā extraneos transibit. Ange.

heresve eius id prædium vendiderit aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienauerit [m], auferre liceat [n]. Sed talis contractus quia inter veteres dubitabatur, & à quibusdā locatio, à quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana [o] lata est, quę emphyteuseos [p] † cōtractus propria [q] statuit naturam, neque ad locationem [r] neque ad venditionē [s] inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam: & si quidem aliquid pactū fuerit, hoc ita obtinere, ac si natura talis [t] esset contractus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tūc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominū [u] super hoc redundare periculum: sin autem particularis [x], ad emphyteuticariū huiusmodi damnum venire. quo iure vtimur [y].

Conuentio vt ex artificis materia opus fiat mercede certa cōstituta, venditio est: quod si ex conductoris materia, locatio est.

4 ¶ Itē quæritur, si cū aurifice

o ¶ *Lex Zenoniana vt C. de iure emphy. l. j.*

p ¶ *Emphyteuseos.* emphyteusis Græcè, Latine dicitur melioratio. hoc ideo, quia olim tantum sterilia dabantur, vt meliorarentur: sed hodie nō tantum sterilia dātur, sed etiam fertilia, nisi in ecclesia, quæ dat sola ea quæ cōgnita videntur œconomo & aliis gubernatoribus ecclesiæ *sic C. de sacr. eccl. Authen. perpetua quoque.* Accursius.

q ¶ *Propriam.* Agitur ergo conductione [b] ex lege ad omnia obseruanda quæ conuenimus. ¶ Sed nunquid emphyteuta [c] potest alij dare in emphyteusim? Resp. sic: *vt in hoc § in Authen. de non alie. aut permu. §. alienationis. coll. ix.* ¶ Item nunquid [d] illud vtile dominium quod solum habet, transfert in eum? Resp. sic, cùm rei vindicatio vtilis sibi det: *vt ff. si ager vect. l. j. et ij.* ¶ Sed qualiter aget primus [e] emphyteuta contra secund. vt eum expellat? Resp. rei vindicatione, quæ licèt de iure sibi non cōpetat, exceptio tamen opponi nō potest, quia replicaretur. & sic nō [f] dominus dominum vincit: *vt C. de transact. l. vbi.* vbi de facto tantum agit, & vincit. *& ff. de excep. rei iudi. l. si quis rem.* 2 Vel verius aget præscriptis verbis. 3 Vel dic ex leg. Zenonis ad mercedem.

r ¶ *Neque ad locationem.* Imò differt in septem [g]. 1 Nam hic etiam in specie præstatur pensio: sed ibi in pecunia tātum, *vt hic scripsimus.* 2 Item hic possidet naturaliter, sicut fructuarius: *vt ff. de acq. poss. l. naturaliter.* sed conductor non: *vt C. communia de vsucap. l. j.* 3 Itē hic hab. dominiū vtile, sed conductor non: *vt ff. eo. l. non solet.* [h] Item hic contractus fit in immobilib. tantum, ille etiam in mobilib. *vt in Auth. de alienat. & emphyteu. §. licentiam. collat. ix.* 5 Itē hic agitur condictione ex lege: ibi ex cōducto. 6 Itē hic cōtractus iuris ciuilis est, ille naturalis, vt hic dicitur. 7 Item est hic in scriptura, ille etiam sine ea: *vt C. de iure emphy. l. j. & 3. de oblig. & consensu: vt 3. eod. in princip.*

s ¶ *Neque ad venditionem.* Quia [i] hic pensio præstatur, ibi res liberè transit. 2 Item ob hoc res reuocatur, sed ab emptore, non per venditorem: *vt C. de rei vind. l. inciuile.* 3 Item hic vtile transit dominium, ibi directum: *vt 3. de re. diu. §. per traditionem.*

t ¶ *Natura talis.* Placuit vt scriberemus natura talis, non vt antea naturalis: *vt in l. si constante. § si maritus ff. sol. matr. sic in l. cui. ff. de fund. dot.* pro dotalis scribendum est dotis talis. vt, inquit, ambulatoria est talis obligatio dotis nempe disiunctiua, ita & potestas leg. Iuliæ. Cu.

u ¶ *Ad dominum* vt pensionem non habeat. Accursius.

x ¶ *Particularis.* i. [k] medietatis, vel minus secundùm M & Ioan. *ar. ff. de vsufruct. l. etiam. & de ver. sign. l. nomen filiorum §. portionis. & ff. de dam. infec. l. inter quas. §. damni & de contrahen. emptio. l. damnum.* 2 Nos dicimus, si aliquid etiam parum remansit, damnum emphyteutæ esse. *arg. huius § & eo. l. j.* De hoc dantur tales versus. Res perit tota: tunc nil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita lib. erit.

y ¶ *Vtimur.* Sunt [l] & duo alia naturalia siue tacita pacta in hoc cōtractu: vt de reiiciendo emphyteuta si non soluerit pensionē per trienniū *vt C. e. l. ij. §. j. & in Auth. de non alienan. §. sine. coll. ix.* Item & si velit emphyteuta vendere, q domino primo denuntiare debet: *vt C. eo. l. fi. §. j.* Acc. A D D I T I O. Quod dictū est emphyteutā posse expelli non soluta pensione per trienniū, verū est in emphyteuta priuati: quoniā emphyteuta ecclesiæ cessans per bienniū in solutione, expelli potest. *Authen. qui rem. C. de sacrosan. eccle. & not. C. de iure emphy. l. ij. in glo. repellere & extra de locat. c. potuit. & in Auth. de non alie. §. sine. & gl. hominum. coll. ix.* Sed in simplici colono indistinctè biennium expectatur: *vt ff. de loca. l. quæro §. inter locatorem.*

[*Item quæritur.*] C A S V S. Per exēpla superiora vidistis familia-

Institur

VV ij

Titius conuenerit, vt is ex auro suo[a] certi ponderis certæq; formæ[b] annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decē aureos: vtrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionē contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem contrahi. Quòd si suū aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubium non est quin locatio & conductio sit.

Quæ partium expressa conuentione promissa fuerunt, necnon & quæ ex bono & æquo præstari debent, licèt de his conuentum non sit, hæc in contractu seruanda sunt.

5 ¶ Conductor autem omnia secundùm legem[c] conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo[d] præstare.

Conductor de leui culpa tenetur. Aretinus.

Qui pro vsu aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedem aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus[e] paterfamilias suis rebus adhibet. quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rē amiserit[f], de restituenda ea non tenebitur.

Contractus locationis ad heredes transit conductoris. Aret.

ritatem inter istos cōtractus: adhuc est familiaritas mirabilis in exemplo sequenti. verbi gratia, conueni cū quodam aurifice, vt de suo argento mihi faceret scyphū certæ formæ, certique ponderis. quæritur modò vtrum inter me & ipsum videatur empt. & vendi. vel loca. & cōductio? Cassius dicit quòd in hoc casu quātū ad materiam est emptio & venditio, quantum verò ad operam est conduct. & locat. Iustinia. autem dicit, quòd magis placet sibi, quòd ex toto sit emptio & vendit. quia perinde est ac si aurifaber scyphū de argento suo fecisset, & postea mihi factū vendidisset. Sed pone q̄ cōueni cum aurifabro, vt de meo argento mihi scyphum certi ponderis, certæque formæ & mēsuræ faceret: quid iuris in isto casu? Et respon. Iustin. quòd non dubium quin sit locatio & con.

a *Suo.* s. artificis.

b ¶*Formæ.* sc. demonstratæ. ¶ Sed quid si certa non est materia demōstrata? Resp. non interest: *vt ff. de contrahen. empt. leg. conuenit. & leg. Sabinus.* Vel facies punctum in dictione, suo.

[*Conductor autem omnia.*] C A S V S. Dicit dominus Iustin. quòd conductor omnia secundùm quod conuenit in conuentione, facere debet. si autem aliquid esset omissum, ita quòd in conductione de eo nihil esset actum: veruntamen inter eos debet illud q̄d fuit omissum, ex bono & æquo præstari: putà si conductor in mora fuerit soluendæ pensionis. Nam licèt de vsuris nihil actum fuerit, tenetur tamen ad vsuras: & econuerso licèt nihil actum fuerit de ostiis reficiēdis, nihilo minus adhuc tenetur locator. & hoc vult dicere litera præsens.

c ¶*Legem.* i. pactum: *vt ff. depos. l. j. §. si conueniat.* Accursius.

d ¶*Ex bono & æquo.* vt vsuras post moram: *vt C. eo l. præses.* Idem econtra, Nam conductor agit vt domus & ostia sibi reparentur: *vt ff. eo l. ex conducto. in prin.*

[*Qui pro vsu vestimentorum.*] C A S V S. Quidā cōcessit mihi iumētū suū, aut vestimentū suū, aut argentū vtendū pro certa mercede. quæritur qualē custodiā in ista re mihi concessa præstare tenear. Et resp. Iustini. q̄ talē diligentiā teneor præstare, qualē paterfamil. diligens præstaturus esset. & ita expone diligentissimus, i. diligens & hoc est quia vtriusque gratia celebratur cōtractus. hoc dicit. Frao.

e ¶*Diligentissimus.* i. diligens.[a] sic exponitur: *ff. eod leg. si merces. §. qui columnam.* a Nā cū vtriusque gratia fiat locatio, nō venit exactissima diligentia: *vt ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum.* Alij propriè ponunt, & dicunt speciale in his rebus quæ facile possunt frangi. A D D I T I O. Et hæc vltima videtur cōmunior: & ratio diuersitatis fundatur super facili harum rerum fragilitate: ideóq; diligētior cura est adhibenda. *cap. vbi periculum. de ele. li. lib.* vj Christopho.

f ¶*Amiserit.* vel damnum datum sit, quod prauideri non poterat. *vt ff. eo. l. sed & damno.*

[*Mortuo conductore*] C A S V S. Quæsiui à Iusti. sic, Quidā conduxit sibi hospitium. intra tempora conductionis decessit cōductor, & successit ei heres eius in conductione. poteritne alteri domum locare? Et respondet Iustin. quòd sic. quod intellige iure loca. & conduc. non autem iure societatis. h. d. vsque ad si. titu.

g ¶*Conductore.* proprietatis, secus in vsufructu: *vt Cod. de vsufru. leg. lamina.* a Vel dic vt ibi,[a] *& de iur. dat. l. si fueris in fi.*

h ¶*Succedit.* vt *C. eo l. viam.* Sed in moriente scholari vel recedente, substituere potest? Resp. sic de iure conductionis, sed ratio societatis prohibet: quæ præualet vbi certa persona eligitur: *vt j. tit. j. soluitur.*

Margin notes, page 391: a Superlatiuus pro positiuo quādoque ponitur.

6 ¶ Mortuo conductore[g] intra tempora conductionis, heres eius eodem iure in conductione succedit[h].

DE SOCIETATE † TITVLVS XXVI.

Et omnium bonorum, & certa negotiationis coiri potest societas: in qua quæ circa lucrum aut damnum pacta sunt, seruari oportet. quòd si nihil conuentum sit, æquas partes & in lucro & in dāno inuicem referre decet: in hac tamē socij pacisci queunt, vt alteri plus lucri, alteri plus damni obueniat: quinimo & quod vnus lucri partē ferat, de damno verò non teneatur.

Annota. Id lucrum dici, quod omni damno deducto superest.

Societatē coire solemus aut totorū[i] bonorum, quam Græci specialiter κοινοπραξίαν † appellāt: aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum † emendorúmq; : aut olei, aut vini, aut frumenti emendi[k] vendendíque.

1 ¶ Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales[l] scilicet partes & in lucro & in damno spectantur. Quòd si expressæ[m] fuerint partes hæ, seruari debent. Nec enim vnquam dubiū fuit, quin valeat conuentio[n], si duo inter se pacti sint, vt ad vnū quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia[o].

DE SOCIETATE.

Ista rubrica sic continuatur. Dictum est s̄. de quibusdam cōtract. qui fiunt consensu; *verum quia societas est etiam contractus qui fit consensu,* vt patet. s̄. de oblig. ex consensu I. *ideo sequitur rubrica de societate. Est autē societas (vt ait Marcus Tullius) duorum pluriumve conuentio honesta*[b] *contracta ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum.* Accursius.

[*Societatem.*] Totus iste titulus diuidit in quatuor partes. Primò ponit in quib. reb. possit contrahi societas. Secundò, quæ partes possunt esse in lucro & damno: & si nō fuerint à partib. expressæ, quæ intelliguntur. Tertiò quādo societas & quomodo finitur. Quartò ad quid socius tenetur. Secunda ibi, Et quidem: Tertia ibi Manēt autem. Quarta ibi, Socius socio. C A S V S. Dixi Iustin. Domine, benè perpendi per supradicta, quòd iam de societate estis tractaturi. pro Deo qualiter cōtrahitur societas? Et resp. dominus Iustini. q̄ solemus contrahere societatē omnium bonorum, quam Græci cœnopraxian appellabant: aut vnius negotiationis, veluti vini, olei, frumēti vēdēdi & emendi. & tūc æqualiter participabunt lucrum & damnum. si autē super partib. lucri aut dāni aliquid statuerint: tūc quod inter eos conuenit, seruabunt. Sed quid dices de tali cōuentione, vt ad Titiū duæ partes lucri pertineāt, dāni verò tertia: ad Seiū verò duæ partes damni, tertia verò lucri: valētne ista conuentio? & dicitur q̄ sic. Quintus tamen Mutius dicebat quòd talis conuentio erat contra naturam societatis, & quod non valebat. Seruius autem Sulpitius dicit quòd talis pactio valeat, quòd iure conuentionis intelligi potest etiam ita contrahi, quòd vnus pecuniā conferat, alius autem nihil: lucrum tamen inter eos cōmunicabunt: quia sæpe alicuius prouidentia vel opera pecuniæ præualet. Sed quid si ita fuerint pacti inter se, q̄ vnus habeat partē lucri, partem autē damni non ferat: valētne pactū tale in societate? Dicit Seruius quòd sic, ita tamē quòd si sit in vna re lucrum, in alia damnū, debet fieri compensatio lucri cum damno: & illud soluto quod superest, dicitur lucrum. h. d.

i ¶*Totorum.* i. omnium, & expressè: *vt ff. eo. l. j. §. j. & l. iij. §. j.* Nam hoc nomen, scilicet totus, ta, tum, totitatem ad vnam rem signat. A D D I T I O Hoc verum si ad vnam adducitur. aliàs si ad vniuersitatem, de illa tanquam de vno prædicatur. Ioan. Fab.

k ¶*Emendi.* item duobus aliis modis, scilicet simpliciter[c]: *vt ff. l. coiri. & l. nec adiecit.* Item vnius rei: *vt ff. eo l. societas.* Accursius.

l ¶*Æquales.* sic *ff. de here. insti. l. quotiens. §. heredes. & s̄. de her. inst. §. si plures. & ff. eo l. non fuerint.* & dic æquale fuisse capit. Accursius. A D D I T I O. Aliàs erit in arbit. iudicis cōside. sociorū operis. Et no. q̄d sicut capitale, ita nec luc. durāte societate extrahi potest. Ang.

m ¶*Expressæ.* etiam in solo lucro. *vt j. eo. §. illud.*

n ¶*Conuentio.* s. talis vt sequitur.

o ¶*Tertia.* s. pars lucri & damni.

Margin notes, page 392: a Et hæc vera vbi ius vlusfr. constituitur. secus si fructus vsque ad certū tempus vendantur vel locentur: vt hic, per doct. — † Sic ff pro socio. — b Nam maleficiorum non est societas. l. si à reo. ff ad quod ff. de furt. vsur. ergo si est inhonesta, dicitur cōnspiratio. l. commento ola. C. de episc. & cler. ab honorificis communicatio vocatur. — † Aliàs, cœnopraxian. — † Hæc est quę venalitiaria negotiatio dicitur. Cuiac. — c Si nō sit expressè dictum quod sit omnium bonorū & tūc videtur esse contracta vniuersorum quę ex quæstu veniunt, id est, si quod sit lucrū ex emp. vend. loca. condu. & sic tacere nocet secundum Glo. ad l. coiri.

AdTitium.

Valet conuentio inter socios, vt maiorem partem lucri ferat alter quàm damni, & econtra: & etiam quod lucrum participet alter, & damnum nõ sentiat. Et lucrum dicitur, quod superest omni damno deducto. Aretinus.

2 ¶De illa sanè conuentione quæsitum est: Si Titius & Seius inter se pacti sunt, vt ad Titium[a] lucri duę partes pertineant, dãni tertia: ad Seiũ duę partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio. Quintus Murius contra naturam societatis talem pactionem esse existimauit: & ob id non esse ratam habendam Seruius[b] Sulpitius (cuius sententia præualuit) contra sensit: quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustum sit conditione meliori in societatem admitti. Nam & ita coiri posse societatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sępe opera alicujus pro pecunia valet. Et adeò[c] contra Quinti Mutij sententiam obtinuit, vt illud quoque constiterit posse cõuenire, vt quis lucri partem[d] ferat, de damno nõ teneatur. quod & ipsum[e] Seruius conuenienter sibi[f] fieri existimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit: compensatione facta, solũ quod superest, intelligatur lucro esse.

Pars in lucro adiecta, in dãno quoque adiecta videtur, & ediuerso.

3 ¶Illud expeditum est, si in vna causa pars fuerit expressa veluti in solo lucro, vel in solo damno, in altera verò omissa: in eo quoque quod prætermissum est, eandem partem seruari[g].

Renunciatione soluitur societas: quò fit vt quæ post renunciationem obuenêre, communicanda non sint: nisi callide quis societati ideo renuntiarit, vel solus expectatum lucrum consequeretur.

4 ¶Manet autem societas eousque, donec in eodem consensu perseuerauerint. At cum aliquis renuntiauerit[h] societati, soluitur societas. Sed planè si quis callidè[i] in hoc renuntiauerit societati, vt obueniens aliquod lucrũ solus habeat: veluti si totorum[k] bonorũ socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, vt hereditatem solus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò[l] aliud lucrifaciat, quod nõ captauerit[m] †, ad ipsum pertinet. Ei verò cui renuntiatũ est, quidquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur[n].

Adijciuntur quatuor modi quibus finitur societas: scilicet morte socij, negotio finito, publicatione, & bonorum cessione.

5 ¶Soluitur adhuc societas etiã morte[o] socij: quia q̃ societatẽ cõtrahit, certã p̃sonã sibi eligit. Sed & si cõsensu pluriũ societas cõtracta sit, morte vnius[o] socij soluitur, etsi[p] plures supersint: nisi in coeunda societate aliter conuenerit[q]. 6 ¶Item si alicuius rei[r] cõtracta societas sit, & finis negotio impositus est, finit societas.

7 ¶Publicatione[s] quoque distrahi societatem manifestũ est,

a ¶*Ad Titium.* Computatio hic ita expedita fiat, vt si lucrũ in vna re, in alia verò damnum contigerit: vt si deducto omni damno lucrum superest: vnus in duas partes, alius in tertiam partem admittatur eius lucri. Si verò tantùm damnum superest: is qui duas partes damni ferre debet: in rebus quæ supersunt, tanto minus quàm alter accipiat, quãtum faciat tertia pars dãni: vt *ff. eo. l. Mutius.*

b ¶*Seruius.* hic Seruius sibimet contradicere videtur: vt *ff. eo. l. Mutius.* Sed non est verum. nam ibi dicit de facto hoc esse non posse, scilicet vt damnũ & lucrum sit in eadem societate: cùm damnum[a] lucro, & ecõtra lucrũ[b] damno deducto intelligatur: vt ibi dicitur, & j. *eo. versic. & adeo.*

c ¶*Et adeo.* Hæc pacta inæqualia tunc demùm locum habent, quando alter plus contulit operæ vel industriæ, quam alter: vt *ff. eo. l. si non fuerint. in prin. ibi. si verò placuerit.* secundùm Azo. cùm societas sit fraternitatis ius: vt *ff. eod. l. verum in fin. j. respon.* 2 Ioan. contra. & subaudit in l. illa si non fuerint, maximè. 3 Alij idem quod Ioan. sed tali ratione, quia iure cõuentionis valent, non societatis *ff. de pol. l. j. §. si conuenerit.* Accursius.

ADDITIO. Ista communiter approbantur: vt per Christo. hic. Et hæc vera intellige, quando vel de vtroque, vel de altero tantum aliquid inter partes conuentum est. Si verò nihil, sed simpliciter tantum sit contracta societas: dic vt per Ang. hic.

d ¶*Partem.* nõ totum: aliàs esset leonina[c], vt dicitur in fabula Aniani vel Æsopi. & *ff. eo. l. si non fuerint. §. fin.*[d] & *l. si unus. § sed si pretium. in fi.*

e ¶*Quod & ipsum.* sc. dictum hoc proximo casu.

f ¶*Conuenienter sibi.* i. conueniens suæ sententiæ, quam dixit §. *eo. §. de illa.*

[*Illud expeditum.*] CASVS. Po. Duo mercatores societatem adinuicem contraxerunt: & super hoc literas cõfici fecerunt: in quibus continebatur, quòd lucrum si quod inter eos contingeret, diuideretur: & nulla fuit facta mentio de damno. quid iuris in hoc casu? Respon. quòd eadem est ratio obseruanda in damno, quæ & in lucro est expressa, & econuerso. hoc dicit.

g ¶*Seruari.* No. eandem[e] esse rationem contrariorum. *sic. ff. de le. iij. l. si. §. fi. & ff. fami. ercis. l. si filia. Papinianus.* Ar. contra. *ff. de lib. & posthu. l. commodissimè & ff. loca. l. ea lege. j. resp. & ff de neg. gest. l. si quis negot.*

[*Manet autem*] CASVS. Supra dictum est qualiter societas contrahitur: restat nunc videre, qualiter dissoluitur. Dicit ergo Iusti. quòd societas inter aliquos tandiu manet, quandiu perseuerauerint in eodem consensu, cum autem alter eorum societati renunciauerit, dissoluitur societas. si autẽ callidè renunciauerit societati, ad hoc quòd ipse solus aliquod lucrum sentiat: illud lucrum solus non habebit, sed tenetur illud lucrum socio suo communicare: si autem aliquod lucrum aliunde senserit, quàm sibi sperabat, scilicet quando societati renunciauit, id est, ex insperato sibi inuenit, id totum habebit, quicquid autem lucratus fuerit ille cui renunciatum est, post renunciationem illi soli acquiritur.

h ¶*Renuntiauerit.* præsenti socio,[e] non absenti: vt *ff. eod. l. sed & socius. §. si absenti.*

i ¶*callidè.* idem & si intempestiuè renuntiet: item & si expediet non renuntiari: vt *ff. eo. l. actione. §. Labeo. & l. sed & si socius. §. fi.*

k ¶*Totorum.* i. omniũ, hoc expressũ: vt *ff. eod. l. iij. §. j.* aliàs contra: vt *ff. eo. l. nec adiecit.*

l ¶*Si quid verò.* aliàs si quidẽ. *sic. ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. quod si vniuersum. sic. ff. eo. l. actione. §. diximus.*

m ¶*Non captauerit.* i. non præcogitauerit.

n ¶*Conceditur.* Not.[b] hîc quinq; modos soluendæ societatis hic, & sequẽtibus quatuor §§. sunt & alij duo: vt interemptione rerum naturali, vel ciuili: vt *ff. eo. l. verum. §. pen. incipi. societas.* Item cum ab alio stipulor animo nouãdi, vel iudiciũ cũ aliquo dicto animo nouandi: vt *ff. eo. l. actione. j. respon.* Accur.

[*Soluitur adhuc.*] CASVS. Non solùm per renũciationem de qua dicitur §. soluitur societas, sed & morte. vnde non succedet socio superstiti heres in societate, nisi hoc placuerit ipsi socio superstiti: & tunc etiam dicitur cõtrahi societas. & si plures contraxerunt adinuicem societatem: si vnus illorum decesserit, dissoluitur societas inter omnes, nisi aliter conuentum fuerit inter eos. In §. item si alicuius rei &c. dicit Imperator, quòd non solùm duobus modis supradictis dissoluitur societas: imò & tertio modo, scilicet quando finis impositus est negotio propter quod contraxerunt adinuicem societatem. In §. publicatione, casus talis est. Iam vidistis tres modos soluendi societatem: modo ponitur hîc quartus modus quo soluitur societas, putà per publicationem omnium bonorum suorum in fiscum propter suum delictum. Quando enim fiscus in loco suo succedit, pro mortuo habetur.

[*Item si quis.*] Iam vidistis quatuor modos quibus soluitur societas. Itẽ quinto modo soluitur societas: veluti si vnus ex sociis cesserit bonis, ne in carcerem detrudatur si tamen adhuc alter in ipsum consenserit, noua videtur contrahi societas.

o ¶*Morte.* idem est in tutela, secus in deposito & mandato: vt *ff. de bo. quæ vos. in fa. l. furti. §. illud.*

p ¶*Etsi.* i. quamuis. Accursius.

q ¶*conuenerit.* s. vt duret inter superstites etiam vno moriente: nõ autem ad heredem transit[e] etiam ex pacto: vt *ff. eo. l. adeo. & l. nemo.* nisi in societate vectigalium: vt *ff. eod. l. verum. §. in heredem. & l. adeo. j. respon.* & nisi denuo consentiant: vt *ff. eo. l. planè.* ADDITIO. Item nisi iuramento hinc inde apposito: quia fortè de iure canonico teneret etiam in persona heredis, nec morte vnius ex socijs solueretur, per ea. *cum contingat extrà de iureiu.* secundum Ioan. Fab. hic.

r ¶*Item si alicuius rei.* vt duo tabernarij de vendendo vinũ in foro.

s ¶*Publicatione.* quæ publicatio fit propter delicta: vt *ff. de bon. dam. l. iij. j. respon.*

a Damnũ lucro deducto intelligatur. b Lucrum in dãno deducto intelligitur.

c Id est, si non habito respectu ad lucrum de certa quãtitate tantum sit: putà volo &c. annuatim, etiam si non cedens pecuniam, in se periculum suscipiat. secundùm Ang. hic.

d Iniquissimũ enim genus societatis est, in quo quis damnum non etiam lucrum spectat. vt ibi dicitur. Ægid. Pers.

e Contrariorũ eadem est ratio.

a Vel eius procuratori: aliàs non tenet nisi in præiudiciũ renuntiantis. Ang.

b Societas multis modis soluitur.

† Captare hoc loco accipitur pro eo quod est blanditijs quibusdam ac illecebris obsequijsque & laudationibus venari, vt sic dixerim. Hinc & captatoriæ institutiones *ff. de hered. inst. l. captatoria.* Hinc & captãda hæreditas. *C. de transa. l. si maiores.* & apud Horat. *li. [illegible] forma.* Captatores vtriq; Testamentorum.

e Ratio, quia in societate eligitur industria personæ: & licet heres non sit socius, tenetur tamẽ inchoata à defuncto perficere *l. heres socij. ff. eod.* Ægid. Pers.

a ¶*Alius.* aliàs alter, s. fiscus.
b ¶*Pro mortuo.* sic *ff. eo. l. actione. §. publicatione.* Accursius.
c ¶*Habetur.* sed quid si hic socius cuius bona publicata sunt, ratione operæ socius erat, nō rerū, quod esse potest: *vt ī. eo. §. de illa. versi. nam & ita?* Resp. idē, cùm libertatē, vel vitam, vel ciuitatē amittat: *vt ff. de bo. dam. l. j. & ī. proxi §. innuitur in fi.*

a Cessio bonorum fit vsque ... cis euitandi causa.
b Cedens tamen nō liberatur à creditoribus sed in postea quæsitis habet beneficium, nō conueniatur nisi in quantū facere potest. *l. iij. de cess. ff. bono.*

d ¶*Bonis suis cesserit.* quod facere potest, ne in carcerē detrudat: *vt ī. de act. §. fin. & C. de cessio bo. l. j.*
e ¶*Debita.* quia fisco vel priuatis debebat: *vt ff. eo. l. actione. §. j.*
f ¶*Veneat.* id est vendatur.
g ¶*Sed hoc casu.* quasi dicat non sicut superiori proximo, scilicet quando bona fuerunt publicata. nam hic viuens & in ciuitate existens sibi postea acquirere potest: *vt ff. de cessio. bo. l. v.*

[*Socius socio.*] CASVS. Dixi Imperatori: Domine, tā vidi quinque modos quibus societas soluitur: modo quæro, vtrū socius socio suo teneatur propter dolum, vel etiam propter culpam: vel etiam ex negligentia teneatur? Et respon. Impera. quòd non solum ex dolo tenetur, sed etiam ex negligentia. Sed domine, quam diligētiam debet præstare socius? Et respondet quòd non exactissimam, sed eandem quam in rebus suis solet præstare. vnde si in rebus suis solet esse negligens. quanquam in omnibus rebus sit diligens, non tenetur: sed debet de se cōqueri, qui parum diligentem socium sibi assumpsit. h. d.

scilicet si vniuersa bona socij publicentur. nam cùm in eius locū alius[a] succedat, pro mortuo[b] habetur[c]. 8 ¶Item si quis ex sociis mole debiti prægrauatus bonis suis cesserit[d], & ideo propter publica aut priuata debita[e] substātia eius veneat[f], soluitur societas. Sed hoc casu[g] si adhuc consentiant in societatem, noua videtur incipere societas.

Socium in communi re tantam adhibere diligentiam quantam in re propria, sufficit. ideo eo nomine tātum tenetur, si quid in communibus rebus segniùs egerit, quàm in suis.

9 ¶Socius socio vtrum eo nomine tātū teneatur pro socio actione[h], si q.d dolo cōmiserit, sicut is qui deponi apud se passus est[i]: an etiá culpæ, id est, desidiæ atq. negligentiæ nomine, quæsitum est: præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri[k] eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiá communibus rebus adhibere sociū, qualem suis rebus adhibere solet[l]. Nam qui parū diligentem[m] socium sibi assumit: de se queri, sibíque hoc imputare debet.

h ¶*Pro socio actione* quæ est directa ab vtraque parte: *vt ī. de pœ. te. li. §. quibusdam.* & finita societate nascitur: *vt C. eo. l. tandiu.* nisi in casu: *vt ff. eo. l. actione. §. si communis. versi. nonnunquam.*

e Depositarius solum tenetur de dolo & lata culpa.

i ¶*Passus est* qui de[e] solo dolo tenetur, & lata culpa, quæ dolum repræsentat: *vt ff. deposi. l. quod Nerua. & ff. si quis test. li. esse ius. fue. l. j. §. non autem.*
k ¶*Teneri.* nisi alter tantam culpam præstiterit, quantam & iste, & afferret per damnum: quo casu compēsatur culpa, item dolus cum dolo: *vt ff. de compen. l. si ambo. in prin. & de dolo. si duo.*

d Melius est si tūc verat diligentior eliās ... vt per Glos. in ... cum duobus. §. 1. ff. eo.

l ¶*Solet.* ante contractam societatem. [d] & in hoc discrepat à depositario, qui vt in præsenti tenetur: *sic ff. depo. l. quod Nerua.* sic est in eo cum quo habeo rem communem sine societate: *vt ff. famil. ercisc. l. heredes. §. non tantum.*
m ¶*Qui parum diligentem.* sic. *ī. quib. mod. re contra. ob. §. præterea.*

DE MANDATO.

k Cōtinuatio.

Obligationum[e] *aliæ re cōtrahuntur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ consensu:* vt ī. de oblig. *Item earum quæ ex consensu, aliæ per venditionem, aliæ per locationem & conductionem, aliæ per societatem, aliæ per mandatum:* vt ī. de oblig. ex consensu in prin. *De tribus primis dixit: nunc de quarta sub. de mandato. Accur.*

f Diuisio.

M*andatū.*] Totus iste tit. diuiditur[f] in quatuor partes. Primò, ponit quot modis mandatum contrahitur, & illud per exēpla declarat. Secondò, quòd fines mandati non sunt prætereundi. Tertiò, quomodo mandatum finiatur, & quādo maodatum possit renuntiari. Quartò, quòd mandatum debet esse gratuitum. Secūda ibi. Is qui. Tertia ibi, Rectè. Quarta ibi, In summa. CASVS. Quæsitus à Iustin. de mandato quot modis cōtrahitur: & ipse considerans respondet quòd sex modis. Dicit enim quod mandatū quinq; modis obligatoriis contrahitur. Aut enim tua gratia contrahitur, & in aliis quatuor modis enumeratis in litera. Sextus autem modus nō est obligatorius: quia quando aliquis tua gratia tantū mandat, nullū est mandatū nec aliqua nascitur obligatio: sed quinq; modis prædictis obligatio cōtrahitur: & ex his mādati actio nascitur.

DE MANDATO. †
TITVLVS XXVII.

Mandatum obligatorium contrahitur pluribus modis: nec obligatur quis, si mandatarij gratia tantùm mandet.

MAndatum[n] cōtrahitur quinq; modis[o]: siue sua tātum gratia aliquis tibi mandet, siue sua & tua, siue aliena tantùm, siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tantùm gratia tibi mandatum sit, superuacuum est mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio[p], nec mandati inter vos actio nascitur.

Eius gratia fieri mandatum dicitur, cuius emolumentum respicitur.

1 ¶Mandátis tātùm gratia interuenit mādatū †: veluti si quis tibi mádet vt negotia eius gereres[q], vel vt fundū ei emeres, vel vt pro eo sponderes. 2 ¶Tua gratia, & mandantis: veluti si mandet tibi, vt pecuniam sub vsuris[r] crederes ei[s] qui rem ipsius[t] mutuaretur: aut si vo-

n ¶*Mandatum.* Mandatū[a] est officium gratuitum, ab eo qui suscepit exhibēdū. nisi enim fiat gratis, incipit esse locatio, si ob erat facturus aliàs tale factū: ideo locari consueuit: *vt ī. eo. §. fi.* & fit per verbum rogo, volo, mando, supplico, & similia *vt ff. eo. l. j. §. j.*
o ¶*Quinque modis.* Imò videt quòd sex, vt sequit. Sed dic[b] quinq;, scilicet obligatoriis. Vltimum enim, sc. quādo tantū tua gratia nō est obligatoriū: *vt ff. eo. tit. l. ij. §. fi.* Ite[c] secūdùm Ioan. est quoddā aliud sextū obligatorium: vt cùm sua gratia & tua & aliena aliquis tibi mandat vt emas fundum pro me & te & Titio. Accur. ADDITIO. Et exemplifica. *vt ff. eod. l. si procuratorem. §. si tutores.* vbi tutor mandat contutori suo vt seruum necessarium emat pupillo: & sic gratia mandantis & mandatarij & pupilli contrahitur mandatum.
p ¶*Obligatio.* nisi dolus & calliditas intercedant[c]: *vt ff. de regu. iur. l. consilij.*

a Mandati finis.
b Mandatum sex modis ... habent.
† Sic. ff. mandati.

[*Mandantis tantum.*] CASVS. Quæsiui à Iustinia. Domine, qualiter potest interuenire mandatum gratis mandantis tantùm? Et respō. quòd tunc mandantis gratia interuenit mandatum, cum mandat tibi aliquis vt negotia eius geras, aut fundū ei emas, aut pro eo fideiubeas. & si tale mandatū susceperis, de necessitate obligaberis: quanquam ab initio tibi liberum sit suscipere mendatum, vel non suscipere. & hoc dicit. & super illa gl. & tunc quia suscepit, intellige, quòd si benè gessisser, non esset obligatus. Item si malè gessit, non propter hoc est obligatus. sed si malè gessit, cùm ei esset mandatū, obligabitur eodē modo ac si ita esset mandatū, vt nō ageret, & gessit tua gratia & sua. & resp. quòd tunc hoc modo contrahitur, sed male impleuit. Modo sumus in ver. Tua gratia, &c. Quæsiui à Iusti. qualiter mandatū cōtrahitur quādo aliquis tibi mādat vt sub vsuris pecuniam credas ei qui in rem suā esset mutuaturus: vel si fideiussor datus tibi, mandet tibi volenti agere contra eum, vt periculo suo experiaris cum reo principali: vel si idem fideiussor tibi mādet vt suo periculo stipuleris à quodam, quem delegauit tibi eo tēpore quo cœpisti agere contra eum. Qualiter enim huiusmodi mādata contrahantur tam mandantis gratia, quàm mendaterij, patet cuilibet intuenti. & sumus in versi. Aliena, &c. Modo videamus, qualiter aliquis mandat gratia alterius tantum: & exemplum est planum, veluti si mandet tibi aliquis vt Petri negotia gereres: quod non est gratia tui nec sui: imò solū gratia Petri. & sic de aliis exēplis. In versi. Sua & aliena, &c. ponit exemplum qualiter mandatum contrahitur gratia sua & aliena, & nihil ad vtilitatē suam: & est exemplum tale: veluti si de communibus negotiis sibi & Titio, tibi mādet aliquis vt sibi & Titio fundum emeres: vel vt pro eo & Titio penes aliquem spondeas. hoc dicit. Franc.

c Intellige si sit consilium rei honestæ: nec esset ... hoc damnum ... sed ... filiū ... per Ange. hic.
f Mandatum, importat ... canem. ... Rogatus si emanas à superiore, præceptum. ... vulgo dici solet, rogamo domino, præceptum est. Ouid. ... Ausonius ... imperio. v. Gl. ...

q ¶*Gereres.* & tunc quia suscepit mandatum, non quia gessit tenetur: *vt ff. eo. l. si remunerandi. §. j.*
r ¶*Sub vsuris.* In hoc est vtilitas mutuantis, propter vsurarum lucrum. Sed contra. *ff. de vsur. l. cum quidam. §. si pupillo. in fi.* Sed ibi debet subaudiri tantū. a Vel dic, non sunt propter lucrum inductæ leges principaliter, vt ibi: secundariò tamen sic, vt hic dicitur. Accur. ADDITIO Solue aliter secundùm doct. aut vsuræ debentur ex stipulatu, quia in stipulatum expressè deductæ sunt: & tunc lucrum sapiunt. & loquitur hic. Aut debentur vsuræ propter moram siue negligentiam non soluentis, & tunc non sapiunt lucrum: quia tanquam interesse præstantur: & loquitur. *d. l. cum quidam. §. si pupillo.* Christopho.
s ¶*Ei.* purà procuratori mandantis.
t ¶*Ipsius.* s. mandantis. & in hoc est vtilitas mandantis.

Mandet,

a ¶*Mandet.* sc. fideiussor. Et hoc casu agetur contra fideiussorem mandãtem actioni mandati, non ex stipulatione prima, si nouandi animo hoc mandatum intercessit: *vt ff. eo. l. si mandato meo. in fin. l.* Si autem non nouandi animo, agetur ex prima causa: *vt ff. de procu. l. licet. §. ea obligatione. in fi.*

lente te agere cũ eo ex fideiussoria causa, mandet[a] tibi, vt eum reo agas periculo mandantis: vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo quem tibi deleget in id quod tibi debuerat. 3 ¶ Aliena autem tantùm causa interuenit mandatum, veluti si tibi aliquis mãdet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres, vel vt pro Titio sponderes.

4 ¶ Sua & aliena: veluti si de communibus suis & Titij negotiis gerendis tibi mandet[b], vel vt sibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio sponderes. 5 ¶ Tua & aliena: veluti si tibi mandet vt Titio sub vsuris crederes. quòd si vt sine vsuris pecuniam crederes[c], aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

Mandatum gratia mandatarij tantùm factum, potius consilium quàm mandatum est: quam ob rem mandantem nemo ligat: cùm ex consilio etiam pernicioso non obligetur: nisi vt certæ personæ mutuetur, mandatum fuerit.

6 ¶Tua tantùm gratia[d] interuenit mandatum: veluti si tibi mandet vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorũ colloces, q̃ fœneres: vel ex diuerso, vt pecunias tuas fœneres potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum, magis consilium quã mandatum est: & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio[e] mandati[f] obligatur, etiam si non expediat ei cui mandabatur: cùm liberum[g] cuique sit apud se explorare, an sibi expediat consilium. Itaque si otiosam pecuniã domi te habẽtem hortatus fuerit aliquis vt rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamuis non expediat eam tibi emisse vel credidisse: nõ tamen tibi mãdati tenetur. Et adeo hęc ita sunt, vt quæsitum sit an mandati teneatur, qui mandauit tibi vt pecuniam Titio fœnerares: sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum: quia non aliter[h] Titio credidisses, quam si tibi mãdatum esset.

Mandatum rei turpis[i], vel contra bonos mores, non valet.

7 ¶ Illud quoque mandatum non est obligatoriũ[i], quod cõtra bonos mores[k] est: veluti si Titius de furto, aut de damno faciẽdo, aut de iniuria facienda mandet tibi. licèt enim pœnam istius facti nomine præstiteris[l], non tameo vllam habes aduersus Titium[m] actionem.

Mandati fines excedere nequaquam licet: alioqui excedenti, quatenus excesserit, mandati actio denegatur.

b ¶*Mãdet.* hic agi potest duab. actionibus, mandati. s. cõtra mandantem, & negotiorũ gestorũ cõtra Titium, quæ datur & mandãti: *vt C. de neg. gest. l. si mandatum.*

c ¶*Crederes.* sc. mandaueris.

[*Tua tantum gratia.*] CASVS. Vidistis iam qualiter quinque modis obligatoriis contrahitur mandatum, licèt etiam sexto modo contrahatur mandatum, sed non sit obligatoriũ: veluti si mandet Titius vt pecunias tuas potius fœnerea quàm in emptionem prædiorum colloces, vel econuerso. & huiusmodi obligatio plus sortitur nomen consilij, quàm mandati. & hac de causa nõ est obligatorium. & illud patet euidenter: quia nemo ex huiusmodi consilio obligatur, quanquam mandatario non expediat, nisi in casibus exceptis: & hoc ideo est, quia liberum est suscipienti consilium penes se explorare, an susceptum consilium sibi expediat, nécne: & propter hoc si te pecuniam habẽtẽ monuerit aliquis vt ex ea rẽ aliquã cõpararea, vel crederea, nõ tenetur tibi iudicio mandati: licèt tibi non expediat eã emisse, vel alicui credidisse. & hęc vera sunt cum mandatũ sit sine adsignatione certæ personæ. Sed pone quòd mandabat tibi aliquis vt Titio nominatim crederes pecuniam, nunquid eo facto is qui tibi mandauit, erit tibi obligatus? Et certè secundùm sententiam domini Sabini dicendum est quòd sic quia fortè aliter non credidisses Titio nisi tale mandatum suscepisses. Fran.

d ¶*Tua tantum gratia.* hic autem addunt doct. sextũ modum: quòd dic. *vt s. eo. in prin. in glo. vnã videtur &c.* in fine glo.

e ¶*Ex consilio.* Nota bonam regulam quem[a] de consillo non teneri. Fallit tamen in casibus qui his legibus dicuntur, *vt digestis de dolo. leg. quòd si cum scires & digestis de proxenetic. leg. ij.* ¶ Sed certè ibi fuit fraudulentum[b] consilium: *vt digestis de reg. iur. leg. consilij.* Item fallit: *vt digestis ad leg. Aquil. leg. liber homo. j. respon. & infra de oblig. §. non solum. & digestis de seruo. corr. leg. non solum. in prin. & §. Proculus. & digestis quod vi aut clam. leg. semper. §. j. & digestis de fur. leg. si quis vxori. §. cum Titio. & digestis de ser. cor. leg. j. j. respon. & §. persuadere.* Sed hoc in maleficiis,[c] ideo non datur mandati. tenetur tamen vel de dolo, vel aliis actionibus Item aliàs facturus non erat in prædictis casibus, aliàs obtinet hęc regula: *vt hic, & digestis eodem leg. si remunerandi. §. plane.* Sed certè nec his casibus videtur teneri: *vt infra prox. §.* Sed dic non tenetur illi cui tale consilium præstitit, vt ibi: sed illi in cuius læsionem consulit, vt hic dicimus. Vnde dici potest quòd nec his casibus fallit dicta regula: cùm dicat non teneri illi, sc. cui consilium præstitum est. nisi in casu illius. *le. ff. de dolo. leg. quòd si cum scires & illius leg. ff. de proxene. leg. ij.* ADDITIO. Eandem gl. habes *ff. eod. leg. ij. § ij.*

f ¶*Mandati.* s. actione.

g ¶*Liberum.* scilicet suscepto consilio: sed suscepto mandato necesse est consummari, secundùm Ioan. nisi congruo tempore renuntietur: *vt j. eo. §. mandatum. ff. eo. l. si mandauero. § fin. & ff. commo. l. in commodato. §. sicut.*

a Consilio seu ex cõsilio nemo obligatur, nisi certis casibus.

b Cõsilio fraudulento obligatur qui dat consilium.

c Consilium dans in maleficiis obligatur.

h ¶ *Non aliter.* Hoc esse videtur pro opi. Pla. qui dixit duo, sc. vbi cõsulo certæ personæ mutuari: teneor ita demum: si aliàs facturus non eras. ¶Vbi autem non est designata aliqua persona, non teneor, etiam si aliàs facturus non eras. Sed Ioan. in vtroque casu dicit contra. Nam primo indistinctè teneor: siue aliàs eras mutuaturus, siue non. Secundò autem cum distinctione, non aliàs: *& facit pro eo. ff. eo. l. si remunerãdi. §. plane. & j. in. §. tua & aliena. in fin. & ff. de neg. gest. l. ij. in fi. & leg. iij.* ¶Nec obstat quod hic dicitur: quia & si aliàs etiam facturus erat, tenetur qui mandauit, vt dictum est. vnde potest subaudiri, maximè, quia non aliter, &c. ADDITIO. Hæc opinio Ioan. velut communior approbatur: *de quo in leg. si remunerandi. §. plane. ff. eo.* Chri.

[*Illud quoque.*] CASVS. Dixi Iustin. Domine, supra vidimus qualiter mandatum contrahitur quinque modis obligatoriis. & etiam sexto modo non obligatorio. quid modo plus dicetis? Et dominus Insti. respondet: Frater, vnà cum prædictis scire debes quòd sicut mandatum gratia tua tantum, non est obligatorium: sic nec consilium seu mandatum de re turpi: veluti si tibi mandet aliquis vt furtum facias, vel iniuriam aut damnum alicui inferas, huiusmodi non obligant quem: & si mandatarius præstiterit pœnam ei contra quem liquet, attamen aduersus mandantem nullam habebit actionem. Fran.

i ¶ *Non est obligatorium.* etiam[a] si iuramentum intercederet: *vt in Auth. sacramenta non solum. §. j. colla. v.*[b] *& facit ad hunc. §. ff. eod. l. si remunerandi. §. rei. & leg. si mandauero. ij. §. qui adem. & ff. de arb. l. si cum dies. §. compromisso. & supra de inutil. stip. §. quod turpi. & ff. de verb. oblig. l. generaliter & l. seq. & ff. de condi. insti. l. conditiones. j. & ij.*

k ¶*Contra bonos mores.* Hic quæritur, quid si mandaui tibi vt illi nomine meo iniuriam inferres, an teneor? Respon. vtique, *arg. ff. de dam. infect. l. damni. §. si mandato.*

l ¶*Præstiteris.* s. ei cui commissum est maleficium, vt pœnam dupli. & ita licèt intersit mandatarij tamen non agit, quia nec interesse fingitur: *vt ff. de condi. insti. l. filius. in fin. & melius. ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa in fin.*

m ¶*Titium.* s. mandantem.

[*Is qui exequitur.*] CASVS. Dixi Iustiniann, Domine, bene vidi quot modis & qualiter contrahitur mandatum. pro Deo dicatis mihi qualiter mandatarius tenetur exequi id quod sibi datur in mandatis? Dicit ipse, Scire debes quòd si mãdetur alicui sub certa forma, non debet mandatarius illam formam excedere. nam si aliquis tibi mandasset vt ei fundum emeres, veluti pro. c. vel vt pro Titio in tanta pecunia sponderes: nec teneberis pluris emere, nec in ampliorem pecuniã fideiubere. quod si feceris, ad id quod expenderis, prędictam actionem non habebis. vnde Cassius & Sabinus dicebant in hoc casu quòd nõ cõpeteret tibi actio cõtra mandantem etiam pro centum aureis in mãdato cõprehẽsis. & hoc si

a Quia tale iuramentum velut peccati nutritiuũ nec est seruandũ nec contractum firmat. c. non est de regul. iur. in 6. Ang. Per.

b Et hoc verũ in omnibus pactis quæ ratione turpitudinis vel publicæ vtilitatis principaliter improbantur. Secus si fauendo, vel in odium creditoris aut propter defectũ sensus, vel imbecillitatem personæ improbentur, qa iuramento cõfirmantur. Et quod dicitur non valere iuramentum contra legem intellige de canonica, nõ autem de ciuili: vt per Ang.

Institut.

contra formam mandati plus expēderis. Aliter tamen obtinuit secundùm opinionem aliorum, quòd vsque ad pecuniam in forma mandati comprehēsam agere poteris. Sed pone quòd is cui mandaui vt emeret mihi fundū pro centum aureis, pro minori pretio illum cōparauit: nunquid habebit act. contra me? Et certè sic: quia ritè videor mādasse vt dictū fundum pro minori pretio emeret si posset. Litera est plana vsque ad fi. tit. Franc.

a ¶ *Mandatum* s. certæ formæ. Nam quandoque[a] habet certam formam: & tunc habet locum quod hic dicitur: *vt ff. eod. leg. diligenter.* quandoque non. & tūc bona fide facere debet *vt ff. eo. l. iij* & probatur etiam hæc distinctio. *ff. eo. l. si quis pro eo.*

a Mādati certam formam habentis fines excedere mādatarius non debet: incertā formam non habentis, ex bona fide fines mandati excedere potest.

b ¶ *Mandati actionem.* sed nec certè nego. gest. secundùm B. & Ioan. & est pro eis *C. de nego. gest. l. vltim. & ff. de nego. gest. l. qui aliena. §. libertos. & de peculio. l. si creditor. §. j.* Sed M. dabat vtilem. neg gest. actionem. & respondebat illi. *leg. fin. de neg. gest.* quia specialis ibi fuit prohibitio.[b] Sed certè miror de hac opinione: cum videatur lex expedita, quæ etiam vtilem denegat expresse: *vt ff. eod. l. si pro te. & ff. de eden. l. j. §. causa.*

b Quo casu nō habet etiā vtilem: nisi in causis piis & occasionis pia alendo liberos, vel faciendo id quod cedat ad eorum honorem vel sustentationem personæ, seu infamiam mandantis, vt per Ioan. Fab. & Ange. hic.

c ¶ *Mandati actionem.* pro pretio dato: *vt ff. de in rem ver. l. si fundum.*

d ¶ *Emeretur.* est autem illa ratio, quia maiori summæ minor inest: *vt hic, & ff. de ver. obligat. l. j. §. y. & l. inter stipulantem. §. y. & ff. de recept. arbi. l. diem. §. si plures.* ADDITIO. Et hæc vera vbi negotium quod mandatur, respicit damnū vel vtilitatē mandantis vel mandatarij: secus si tertium tantum: quia non potest ampliari nec restringi tanquam odiosum: *vt in c. cui de non sacerdotali. de preben. in vj.* Ioan. Fab.

† Similiter in causis vbi res non esset integra cū gl. super verb. integra extra de elec.

† Nisi mandatum sit exequendum post mortem, vel mandans de necessitate neq. exequi.

8 ¶ Is qui exequitur mandatum[a], noo debet excedere fines mandati: vt ecce si quis vsque ad centum aureos maudauerit tibi vt fundū emeres, vel vt pro Titio sponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorē pecuniam fideiubere: alioqui oō habebis cum eo mandati actionē[b]: adeo quidē vt Sabino & Cassio placuerit, etiam si vsque ad centum aureos cū eo agere volueris, inutiliter acturum. Sed diuersæ scholæ auctores rectè vsque ad centum aureos te acturum existimant. quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris habebis scilicet cū eo mādati actiooem[c]: quoniā qui mādat vt sibi cētum aureorum fundus emeretur, is vtique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur[d].

Mandatum re integra reuocatum extinguitur. rem autem integram appellamus, si quando nihil quod ad mandati consummationem attinet, vel factum vel inchoatum sit. morte quoque mandantis re integra contingente, euanescit mandatum: mandatario tamen mortem aut reuocationem ignoranti subuenitur.

9 ¶ Rectè[e] quoque mandatum contractum, si dum adhuc iotegra res sit, reuocatum fuerit, euanescit,[f] †. 10 ¶ Item si adhuc integro[g] mandato mors alterutrius interueniat, id est, vel eius qui mandauerit, vel illius qui mandatum susceperit, soluitur mandatum †. Sed vtilitatis causa receptum est: si eo mortuo qui tibi mādauerat, tu ignorans eū decessisse executus fueris mandatum, posse te agere mandati actiooe: alioqui[h] iusta & probabilis ignorantia[i] tibi damnum afferret[k]. Et huic[l] simile est quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titij, per ignorantiam liberto[m] soluerint, liberari eos[n]: cum alioqui stricta iuris ratione non possent liberari[o], quia alij soluissēt quàm cui soluere debuerint.

Mandatum suscipere voluntatis est: susceptum verò adimplere, necessitatis: nisi cōgruo tempore illi renuntietur. quod si aut non renuntietur, aut intempestiuè renuntiatum sit, mādantis actio aduersus mandatarium competit: nisi iusta ratione excusetur.

11 ¶ Mandatum non suscipere cuilibet liberum est: susceptum autem consummandum est, aut quamprimū[p] renunciandum, vt per semetipsum aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, vt integra causa mandatori reseruetur eandem rem explicandi: nihilo minus mandati actio locum habet: nisi iusta causa[q] intercesserit aut oon renunciandi, aut intempestiuè renunciandi. 12 ¶ Maodatum & in diem differri, & sub conditione fieri potest.

Mandatū debet esse gratuitū, aliàs transit in alium cōtractum. Aretinus.

13 ¶ In summa[r] sciendum est, mandatū nisi gratuitū sit, in aliā formam negotij[s] cadere. Nam mercede[t] coostituta incipit locatio & conductio esse. Et vt generaliter dicamus, quibus casibus sine mercede suscepto officio mandati siue depositi cōtrahitur negotiū, his casibus interueniēte mercede[u] locatio & cō-

e ¶ *Rectè.* nam si non rectè, non est necesse reuocari: *vt* ī. *eo. §. illud.*

e Dic quod in mādatis intelligitur dictione re integra etiā per solam citationem. In mandato verò procuratoris ad iudicia, si lis aestimata per litis contestationem, si tamen sufficit quòd eminet pro eo sciēte vel volente sufficit.

f ¶ *Euanescit.* speciale est in mandato, vt sic facilè reuocetur p voluntatē vnius partis tantum. In aliis enim contractibus non sic: *vt C. de act. & oblig. l. sicut.* quæ est contraria huic. Et est ratio, quia hic non statim interest, & ideo non statim hinc inde nascitur obligatio quæ ex interesse datur: *vt ff. eo. l. si procuratorem. §. mandati actio. & facit ad hunc §. ff. de iurisd. om. iu. l. & quia. & ff. de mina. l. quòd si minor. §. Scæuola. & C. de repu. her. l. fi. & ff. de ritu. nup. l. plerique.*

In procuratore autē ad negotia sufficit fecisse p parāmēta necessaria: putà sine quibus principale negotium expediri non potest. Angel.

g ¶ *Item si adhuc integro.* sed vsquequò dicitur integrum? Resp. si mandata fuit emptio, donec arrhas dederit, vel aliàs se emptori obligauerit, &c. idem in similibus. Et (vt breuius accipias) si iā cœperit interesse mandatarij, non est res integra, aliàs sic: *arg. ff. eod. l. si procuratorem. §. mandati.* Si verò non est res integra, non finitur mandatum nisi in iudicio: *vt ff. de iudi. l. tam ex contractibus. §. fi.* Sed quid prodest si non finitur mādatum re non integra? Respoo. quia per heredem cœpta negotia debent consummari *digestis pro socio. leg. fi.* licèt noua inchoare necesse non sit: *vt ff. de neg. gest. l. nam & Seruius. §. si vino. & ff. pro socio. leg. heres socij.* quod non est re integra: cùm nullum cœptum sit.

h ¶ *Alioqui.* i. si non posses agere. Accursius.

i ¶ *Probabilis ignorantia.* quæ est in facto alieno: *vt hic, & ff. eo. l. idēmque. §. pen.* aliàs non est probabilis: *vt ff. ad Velle. l. quanquam. & C. de rescin. ven. l. quisquis. & ff. de edil. l. j. §. causa.*

k ¶ *Afferret.* quod esse non debet.

l ¶ *Et huic.* s. proximo casui.

m ¶ *Liberto.* primo dispensatori & seruo. Accursius.

n ¶ *Liberari eos.* facit *ff. si cer. peta. lege. eius qui in prouincia. & C. de solu. l. si cum seruus.*

o ¶ *Non possent liberari.* nisi in casibus: *vt* ī. *quib. mod. toll. obliga. in prin. dicemus.*

p ¶ *Quamprimum.* scil. potest fieri.

q ¶ *Iusta causa.* putà casus fortuitus,[a] nam de dolo tenetur, & lata culpa & leui & leuissima, secundùm Bart. & Ioan. *vt C. eo. l. in re mandata. & l. à procuratore.*

a Mandatarius præstat dolū & culpā omnem, hoc est, latam leuem & leuissimam.

2 Alij dicunt de leuissima mandatariū non teneri: sed de dolo tantū, quando gratia mandantis tātum fit: vel de leui culpa quando vtriusque gratia, instar aliorū contractuum: *vt ff. de reg. iur. l. contractus.* 3 Sed primum videtur verius, cum hic contractus multū discrepet ab aliis contractibus. ADDITIO. Tu dic quòd de lata leui vel leuissima culpa eatenus teoetur, quatenus id quod venit in mandato exactam vel exactissimam requirit diligentiam, Angelus.

r ¶ *In summa.* i. breuiter amodo hunc tit. expediamus.

s ¶ *Negotij.* id est contractus.

t ¶ *Mercede.* scilicet vt mercede: vt quia aliàs nō erat pariturus mādato. si autē aliàs pariturus erat, & cōstituatur aliquod salarium gratis remunerandi, non minus erit mandatum: *vt ff. eo. l. si remunerandi. j. respon.* ¶ Et ad huius rei euidentiam distingue: quia aut est incertum re & genere, putà si dicam tibi, Bene retribuā tibi hoc seruitium, vel recognoscam. & tunc non potest peti quicquam: *vt C. eo. l. salarium. & ff. eo. l. qui mutuam. §. salarium.*[b] Aut certum genere, licèt incertum specie: vt dabo tibi equum, vel par vestimētorum: & tunc potest dici quòd valeat conuentio salarij, cum non sit prorsus incertum. *vt ff. eo. l. si fideiussor. in gloss. j.* secus in his quæ pondere vel numero consistunt: *vt ff. de leg. j. l. si hominem.* Si autem certum omnino: tunc aut stipulatione promittitur, & tūc certi condictione petitur. Si autem sine stipulatione, & incontinenti ante mandatum vel post: petitur actione ex eo contractu, scilicet contraria mandati informata. Si autem ex interuallo, scilicet postquā contrahentes ad alia diuertissent negotia, petitur officio[c] iudicis: *vt C. eo. l. j. & ff. eo. l. salarium. & C. de pact. l. petentes. & ff. de duob. reis. l. duos. in fi.* Accursius.

b Potest tamē officio iudicis peti, sicut quādo nullo modo fuit petitum, dummodo non cōstet quod fuit præstitum verbo gratis fuisse promissum. Ang.

c Salariū aduocati & procuratorum petitur officio iudicis.

u ¶ *Interueniente mercede.* s. in pecunia numerata: *vt diximus supra in princ.* Item hæc regula generalis est vera, nisi sit talis persona quæ non consueuerat locare operas suas, vel res talis quæ non consueuerat locari. tunc enim non locati, sed præscriptis verbis agitur: *vt ff. de præscrip. verb. l. si tibi. & l. naturalis. § at cum de.*

Pollon.

a Fullo.
b Sarcinator.

a ¶*Fulloni.* Fullo[a] est qui lauat & tingit pannos, & etiam polit eluendo superflua. Sed sarcinator[b] econtra qui sarcit & addit vbi est scissum vestimentum vel pannus, & consuit. Vnde dicitur, Iste habet sarta tecta: quia cùm essent fracta, sunt reparata ex quibusdã adiunctionibus: *vt ff. de vsufruct. l. hactenus.* Et dicitur sarcinator à sarcina: & significat propriè eum qui plurimũ vestium sumit. Aliquãdo etiã pro sutore accipitur, vt hic.

b ¶*Actio.* imò videtur præscriptis verbis competere: *vt* l. *Iox.* §. j. *solue vt ibi.*

ductio intelligitur contrahi. Et ideo si fulloni[a] polienda curandáve quis dederit vestimenta, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta neque promissa: mandati competit actio[b].

DE OBLIGATIONIBVS quæ quasi † ex contractu nascuntur. †

TITVLVS XXVIII.

Valet argumentum à sufficiẽti partium enumeratione. Aret.

† Aliàs de obligationibus, quasi ex contractu.
T *arr. ff. & C. de neg. gest.*

DE OBLIGATIONIBUS &c.

Rubricæ istius continuatio sumitur ex §. sequen. ã. titu. de obligationibus: *vbi dicitur quòd obligationum quædam sunt ex contractu, quædam ex quasi contractu &c. Et quia dictum est ã. de obligationibus ex contractu, sequitur* de oblig. ex quasi contractu. *& etiã hic continuatur in text. Aret.*

POst genera[c] contractuum enumerata, dispiciamus etiã de his obligationibus quæ quidem non propriè nasci ex contractu intelliguntur: sed tamen quia non ex maleficio[d] substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

Cùm quis absentis negotia sine mandato curauit, hincinde ex quasi contractu nascitur obligatio: ex qua duæ proficiscuntur actiones, altera negotiorum gestorum aduersus dominum, si quid eius nomine vtiliter impenderit, competit: altera verò domino contra gestorem, vt administrationis rationem reddat: qui quidem si minus diligenter quàm oportebat gesserit, tunc etiam de leuissima culpa tenetur, cùm alius commodiùs negotia erat administraturus.

1 ¶Igitur[e] cùm quis negotia absẽtis gesserit, vltro citroq́;[f] inter eos nascuntur actiones, quæ

Diuisio.

P*ost genera.*]Totus iste tit. diuidit̃ principaliter in duas partes. Primò, ponit cõtinuationem rubricæ de qua est tractaturus. Secũdò, illud p exempla declarat. Secũda ibi. I. gitur cùm quis. CASVS Istũ titulũ cõtinuat Iustini. cũ præcedẽtib, ita dicens, q̃ post genera contractuũ enumerata dispiciendũ est de quibusdã cõtractib. siue obligationib. quę ex cõtractu propriè nascũt: quia tamen nõ oriunt ex maleficio, nec ex quasi maleficio, supple per totũ titulũ istũ, vt bona sit illatio: nec ex cõtractu, vt dictũ est in princi. relinquit̃ ergo quòd ex quasi cõtractu nascantur. vnde de huiusmodi contractibus siue obligationibus notat dominus Iustinianus plura exempla. Et primum exemplum est tale. Aliquis gessit negotia absẽtis alicuius sine mãdato ex ista gestione nascũtur duę actiones. i. nasci possunt. Si enim bene gesserit negotia absentis, datur sibi actio neg. gest. cõtraria contra eũ cuius negotia gessit, ad repetendũ illud quod impendit. Si autem malè gessit, datur actio nego. gesto. directa ei cuius negotia gesta sunt, contra gerentem. Sed domine, quæ est differentia inter has duas actiones? Et dicit quòd quo ad effectum nulla est differentia: sed subtilitate iuris talis est differentia, quòd actio illa quæ datur domino contra gerentem, vocatur directa: illa autem quæ datur gestori contra dominum, vocatur contraria, vt dictum est. & nascuntur istæ duæ actiones, vt supra dictũ quando aliquis sponte & sine mandato accedit ad negotia alterius gerenda, vt putà absentis: & si ea benè & vtiliter gerit, habet eum cuius negotia gerit, & ignorantem & inuitum sibi obligatum. & hoc maximæ vtilitatis causa factũ fuit siue institutum, scilicet ne negotia negotiatorum qui subita festinatione compellentur abesse, nulli demandata negotiorum suorum gestione, deserta relinquerentur: quod contingeret nisi huiusmodi actiones negotiorum gestoribus darentur. Nullus enim sine mãdato accederet ad negotia aliena gerenda, si de eo quod impendisset, ad illud recuperandum nullam haberet actionem. In versiculo, Sicut autem, casus est talis. Supra dictum est quòd ille qui sine mandato vtiliter gessit negotia absentis: si aliquid de suo impendit, poterit illud recuperare per actionem negot. gest. contrariam. Eodem modo & econuerso, scilicet si malè se habuerit gestor in gerendo negotia absentis, domino tenetur actione negotiorum gestorum directa. & hac ratione ad reddendas rationes administrationis suæ tenetur gestor præstare exactam diligentiam: & nõ sufficit quòd talem diligentiam adhibeat qualem in rebus suis adhibere solet. & hoc est verum, si alius diligentior eo accessisset ad negotia illa gerenda si ipse ea non gessisset. hoc dicit. Franciscus.

c ¶*Genera. i.* materias vel diuersitates contractuum: *vt ã. de oblig.* §. *si. vsque huc.*

appellantur negotiorum gestorum. sed domino quidem rei gestæ, aduersus eum qui gessit, directa competit actio: negotiorum autem gestori[g] contraria, quas ex nullo contractu propriè nasci manifestum est. quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato[h] quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit. Ex qua causa hi quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. idque[i] vtilitatis causa receptũ est: ne absentium qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorũ suorum administratione, peregrè profecti essent, desererentur negotia[k]: quæ sanè nemo curaturus esset, si de eo quod quis impendisset, nullam[l] habiturus esset actionem. Sicut autem is qui vtiliter gesserit negotia, habet obligatum[m] dominum negotiorum: ita & contra iste quoque tenetur vt administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimam[n] quisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modò alius diligentior eo, commodius administraturus esset negotia.

Ea quæ inter tutorem & pupillum ex gestione tutelæ oritur obligatio, ex quasi contractu nasci di-

d ¶*Ex maleficio.* subaudi, vel quasi: vt sit bona argumentatio, *sic j. de oblig. quæ ex quasi maleficio. in princip.*

e ¶*Igitur.* quia de his obligationibus quæ ex quasi contractu sunt, dicere debemus, incipiamus de hac quæ ex sola prouenit amicitia: *vt j. eod.* §.

f ¶*Vltra citróque.* id est hinc inde possibile est eas nasci. nã ex vna parte tantùm quandoque agitur, vt si alterius nõ interfit, sed sua tãtum. ACCVRSIO. Not. verba legalia significare habilitaté & pœnitentiã: licèt semper significare nõ possint: *vt not. ã. de iust. & iur. in princip.* secundùm Chri.

Vltra citróque]cõtractus est negotiorũ ex quo mutua actio mutuáq; obligatio nascitur: & ea quidem actio vel vtrinq; directa est. vel huic directa, Illi cõtraria Directa. i. principalis: Cõtraria. i. quæ principalis non est, sed ex cõtrario in eũ datur cui principalis actio cõpetit. Aut igitur vno tantùm ex latere principalis est actio, aut vltrò citróque. Cõtrariã actio principalis non est, quia ea indemnitas tantum consulitur; quamobrẽ nec famosa est nec in ea iuratur in litem. *l. ei apud quem. C. deposi.* Cuiacius.

g ¶ *Negotiorum autem gestori.* licèt etiam vnum negotium sit gestum. *ff. de nego. gest. leg. iij.* §. *j. versi. negotia. sic infra vi bonor. rapt. in princ. & ff. vi bono. rapt. leg. ij.* §. *quod ait prætor.*

h ¶ *Sine mandato.* scilicet eius cuius negotia gesserit. & sic soluitur. *C. de neg. gest. leg. si mandatum.*

a Negotiorum gestor. certis in casibus non repetit quod impendit.

i ¶*Idque.* scilicet vt repetat quod impendit, nisi[a] denunciatio inhibeat: *vt C. de neg. gest. ea. l. fin.* Vel paterna affectio: *vt C. eo. l. si paterno, & l. quod in vxorem. & ff. ea. de neg. gest. l. sc. qui* ¶Vel obsequium, quod est si libertus patroni neg. gerat: *vt C. eo. l. officio.* His enim casibus nihil repetitur, alioqui quandoque repetitur in quantum locupletior est, vt dicemus j. §. *proxi.*

k ¶*Desererentur negotia.* quod in multis noceret: *vt ff. ea. l. j.* Acc.

l ¶ *Nullam.* cùm neminem sit verisimile suam pecuniam iactare vel effundere. *vt ff. de proba. l. cùm de indebito.* §. *qui enim.*

m ¶*Obligatum. s.* in solidũ: dummodo sit vtiliter cœptũ negotium, licèt diuersus exitus sit secutus: *vt ff. eo l. sed an vltro* §. j. In casibus tamen nõ tenetur in solidum: vt si pupillus est, cuius negotia sunt gesta. 2 Item si animo deprædandi gessit: *vt ff. eo. de nego. gest. l. si pupilli. j. respon. & §. sed & si quis negotia mea.* 3 Item & si ad noua[b] negotia gerenda gessit: *vt ff. ea. l. si quis negotia.* 4 Item si pacto[c] hoc actum est: *vt C. eod l. negotium.* 5 Item & si fuit in culpa gerens: *vt ff. eod. l. sine hereditaria.* 6 Item si fuit in mora: *vt ff. de leg. j. l. cùm res.* §. *si.* ACCVRSIO. Et est ratio, quia in omnibus istis casibus gerens tenetur etiam de casu fortuito, & in eis nõ sufficit esse cœptum vtiliter, nisi vtilitas perduret: *vt na glo. in l. si negotia. in verbo. sit solutus. ff. de negot. gest.* Angel.

b Noua negotia insolita, sunt enim tria genera negotiorum: consueta, insolita & desertum in l. si negotia. ff. eod.

c Pacto l. si casum cepit in se per pactũ

d Negotiorum gestor an & quãdo præstet dolum, culpa, & casum.

o ¶*Ad exactissimam.* ¶Not. gestorem[d] interdũ de dolo solo & lata culpa teneri: vt si ad deserta neg. accessit. *ff. de neg. gest l. iij. interdum.* Quandoque de dolo, lata culpa & leui: & hoc regulariter: *vt C. e. l.*

tutori. & ff. eo l. si pupilli. §. fi. 3 Quādoque de leuissima: vt quādo alius diligentius volebat administrare, vt hîc dicitur, & ff eo l. si pupilli. §. videamus. 4 Quandoq; de casu: vt in his casib. vbi agitur in quantum dominus locupletior est, vt modo ꝙ. diximus in eod. Accur. ADDITIO. Et hęc vera in gestis. de neglect. s autē tenet, siue gerere incepit, & postea dimisit: siue non incepit, dūmodo à principio vt omnia gesturus accesserit. Idē si non vt omnia gesturus, si alias diligens erat gesturus: aliàs secus. Angelus.

Tutores quoque.] CASVS. Viso vno exēplo de obligatio. quæ ex quasi cōtractu nascūt: videndū est de alio. Nō solū enim gestores negotiorū tenentur sine mādato, quasi ex contractu: verū etiā tutores q̃ tutelæ officio tenētur, ex quasi contractu obligātur. Nullum enim negotiū inter pupillū & tutorē geritur: sed quia nō tenetur ex cōtractu, nec ex maleficio, vel quasi supple: ex quasi contractu teneri videt: & nascūtur actiones hinc inde. Ex ista enim obligatione nascitur actio directa pupillo cōtra tutorem: cōtraria verò nascitur tutori cōtra pupillū ad petendū si aliquid impendit de suo in negotiis pupilli: aut si aliquid est ei absuturū, vt si pro pupillo alteri fuit obligatus. h. d. Frāciscus de Aret.

citur: ex qua tutelæ actio directa & contraria resultat: prima pupillo datur, vt tutelæ rationem consequatur: reliqua tutori, vt quod ei pupilli nomine abest, recuperet.

2 ¶ Tutores[a] quoq. qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex cōtractu obligari esse intelligūtur (nullum enim negotiū inter tutorē & pupillū cōtrahitur) sed quia sanè nō ex maleficio[b] tenētur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem[c] sed ex cōtrario tutor cū pupillo habet, cōtrariam[d] tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus[e], aut rem suam creditoribus eius obligauerit.

Habentes rē aliter quàm ex cōtractu societatis, cōmunē: vltro citróque ex quasi cōtractu obligātur: quæ obligatio actionem familiæ erciscundæ & communi diuidundo producit.

3 ¶ Itē si inter aliquos cōmunis res sit sine societate[f], veluti quòd pariter eis legata donatáve esset, & alter eorū alteri ideo teneatur cōmuni diuidundo iudicio, quòd solus fructus ex ea re perceperit, aut q̃ socius eius[g] solus in eā rē necessarias impensas fecerit: nō intelligitur ex cōtractu propriè obligatus esse (quippe nihil inter se cōtraxerūt) sed quia ex maleficio[h] non tenetur, quasi ex cōtractu teneri videtur.

4 ¶ Idem iuris[i] est de eo qui coheredi familiæ erciscūdæ iudicio ex his causis[k] obligatus est.

Aditione hereditatis quasi contrahere heres cum legatariis dicitur.

5 ¶ Heres quoq. legatorū nomine nō ꝓpriè ex cōtractu obligatus intelligit̃. neq. enim cū herede, neq. cū defūcto vllū negotiū legatarius gessisse propriè dici potest: & tamē quia ex maleficio[l] non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur[m].

Qui recipit indebitum solutum per errorem, ex quasi contractu dicitur obligatus ad restituendum illud. Are.

Annota, Videto. §. is quoque. supra quibus modis re cōtrahitur obligatio.

6 ¶ Itē is cui quis per errorem non debitum soluit, quasi ex contractu debere videtur[n]. Adeo enim non intelligitur propriè ex cōtractu obligat⁹[o] esse, vt

a ¶ *Tutores.* sc. quondam. nam quandiu est tutor, non oritur obligatio: vt ff. de tute. & ra. distra. l. si tutor. §. fi. & l. non datur. Azo.

b ¶ *Ex maleficio.* subaudi vel quasi: vt bona sit illatio. Accursius.

c ¶ *Actionem.* sc. directam. tenetur etiam aliis actionibus tutor, vt diximus ꝙ. de Attil. tut. §. fi. & ita habes hoc §. actionem[a] tutelæ directam & contrariam esse ex quasi contractu. ¶ Quid de actione protutelæ? Resp. idem[b], cum ad instar actionis tutelæ sit indocta: vt ff. de eo qui pro tut. nego. gess. l. j. §. pro tutore.

a Tutelæ directa & contraria actio est ex quasi contractu.

b Actio protutelę directa & contraria est ex quasi contractu.

d ¶ *Contrariam.* quam finita tutela demum intendit, vt modò diximus de directa vt ff. de contra. act. tut. l. j. §. finito. Accursius.

e ¶ *Obligatus.* vnde absuturum est: quod perinde est ac si iam abesset: vt de nego. gest. l. y. in fi. & l. si quis mandato in fi.

[*Item si inter aliquos &c.*] CASVS. Vidistis iam duo exempla de obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur: modò ponit hic dominus Iustinianus tertiū exemplum, dicēs: Si inter aliquos fuerit res aliqua cōmunis sine societate, vt quia eis pariter fuerit legata, vel donata: si vnus eorum alteri teneatur iudicio cōmuni diuidundo, & hoc vel quia alter solus in re communi fecerit impēsas, vel quia ipse solus fructus ex ea re ceperit: tūc non intelligitur propriè obligatus ex cōtractu, eo quòd nihil inter se cōtraxerint. sed quoniam ex maleficio, vel quasi supple, non tenetur: ex quasi contractu teneri videtur. Idē iuris videtur de eo qui coheredi suo obligatur, vel quia coheres in re communi fecerit impensas necessarias: vel quia ipse solus fructus perceperit. cum enim inter se non contraxerint, nec ex maleficio sit obligatus, vel quasi, ideo ex quasi contractu obligatus videtur. h. d. Franc.

f ¶ *Sine societate.* Tunc enim ageretur pro socio[c]. s. si esset societas. Videtur tamen quòd hic. §. sibiipsi contradicat. nam nunc dicit quòd non est societas: & postea dicit, socius eius &c. Sed dic quòd non est societas vera, sed quædam incidens: nam vera contrahitur consensu: vt ꝙ. de obliga. ex consensu. in princ. Hæc autem præter spem: vt in hoc. §. dicitur.

c Accursius supponit cōmuni diuidūdo hic non agi: quod est falsum per l. x. ff. commun. diuidundo. Dicit igitur item hic communi diui sine societate: quia alias esset cōtract⁹: & non quasi: de quo hîc agis. An autem ex pensæ per vnum ex his tribus factæ debeant ei in ea actione imputari vide lo. Fab. hic.

g ¶ *Socius eius.* i. consors eius. Impropriè enim ponitur, vt modò diximus.

h ¶ *Ex maleficio.* sub, vel quasi: vt sit bona illatio: vt supra eod. in princ. & facit ad hunc §. ff. famil. ercisc. l. heredes. §. non tantum, eo fi. §. & ff. communi diuidun. l. y. in fin. j. respon. & ff. pro socio. l. vt sit pro socio. & l. actione. §. si post distractam. Accursius.

i ¶ *Idem iuris.* non[e] per omnia: quia superior. s. communi diuidundo, pro rebus singularibus cōpetit, hæc autem ad vniuersitatem: vt ꝙ. §. prox. & ff. pro socio. l. pro socio arbiter. a Itē superior pluries intendi potest, hæc autem semel tantum: vt ff. fami. ercisc. l. si filius. §. familia. & C. fami. erciscun.

e Fam iliæ erciscūdæ & communi diuidundo differūt.

Quia coheredi. Vel qui coheredi suo. finium regundorū non est in personā, nisi ex maleficio. Cōmuni diuidundo & familiæ erciscūdæ sūt in personā quasi ex contractu. Petitio hereditatis quæ etiam mixta est actio, est quasi ex contractu. Cuiac.

k ¶ *Ex his causis.* quas superiori §. diximus.

[*Heres quoque &c.*] CASVS. In proximo §. dictum est quòd heres si sit coheredi obligatus ex causis supradictis. s. si fructus rei cōmunis solus perceperit, vel si coheres su⁹ in rē cōmunē impensas fecerit necessarias: q̃ tūc ex quasi contractu intelligit̃ obligatio contracta. Sed quid diceris de herede qui obligatus est legatario: obligaturne ex quasi cōtractu? Et respō. dominus Iustinianus, dicens q̃ ex contractu nō est obligatus legatario, eo quod nullum negotiū gessit legatarius cum herede, neque cū defuncto: nec ex maleficio, nec ex quasi supple: quare intelligitur obligatus ex quasi cōtra. h. d. Franc.

l ¶ *Ex maleficio.* subaudi, vel quasi.

m ¶ *Intelligitur.* s. actione ex testamento: vt ꝙ. de leg. §. nostra. ¶ Rei vindicatio[b] autem quæ datur, vt in eo §. dicitur. nunquid est ex quasi contractu? Respon. non puto: quia non est obligatio: vnde non debet dici ex contractu vel quasi: vt J. de actio. §. j. ¶ Idem[a] scilicet quod in rei vindicatione, de hypothecaria dico, quæ similiter legatariis datur: vt C. communia de leg. l. j. & in d. §. nostra. supra de leg. ¶ Sed vnde nascitur hic quasi contractus, vel vnde oritur actio ex testamento? Respon. adeundo hereditatem heres quasi contrahere videtur. vt ff. quibus ex caus. in poss. eatur. l. apud Iulianum. §. fin. & l. sequenti. ¶ Item quid de petitione hereditatis? Respon. & hæc est ex quasi contractu: cùm is non contraxerit qui possidet pro herede vel pro possessore. nec etiam deliquit vel quasi. vnde sequitur ex argumētis quæ fiunt in hoc titulo, quòd sit ex quasi contractu. ¶ Item quid de actione finium regundorum? Respon. idem, quia & illa habet similitudines multas cum actione familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, & cum petitione hereditatis: vt J. de actio. §. quadam. & ff. de peti. here. l. si bona fidei. §. petitur autem hereditatis. & l. sed & si lege. §. petitio hereditatis.

b Rei vindicatio quæ datur legatariis non est ex quasi contractu.

a Imò nō idē dicēdum: differunt enim quia rei vindicatio nulla præcedente oblig. ex solo dominio causatur, sed hypothecaria ex conuentione & præsupponit obliga. personalē esse vel fuisse. ideo in ea dic idem quod in actione ex testamento fordidam lo. Fab. & ... hic.

[*Item si cui quis.*] CASVS. Iam habuistis multa exēpla de oblig. quæ fiunt ex quasi contractu. Adhuc restat vnum exemplum: veluti si quis credēs se debere Titio centum, cùm in veritate sibi in nullo teneretur, per errorē soluerit indebitum: habet Titium cui ista centum soluuntur indebita, obligatum: & non ex contractu propriè: imò videtur magis ex distractu obligatus. Dicitur ex distractu, quia qui soluendi animo pecuniam dat, potius eam dare videtur vt distrahat, quàm vt contrahat: nec ex maleficio est obligatus, vel quasi, supple, quia per diuisionem illam supra de obligationibus. §. sequens diuisio. apparet quòd ex quasi contractu obligatus est. vnde ille qui indebitum accepit, perinde obligatur, ac si mutuum ei daretur, & hoc verum est quantum ad effectum obligandi, & non quantum ad nomen obligationis vel actionis. h. d. Francisc.

n ¶ *Debere videtur.* Nam[d] eo ipso quòd soluit, aliquid negotij cōtrahere videtur: vt ff. de cond. inde. l. si in area. Cùm ergo sit ex quasi contractu: ad quid ponitur hæc cōdictio indebiti inter actiones siue obligationes ex contractu supra quibus modis re contrahitur oblig. §.

d Solutione non hic negotium abesse quod intelligitur.

oblig.§.j.quæ eſt huic contra Reſpon. vt ibi in fi.§.diximus in gloſ.cõductitia. AODITIO. Reſponde quòd ideo hæc condictio indebiti fuit appoſita inter obliga. quæ re contrahuntur: non quia dicatur prouenire ex contractu, ſed quia nõ poteſt ſina re ſubſiſtaci. ibi igitur poſita fuit, vt eius ſubſtãtia denotetur: hic autẽ etiam poſita fuit, vt eius infinoetur origo: quia ex quaſi contractu trahit origioem. Chriſtoph.

a ¶ *Supra diximus.* vt *ſuprà quibus modis re.cõtrah. obligatio. §. is quoque.* Accurſius.

b ¶ *Obligatur.* ſcilicet benignitate inſpecta, quæ præualet: *vt C. de indeb.l.placuit.* nã nemo[a] debet locupletari cum aliena iactura: *vt ff. de condictio. indeb.l.nam hoc natura.*

a Locupletari nemo debet cum aliena iactura.

c ¶ *Condictione.* ſcilicet indebiti: & ita tranſit dominiũ in accipiẽtẽ. aliàs enim condictio nulla daretur, niſi contra furem: *vt ff. de vſufru. quemadmodu ca.l.fin.* Sed contra. *ff. de acquir. re do.l.ſi procurator.* Solu. multum intereſt[b] an error ſit in obligatione, an in re. Primo caſu trãſit dominium, vt hic dicitur, & condictio oritur. Secundò verò nec tranſit dominium, nec oritur actio: vnde agẽs exceptione repellitur: *vt ff. man. l. ſeruum Titij.* Accurſius.

¶ *Hic § refertur ite do cond. inde ff. & C.* ... *Gloſ.* ...

b Erroris in re vel in obligatione differentia.

ſi certiorẽ rationem ſequamur: magis (vt ſuprà diximus[a]) ex diſtractu, quàm ex cõtractu poſſit dici obligatus eſſe. Nam qui ſoluendi animo pecuniam dat: in hoc dare videtur, vt diſtrahat potius negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is qui accipit, obligatur[b], ac ſi mutuum ei daretur: & ideo condictione[c] tenetur.

Si in eo cauſarum genere quæ inficiando duplantur, indebitum ſolutum fuerit, repetitio ceſſat: ideo quod ex lege Aquilia, vel legato religionis & pietatis intuitu venerabilibus locis facto ſolutum eſt, non repetitur.

7 ¶ Ex quibuſdã[d] tamen cauſis repeti non poteſt quod per errorem[e] non debitum ſolutum ſit. Sic nanque definierunt veteres, ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſis non debitum ſolutum repeti non poſſe, veluti ex lege Aquilia[f], item ex legato[g]. quod veteres quidem in his legatis[h] locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta per damnationem[i] cuique[k] legata fuerant. Noſtra autem conſtitutio[l] cùm vnam naturam omnibus legatis & fideicommiſſis indulſit, huiuſmodi augmentum in omnibus legatariis[m] & fideicommiſſis extendi voluit: ſed non omnibus legatariis[n] hoc præbuit, ſed tantummodo in his legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis[o] vel pietatis[p] intuitu honorantur, relicta ſunt, quæ ſi indebita ſoluantur, non repetuntur.

Ex quibuſdam.] CASVS. Iſte §. non eſt propriè pertinens ad titulum iſtum: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinæ ad proximam materiam de indebito ¶ Et pone caſum ſic, Supra dictum eſt quòd ſi aliquis ſoluit alicui indebitum per errorem, quòd ille qui indebitum recipit, ſoluenti obligatur ex quaſi cõtractu: & iſte qui ſoluit, à recipiente pecuniam illam repetere poteſt. Aliquando tamen in aliquibus caſibus non eſt ita: veluti ſi quis ſoluerit indebitum ex cauſa illa quæ ex inficiatione creſcit. Eſt & aliud exemplum in legato relicto: & hoc verum erat, ſed nõ in omni legato. Quatuor enim olim erant genera legatorum: ſcilicet per vindicationem, per damnationem, per ſinendi modum, & per præceptionem: *vt ĩ. de leg. §.j.* Illud autem beneficium per quod creſceret legatum per inficiationem, ſolummodo locum habebat in relicto per damnationem. ſed cum vna hodie ſit natura omnium legatorum & etiam fideicommiſſorum: *vt ĩ. de leg. § noſtra autem conſtitutio.* ideo non diſtinguitur hodie qualiter legetur, ſed cui legetur. Si enim ſacroſan. eccle. vel aliis venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuito decorantur, aliqua legata ſint: huiuſmodi legata per inficiationem creſcunt: & ſi huiuſmodi locis legata indebita ſoluuntur. h.d. vſque ad finem. Frane.

d ¶ *Ex quibuſdam.* iſta §. non facit ad hunc titulum: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinæ ad proximam materiam de indebito.

a Solutum per errorẽ indebitũ octo caſibus repeti nõ poteſt.

e ¶ *Quod per errorem.* licèt ponat vnum caſum tantùm, in quo ſolutum per errorem[a] indebitum, nõ poteſt repeti: tamen & alij ſex ſunt: vt ſi ſcienter ſoluit indebitum: nam non habet locum repetitio: *vt ff. de condict. indeb. l.j.* 3 Item propter ſententiam ſolutum etiã indebitum non repetitur: *vt C. de condi. inde. l.j.* 4 Itẽ propter tranſactionem: *vt ff. de condi. indebiti. l. in ſumma. in princ. ver. & quidem. & C. eo. l.ij.* 5 Item ſi iurauit quis ſibi deberi etiam indebitum, deferente aduerſario, & fuerit ſolutum, non repetitur: *vt ff. de iureiuran. l. nam poſtea. §.j.* 6 Item quando ſoluitur in cauſa quæ per inficiationem[d] creſcit, *vt ff eod. de condict. indebit. l. eleganter. §. fin. in glo. fin. & C. eod. de condi. inde. l. ea quæ & hic dicitur.* 7 Item cauſa pietatis ſolutum indebitum non repetitur: *vt ff. de condi. l. cùm it. §. ſi mulier.* 8 Item ſi eſt ab alio indebitum, licèt ſit indebitum ab eo qui dedit: *vt Cod. de peti. heredi. l. de hereditate.* ADDITIO. Intellige ſi nomine debitoris ſoluerit, aliàs ſecus. *l. ſi pœnæ. §.j. ff. de cond. indeb.* Ange.

d Quãdo cauſa creſcat per inficiationẽ, declarat Gl. 2. & §. in l. ea quæ C. eod.

e Vel dic rationem, quia videtur ſoluiſſe propter dubium probationis, vt euitet dolum ex quo inſimul quãdã ſicta tranſactio, quę repetitionem impedit.

f ¶ *Ex lege Aquilia.* vt ſi ſoluam emendando damnum ab alio datum, quaſi ego dediſſem. videor enim cõfiteri me damnũ dediſſe, quod ab alio datum eſt[e]. Nam ſi à nullo datum eſt, non impediebat repetere, ſicut nec mihi præiudicat confeſſio mea, ſi à nullo datum eſſet damnum: *vt ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. fin. & l. ſequen. & ff. de interrogat. actio. l. qui ſeruum. §. j. & §. vlt. in fine.* ¶ Sed nunquid hæc ſunt vera ſiue in iure, ſiue in facto erret[b] is, qui ſoluit? Reſpond. tùm lex illa. *C. eod. tit. de condict. inde. l. ea quæ.* non diſtinguat, nec ego diſtinguam: *& eſt argu. ff. vt in poſſeſſ. l. j.* Sed quia diſtinxerunt, vt ſi errauit in iure, nõ repetat: ſi in facto, repetat. Primæ tamen ſententiæ ſto: *vt ff. eod. de condict. indebi. l. ſed & ſi me putem.* Sed contra hunc §. eſt. *ff. de condict. indeb. l. ſi eleganter. §. fina.* Solu. illa erat[a] pœnalis à principio, hæc autem ex inficiatione: *vt hic dicitur. & ĩ. de actio. § ſed furti.*

a Confitendo ſe commiſiſſe delictum, licèt quis ſibi præiudicet ciuiliter ad pœnam temporalem, ſecus tamen ſi agatur criminaliter ad pœnã corporalẽ. Ratio differẽtiæ eſt quia ſibi eſt arbiter ſuorum bonorum: hic verò non eſt dominus ſuorũ membrorum. vide Ang. hic.

g ¶ *Item ex legato* quod & ipſum per inficiationem creſcit: *vt ĩ. de actio §. item mixta.*

h ¶ *In his legatis.* ſ. indebitè tamen quãtum ad ſoluentem: debitè tamen quantum ab alio: vt & modo diximus in lege Aquilia, & hoc ſecũdùm quoſdã. Sed B. contra. dicit .n. de indebito à quolibet: & ſic differt à ſuperiori proximo caſu. & eſt ſpeciale in hoc legato, de quo hic dicitur:[b] aliàs autem, id eſt in alio legato diſtinguo: aut ſoluitur ſcienter indebitum legatum quocũque modo, & tunc non repetitur: *vt ff. de condict. indeb. l. fideicommiſſum.* Si autem per errorem iuris, idem eſt, vt non repetatur ſi eſt debitum naturaliter, ſed ciuiliter indebitum. *vt C. ad legem Falcidiam l. error.* Niſi ſit minor qui repetit, vtroque caſu per reſtitutionem in integrum: *vt C. ſi aduerſus ſolu. l. ij.* Si verò per errorem facti, repetitur: *vt C. de condict. indeb. l. fideicommiſſum.*

b Et eſt ratio, quia licèt ceſſet cauſa indebiti, tamen nõ ceſſat coniectura pietatis: quæ impedit repetitionem: vt l. cum it. §. mulier. ff. de cõdi. indebiti.

i ¶ *Per damnationem.* vt per hæc verba, Damnas eſto heres illum ære alieno liberare: *vt ĩ. de lega. § ſed & tale.*

k ¶ *Cuique.* aliàs cuicunque.

l ¶ *Conſtitutio.* vt *C communia. de leg. l. ij.*

m ¶ *In omnibus legatis.* id eſt, in omnibus generibus legatorum. quorum quatuor erant genera: *vt ĩ. de leg. §. j.*

n ¶ *Legatariis.* vt eis ſolutum indebitum non repetatur.

o ¶ *Religionis.* vt monaſteriis.

p ¶ *Pietatis.* vt hoſpitalia & ſimilia, quæ nominantur in *Authen. de non alie. § nos igitur. coll. ij.*

PER QVAS PERSONAS nobis obligatio acquiritur.

TITVLVS XXIX.

Obligatio acquiritur etiam per ſeruum vel filium: per ſeruum quidem in totum, per filium autem quo ad commodum vſusfructus. Aretinus.

PER QVAS PERSONAS NOBIS obligatio acquiritur.

Continua illam rubricam vt hic in nigro in princ. Dictum eſt ſupra de obligationibus tam illis quæ contrahuntur re, verbis, literis, & conſenſu quàm de aliis. Nunc ſequitur videre per quas perſonas nobis acquiritur obligatio.

E*xpoſitio.*] Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, oſtẽditur quomodo nobis acquiritur per illos qui ſunt in totum in dominio vel poteſtate noſtra. Secundò quomodo per illos in quibus habemus aliquod ius, vel qui ſeruiunt nobis bona fide. Tertiò, quomodo acquiritur per illos qui ſunt in dominio noſtro pro parte. Secunda ibi, Item per liberos. Tertia ibi, Communem. CASVS. Dicit Iuſtinianus. quòd non ſolùm per noſmetipſos nobis acquiritur aliquid: ſed etiam per eos quos in poteſtate habemus, veluti per ſeruos ac filios noſtros. Sed domine, eſtne differentia inter illud quod acquiritur alicui per ſeruum, & illud quod acquiritur alicui per filium? Et reſpond. quòd ſic. Quod enim ex obligatione aliqua per filium meum mihi acquiritur, illud mihi acquiritur quo ad vſumfructum, filio autem quo ad proprietatem. *C. de bo. quæ lib. l. fin.* & hoc verum eſt, niſi obligatio fuerit ex caſtrenſi peculio vel quaſi. tunc enim nec quo ad vſumfructũ nec quo ad proprietatem patri acquiritur quod ex tali obligatione filio debetur. Ex omni enim cauſa aduentitia acquiritur proprietas rei filio per obligationem in perſonam filij factam. & vſusfructus patri & competit etiam actio patri, & non filio. hoc dicit. Franciſ.

a ¶ *Quæ.s.obligationes.* ¶ Sed [a] quid differt hic tit. à superiori ꝸ. *per quas perso. nob. acqui.* Resp. ille [b] dicit de reb acquirendis, hic autẽ de obligatione, vt ibi diximus. ¶ Itẽ quid differt [c] iste ab alio ꝸ. *de stipu. seruo.* cũ ibi de obligatione dicatur? Respon. ille specialis est in obligationib. quæsitis per stipulationẽ: hic autem in omni genere obligationum loquitur acquirendo [d] per filium, vel seruũ præterquã si sint ex castrensi peculio vel quasi: quib. casib. nec ad proprietatẽ nec ad vsumfructũ patri acquiritur: *vt Co. de bonis quæ lib. l. cum oportet. §. ij.*

Expositis generib. obligationum quæ [a] ex cõtractu vel quasi ex cõtractu nascuntur, admonẽdi sumus acquiri nobis nõ solùm ꝑ nosmetipsos, sed per eas quoq; ꝑsonas, quæ in nostra potestate sunt, veluti ꝑ seruos & filios nostros: vt tamẽ [b] qđ ꝑ seruos nostros nobis acquirit [c], totũ nostrũ fiat: quod autẽ ꝑ liberos quos in potestate habemus ex obligatione fuerit acquisitũ, hoc diuidat secundũ imaginẽ [d] rerũ proprietatis & vsusfructus quá nostra decreuit cõstitutio [e]: vt quod ab actione cõmodum perueniat, huius vsumfructũ quidẽ habeat pater, proprietas autẽ filio seruet, scilicet patre actionẽ [f] mouente, secundũ nouellæ nostræ constitutionis diuisionem [g].

Liberi & serui alieni bona fide possessi & serui vsufructuarij & vsuarij acquirunt nobis ex re nostra, & ex opera ipsorum. Aretinus.

b ¶ *Vt tamen.* aliàs est attamen aliàs, vt quod, & hic similiter subaudiũr tamen.

c ¶ *Acquiritur.* nisi ab alio possideat seruus: q possessori nec dominiũ nec possessionẽ quęrit, si non ex re eius cõparauit, vel ex opera sua, nec domino si ex re bonæ fidei possessoris, vel opera sua acquisiuit: quis eũ non possider: *vt ff. de acqu. rerum domi. l. si seruus. ỹ. respon. & l. homo liber. §. fi.*

d ¶ *Secundùm imaginẽ.* quasi dicat, fiat hæc diuisio imaginariè [e] & intellectualiter. Nã visibiliter fieri nõ potest: cum sint incorporalia, quæ nõ diuiduntur: *vt ff. de acqu. re. do. l. seruus. §. incorporales. & ꝸ. de re. corpo. & incorpo. j. respon. & ꝸ. de vsufruct. in prin.*

e ¶ *Constitutio. vt C. de bonis quæ lib. l. fi. §. vbi autem.* Accursius.

f ¶ *Actionẽ.* proprietas [f] tamẽ ipsius actionis est filij, vt hic dicitur, & hoc obtinet hodie in orb. aduẽtitiis. Sed olim [g] tantũ quinq; actiones filiofam. cõpetebãt ratione proprietatis: vt iniuriarũ, qđ vi aut clã, depositi, cõmodati, & actiones in factum: *vt ff. de act. & obli. l. filiusfamilias. & l. in factum.* has tamen pater exercebat, vel suus procurator, non filius: *vt ff. de iniur. l. sed si vnius. §. ait prætor. & § filio. & l. pater. in fi.* nisi pater abesset: *vt ff. de iudi. l. si longius § j.* quod etiã in mutuo erat: *vt ff. si certum petatur. l. cum filius.* Sed hodie [h] ex omni causa aduẽtitia acquiritur ipsi filio proprietas, vt hic dicitur. ADDITIO. Dic vndecũque dictæ actiones in factũ descendunt, vel ex edictis prætorũ, vel ex interdictis. & est ratio, quia prætor vsus est æquitate, & illa tantũ motus. & in illis non tantũ quæritur patri, quando aliquid nõ remanet penes filiũ: *vt l. j. cum ibi no. C. qui admit. ad bono. possess.* ergo non est mirum si omnes actiones in factum filiofa. competebant. & ita dicit *Bart. in d. l. in factum.* Ang.

Patre actionem. Ex profectitiis causis filiu vtiles actiones dantur absente patre. Ex aduentitiis si pater vsumfructum respuat, filius agit consensu patris: si amplectatur, ipse agit consensu filij (idque consti. Iustiniani indicat in §. filius. & §. Vbi autem in vnum.) Vel etiam filius absente aut permittẽte patre, vt rectè Acc. noster adnotauit *in l. si longius. de iudic.* Restat ex causis aduentitiis cõnumer. esse actiones, proinde vtrinque ratihabitio exigitur, exemplo de dote actionis, quæ iure antiquo cõmunis est patris & filiæ: nec enim similis est pater tutori, curatori, syndico & aliis quibusdam qui non explorato aliorum consensu agunt. Pater enim non agit ignorante filio, vel si agit ideo cauet de rato. Cuiac.

g ¶ *Diuisionem.* quam diuisionem longum esset hic dicere: sed dicitur plenè per ordinem *in d. l. C. de bo. quæ lib. l. fi.*

[*Item per liberos homines.*] CASVS. Non solũ per filios nostros & seruos nobis acquiritur, sed etiam per liberos homines & seruos alienos quos bona fide possidemus, nobis aliquid acquiritur. sed hoc intellige in duobus casibus s. si ex operis suis aliquid acquirant, aut ex re nostra: & similiter per seruũ illum in quo vsumfructum habemus, vel vsum, secundùm aliam literam, vt patet in notula, ex duabus causis nobis aliquid acquiritur. h. d. Franciscus.

h ¶ *Per liberos homines.* No. ꝙ liber [i] homo quandoq. bona fide possidetur. (vt quãdo possessor credit eũ seruũ esse, & suũ:) & quãdoque mala fide, (vt quãdo credo eũ seruũ esse, & scio meum non esse: *vt ff. de acquir. possess. l. j. §. sed & per eum*) quandoque [k] nullo modo possidetur, licèt detineatur: vt quando scit liberum esse: *vt ff. de acquir. poss. l. qui vniuersas. §. j. & ff. de prob. l. si quis liberum.*

a Differentia huius tituli à titulo per quas personas nobis adquiritur libri secũdi. ꝸ.

b Ratio ad quisitio differt ab obligatione. Aliud est enim adquirere, aliud obligare.

c Differentia huius tituli à titulo de stipulatu seruorum.

d Ab periode constat patri per fil. ũ quæri. at qualiter ex patris stipulatione filio ac quiratur: vide hic apud Bal.

e Imaginaria diuisio fit in incorporalib.

f Aduentitiorum proprietas filij est.

g Filio familias olim quinque actiones competebant ratione proprietatis, quas tamen nõ exercebat.

h Aduentitia omnia hodie filio adquirũtur proprietate.

i Liber homo quãdoque bona, quandoq. mala fide possidetur, quandoque nemine modo.

k Inter bonam & malam fidẽ mediũ quoddam est.

i ¶ *Vsumfructum.* in quibusdã libris est in litera, vsumfructum [a], vel vsum. & secũdũ hoc [b] videt ꝙ per eũ seruũ in quo habeo vsum ex duabus causis acquirã. Sed cõtra. *§. de vsu & ha. l. per seruum. in prin.* Sol. dicunt quidã illud corrigi. 2 Vel dic secundũ Io. quòd illud verbũ, ex duabus, referatur ad solũ vsumfructũ, alterũ verò si ex re, ad vsuariũ: & sic erit in litera confusio: sicut *C. de col. l. illam. & ꝸ. qui da. tuto. pos. §. si quis.* Sed in aliis libris non est vel vsum: & tũc planũ est, & nullũ est cõtrarium. Acc. ADDIT. Tu dic secundũ do. vsuariũ posse vti operis serui in suis fundis, non autem eas alteri locare. Ange.

1 ¶ Item per liberos homines [h] & alienos seruos quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirãt. 2 ¶ Per eũ quoque seruum in quo vsumfructum [i] vel vsũ † habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

Seruus communis acquirit dominis communiter pro portione dominica: nisi vni, vel iussu vnius fuerit stipulatus. Aretinus.

3 ¶ Communẽ seruum pro dominica [k] parte dominis acquirere certum est: excepto eo, quòd nominatim vni stipulando, aut per traditionẽ accipiẽdo, illi soli acquirit: veluti cùm ita stipulatur, *Titio domino meo dare spondes?* Sed si domini vnius iussu seruus fuerit stipulatus [l], licèt antea dubitaretur: tamen post nostram decisionem res expedita est, vt illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit, vt supra dictũ est [m].

[*Communem seruum.*] CASVS. Supra dictũ est ꝙ per seruos nostros acquirimus. sed nunquid per seruum communẽ possumus nobis acquirere? Et respond. quòd per seruũ communẽ domino acquiritur. quod intelligo vt sic dicendo. Dominis meis dare spondes? fiat stipulatio. s. ꝑpria nomina in stipulatione inferendo. Tũc enim ꝑ virilibus portionibus dominis acquiretur. Et hoc verũ est nisi nominatim vni eorũ rẽ stipulatus fuerit, vel vni tradiderit. Item quæsiui à Iustiniano, Domine, si vnus dominorum seruo cõmuni iusserit quòd aliquid sibi stipulet, ipse autẽ seruus alterũ (cui voluerit acquirere) nominauerit in stipulatione: cui acquirit ꝑ stipulationẽ illã? Et resp. quòd ei qui iussit, & non ei quẽ nominauit. sic ponunt multi casum in isto vlt. respons. sed si domini. & sic vult glo. ordinaria quòd ita ponatur, sed dominus Guido dicit quòd iste nõ est casus istius ver. quanquã veritatẽ cõtineat. iste enim est casus quẽ habes. *C. per quas pers. nobis acquiritur. l. ij.* & non istius responsi. & hoc patet per hoc quod dicit in fine istius versic. ibi. ꝸ. dictum est. Potest ergo sic poni casus. Sed quid si vnus ex dominis iusserit seruũ communem aliquid stipulari, cui acquiritur per stipulationẽ istã? Et respon. di. quòd licèt ante tempora huius libri in tali casu dubitaretur verum duobus dominis, an iubenti per stipulationẽ istam acquireretur: tamen post compositionem huius libri est quæstio ista expedita, scilicet quòd iubenti tantùm acquiret: vt supra dictum est de stipulatione seruorum. §. vltimo.

k ¶ *Pro dominica.* nisi eum propria nomina eorum stipulationi inseruit, vbi pro virilibus portionibus acquirit: *vt ff. de stipula. ser. l. si communis seruus.*

l ¶ *Stipulatus.* s. simpliciter vel sibi, vel domino iubenti, vt statim sequitur: aliàs nullum esset dubium: *vt ꝸ. de stipul. ser. § penul.*

m ¶ *Supra dictum est.* supra *de stipu. ser. § penult.*

a Et hanc lectionem Haloãder.

b Servus vsufructuarius quærit nobis ex re & operis: sed vsuarius ex re tantùm.

† Vsuarius serui operis potest in suis fundis vti, nõ eas locare.

QVIBVS MODIS TOLLITVR &c.

Visum [c] est supra de obligatione inducenda: sequitur videre de obligatione dissoluenda siue tollenda: quia nihil tam naturale est, quàm vnum quodque vinculo quo ligatur, dissolui posse. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. *hoc dicit. Aretinus.*

TOllitur.] Totus iste titulus diuiditur [d] in quatuor partes. Primò, ponitur qualiter tollatur obligatio solutione. Secundò, qualiter acceptilatione. Tertiò, qualiter nouatione. Quartò, qualiter consensu. Secunda ibi, Item per acceptilationem. Tertia ibi, Præterea obligatio. Quarta ibi, Hoc amplius. CASVS. Scire debetis, quòd obligatio tollitur per solutionẽ eius quod debetur. Sed nunquid tollitur obligatio si debitor soluat aliud quàm debeatur: putà si asinum dederit pro pecunia quam debebat? Et respõ. quòd sic: dum tamen volente creditore fiat. Regulariter enim loquẽdo, inuito creditori aliud pro alio solui non potest. Sic ergo, vt iam dictum est, solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio: sed verum est, si ipse debitor soluat quod debetur, siue aliquo nomine debitoris, etiam debitore inuito & ignorante. h. d. Ad intellectum glossæ signatæ super illo verbo, Omnis obligatio &c. scire debes quòd omnis obligatio tollitur solutione eius quod debet, etiam si fuerit ciuilis tantùm. Et ad l. inductam in contrarium. *ff. de soluti.*

c Cõtinuatio.

d Diuisio.

de solutio. l. qui hominem. §. fi. respondet dominus Iusti. quòd speciale est ibi, quod aliud operetur solutio, quàm credebat soluens. & pone cas. qualiter aliquis solùm ciuiliter obligatur. pone quod aliquis mihi centū numerauit: & ita naturaliter & ciuiliter sum obligatus. fecit mihi postea pactum de nō petendo. & ita tollitur obligatio naturalis, & remanet ciuilis. Sed si post illud pactū factū de non petēdo ignorās sibi soluero quod debebā, nō liberor à ciuili obliga. per istam solutionem, quia operatur repetitionē, vnde liberationem petere non potest: *vt in prædicta. l. qui hominem.* Item in superiorib. dictum est quòd bene liberatur debitor solutione eius quod debetur. Sed nunquid per istam solutionē liberātur fideiussores? Et respon. quod sic, & ecōuerso si soluat fideiussor creditori quod ei debetur, liberetur principalis debitor. hoc dicit. Frā.

QVIBVS MODIS TOLLItur obligatio.

TITVLVS XXX.

Eius quod debetur solutio, à debitore vel à quouis ipsius nomine facta, omnem obligationem perimit: quo fit vt solutione principalis, euanescat fideiussoria obligatio: & versa vice idem dicito.

TOllitur[a] autem omnis† obligatio[b] solutione eius quod debetur: vel si quis cōsentiente[c] creditore aliud pro alio soluerit. Nec interest quis soluat: verū ipse qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio soluente, siue sciente siue ignorante debitore vel inuito eo solutio fiat[d]. Itē si reus soluerit: etiam hi qui pro eo interuenerunt[e], liberantur. Idem ex cōtrario cōtingit si fideiussor soluerit. non enim ipse solus liberatur[f], sed etiam reus.

Acceptilatione, id est, imaginaria quadam & ficta solutione, mutua interrogatione & responsione concepta, verborum obligatio tantum tollitur: reliqua verò obligationes ex re, consensu & alio quouis modo contracta, non antea soluuntur, quàm in Aquilianam stipulationem, id est, verborum obligationem deducantur: vt sic demum acceptilatione sopiri queant.

1 ¶ Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria[g] solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debet, id si velit.

a ¶ *Tollitur.* aliàs tollitur, aliàs soluitur. Si tollitur, ergo nō renascitur de cętero: *vt ff. de solu. l. qui res. §. aream. versicu. in perpetuum. & de noxa. l. si alienum. & C. de remissio. pign. l. cùm ex causa. & de senten. pas. l. si debitor.* vbi magis suscitatur solutio eius quod debetur: quàm collatur: *vt ff. de noxa. l. electio. §. fi.* Sed ibi æquitatis ratione nec sublata dicitur.

b ¶ *Omnis obligatio.* siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu, nā de his suprà dictum est à titu. de obligationibus vsque huc. Sed nunquid est idē in his quæ ex maleficiis sunt vel quasi. Resp. sic.[b] Item hęc sunt vera siue ciuilis & naturalis fuerit obligatio simul, siue naturalis tantùm: *vt hic, & ff. ad leg. Falcid. l. si pupillus. in princi.* Sed nunquid ciuilis tantùm tollitur solutione eius quod debetur? videtur quòd non *vt ff. de solu. l. qui hominem. §. fi.* & hoc quidam dicunt. Sed contradico. si enim sciens me debere ciuiliter tātùm, soluam, sicut econtra si nudo pacto tibi s. debeam. & soluam causa meæ fidei implendæ, quare non liberor? *vt ff. de cond. in. indebi. l. fideicommissum.* Quod autem in d. l. qui hominem, dicitur: ideo est, quia aliud operabatur solutio, quàm crederet soluens, scilicet repetitionem cùm errabat credens se teneri naturaliter. non ergo mirum si non facit quod credebat soluens, s. liberationem. Item est contra ad hoc, j. respon. *in Authen. vt hi qui ob. se hab. per. res. §. si verò tacuerit. col. vj.*[e] Solu. illud speciale est. Item contra. *ff. de sol. l. si rem meam.* Item contra *ff. de verb. oblig. l. Iulianus. §. qui fundum.* Item contra *ff. commo. l. sig. §. si reddita.* Sed his legibus licèt fuerit facta solutio, non tamen fuit facta sicut debuit fieri: vnde pro non facta quantum ad hoc habetur. Item contra ad id quod subicit, quòd demum sciēte creditore soluitur aliud pro alio. *ff. de leg. j. l. non amplius. §. fi. & l. si domus. §. ij. & iij. & ff. de auro & arg. leg. l. j. § fi. & C. de dona. l. si quis argentum. ff. de solu. l. qui hominem. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. pe. & l. si seruus.* In quibus legibus dicitur quòd liberatur quis soluendo aliud pro alio. Sed hæc specialis sunt, hoc autem regulare.

c ¶ *Consentiente creditore.* interdum tamen etiam aliud pro alio soluitur creditori etiam inuito: *vt diximus in Auth. de fideius. §. pen. in glo. contrarium. col. j.* & quosdam ex his notauimus. §. proximè.

d ¶ *Solutio fiat.* patet hic quòd beneficium confertur in inuitum. Sed contra *ff. de regulis iuris. l. inuito.* Solu. illa regula in priuilegiis loquitur, hæc autem in aliis. a Vel dic quòd non potest directè: potest tamen per medium. prima verior est.[d] Sed nunquid econtra potest fieri alij solutio inuito creditore? respon. non: *vt ff. de nouat. l. si Stichum. § fi.* nisi creditori credit. soluatur. *vt ff. de neg. gest. l. si lib.* vel procuratori creditoris: vel ei cui exciterit heres credit. vel futuro debit. vel similibus personis quæ enumerantur. *ff. de solu. l. solutam. & ff. de pign. l. solutum. §. solutum.*

e ¶ *Interuenerunt.* vt sunt fideiussores, & mandatores, & sponsores: *vt ff. de except. l. omnes. & C. de non nume. pecu. l. iu.*

f ¶ *Ipse solus liberatur.* s. fideiussor & si quidem soluat nomine suo,[e] liberatur ipso iure, reum autem liberat per exceptionem: *vt ff. mandati. l. si quis his fi. & leg. Papinianus. & ff. de pe. her. l. si quid possessor. in princ.* Si verò nomine rei, liberat ipso iure reum: *vt ff. de nego. gest. l. soluendo. & ff. de noua. l. si Stichum. in fine.* Sed si hoc verum est, quòd liberatur reus soluente fideiussore. quomodo cedet actionem creditor fideiussori, quod facere debet: *vt ff. de sol. leg. Modestinus. & ff. de fideiuss. l. fideiussoribus.* Quæ sunt contra hanc legem? Respon. illud potest fieri ante solutionē s. cessio: vel etiā postea, hoc acto priua, quis videtur inesse. probatur hæc solutio. *ff. de fideiussoribus. l. cum is.* ¶ Item nota hic vnā solutionē parere plures liberationes. & facit. s. *de duobus reis. §. ex huiusmodi. & ff. de arbit. l. si duo.* Accursius.

[*Item per acceptilationem.*] CASVS. Iam vidistis vnum modum principalē oblig. tollendæ, est & alius modus obligatio. tollendę principalis, vt per acceptilationem. Sed domine, quid est acceptilatio? & respondet dicens, quòd acceptilatio est imaginaria solutio. Si enim creditor debitori suo, illud quod sibi debet ex verborū obligatione, remittere velit, poterit hoc facere in hunc modum, si patiatur debitorē hæc verba dicere: Domine creditor quod tibi debeo per stipulationē, habésne acceptum? & respondeat creditor, Habeo: liberatus est debitor, ac si creditor soluisset ei quod debuisset. Item videbatur aliquibus quòd stipulatio posset fieri per verba Latina tantùm, & non per verba Græca. & quasi ad istam dubitationem respondet Iustinianus, dicens quòd non solùm per verba Latina, sed etiam per verba Græca potest fieri acceptilatio: dum tamen per verba Græca sic fiat, sicut exigitur per verba Latina. Et dissoluuntur per acceptilationem obligationes verbis solummodo contractæ: quia consentaneum est iuri, obligationem verbis contractam, verbis posse dissolui. Ad intellectum finis notulæ signatæ super illo verbo, cætera, distinguere debes, vtrum acceptilatio sit inutilis ratione rei super qua concipitur: vt si super debito conditionali concipiatur: quia talis acceptilatio inutilis est. & quanquam non habeat hanc vim acceptilationis, attamen habet vim pacti. & sic intellige illas leges. *ff. de rescin. ven. leg. cum emptor. & ff. de accep. l. acceptilatio.* Aut ratione conceptionis ineptæ, vt si tibi dicam, Quod ego tibi debeo, habésne acceptum in diem? & tu ipse respondeas, Habeo acceptum. & talis acceptilatio inutilis non habet vim pacti. & sic intelligo. l. ff. de accep. an inutilis. lo versi. Sicut autem casus est talis: Quæsiui à legislatore, an accep. possit fieri in parte debiti, sicut fit in toto. Et respon. di. quòd accep. potest fieri pro parte debiti, sicut potest fieri pro toto. hoc dicit & somus in versic. Est autem prodita. in quo dic. Tractatum est supra, quòd obliga. alia à verbali potest deduci in stipulationem, & tunc tolli potest per acceptilationem? hic autem dicit quòd est prodita quædam stipulatio quæ vulgò Aquiliana appellatur. Aquilius enim, qui valdè fauorabilis erat ad stipulationes dissoluendas, adinuenit istum modum dissoluendi & liberandi per acceptilationem debitorem illum qui ex quocunque contractu alio teneretur, quàm ex contracto verbali: sicut potest liberari per acceptilationem is qui verbis est obligatus. Adinuenit enim stipulationem quandam, in quam possent deduci omnes aliæ obligationes quæ in stipulationem deductæ, per acceptilationem tolli possunt. Stipulatio enim Aquiliana omnes obligationes nouat. Qualiter autem confici debeat hæc stipulatio, narrare magis laboriosum est, quàm subtile. Apertissimè enim de hoc traditur in litera. Et. h. d. vsque ad illum. §. præterea.

g ¶ *Imaginaria.* id est ficta: *sic digestis de regul. iur. l. imaginaria.* Vel dicitur imaginaris, id est, per momentum duratura *sic in Authenti. quomodo opor. episc. circa princip. § neque enim idiota. in glo. nec imaginariam. col. j.* & in Psal.[a] in imagine pertransit homo &c. ADDITIO. Ipsa tamen acceptilatio habetur pro solutione: *vt leg. si ex pluribus. digestis de accep.* vt in simili etiam dicimus de iuramento, quod habetur loco solutionis inter deferentem & iurantem, non tamen etiam est propriè solutio: *vt l. duobus. §. j.* & ibi glo. in verbo, solutionis. & doct. *ff. de iureiuran.* Angelus.

Imaginaria solutio.] Illa fit re, hæc verbis: Illa naturalis hæc ciuilis est. Seneca lib. vj. de benef. Omnis, inquit, solutio non idem reddit sed tantundem: nam & pecuniam dicitur reddidisse, quamuis numerauimus pro argenteis aureos, quamuis non interuenerint nummi, sed delegatione & verbis perfecta solutio fit. Cuiacius.

a *Psal. 38.*

a ¶*Patiatur.* & etiam respondeat ei, vt sequitur. ꝭ. eo. § *est autem. in fi.* §. nam sola patientia non prodest. Accursius.

b ¶*Sed & Græcè.* non solùm Latinis, sed etiam Græcis verbis dum tamen aptis ad hoc, vt sequitur. *& facit* ꝭ. *de verbor. obligat.* § *vtrum & ff. de verbo. oblig. l.* j. § *fi.* Acc. Vnde[a] verba Græca in textu posita sunt huic proposito apta, si rectè exponantur. Sunt autem talia. Hoper hypoſcheſthin ſoi, echeis proſdecton? echo. Et sic intelliguntur: hoper hyposcheſtai ſoi, id eſt, quod promiſi tibi: echeis proſdecton: id eſt, habes acceptum? & respondetur Echo, id eſt, habeo.

a Hoc Glo. secundum nō est Accursij quia Græca quidem elementa non [illegible] nota ꝭ. de emption. & [illegible] §. item precium [illegible] Gl. ha verba.

Titius remittere, poterit sic fieri, vt patiatur[a] hæc verba debitorem dicere, *Quod ergo tibi promisi: habésne acceptum?* & Titius respondeat, *Habeo.* Sed & Græcè[b] potest acceptilatio fieri, dummodo sic fiat, vt Latinis verbis solet [illegible], [illegible].

Quo genere, vt diximus[c], tantùm eæ soluuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt: non etiam ceteræ[d]. Consentaneum[e] enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolui. Sed & id quod alia ex causa[f] debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolui[g]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè soluitur[h]: ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

c ¶*Vt diximus* ꝭ. *eo.* §. *ibi*, quid enim ex verborum Accursius.

d ¶*Ceteræ.* scilicet quæ sunt de iure gentium, cum acceptilatio[b] quæ est ciuilis actus. *vt ff. de reg. iur. l. nihil*, non possit iura gentium tollere, *vt* ꝭ. *de leg. agna. tu.* §. *fi.* quæ sunt vetustiora & firmiora: *vt* ꝭ. *de re. d. iu.* §. *singulorum.* ¶Sed nunquid alias obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio: vt literarū & emphy. & similes, vt diximus. ꝭ. *de iur. nat. gen. & ciuil.* §. *ius autem?* Respondetur, non: cùm solam obligationem verbis inductam tollat, vt hic dicitur. Sed certè licet non possint tolli iure acceptilationis, scilicet obligatio iuris gentium, & aliæ ciuiles: tamen possunt iure pacti etiam acceptilatione facta secundùm Io. *vt ff. de rescin. ven. l. emptor.* & *l. cum emptor.* Quod generaliter etiam dicebat. M. quòd vbicunque fieret acceptilatio[c] inutilis, quòd habeat vim pacti. & facit pro eo. *ff. de pact. l. si vnus* § *pen.* vbi de hoc. At B. totum contrarium. & erat pro eo. *ff. de acceptil. l. an inutilis.* ꝭ. *respons. & ff. de consti. pecu. l.* j. §. *eum qui.* Sed nos dicimus idem quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, vt dictum est. Item idem quod Bul. vbi est inutilis ratione conceptionis. & facit pro nobis. *ff. de accep. l. si accepta latum.* Accursius.

b Acceptilatio non tollit obligationes iuris gentium.

c Acceptilatio inutilis [illegible] ne rei, habet vim pacti, secus si est inutilis ratione conceptionis inepta.

ADDITIO. Et est ratio diuersitatis: quia minus est peccatum quod prouenit ex alieno facto, vt in primo casu, quàm quod prouenit ex propria culpa, vt in secundo casu. Ioan. Fab.

e ¶*Consentaneum.* & facit ad hoc. ꝭ. *eo.* §. *fi.* & *ff. de reg. iu. l. nihil est tam.* & *C. quando li. ab emp. dis. l.* ij. & *ff. de pact. l. ab emptione.*

f ¶*Ex alia causa.* s. quàm verbis.

g ¶*Dissolui.* sc. ipsum debitum. Et nota mirabilem proditionem. nam cùm non pateretur contractus alius tolli suo contrario actu, scilicet per acceptilationem, decipitur & deducitur in quendam non prorsus contrarium actum: vt in stipulationem: quod est obligatorium: & sic fit nouatio indistinctè iure isto: *vt* ꝭ. *eo.* §. *præterea.* & *ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè* §. *fi.* & ipsa stipulatio patitur se tolli per acceptilationem, vt hic dicitur.

h ¶*Rectè soluitur.* s. volente creditore. ¶Sed nunquid[d] eo inuito debiti pars soluitur? Respon. aut confitetur de toto debito, & tūc non potest soluere nisi totum: *vt ff. de vsur. l. tutor.* §. *Lucius quæ est huic contra.* nisi volenti creditori, vt hic dicitur. Aut diffitetur, & tunc pars confessata tantum recipietur ab inuito: *vt ff. si cer. peta. l. quidam ex* ꝭ. *manet ant.* & hoc etiam casu potest intelligi quod hic dicitur.

d Solutio particularis an creditore inuito possit fieri.

i ¶*Ita composita est.* i. his verbis quæ sequūtur, quicquid te &c. Idē habes *ff. de accep. l.* & *vno.* §. *eius rei.* ¶Et no. quòd non potest sic legi, quia aliqua verba sint hic superflua. Item nūquid vnum solum ex his duobus, scilicet dare vel facere, sufficit, scilic. dare: cùm solum quod erat dandum, in hac stipulatione deducitur: *vt* ꝭ. *ibi, tantam pecuniam &c.* Respon. sic, *arg. supra de verborum oblig.* §. *sed hæc solennia & C. de dota l. finali.*

2 ¶Est autem prodita stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur: per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes: & à Gallo Aquilio ita cōposita est[i], Quicquid te mihi ex quacunque causa date[k] facere oportet, oportebítve, præsens, in diémve, aut sub conditione: quarumcumque rerum mihi tecum est actio[l], quæque aduersus te petitio[m], vel aduersus te persecutio est, vel erit: quódque tu meum habes, tenes, possides, dolóve[n] malo fecisti quo minus possideas: quanti quæque earum rerum res[o] erit, tantam pecuniam dari stipulatus[p] est Aulus Agerius, spopondit Numerius Nigidius. Item ex diuerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium, Quicquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habésne acceptum? Respondit Aulus Agerius, Habeo acceptúmque tuli.

k ¶*Dare.* vbi debet dominium transferre: *vt* ꝭ. *de act.* § *sic itaque.* & *ff. de verb. oblig. l. vbi autem non apparet* §. *fin.*

l ¶*Actio.* in[a] personam, at petitio in rem: persecutio[b] verum que continet: *vt ff. de act. & oblig. l. actio in personam.*

a Actionis, petitionis, & persecutionis differentia.

b Persecutio obtinet actionem & petitionem.

m ¶*Petitio.* in rem.

n ¶*Ve.* pro vel.

o ¶*Res.* i. æstimatio.

p ¶*Stipulatus.* nūc mutat personas: nā secunda enim transit ad tertiam. ¶Et nota quòd etiā realis[c] actio deducitur in stipulationem facta rei æstimatione: & ita ipsa pecunia siue rei æstimatio deducitur in stipulationem, & in acceptilationē. Nam ipsa res nō potest: cùm nemo rem suam possit stipulari sibi dari, *vt* ꝭ. *de inuti. stipu.* §. *ij.* Sed quo modo deducam æstimationem, cùm non debeatur? Respon. mò quasi dicat est liberatur enim exceptione quasi à rei vindicatione, si præstat æstimationem: *vt ff. de rei vindi. l. eius rei* & *l. seq.* Si autem ipsam rem in acceptilationem deducam, valet iure pacti secundùm B. vt diximus *supra eodem.* §. *quo genere.* Accursius.

c Actio realis potest in stipulationem deduci.

ADDITIO. Tu dic quòd quāuis actio realis nec obligationem nec officium iudicis præsupponat: præsupponit tamen quandam æquitatem, ex qua datur actio: & illa æquitas nouatur per acceptilationem. Angelus.

Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio: quo fit vt anteriori obligatione sublata, noua constituatur: quæ olim noua personæ interuentu (etiam quæ naturaliter tantùm obligari posset) inducebatur. Eadem verò interueniente persona, ita demum nouatio facta erat, si quid priori obligationi posterior adiceret vel detraheret: hodie autem nunquam inducta censetur nouatio, nisi expressim à contrahentibus hoc agatur: aliàs anterior firma manet, & posterior loco incrementi accedit.

[*Præterea nouatione*] CASVS. Iam vidistis quòd duobus modis tollitur obli. tollitur etiam tertio modo scilicet per nouationem voluntariam: veluti si illa decem quæ debes Seio, Seius stipulatus sit ab aliquo alio quàm à te animo nouandi: quia tunc tollitur prima obligatio interuentu nouæ personæ: & noua nascitur obligatio, prima obligatione translata in posteriorem, adeo etiam quòd si non valeat noua obligatio, prima per secundam nihilominus tollitur: veluti si à pupillo sine tutoris auctoritate fueris stipulatus illud quod tibi debebā. Omnino enim amittitur actio tua, eo quòd prima obligatio sublata est: & sic inutilis est actio quoad effectum experiendi. est tamen aliqua, scilicet naturalis. Sed pone. Suprà dictum est quòd si creditor stipulatus fuerit à pupillo id quod debitor pupilli sibi debet: tollitur obligatio ipsius debitoris. Sed scire debes quòd non idem iuris est si creditor stipulatus est à seruo alicuius animo nouandi illud quod debitor sibi debet. cùm enim secunda obligatio nulla sit ipso iure, neque naturalis neque ciuilis: perinde remanet prior debitor obligatus, ac si non esset aliqua nouatio facta. verbi gratia. Vbi enim per secundam obligationem debet tolli prima: oportet quòd secunda sit aliqua, puta naturalis vel ciuilis. Item in versicu. Sed si eadem. casus est talis. Suprà dictum est quòd interuentu nouæ personæ noua nascitur obligatio. sed pone quòd stipulatus fui à debitore meo quòd ex alia quacumque causa quàm ex stipulatione mihi debebat: dicetúrne in hoc casu fieri nouatio, cùm in hoc casu noua persona non interuenerit? & respond. quòd sic, si aliquid noui interuenerit in secunda obligatione, id est, in stipulatione ista: veluti si conditio vel dies vel fideiussor obligationi adiciatur. Scire tamen debes quòd si conditio in nouatione addita existat, valet nouatio. si autem non existat: non valet. & sumus in ver. Sed cùm. in quo dic. Suprà dictum est quòd nouatio fit interuentu nouæ personæ, vel etiam eiusdem, dummodo fiat per diei vel conditionis adiectionem vel subiectionem. sed scire debes quòd apud antiquos hoc verū erat, quòd his modis fiebat nouatio, dū tamen animo nouandi fieret: & ita quòd

sæpe

ſæpe diuerſæ præſumptiones inducebantur ad probãdum quòd animo nouãdi fieret. vnde ſuper hoc apud antiquos magna fuit altercatio. & propter hoc dicit dominus Iuſti. fecimus quandã conſtitutionem ad huiuſmodi altercationes tollendas: in qua cauetur quòd tunc demum intelligatur fieri nouatio interuẽtu nouæ perſonæ, vel etiã eiuſdem perſonæ (vt dictum eſt) quando hoc expreſsè actum eſt inter cõtrahentes, quòd propter nouationem prioris obligationis hoc fiat. alioqui ſi hoc non fuerit expreſsè actum, nõ intelligitur fieri nouatio interuentu nouæ perſonæ. ſed accedit ſecũda obligatio primæ, & manet vtraque obligatio. Franciſcus.

Lita tamen §. j. ad Trebel & alibi paſſim. Cuiacius.

f ¶ *Non idem.* ſed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hũc § & ſuperius reſponſum? Reſpon. quia ibi ſaltem natural. obligatio fuit, hic nulla in ſeruo: vt ibi diximus. Item hoc ideo, quia pupillus potuit obligari naturaliter & ciuiliter cũ auctoritate tutoris. & per eum ſ. creditorẽ ſtetit. quare ſibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & poſterior non manet. Seruus autem nullius auctoritate poteſt obligari ciuiliter: ideóq; non imputatur ſ. creditori: vnde etiã actio prior durat. AVOTIO. Dic quòd ſeruus non poteſt eſſe fideiuſſor alicuius, niſi ex cauſa peculiari: vt l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de pign. Ang.

3 ¶ Præterea[a] † nouatione[b] † tollitur obligatio: veluti ſi id quod tu Seio debebas, à Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interuentu nouæ perſonæ[c], noua naſcitur obligatio, & prima tollitur, tranſlata in poſteriorem: adeò vt interdũ licèt poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti ſi id quod tu Titio debebas, à pupillo[d] ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fuerit. quo caſu res amittitur. Nã & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt[e]. Non idem[f] iuris eſt ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus. nam tũc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus[g] fuiſſet. Sed ſi eadẽ perſona ſit, à qua poſtea ſtipuleris: ita demum nouatio fit[h], ſi quid in poſteriori ſtipulatione noui ſit: fortè ſi conditio, aut dies, aut fideiuſſor adiiciatur aut detrahatur. Quod autem[i] diximus, ſi conditio adiiciatur, nouationem fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factã nouationem, ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed quoniã hoc quidem inter veteres conſtabat, tũc fieri nouationem cum nouãdi[k] animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat quando nouandi[l] animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſibus introducebant[m]: ideo noſtra proceſſit cõſtitutio[n], quę apertiſſimè definiuit, tunc ſolùm nouationẽ prioris obligationis fieri, quotiẽs hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quòd propter nouationẽ prioris obligationis cõuenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationẽ & ſecũdam ei accedere[o], vt maneat ex vtraque cauſa obligatio ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertiùs cognoſcere.

Contractus qui conſenſu contrahitur, contrario conſenſu re non ſecuta diſſoluitur. Aretinus.

4 ¶ Hoc amplius eę obligationes quæ cõſenſu[p] contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint vt fundum Tuſculanum emptũ Seius haberet centũ aureis: deinde re nondum ſecuta, id eſt, neque pretio ſoluto[q], neq; fundo tradito, placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & venditione, inuicem liberantur. Idem eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus qui ex con-

a ¶ *Præterea.* non ſolũ ſolutione vel acceptilatione, vt dictum eſt ſupra.

b ¶ *Nouatione.* ſi[a] fiat per ſtipulationẽ, vt ſubiicit, ſiue per iudiciũ vt[b] ſi aliquid nomine meo iudiciũ ſuſcipias animo nouã di: vt ff. de ſoln. l. ſolutionẽ. & ff. de in rem ve. l. ſi propter. & ff. de verb. oblig. ſcire debemus. in ſ. j. reſpon.

c ¶ *Noua perſona* etiã ſi hoc nõ agit vt fiat nouatio iure iſto. hodie cõtra: vt j. eo. § ſed cum.

d ¶ *A pupillo.* qui naturaliter tenetur: vt ff. de noua. l. j. in fi. l. ſi eſt maior infante. aliàs nec naturaliter: vt ff. de act. & oblig. l. pupillus.

e ¶ *Nulla eſt.* Sed nunquid reſtituitur creditor in priorẽ debitorẽ? Quidam dicunt quòd ſic: vt C. de repu. l. j. §. j. & ff. de fideiuſſo. l. ſi Titium. §. huic quæ eſt contra. & quod hic dicitur, res amittitur. ſ. iure communi: ſed non per reſtitutionem, vt dictum eſt Alij vt Pla dicunt hanc in impubere (quaſi ſtultè accepit hic creditor tam paruulum) illam in pubere loqui. 3 Vel verius refert an minor iuuetur, vt non teneatur per beneficium reſtitutionis: & tunc etiam reſtituitur creditor in veterem debitorem, vt ibi. An verò non reſtituatur, quia non eſt neceſſe, cùm tantùm naturaliter ſit obligatus: * vt ff. de noua. l. j. in fi. & tunc nec creditor reſtituitur, vt hic: nec etiam tunc quando dolo creditoris minor fuit obligatus: vt ff de fideiuſſo. l. ſi Titius. § fin. [Vnde[d] huic doloſo non ſuccurritur: quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. ff. de mino. l. auxilium in fin & l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & ad Vellei anum l. ſi decipiendi.] Quod etiam in muliere diſtinguitur. nam reſtituitur in primum debitorem actio ei ſubducta per Velleianum: vt C. ad Vellcian. l. ſi mulier. niſi fuerit dolo inducta: vt ff. ad Vellela. l. quidam. & d. l. ſi Titius. in fin. At ſecus eſſet vbi nulla eſſet ſecunda obligatio, vt in ſeruo ſubneitur: qui non poteſt etiam naturaliter teneri fideiubendo vel intercedendo quoquo modo: vt ff. de fideiuſſ. l. ſeruum iuſſio. & l. ſeq. Idem etiam in infante dicam, qui ſecũdo ſe obligauerit. Nam cùm nulla ſit, non tollitur prima, cùm non habeat in quem tranſeat. Quidam tamen dixerunt naturaliter ſeruum teneri etiam fideiubendo, quod falſum eſt. nam nec aliter tenetur niſi naturaliter: cuius occaſione dominus tenetur de peculio. ſi hic non tenetur: vt ff de peculio. l. iij. §. ſi ſtius. & facit ad hunc §. ff. de fideiuſ. l. ſi Titius. §. huic ſimilis.

Nulla eſt] Ne naturalis quidem, nimirum quia pupillus animi iudicio caret. l. *quod pupillus. de cond. indeb. l. pupillus de oblig. & act.* Sed tamen ſi pupil. factus ſit locupletior, iure naturali obligatur. vt *ait l. naturaliter §. vlt. & l. prox. de cond. indeb.* Addatur etiam. *l. cum illud. §. hæres. quando dies leg. ced.* ſi quidem in ea Flor. legunt accepiſſet, locupletior: vbi tamen ex priore dictione repetitur ſyllaba legendum eſt, accepiſſet & locupletior: *vt ſit in*

g ¶ *Stipulatus.* i. interrogatus. Stipulor[a] enim, id eſt, interrogo, ſecundùm Priſcianũ. ſic accipitur. ff. de condi. inde l. ſi non ſortem. §. ſi decem.

h ¶ *Nouatio fit.* Notã hic tria[b] iura circa nouationem Antiquiſſimum: vbi etiam ſi nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio: vt ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. fi. 2 Item nouum, vbi nouatio præſumptiuè fiebat, quotiens noui quid interueniret: & ſemper intelligebatur hoc agi: vt hic, & ff. de noua. l. ij. 3 Item tertium, quãdo hoc expreſſim diceretur: vt C. de noua. l. fi. 2 Vel dic tantùm (& veriùs) duo eſſe. Primò fiebat ſi hoc agebatur expreſſe vel tacitè: vt ff. eod. de noua. l. ij. & nouo iure, ſi id exprimatur: vt infra eo §. proxi. & in d. l. obligationum ferè. nouum interueniebat, ſcilicet ſtipulatio pœnalis. & facit ad hoc j. quib. mod. toll. a. infr § j. & ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi ex conuenerunt. & §. ſed & ſi pignora. AVOTIO. ¶ Et nota quòd caſus in quibus olim ex verbis expreſſis, inſurgebat tacita coniectura nouationis, hodie non corriguntur, quia in illis fit nouatio ſaltem ope exceptionis. Angelus.

i ¶ *Quod autem.* facit. ff. de noua. l. quotiens.

k ¶ *Cum nouandi.* expreſsè vel tacitè.

l ¶ *Quando nouandi.* ſcilicet tacitè.

m ¶ *Introducebant.* & alij in aliis, vt quia fortè aliquid noui in obligatione erat adiectum vt j. eo. § ver. ſed & ſi eadem.

n ¶ *Conſtitutio.* vt C. de noua. l. fin. Accurſius.

o ¶ *Accedere* ſit tamen exactio tantùm ſemel de eodem: vt ff de regu. iur. l. bona fides.

Hoc amplius.] CASVS. Iam vidiſtis tres modos princip. tollendæ obligationis: quarto etiam modo obligationes quæ conſenſu naſcuntur, contrario conſenſu tolluntur: veluti ſi conuenerit inter me & Titium, vt fundum Tuſculanum habeam emptum pro c. deinde nondum pretio ſoluto, nec fundo tradito, placuerit inter nos quòd ab emptione & venditione diſcedatur, inuicem liberamur: & ſic per contrarium conſenſum tollitur obligatio conſenſu contracta. Idem etiam intelligas in omnibus aliis contractibus ex conſenſu deſcendentibus. hoc dicit vſque ad finem.

p ¶ *Quæ conſenſu.*[c] ſcilicet ſolo. ¶ Sed quæ ſunt hæ? Reſpon. enumerantur. *ſupra de oblig. ex conſenſu.* ¶ Item in quibuſdam ex maleficio, vt nudo conſenſu etiam tollantur ipſo iure: vt iniuriarum, item furti, & ſimiles: vt ff de pactis. leg. ſi vbi. x. §. quædam actiones.[d] aliæ non ipſo iure tolluntur conſenſu, ſcilicet pacto de non petendo. ſed per exceptionem: vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus. Accurſius

q ¶ *Neque pretio ſoluto.* Sed quid ſi partem pretij ſoluat? Reſpon.

† Hic §. reſpõdet tit. de noua. ff

† Nouatio eſt prioris obligationis in alia tranſmiſſio, vt prior perimatur, & noua conſtituatur l. j. ff de nouat. Ægid. Per.

a Nouatio fit vel per ſtipulationem, vel per iudicium.

a Stipulor ſignificat Interrogo.

b Nouatio triplex iure &c.

a Et ita cõmuniter tenetur niſi verum in ſis naturalis obligationis ſol uiſſet quarto contra ſolu. & contra obli reſtitueretur. Angel.

d Hoc e'ſt &c. quid etiã &c. non eſt Acc.

c Obligationes quæ ſolo conſenſu contrahuntur, ſolo diſſenſu diſſoluuntur. l. nihil tam. ff. de regulis iur. Æg. Perg.

d Hoc verum intellige quo ad proſecutionem partis à non ſoluto, ſicut e contra princeps faciendo gratiam malefactori, non tollit ius partis quæſitũ parti. Ang.

non est res integra,& ideo nõ receditur nudo cõsensu:sed ita demùm si hinc inde facta sit retro traditio: *vt C.quando liceat ab emptio. disc.l.j. & ff.de pactis.l. ab emptione.* & est ratio vtrobique: quia nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm eodem genere quodque dissolui,quo ligatum est. *vt ff.de reg.iur.l.nihil.*

a ¶ *Dictum est s̃.eod.§.*

¶ Et no. in fine huius ti. duodecim[a] esse modos per quos tollitur obligatio tam ciuilis quàm naturalis ipso iure vt nullæ maneant reliquiæ. 1 Per solutionẽ: *vt s̃.e.ia pria.* 2 Itẽ p acceptilationẽ: *vt s̃. eo §.itẽ per acceptilationẽ.* 3 Itẽ per nouationem voluntariã *vt s̃.eo §.prætereo. & s̃.proxi §.* 4 Itẽ per innouationem necessariam, vt per sententiam & cõtestationẽ litis: vt si alius meo nomine subeat pro me iudicium animo nouandi,& liberandi me: *vt ff.de nouo. l.delegare.j. §.j.& l alia.* 5 Item per compensationẽ: *vt j.de act.§.pen & § in bonæ fidei.* 6 Item per delegationem: *vt ff de noua. l.delegare.j responf.* 7 Item per confusionem debiti: *vt ff. de fideiussorib.l.si debitori cred.tor.* 8 Item per oblationem,[b] consignationem & depositionem: *vt C.de sol l.obsignatione. & etiam ipso iure: vt ff depositi.l.j.si pecunia in si.§.* 9 Item per interitum speciei: *vt ff.de verb.oblig.si ex legati.* 10 Item maleficio suo,mora non præcedente: vt per constitutionem, si quis in tantam. vel per edictum diui Marci: *vt C.vnde vi.l.si quis in tantam.& ff.quod met.cau.l.extat.& ff.ad legem Iuliam de vi pri.l.pen.* 11 Item nudo consensu quandoque: *vt ia hoc §.* 12 Item nudo pacto, vt in maleficiis. ¶ Sed & alius modis tollitur, non vtraque, scilicet ciuilis & naturalis, sed interdum[c] ciuilis tantum, & remanet naturalis: vt per sententiam: *vt ff. de cadi.indeb l.Iulian.* ¶ Item remanet[d] ciuilis, & tollitur naturalis. vt per pactum,& chirographi redditionem[a] & iusiurãdum: *vt ff.de sol l.Stichum.§ naturalis.* Ipsa etiam ciuilis sic eliditur, vt non habeat vigorem: *vt j.de excep.§.præterea.* ¶ Item sunt & alij modi quibus tollitur obligatio per[f] exceptionem, quos habemus. *j.de excep per totum.* Accursius.

a Obligatio naturalis & ciuilis simul duodecim modis ipso iure tolli potest, vt nullæ omnino reliquiæ maneant & quibus modis tuo.

† *Sic ff de fur.*

b Oblationem tamen supple faciendam esse cõgruo loco & tempore: & solam sufficere in iudicio sed & extra iudicium si res sit immobilis: alias secus: quia requiritur consignatio & depositio. Ang.

c Obligatio ciuilis sola per sententiam tollitur manente naturali obligatione.

d Obligatio naturalis tantum sine ciuili tollitur pacto, chirographi redditione, & iureiurando.

e Creditor reddens instrumentum videtur tacitè pactum facere de non petendo.& ideo solam naturalẽ oblig. tollit l. Labeo §. ff. de pac. Secus autẽ in pignoris redditione, per quam non videtur remissum debitum. Et ratio diuersitatis est, quia instrumenti redditio nullam affert aliã vtilitatem quã debiti remissionem. contra verò pignoris redditio. *De qua v. per Bartol in l. item qua & l. Labeo. & hic per Por.*

f Obligatio quibus modis tollatur per exceptionem

sensu descendunt, sicut iam dictum est[a].

Institutionum
SEV ELEMENTORUM D. Iustiniani sacratissimi Principis Liber IIII.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex delicto nascuntur.†
TITVLVS I.

Omnis obligatio ex delicto nascitur ex re, id est ex maleficio. Aretin.

CVm expositũ sit libro superiori de obligationibus ex cõtractu[b], & quasi ex cõtractu[c]: sequitur vt de obligationibus ex maleficio[d], & quasi ex maleficio dispiciamus. Sed illæ[e] quidem (vt suo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur[f]: hæ[g] verò vnius generis sunt. nam omnes ex re nascuntur, id est, ipso maleficio, veluti ex furto, aut rapina, aut damno, aut iniuria[h] †.

Furtum latiùs clariúsque sic definitur: Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa, lucri faciendi gratia vel ipsius rei, vel etiã vsus eius, vel possessionis.

1 ¶ Furtũ est cõtrectatio[i] fraudulosa[k] lucri faciendi gratia vel

DE OBLIGATIONIBVS &c.

Hanc continua. vt in prin.huius tit.continetur. Dictum est.s̃ de obligationibus ex contractu, & ex quasi contractu. Verum quia est super re obligationes, quæ sunt ex delicto, & ex quasi delicto: ideo videndum est de ipsis. Sed quia obligationes ex delicto sunt maiores & generaliores, ideo de ipsis prius videndum est.

[*Cum sit.*] Totus iste tit. in nouẽ partes diuiditur. Primò, cõtinuat istũ librũ ad librũ præcedentem. Secũdò, ponit definitionem, allusionẽ, & diuisionẽ furti: ibi, Furtũ est cõtrectatio. Tertiò, ponit duo genera furtorũ, eorũ pœnã annectẽdo: ibi, Manifestũ est. Quartò, in quib. rebus fiat furtũ, & quando fur excusetur: ibi, Furtum autẽ fit. Quintò, quãdo quis præstat opẽ: ibi, Interdũ furti. Sextò, quãdo illi qui sũt in potestate alterius, domino vel patri furantur: ibi Hi q. Septimò, cui cõpetit actio furti: ibi, Furti autẽ actio. Octauò, an impubes cõmittẽs furtũ teneatur: ibi, In summa. Vltimò, ponit quę sit vera pœna furti manifesti. CASVS. Cum igitur in superiorib. satis dictũ sit de oblig. quæ ex contractu vel quasi cõtractu nascũtur: nũc tractandũ est de oblig. quæ ex maleficio vel quasi descendũt. Scire tamen debetis, quòd obligationes quæ nascuntur ex contractu, in quadruplici genere reperiuntur, vel in quatuor genera diuiduntur. obligationes tamen quæ nascuntur ex maleficio, in vno genere reperiuntur. semper enim nascuntur ex re ipsa, i. ab ipso delicto perpetrato: veluti ex furto, aut damno, aut iniuria. h. d. Sed super. §. istũ dubitari potest super id quod dicit, quòd obligationes ex contractu in quatuor genera diuiduntur: obligationes tamen quæ ex maleficio nascuntur, sunt vnius generis. Et quia sicut obligationes quæ ex cõtractu nascuntur: aliquando ex re aliquando ex verbis, aliquando ex literis, aliquando ex consensu nascuntur: sic oblig. quæ ex maleficio oriuntur, aliquãdo fiunt re, vt patet in furto: aliquando verbis, vt patet in contumelia: aliquando literis, vt patet in libello famoso ad infamiam alicuius composito: quid est ergo quod dicit obliga. ex maleficio esse vnius generis magis quàm obligationes ex contractu. Si dicas quòd omnes nascuntur ex re ipsa, i. ex maleficio ipso: sic similiter & ex alia parte oẽs obligationes ex cõtractu nascuntur. Ad hoc dicas q ex vno fõte nascũtur oblig. ex maleficio. ideoque omnes sunt eiusdem generis. vnde licèt omnes sint odiosæ, & stricti iuris, & diuersam habeant pœnã: secus tamẽ est in obligat. quæ nascuntur ex contractu: quia diuersam sortiuntur naturam secundùm diuersam contractuum qualitatem. Quædam enim sunt obligationes bonę fidei, quędam stricti iuris. Item oblig. quæ fiunt ex maleficio, statim obligãt maleficio commisso, sic autẽ nõ est in obligationib. quæ nascũtur ex cõtractu. Sed diceret aliquis: Nonne actio iniuriæ dissimulatione aboletur? quare ergo ipso maleficio nõ videtur malefactor obligatus: Respon imò deberes cõtrariũ concludere, si enim aboletur dissimulatione, ergo nata fuit. h. d. Franc.

b ¶ *Ex contractu.* vt s̃. *de obligat ex contractu. vsque ad titulum de oblig. ex quasi contractu.*

c ¶ *Quasi ex contractu.* vt *supra de oblig. quæ ex quasi contractu.* Accursius.

d ¶ *Ex maleficio.* Caue tibi: quia licèt hic promittat[a] dicere de omnibus his, non tamen dicit in hoc titu. de his quæ sunt ex quasi maleficio: sed dicet, *j. de obligat. ex quasi maleficio.* Nec etiam de omnibus quæ ex maleficio, sed de solo furto agitur in hoc tit. sicut & alias rubrica est generalior quàm sit tex. *vt ff si certum peta. & de con.cer. & C.de reb.cred. & iuriur.* Nam non dicit ibi de re. tre. sed[b] in sequentibus. tit. post illum. ADORTRO. Nota quòd non est inconueniens, quòd rubrica sit aliquando generalior textu: de quo dic vt dictum est. s̃. in rubri. procemij. Angel.

e ¶ *Sed illæ.* scilicet quæ sunt ex contractu; non autem repetit eas quæ sunt ex quasi contractu.

f ¶ *Diuiduntur.* scilicet re, verbis, literis, & consensu: *vt supra de oblig. §. fin.*

g ¶ *Hæ.* scilicet quæ sunt ex maleficio, vel quasi.

h ¶ *Iniuria.* Sed nonne fit iniuria verbis, & conuitio: *vt ff. de iniu. l. j. § iniuriam.* Item in literis infamatoriis: *vt ff. de iniur. l. lex Cornel. § si quis librum. & j. de iniur. § j.* Sed certè & tunc ex malefitio fit, & sic re fit: quia maleficium fit verbis vel literis: & sic habet locũ quod hic dicitur. Accursius.

[*Furtum &c.*] CASVS. Quæsiui à legislatore quid esset furtũ, & quid rapina, &c. Et ipse primo ponit definitionem de furtu, dicens quòd furtum est cõtrectatio rei alienæ inuito domino. & exponit hoc nomen rei, di. siue ipsius rei. i. proprietatis, siue possessionis & illud furtum communiter fuit prohibitum à lege diuina, scilicet per præceptum illud, Non furtum facies. h. d. Franc.

i ¶ *Furtum est contrectatio &c.* & *facit extrà de elec. c. dudum. §. circa princ. in ver. retinendo. & ibi glo. furtum.* hæc[c] exigitur in furto: & sine ea non fit furtum: licèt voluntas, vel alia verba, vel scriptura interueniat: *vt ff. eo. l. si quis vxori. §. si quis asinum & l. inficiando. in princ. & l. j. §. sola.* Quandoque tamen sine contrectatione, vt in charta rasa: *vt ff. de fur. l. qui tabu. §. fin. & l. si quis vxori §. si quis asinum.* Sed certè ibi contrectatio intercessit, cùm generaliter contrectationem accipiamus: licèt non fuerit ibi amotio. Accursius.

Furtum est. Solius possessionis furtum fit *l. j §. Scæuola. ff. si quis test. lib.* Qui rem alienã quam non tenet aufert, possessionis furtum facit: Commodatarius qui re commodata diutius vtitur, vel qui ea ad aliam rem atque accepit vtitur, vsus, id est, naturalis possessionis depositarius si pro suo possidere instituat eam rem, quam iure depositi tenet, ciuilis possessionis: debitor qui pignus contrectat vel hypothecam distrahit, naturalis possessionis furtum facit. Solius igitur possessionis furtum fit. Et id verò nec fraude fit nec contrectatione sola, sed cõtrectatione fraudulosa. fraus in eo versatur vt quis possessionem sibi habeat: Contrectatio in eo vt res loco moueatur. l. iij. §. si rem. de acquir. poss. Cuiacius.

k ¶ *Fraudulosa.* hoc ideo dicit, quia si credat sibi licere, non facit furtum: *vt infra titulo primo. §. quin tamen.* Item si credat dominum permissurum, non facit furtum *infra eodem. §. placuit.* In duobus[d] tamen casibus videtur furtum fieri etiam sine fraude furandi: vt in eo qui saccum pecuniæ surripuit. Nam etiam sacci nomine furti tenetur, licèt saccum non proposuerit furari, sed pecuniam: *vt ff. eodem. l. qui saccum.* Sed certè licèt non[e] principaliter, secundariò tamen voluit saccum surripere. Alius casus est: *vt ff. de condict. cau. da. l. penultima. §. sed si tuus. ra gloss. fin.* Item subaudi ad definitionem, quæ fit inuito domino: nam eo volente

† Nec sunt priuata maleficia quatuor alia aut sunt publica, aut popularia, aut extraordinaria. Cuiac.

a Imò inuenitur nõ polliceri se hoc titulo de omnibus maleficiis tractaturũ sed in hoc libro Angel.

b Rubrica interdum generalior est textu.

c Illa incipit Glo. Accur. qd præcedit. non est ipsius Au. Per.

d Ferè interdum fit sine affectu furã.

e Furtũ fit secundario & non principaliter.

valente non potest committi furtum: vt j. eo. §. placuit.

a ¶ *Vel ipsius*. i. proprietatis ipsius rei.

b. ¶ *Rei*. subaudi mobilis. nam de immobili nō potest [a] fieri furtum. vt s. *de vsuca*. §. *quod autem* nisi in casu, vt incerta. Sed certè iam illa est mobilis: vt ff. *eo. de fur. leg. si certa*. ¶ Item subaudi, corporalis. nam de incorporalibus non fit furtū cum nec contrectatio in his esse possit: vt ff. *de acquiren. rerum do. leg. forum §. incorporales*. ¶ Item subaudi, aliena: quia rei meę nō facio furtum, in eo quod est meum: sed secus in communi: vt ff. *eo. leg. si socius* [b]. Idem & si est nullius: vt hereditariæ rei non fit furtum: vt ff. *eod. leg. hereditariæ*. & ideo dixi subaudiri, aliena.

c ¶ *Vsus*. vt habes exemplum. j. *eod. titu*. §. *furtum autem fit*. ¶ Sed qualiter quadruplicatur hic? Respon. visus [a] æstimatio tantum quadruplicabitur, vt non plus extēdatur pœna, quàm delictum: vt C. *de pœnis. l. sancimus. in fine*. & *facit*. ff. *eodem. leg. vulg. ita. in fine*. & *l. si quid fur.* j. *respons*. §. j. & q. & *leg. verum est*.

2 Alij dicunt etiam ipsam proprietatē debere æstimari: quia nō potest separari vsus à proprietate: vt ff. *eode. l. qui iumenta*. & *leg. si vendidero*. §. *cum autem*.

3 Prima tamen verior est: vt *not. in leg. 4. Cod. de ser. fugit*. ADDITIO. Hic primam opinio. quòd vsus tātum quadrupletur, tenet *gloss. in leg. 4. C. de ser. fugi*. & *ibi Cyn*. & docto. *in gloss. in le. qui furtum. ff. de condi. fur*. & istam opin. sequitur Bar. *in d. l. qui iumenta ff. eo*. Ang.

ipsius [a] rei [b], vel etiam vsus [c] eius possessionisve [d]: quod lege naturali [e] † prohitum est admittere.

2 ¶ Furtum autem vel à furuo, id est nigro dictū est, quòd [f] clam & obscurè fit, & plerumque nocte. vel à fraude: vel à ferendo, id est auferendo [g]: vel à Græco [h] sermone, qui φῶρας appellant fures. Imò & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

Qui cum re furtiua antequam eò peruenerit, quò furtum perferre destinarat, vbiuis locorum deprehensus fuit, fur est manifestus. qui si ad locū destinatum iam aduentarit, etiam si demum cum re deprehendatur, non manifestus dicitur.

3 ¶ Furtorum autē duo sunt genera: manifestum, & nec manifestum. Nam cōceptum & oblatum species [i] potius actionis sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, sicut inferius apparebit [k]. Manifestus fur est, quem Græci ἐπαυτοφώρῳ † appellant: nec solùm is qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is qui in eo loco deprehenditur quo furtum fit: veluti qui in domo † furtum fecit, & nondum egressus ianuam deprehēsus fuerit: & qui in oliueto, oliuarū: aut in vineto, vuarum furtum fecit, quamdiu in eo oliueto aut vineto dephēsus fuerit. Immo vlterius furtum manifestum extendendum est, quamdiu eam rem fur tenēs visus vel deprehēsus fuerit, siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel ab alio [l], antequā eò peruenerit, quò deferre vel deponere destinasset [m]. Sed si pertulit quò destinauit: tametsi deprehēdatur cum re furtiua, non est manifestus fur. Nec manifestum [n] furtum quod sit, ex his quæ diximus, intelligitur. nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

Varia furtorum genera, ex quibus quoque variæ actionum species prodibant, hodie in desuetudinem abierūt. Qui sciens prudēsque res furtiua & receptator & occultator est, furti non manifesti obnoxius fit.

5 ¶ Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus præsentib. [o] furtiua res quæsita & inuenta sit. nam in eum propria actio constituta est [p], quamuis fur non sit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaq; apud te concepta sit: vtique si ea mēte tibi data fuerit, vt apud te potius quàm apud eum qui dederit, conciperetur. nam tibi apud quem concepta sit, propria aduersus eum qui obtulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati.

d ¶ *Possessionis*. ex hoc dico ipsam possessionem duplicari, cum aliud sit pretium rei, aliud possessionis: vt ff. *vti possi. l. si duo § si* & subaudi quòd hoc fecerit animo lucrandi, aliàs non est furtum: vt ff. *eo. l.* j. §. j. Accursius.

e ¶ *Lege naturali*. i. [d] diuina. vnde illud, Non facies furtum &c. Item illud, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

f ¶ *Quòd*. id est quia.

g ¶ *Auferendo*. quia fur aufert.

h ¶ *A Græco* [e] phor Græcè, dicitur fur Latinè. & phoras. i. fures: & epautophoro. i. manifestus fur, scilicet qui cum re deprehenditur. & est indeclinabile. nam apud Græcos aduerbium est. aliàs dicitur autophoros.

Furtorum autem &c.] CASVS. Satis supra dictum est quid est furtum, & vnde dicatur: modo dicendum est quot sunt genera furtorum: & dicitur quòd duo: quia furtum aut est manifestum, aut non manifestum. Imò diceret aliquis quòd quatuor sunt genera furtorum. Aliud est manifestum, aliud non manifestum, aliud conceptum, & aliud oblatum. Et respondetur quòd non est ita: quia conceptum & oblatum ponunt species potius quàm genera. Et dubitatum super hoc quod in isto §. dicitur, quòd si extraneus viderit furem rem meam furtiuè asportātem, quòd propter visionem extranei fur ille dicitur manifestus: & ita actione furti manifesti tenetur mihi ad quadruplum: & ita visione extranei mihi acquiritur actio: quod est contra illud generale, Per liberam personam nihil nobis acquiri. Ad hoc dicunt quidam, quòd hoc est speciale in odium furti sicut & in odium furis hoc introductū est, quòd aliquis teneatur actione furti perpetuò: tamen aliæ prætoriæ actiones pœnales sunt annales. Alij dicunt, quòd in isto casu mihi acquiritur actio, non per liberam personam. sed ex delicto furis mihi acquiritur, cum exinde vltiatur. h. d Franci.

i ¶ *Species*. i. casus. Accur.

k ¶ *Apparebit*. vt j. eo. §. *conceptum*. & §. *oblatum*. Accur.

l ¶ *Ab alio*. Per hoc videtur infringi regula [e], per liberam personam nihil acquiri: vt *Cod. per quas person. no. ac quir. l. j.* quod falsum est: quia magis ex delicto suo proprio, quàm alterius facto hoc euenit: vt ff. *de vsuris. leg. si quis solutioni*. §. *fina*. & ff. *quod vi aut clam. l prohibere*. Et sunt hæc vera, nisi in casu, scilicet cum se occultauit ille cui fiebat. Nam licèt fur visus fuerit, tamen est fur non manifestus: vt ff. *de furt. leg. si quis in seruitute*. §. *ceterum* Accur.

m ¶ *Deponere destinasset*. intantum secundùm Hugo. vt si vltra montes perferre destinasset, tamen si deprehēdatur ante, erit fur manifestus.

n ¶ *Nec manifestum*. sc. quia [b] contrariorum eadem est disciplina: vt s. *de his qui sui vel alie. iu. sunt* §. j. & *facit ad hunc*. § ff. *ead. l. 5. 6. 7. 8. 9.* & 10.

Conceptum furtum &c.] CASVS. Dixi Iustin. Domine, satis vidi quid est furtum manifestum: & ex cōsequēti quid est furtum non manifestum: sed intellexi à vobis fieri mentionem de furto concepto & oblato. vnde quæro: Domine quid est furtum cōceptum? Et dicit Imper. Frater, hodie furtum conceptum non est in vsu: olim tamen erat talis eius natura, quòd si aliquis credebat rem furtiuā in domo alicuius esse, ad eā cum magna Pōpa conueniebat: & si dominus domus eā restituere nolebat, quāquā nō esset fur, dabatur tamē domino rei cōtra eum actio furti concepti. Olim quoq; erat alia species furti, quæ vocabatur oblati, & habebat olim locū actio furti oblati in tali casu. Pone sic: Quidā erat amicus meus specialis: & penes eum erat res furtiua deposita. ipse autē vidēs quòd res furtiua cū magna diligentia quærebatur, plus diligēs suā honestatē quàm meā, penes me rē illā furtiuā deposuit, deinde fuit res illa furtiua penes me inuenta, vnde teneor ego actione furti concepti: & ille qui penes me rem illam deposuit, tenet mihi actione furti oblati, ad resarciendū quicquid illi soluere cōuentus act. furti cōcepti. Fuit etiā olim quædā actio quæ vocabatur actio furti prohibiti: quæ dabatur contra eū qui me quærere prohibuit. testibus præsentibus rem furtiuā quam in domo sua esse dicebam. & adhuc ex edicto prætoris fuit instituta actio furti non exhibiti aduersus eum qui rē furtiuam quæsitam & penes eum inuentam non exhibuit. sed omnes istæ actiones, videlicet furti cōcepti, oblati, prohibiti, nō exhibiti, quæ propter inquisitionem rei furtiuæ olim erant adinuentę, hodie in desuetudinem abierunt, quippe cum hodie requisitio rei furtiuæ locum nō habeat, eo quòd hodie omnes qui rem furtiuā sic receperint & occultauerint, furti non manifesti tenentur. Item quæsiui à Iustiniano quæ esset pœna furti manifesti. Respō Iustin. quòd pœna furti manifesti est quadruplum: non manifesti autem duplum. Franciscus.

o ¶ *Testibus præsentibus* [c]. Not. quòd magis [d] dicitur notus ille qui præsentibus testibus in delicto deprehenditur. facit. *l. heredes palam. in prin. ff. testa*. Ang.

p ¶ *Constituta est* [i]. olim. Accur.

a Furari non possum rem immobilē incorporalē & meam.

† Furtū prohibitū est in lege naturali. vt ... ff. eo. ... Nullū crimen apud Scythas furto grauius, ... Exod. ... Leuit. ... Deuter. ... Exod. 21 ... Qui furatus fuerit hominem & vēdiderit, morte moriatur. Vide Glo. in l. 1. §. iur naturale ff. de iustit. & iur. & ... Per.

b Dic tamen quòd licet socius possit eā ... tamē nā pręsumitur: vel. ... quod est verū quādo socius ... eum vsum ad quē est destinata, vel ... ff. commun. diuid. secus si aliter vtere... tur: ita quod auferetur socio commoditas partis suæ, vt ... l. Sabinus ... Bart. ... d. l. si socium. Angel.

c Hæc probe... Angel. ... Gl. d. l. 4. C. de ser. fugitiuis.

† ... Andreas Alc. lib. ... de fur.

† Quo facimus ... manifestum. locu. in quo furtū cōmisit & apprehensio ... antequā ... ad locum destinatū. Ang. Per.

d Aut potius naturali ratione inde ... Angel.

e Hæc Gl. non est Accursij.

e Per liberam personā verū aliquādo nobis adquiritur.

b Cōtrariorū eadem est disciplina.

e Hæc Gl. non est Accursij.

d Notus magis dicitur, qui testibus præsentibus in delicto deprehenditur. ... Manifestū est quod sic testibus præsentibus.

Institut.

a ¶ *Non fiat modo* fit: *vt ff. de ser. fugi. l. j. §. hoc autem.* Sed illud est speciale in persona serui.

b ¶ *Ex consequentia.* hæc non[b] est semper bona consequentia, vt sublata solennitate, ideo id tollatur, quod cum solennitate: *vt ī. de verb. oblig. § sed hæc. & Cod. de formulis & impet. sub. leg. j. & ij.* Accursius.

c ¶ *Pœna manifesti.* quæ est de iure prætorio: *vt ī. de perpe. & tempo. act. §. j.* Accur.

d ¶ *Ex serui.* hoc tamē casu seruus pro noxa dari poterit: *vt infra de noxa. act. in principio.*

e ¶ *Nec manifesti.* sc. quæ descendit ex lege xij. tabul. *vt ī. de noxa. §. sunt autem.* ¶ Sed quare minor pœna iure legis. xij. tabul. imponitur, quàm per prætorē? respon. quia[c] maius delictum est: *vt ī. titu. proxi. in prin.* Præterea tempore. l. xij. tab. pauperiores[d] erant homines: vnde minores pœnæ imponebantur: *vt ī. de iniur. § pœna.* Accursius.

f ¶ *Dupli.* nisi in casu: *vt C. de ser. fugi. l. mancipia.* Accursius.

Est etiam prohibiti furti actio aduersus eum qui furtū quærere testibus præsentibus volentē prohibuerit. Præterea pœna cōstituitur edicto prætoris per actionē furti nō exhibiti aduersus eum qui furtiuam rē apud se quæsitam & inuentā non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. Cū enim requisitio rei furtiuæ hodie secundùm veterem obseruationem non fiat[a], meritò ex consequentia[b] etiam præfatæ actiones ab vsu communi recesserunt: cum manifestum sit, quòd omnes qui scientes rem furtiuam susceperint & celauerint, furti nec manifesti obnoxij sint.

5 ¶ Pœna manifesti[c] furti, quadrupli † est tam ex serui[d] quàm ex liberi persona: nec manifesti[e], dupli[f].

Quæuis indebita alienæ rei cōtrectatio inuito domino facta, furti alligat contrectantem: quapropter qui re aliena abutitur, furtum committit.

6 ¶ Furtum autem fit nō solùm cū quis intercipiendi causa rē alienā amouet: sed generaliter cū quis alienam rem inuito domino[g] cōtrectat. Itaque siue creditor pignore, siue is apud quem res deposita est, ea re vtatur: siue is qui rē vtendam accepit, in alium vsum eam transferat, quàm cuius gratia ei data est, furtum committit; veluti si quis argentum vtēdum acceperit quasi amicos ad cœnā inuitaturus, & id peregrè secū tulerit: aut si quis equum gestandi causa[h] commodatum sibi, longiùs aliquò duxerit. quod veteres scripserūt de eo qui in aciē equum perduxisset[i].

Contrectans rem quam cōtrectare credit probabiliter domini voluntate, furti non tenetur.

7 ¶ Placuit tamē, eos qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant[k] id inuito domino facere: cúmque, si intellexisset, nō permissurum[l]. at si permissurū credant, extra crimen videri, optima sanè distinctione: quia furtum sine affectu furandi nō committitur[m].

Qui etiam inuito domino cōtrectare falsò credit, si id volēte domino faciat, furti reus non est: excipe alieni serui improbum sollicitatorem: quippe qui etiam si domini applausu, eius rem assequutus fuerit, furti obnoxius est: nihilominus serui corrupti iudicium subiturus.

8 ¶ Sed & si credat aliquis inuito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volēte id fiat: dicitur furtum[n] non fieri. Vnde illud quæsitum est, cum Titius seruum Mæuij sollicitauerit vt quasdam res domino[o] surriperet, & ad eum[p] perferret, & seruus id ad Mæuium pertulerit[q]: Mæuius autē dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo quasdā res ad eum perferre: vtrū furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro. Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorū prudentum super hoc altercationes perspeximus:

Furtum autem fit &c.] CASVS. Quæsiuit à Iustin. qualiter fieret furtum. Respondet dicens quòd nō solùm fit furtum, quādo animo intercipiendi, id est, intrandi proprietatem aliquis quippiam amouerit: sed etiam cum aliquis rem inuito domino contrectat. vnde si creditor pignore vtatur, vel depositarius re deposita penes ipsum vel res quæ ad vnum vsum conceditur, in alium transferatur, quàm cui[s] gratia data est: omnib. his casibus furtū fit. Vnde scire debes, quòd illi qui habent rem sibi ad vnū vsum commodatam: si in alium vsum conuertāt, ita demum furtum cōmittunt, si se intelligāt inuito domino hoc facere. Sed pone, quid si credāt se inuito domino hoc facere, sed dominus hoc ratum habeat siue furtum in hoc casu? Respon. quòd nō. Vnde ad hoc quòd commodatarius conuertēs rem sibi commodatam in alium vsum, quàm in eū ad quem cōmodata erat, furtū faciat, exigūtur, videlicet quòd credat se inuito dño hoc facere, & credat eum non permissurum. h. d. vsque ad §. sed & si. Franc.

g ¶ *Inuito domino.* & quandoque volente: *vt ī. eod. §. vnde illud.* Accursius.

h ¶ *Gestandi causa.* i. ducendi. ADDITIO. Not. contra illos qui accipiunt in cōmodatum equum vsque ad villam, & postea ducunt eum Bononiam: quia furtum committunt. Ang.

i ¶ *Perduxisset.* idem est & si alij commodauit. species[e] enim furti est de alieno largiri: *vt ff. eo. l. si pignore. §. j.*

k ¶ *Intelligatur.* & est ratio: quia voluntas[f] distinguit maleficia: *vt ff. eod. leg. qui iniuriæ. in fi. j. respon. & facit Cod. ad leg. Corn. de sic. leg. j. & ff. si cer. pe. l. quod te.* [a] *patet in c. cum voluntate. extra de senten. ex commun.*

l ¶ *Permissurum.* Quid si hoc credidit, scilicet dominum permissurū, sed stultè credebat? Respon. furti non tenetur. cum[h] nō fiat furtum absque affectu: *vt hic subijcit, & ī. de vsuca. §. item si is. & facit. ff. de furt. l. inter omnes. §. recte.* Sed actione ex eo contractu vt commodati vel simili, bene tenetur: *vt ff. eo. leg. qui re sibi commodata.* Sed secus si stultè opinor te permissurum rem tuam accipere: *vt ff. de furt. l. qui vas. § vetere.* Accursius. ADDITIO. Quid autem in filiofamilias, vxore, viro, vel monacho corruptis: an habeat locū pœna istius. § *dic vt per Angelum hic.*

m ¶ *Non committitur.* nisi in duobus casibus, vt dixi. ī. eo §. j. Accur.

[*Sed & si.*] CASVS. Supra dictum est quòd furtum non fit nisi cōtrectatione rei alienæ, & domino inuito. & ita necesse est quòd duo concurrant. s. quòd cōtrectans credat se inuito domino contrectare. & quòd domino inuito contrectet. & quia ita est, ideo quæritur, vtrum verum esset furtum commissum in tali casu: Titius accessit ad seruum meū, & eum sollicitauit hoc modo. Serue nequam, vade, furare domino tuo res istas: & cum eis venias ad me ad castrū meū, & ego bene defendam te contra dominum tuum. Seruus autem ille accessit ad me dominum suum, & intimauit mihi omnia hæc. Ego autem volens Titium in furto deprehendere, dixi illi seruo meo: Serue bone & fidelis, super multa te constituam. vnde volo quòd res illas capias, & fugias ad Titiū sollicitatorem. Seruus autem ille de voluntate mea res illas detulit ad Titium: venio postea, & res meas furtiuas seu furatas simul cum seruo meo inuenio apud Titium: facio eum in iudicium conueniri: & intento contra eum tam actionem furti, quàm serui corrupti. Ex aduerso aduocati Titij ipsum viriliter defendentes dicunt se paratos esse ostendere quòd neutra istarum actione teneatur. Innotuit enim iam nobis tota veritas. Actione enim serui corrupti non tenetur, dicunt ipsi, quia seruus non est corruptus: quia non habet res illas me inuito: sed magis me volēte: & iussu meo fuerunt sibi deportatæ. Super ista quæstione olim fuit magna dubitatio: constitutio tamē domini Iustiniani statuit, quòd teneatur actionibus ambabus: quia quantum in eo fuit, ipse res illas inuito domino contrectauit, & etiam seruū corrupit. Et propter hoc statuit Iustinianus, quod prædictis duabus actionibus teneatur, vt auferatur occasio delinquendi: ne fortè si in casu isto impunitus remaneret, ex huius impunitate alij tentarent seruos alienos corrumpere, qui de facili possent corrumpi: quamquam iste bonus non fuit corruptus. h. d. & litera plana est vsque ad §. interdum quoque furti. Franc.

n ¶ *Furtum.* vt furti actio nascatur: furtum[a] tamen fit secundùm quosdam. Sed certè imò nec furtum fit: *vt ff. eod. l. inter omnes. §. penult.*

o ¶ *Domino.* s. Mæuio. Accursius.

p ¶ *Et ad eum.* s. Titium.

q ¶ *Pertulerit.* i. domino hoc renunciauerit: *vt C. de furt. l. si quis seruo*[b] *alieno persuaserit.*

Decisionem.

a Requisitio furti non hodie in vsu.

b Solennitate sublata non semper id tollitur quod cum solennitate habetur: cessante causa solennitatis nō cessat id quod solēniter factum est.

c Pœnæ augentur vbi maius est delictum.

d Pœnæ pecuniariæ minuuntur pro inopia & paupertate hominum & regionis.

a Sic Lucæ 19. si aliquē defraudaui, quadruplum reddo & Exodi. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, quinque boues pro vno, & quatuor oues pro vna restituet. si nō habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. Et nota quod pe. furto quæsitum nō debet fieri eleemosyna: exēplo Zachæi sed potius reddi domino cum quadruplo: vt ē si aliq. quæst. 1. Æg. Per.

e Furtū facit qui de alieno largitur.

f Voluntas distinguit maleficia.

g Hoc nō est commun. Æg. Per.

h Furtum nō fit sine affectu.

a Furtum interdum committitur quādo furti actio non nascatur. vide in §. aliquando. in j. eod.

b Illam legem Glossa inducit ad filiumfamilias quem alius corrumpere voluit.

quibusdã neque furti, neq; serui corrupti actionem præstantib. quibusdam furti tantummodo: nos huiusmodi calliditati obuiã euntes, per nostrã decisionẽ[a] sancimus, non solùm furti actionem[b], sed & serui corrupti contra eum dari. Licèt[c] enim is seruus deterior à sollicitatore minimè factus sit, & ideo non cõcurrãt regulæ[d], quæ serui corrupti actionem introducunt: tamẽ cõsiliũ corruptoris ad perniciẽ[e] probitatis serui introductũ est: vt sit ei pœnalis actio imposita, tanquã si re ipsa fuisset seruus corruptus: ne ex huiusmodi impunitate[f] & in aliũ seruum, qui facilè posset corrũpi, tale facinus à quibusdam[g] perpetretur.

In filiis in potestate potest etiã furtum committi. h. d. Aret.

9 ¶ Interdũ etiam liberorũ hominum furtum fit[h]: veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, surreptus fuerit.

Debitor qui surripit rem pignoratam creditori; furti tenetur.

10 ¶ Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis committit: veluti si debitor rem quã creditori pignoris causa dederit, subtraxerit[i].

Furti quoque actione tenetur non modo qui furatur, verùm etiam qui opem & consilium ad id patrandum præstat: eadémque pœna qua fur condemnandus est: qui si consilium tantùm dederit, non tenetur.

11 ¶ Interdum quoque † furti tenetur[k], qui ipse furtum non fecit: qualis est is cuius ope & consilio furtum factum est. In quib numero est, qui tibi nũmos excussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstiterit, vt alius[l] rem tuam exciperet: aut oues tuas vel boues fugauerit, vt alius eos acciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo qui panno rubro fugauit armentum. Sed si quid eorum per lasciuiam[m], & non datã opera vt furtum admitteretur, factum est: in factum[n] actio dari debet. At vbi[o] ope Mæuij Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur.

¶ Ope † & consilio eius quoque furtum admitti videtur, qui scalas fortè fenestris supponit[p]: aut ipsas fenestras vel ostiũ effringit, vt alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas vt fenestris supponerentur, cõmodauerit, sciẽs cuius rei gratia cõmodauerit. Certè qui nullam opem ad furtũ faciendum adhibuit, sed tãtùm cõsilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti[q].

a ¶ *Occisionem. vt C. de fur. & ser. corrupt. leg. si quis seruo alieno. persuaserit*

b ¶ *Furti actionem.* speciale est quod hic dicitur: aliàs[*] nõ fit furtum volenti *vt j. proxi. § & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. de eo in fi. quæ est contra.* ¶ Sed videtur quòd nec hoc casu debeat esse speciale: *vt Cod. de ser. fugi. l. quicunque. §. fin.* Sed ibi incepit malitia à domino: hic autem ab ipso corrumpente. Accursius.

c ¶ *Licèt.* i. quamuis. Accursius.

d ¶ *Regulæ.* quas regulas habemus. *ff. de seruo corrup. l. j. in principio. & per totum titulum.*

e ¶ *Perniciem.* i. destructionem.

f ¶ *Impunitate.* sic infra. *e o. tit. § sed vt dum ta[illegible]*

g ¶ *Quibusdam.* item & vt vitius[b] pœna fit metus multorum: *vt Cod. ad legem Iul. repet. l. j.* ¶ Et not. in hoc §. puniri[c] affectum, etsi nõ sequatur effectus: *sic Cod. de episcop. & cle. l. si quis non dicam. & Cod. de his qui ad eccle. confug. l. præsenti.* Arg. contra. *ff. de pœnis. l. cogitationis.* Sed certè hæc cogitatio etiam deuenerat ad aliquem actum visibilem: non erat nuda. Acc. ADDITIO. Tu dic circa illam materiam, quòd aut quis nõ cogitat delinquere, nec agit, nec perficit. & regulariter nõ tenetur, nisi in casu. *l. quisquis. Cod. ad leg. Iul. maie. & l. 5. Cod. de lib. & eorum libe.* aut cogitat tantùm: & iure poli punitur, non fori. Aut cogitat & agit, sed non perficit: & tunc ciuilis actio non datur, nisi delictum de facili transeat in exemplum, vt hic. In criminali autẽ distingue: quia pro delicto accessorio, puta quia fregit ostium vel fenestras, punitur. nõ pro principali, nisi processerit ad actum proximũ ipsi delicto, quod ex facti impedimento non perfecerit. Aut egit & perfecit, sed non cogitauit: & tunc siue culpa id euenerit, siue casu, semper tenetur: dummodo culpa præcesserit casum: mitius tamẽ punitur, quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quando autẽ agit, cogitat, & perficit: clarũ est ipsum fore puniendum: nec est locus pœnitentiæ *l. qui eo mente. ff. eo. fallit in l. j. ff. de crimi. stellio.* Ang.

h ¶ *Furtum fit.* non[d] ratione dominij[e], sed maleficij: & ideo ex huc maleficio nõ ciuiliter, sed criminaliter agitur. Nã cùm sit liberũ[f] corpus, non recipit æstimationem: *vt j. de oblig. quæ ex quasi delict. §. ob hominem.* Criminaliter autem extra ordinem ageretur: *vt ff. eo. l. fin. & de priua. deli. l. fin.* Mater[g] verò non agit, sed & pater non agit condictione furtiua: cum[h] ipsa ad possessionem vel proprietatem competat: quorũ neutrũ in filio habet locum: *vt ff. eo. l. cum qui §. ao pater versicu. si filium. & l. mater. in princ. & § liberorum. & ff. de acquir. posse. l. cum heredes. §. fina. & ff. de rei vindi. l. j. § per hanc.* ADDITIO. Illam glo. reprobant doctores: quia imò ciuiliter agitur, & duplicantur operæ vel damna quæ pater sustinuit: qui licèt non propriè, largo tamen modo habet in filium dominium & possessionem: quod patet: quia habet rei vind. de iure Romano. *vt l. j. § j. ff. de rei vindi.* Accur.

i ¶ *Subtraxerit.* Sed hæc res non efficitur furtiua: *vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. si rem. & ff. pro empt. l. si rem.* ¶ Vnde[i] dic quòd quandoque est res furtiua, & fit furtum, & nascitur actio furti: vt ferè in toto hoc tit. *& ff. eod. & Cod. eod.* interdum nullum eorum est: vt si re mea vtar. a Interdum furtum fit, & res furtiua, sed actio furti non nascitur: *vt j. eod. §. hi qui.* Interdum furtum fit, & actio nascitur, sed non fit res furtiua, vt hic dicitur.

¶ *Interdum quoque furti.*] CASVS. Scire debes quòd quandoque tenetur ille qui furtum nõ facit: & hoc reperitur in illo cuius ope & consilio furtũ factũ est: cuiusmodi est ille qui de manu tua pecuniam seu nũmos excusserit, vt ab alio surriperetur: & etiam qui tibi volẽti euadere restitit, vt alius res tuas raperet: necnõ & ille qui panno rubeo vel aliquo alio modo oues vel boues fugauerit, vt alius abigeus eas surriperet. Et hoc verum est, si hoc eo animo fecerit, vt alius eas surriperet. Si n. per lasciuiã hoc fecerit, & non vt ab aliquo alio surriperetur, tũc nõ tenetur act. fur. sed. l. Aquil. Cũ autem ope vnius alter furtum fecerit, ambo act. fur. tenẽtur. Et caue tibi quòd bene scias literã & naturã distinguere: quia quod iam dictũ est, quòd ille cuius ope fit furtũ, tenetur act. fur. intellige de eo qui opem expressam præbuit: sicut si aliquis furtum volẽtem facere, sciens quid ipse facturus esset, accõmodauit scalas, vt fenestrã ascẽdat & frangat. Quã alter vult literales quẽs, scilicet quòd ille qui præbet consiliũ tantùm faciẽti furtum, act. fur. non teneatur: veluti si aliquis solum consilium dederit alicui faciẽti furtum: quia tunc actio. furt. non tenebitur. h. d. Et ita habes in hoc §. tres casus. Vnus est quãdo aliquis opẽ vel consilium expressum præbuit furtũ faciẽti. secũdus quando opem vel cõsilium tacitum. tertius, quãdo solum consilium, & nõ opem. In primis duobus casibus tenetur actio. furt. in tertio non tenetur. h. d. Fran.

k ¶ *Furti tenetur.* non manifesti, licèt etiam deprehendatur: *vt ff. eod. l. si qui.*

l ¶ *Alius.* facit *ad hoc ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. si quis de manu mihi. & ff. eo. l. furti § pen. l. qui seruo.*

m ¶ *Per lasciuiam.* i.[a] stultitiam.

n ¶ *In factum.* i. vtilis legis Aquiliæ. si corpora læsa sint: alioquin subsidiaria: *vt j. ad leg. Aquil. §. si & § pen.*

o ¶ *At vbi.* aduersatur proximo dicto, vbi dixit dari in factum.

p ¶ *Supponit.* ¶ Nota hic dari consilium[b] solo facto. ¶ Aliàs[c] dicitur consilium, hominis intentio vel propositum: *vt ff. eod. l. si quod fur. §. j.* a Item dicitur consilium quod alij datur bonũ vel malũ: *vt ff. eo. l. in furti §. pe. in fi.* 3 Item consilium dicitur, quod capitur à multis: *vt C. de leg. & consti. l. humanum.*

q ¶ *Non tenetur furti.* cũ aliàs esset facturus furtũ etiã sine consilio huius: aliàs: i. si nõ erat aliàs facturus, tenetur vtrq;. *ff. de fur. l. qui seruo. & de verb. sig. l. sæpe.* [d] Aliud videtur in actione serui corrupti: vbi tenetur etiã si aliàs esset facturus. nec enim oportet laudando augere malitiã: *vt j. ad l. Aquil. § cæteris. & j. de act. §. in quadruplum. & ff. de ser. cor. l. j. § persuadere.* ¶ Sed quæ est ratio? Resp. quia hic agitur de delicto secuto post persuasionẽ, nõ autem ex ipsa persuasione. Et ideo distinguitur, an erat aliàs facturus, vel nõ. Sed in aliis casibus ex ipsa persuasione agitur, quicquid postea sequatur: *vt s. eo. §. vnde illud.* dummodo non[e] ex interuallo omnino sequatur: *vt ff. de ser. cor. l. in hoc. & l. Neratius.* Item est contra.[f] *j. de iniur. §. non solum.* Sed ibi non erat aliàs facturus, & fecit.

Hi qui in &c.] CASVS. Meus filius vel seruus meus codicem meũ mihi surripuit: nunquid possum contra eum agere act. furti? Respond. quòd non. res tamen ipsa in furtiuam causam deuenit: vnde nec vsucapi potest antequam in domini potestatẽ reuertatur. Si tamen aliquis filio meo vel seruo mihi furtũ facienti, ipse

† *De materia huius §. vide in l. qui cum furo. tractat Gl. extra de fur.*

† *Concor. cum hoc § c. si culpa modla Glo. super ver. tulerit. ext. de iniu. & dam. da.*

a Lasciuia quid Bud. in annot. ad Pãdectas tit. de loca. & conduct. l. ex conducto. § sed & si labes

b Consiliũ interdum datur solo facto.

c Consilium quid sit propriè.

d Dic vt per Bart. in l. nõ solũ. ff. si ex mãdat. ff. de iniur. Quis non tamẽ eo casu teneri de dolo: vt l. si cum furtis ff. de dolo. Angel.

e Mãdatũ habẽs vt aliquid emat vel faciat, si id emat, vel faciat eo longo interuallo, mãdãti nomine fecisse nõ videtur. v. Socinũ reg. mãdat. 253

f Dic furtum verbo nõ committi. l. si quis vxori § neque verbo ff. de furtis. iniuriam verbis & literis fieri. l. lex Cornelia in §. ff. de iniuri.

Institut.

consilium & opem dederit: tenebitur actione furti. Frac.

e ¶ *Nec ob id.* quod verum est. s. rem furtiuam non posse vsucapi, nisi[a] fuerit lis æstimata, vel dominus vendiderit furi. *vt ff. ea. l. quamuis insi. tit.* Accur.

Furti actio non nascitur.] Directa non nascitur: Vtilis tamen in factum nascitur aduersus filiumfamil. militē, hoc est, non ... sed ... eadem pater tenetur filiofami. militi, mater filio filius matri. *l. si quis vxori. ff. de fur.* frater fratri. *vt Consf. scribit lib. j. Epistem.* quod probo: idenim officiorum & honestatis ratio exigit, quæ eam quoque iuris regulam extorsit, vt ne frater fratrem capitis reū accerseret. *l. si magnum. Cod. qui ac. non poss.* Cuiecius.

Si quid filius patri furto surripiat, furtum facit: idque furtiuum efficitur: & ea propter inusucapibile: filius tamen furti conueniri minime potest: opem autem & consilium illi præstans potest.

12 ¶ Hi qui in parentū vel dominorū potestate sunt, si rem is surripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam causam cadit, nec ob id[a] ab vllo vsucapi potest, antequam in domini potestatem reuertatur: sed furti actio non nascitur[b]: quia nec ex alia vlla causa potest inter eos actio nasci. Si verò † ope & cōsilio alterius furtum factū fuerit, quia vtique furtum cōmittitur, cōuenienter ille furti tenetur: quia verum est ope & cōsilio eius furtum factum esse.

Actio furti competit illi cuius interest furtum factum non esse. Aret.

13 ¶ Furti autē actio ei cōpetit, cuius interest[c] rem saluam esse, licèt dominus nō sit. Itaque nec domino aliter cōpetit, q̃ si eius intersit rē nō perire. 14 ¶ Vnde constat creditorē de pignore surrepto furti actione agere posse, etiam si idoneū debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quam in personam agere: adeo quidē, vt quāuis ipse debitor eam rem surripuerit, nihilominus creditori competat[d] actio furti[e].

Qui aliena rei custodienda exactam curam præstare tenetur (vtpute fullo & sarcinator) re furto sublata, contra furem experiri possunt: modo integrè soluendo existant.

15 ¶ Item si fullo[f] poliēda curandáve, aut sarcinator sarciēda vestimenta mercede certa cōstituta[g] acceperit, eaq; furto amiserit: ipse furti habet actionem, nō dominus: quia domini nihil interest eam rē nō perire: cū iudicio locati à fullone aut sarcinatore rē suā persequi possit. Sed & bonæ[h] fidei emptori surrepta re quā emerit, quāuis dominus nō sit, omnino cōpetit furti actio, quēadmodum & creditori. Fulloni verò & sarcinatori non aliter furti actionē cōpetere placuit, quā si soluendo fuerit: hoc est, si domino rei æstimationem soluere possint[i]. Nam si soluendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit †, ipsi domino furti cōpetit actio: quia hoc casu ipsius interest rē saluā esse. Idem est[k] & si in parte soluendo fuerit fullo aut sarcinator.

Qui è duabus experiundi viis alterutram elegerit: ita demum alteri renūtiasse videtur, si sciens prudensque plures sibi competere, alterā intentarit. quod si aut nescit, aut dubitans egerit, nil prohibet quin iam institutā actione omissa, sibi competentem proponat.

16 ¶ Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem & ad eum cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, custodiā præstar: ita is quoque qui commodatum vtendi causa accepit, similiter necesse habet custodiā præstare. Sed nostra prouidētia etiam hoc in nostris decisionibus[l] emendauit, vt in domini voluntate sit, siue commodati actionem aduersus eum qui rē commodatam accepit, mouere desiderat: siue furti aduersus eum qui rem surripuit: & alterutra earum electa † dominum

b ¶ *Non nascitur.* nisi[b] sit filius habens castrense peculium, vel quasi castrense, vbi filius tenetur patri, & pater filio. Idem de vxore[e], quod hic de filio dicitur: *vt ff. e. l. si quis vxori. in prin. & in §. j.*

[*Furti autem. &c.*] CASVS. Dixi legislatori: Domine, iam bene video in quib. potest fieri furtum: quia nedum in re aliena, sed & in re propria. Sed domine, pro Deo cui competit actio furti? Ipse respond dicens, quòd actio furti competit ei cuius interest rem non fuisse surreptam, quamuis non sit dominus rei surreptæ: quæ etiam ipsi domino rei non competit, nisi eius intersit furtum factum non esse. vnde si creditori res obligate surripiatur: domino rei scilicet debitori non competit actio fur. sed magis creditori ipsi. quamuis enim creditor habeat actionem personalem, per quam possit à debitore suum consequi, si idoneus fuerit debitor: tamen tutius est ei pignori incumbere, quàm in personam agere. & hoc vult Iouerē: quia si debitor creditori pignus surripuerit, poterit creditor contra debitorē actione furti experiri. hoc dicit.

c ¶ *Cuius interest.* etiam[d] modicè: *vt j. tit. j. §. fi. & ff. vi bo. rapt. l. ij. §. in hac actione. ver. sed ideo addidi.* Item oportet quòd intersit ex iusta causa & probabili. Nam si[e] est malæ fidei possessor, vel huius rei fur, furti non[f] aget: *vt ff. eo. l. itaque. circa princ. ver. sed furti. & l. cum qui emit. § is autem.* Sed si bonum initium habuerit, vt quia sibi cōmodaui vel locaui, habet actionem furti. Et hic est casus[g] in quo fur furti agere potest[h]. *vt ff. eo. l. qui vas. § si ego tibi. versi. quia non debueras sibi, furtum admiseris.*

d ¶ *Competat.* contra debitorem qui surripuit.

e ¶ *Actio furti.* res tamen non fit furtiua[i]: *vt dixi supra eo. §. aliquando.*

[*Item si fullo.*] CASVS. Supra positum est vnum exemplum in quo actio furti datur ei cuius interest, licèt nō sit dominus: vt dictū est in creditore. Hic ponitur aliud in fullone & sarcinatore. Si enim fullo vel sarcinator vestimenta mea quæ sibi curanda sarciendave certa mercede cōstituta dedi, furto amiserit: mihi nō[g] competit actio furti, eo quòd mea non interest vestimēta ille nō fuisse surrepta: cūm iudicio locati à fullone æstimationem vestimentorum meorum consequi possim. Et sumus in versi. sed & bonæ fidei &c. Iam habuistis duo exempla vel tria in quibus cōpetit actio furti illis quorum interest furtum factum nō fuisse. Hic adhuc ponit quoddam exemplum de eodem. Si enim bonæ fidei emptor è non domino rē emerit, & ei fuerit tradita, & postea surrepta, quanquam non sit dominus, sibi nihilominus competit actio furti, sicut & creditori. Scire tamen debes quòd aliter fulloni vel sarcinatori nō cōpetit actio furti, nisi sint soluendo. ratio, quia nihil est periculo eius qui nihil habet. Similiter si pro parte fuerit soluendo fullo vel sarcinator: domino, non fulloni competit actio hoc dicit. Frā. de Aret.

f ¶ *Fullo.* is & sarcinator qui sint, *dic vt s. mand. §. fin.*

g ¶ *Constituta.*[a] supple in pecunia numerata. aliàs autem non esset locatio: *vt l. j §. si quis seruum. ff. depos.*

h ¶ *Sed & bonæ.* fecit. *ff. eo. l. itaque.*

i ¶ *Possint.* Imò videt q̃ semper domin[9] debeat furē cōuenire: *vt ff. loca. & condu. l. cum in plures. §. vestimenta.* Sed ibi de actione in rem, vel condictione furtiua dicit: hic autem de actione furti.

k ¶ *Idem est.* vt furti actio competat domino. & facit ad hunc. §. *ff. de condi. sine causa. in l. si fullo.*

[*Quæ de fullone.*] CASVS. Supra dictum est quòd si vestimentū fulloni vel sarcinatori curandum vel sarciendum traditum surreptum fuerit: quòd fulloni, si soluendo fuerit, non domino competit actio furti. Item intelligas si res fuerit surrepta commodatario: quia si fuerit soluendo, sibi, & non commodatario competit actio: quia ad rē restituendam non tenetur. & hæc vera fuerūt secundum iura antiqua. Dominus tamen Iustinianus in quadam constitutione quam habes *C. de fur. & ser. corrup. l. fi. § tales itaque.* hoc emendauit. Statuit enim quòd in electione commodatoris sit, vtrum velit agere contra commodatarium actione commodati, vel aduersus eum qui rem surripuit, actione furti: & si dominus vnam istarum electionum elegerit, ad alteram non potest redire. Si enim dominus actionem furti moueat aduersus furem, commodatarius penitus liberatur. si autem contra commodatarium moueat actionē, non poterit postea contra furem agere: sed cōmodatarius qui à commodatore conuenitur, poterit aduersus furem habere actionem, & nullo modo commodator, nisi ignarus rei surreptæ, contra cōmodatarium actione commodati egerit primò. ex hoc enim non obiicitur sibi obstaculum à iure re comperta, quin possit agere, nisi à commodatario sibi fuerit satisfactum. h. d. Franciscus.

l ¶ *Decisionibus.* vt *C. de fur. & ser. corrup. l. fi. § tales itaque.*

Pue quandoque agit.

h Quia eius interest rem vero domino reddi. Hoc igitur casu fur furti agit in eum ...

i Sed quæ duplicat. vide ... *l. cū qui. § ... ff. de furtis.*

† Ratio, qui non habet quod reddat, eius periculo nihil est. *l. itaque fullo. in pr. ff. eo.* Et inanis est actio, qui inopia debitoris eluditur. *l. ... ff. de dolo.*

a Hæc Glo. nō est Accur. sed additio.

† Optionem habes aduersus duos aut plures, vna semel electa, ... & quando in alio ... liceat, vide diffuse per Bart. *in l. ... ff. de collidentibus.*

Ad alteram.

nō posse ex pœnitentia ad alterā[a] venire actionē. sed si quidem furem elegerit: illum qui rē vtendā accipit, penitus liberari. sin autem commodator veniat aduersus eum qui rē vtendā accepit, ipsi[b] quidem nullo modo cōpetere posse aduersus furem furti actionē: eum autē qui pro re commodata cōuenitur, posse aduersus furem furti habere actionem[c]: ita tamen, si dominus sciens rem esse surreptam, aduersus eum cui res commodata fuerit, peruenit[d]. Sin autem nescius & dubitans rem surreptā esse apud eum, commodati actionem instituerit, postea autē re comperta voluerit remittere quidem cōmodati actionē, ad furti autem actionem peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduersus furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus mouit aduersus eum qui rem vtendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo[e] satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidē furti actione liberari: suppositum[f] autē esse ei[g] qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum[h] sit, etiā si ab initio dominus actionem cōmodati instituerit, ignarus rē esse surreptam, postea autē hoc ei cognito, aduersus furē trāsierit: omnino liberari eum qui rē commodatam acceperit, quēcunque causæ exitum dominus aduersus furem habuerit: eadē definitione obtinēte siue in partē siue in solidū soluēdo sit is q rem commodatam acceperit.

Depositarius qui tenetur de dolo, non habet furti actionem, sed dominus. h.d. Aret.

17 ¶ Sed is apud quē res deposita est, custodiā nō præstat, sed tātùm in eo obnoxius est, si qd ipse dolo[i] malo fecerit. qua de causa si res ei surrepta fuerit: quia restituendæ eius rei nomine, depositi non tenetur, nec ob id eius interest rē saluam esse: furti agere non potest, sed furti actio domino competit.

Impubes nō tenetur furti, nisi fuerit doli capax. Aret.

Cum ex furandi doloso animo furtum consistat, is tantum furti tenetur, qui dolo capax est.

18 ¶ In summa[k], sciendum est quæsitū esse, an impubes rē alienā amouendo[l] furtū faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu furādi consistit, ita demū obligari eo crimine impuberem si proximus pubertati[m] sit, & ob id intelligat se delinquere †.

Duplum aut quadruplum quod in furti actione venit, ad pœnæ persecutionē tātum pertinet, cū præterea res ipsa furto subtracta, aut à quocunque possessore per rei vindicationem, aut ab ipso fure eiusque herede per cōdictionem furtiuam extorqueri queat.

19 ¶ Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantùm ad pœnæ persecutionē pertinet. Nam ipsius rei persecutionē extrinsec° habet dominus: quā aut vindicando[n], aut condicendo[o] potest auferre. Sed rei vindicatio quidem aduersus possessorē est siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. condictio autē aduersus furem ipsum, heredémve eius, licèt nō possideat, cōpetit.

DE VI BONORVM raptorum.

TITVLVS II.

Quisque res alienas rapit, non tātū furti obnoxius est, sed etiā vi bonorū raptorū actione conueniri potest: quæ intra annū à commissa rapina in quadruplum, post verò in simplum datur: ita quòd in quadruplo etiam rei persecutio contineatur. eius enim triplum in pœnam, simplū verò in rem computatur.

Qvi vi † res alienas[p] rapit, tenetur quidem etiam furti[q] (quis enim magis alienā rē

a ¶ *Ad alteram.* vnde[a] actio furti hoc casu non est ambulatoria. ADDITIO. Et de dictione penitus, vltra illum textum vide textū *in l. fi. C. de noua.* Ang.

b ¶ *Ipsi.* s. commodatori.

c ¶ *Habere actionem.* & pœnā exactā domino restituere non cogit. quia[b] vbi[c] periculum, ibi commodum: vt *C. de furt. l. fin. § sed cu. in fi. §.*

d ¶ *Peruenit.* agendo cōtra eum actione cōmodati. Accur.

e ¶ *Ab eo.* s. commodatario.

f ¶ *Suppositum* s. furem.

g ¶ *Ei.* sc. commodatario.

h ¶ *Cum manifestissimum.* bene dico quòd eligendo[d] vnam, repellitur ab altera, si sciens à principio fuit: cum &c.

Sed is apud quem.] CASVS. Dictum est supra de fullone & commodatario, qualiter eis competit actio pro re aliena: modo videamus de depositario, vtrum si res apud aliquem deposita fuerit, depositario competat actio furti. Non enim tenetur nisi de dolo. & ita non interest suam rem non fuisse surreptam. si autem in dolo fuit, nō dabitur sibi actio, ne ex malitia sua actionem cōsequatur. h.d. Franc.

i ¶ *Dolo.* s. *quibus modis re contra. oblig. § præterea. & Cod. deposi. l. j. § pe. & l. fi.* & idem quod hic habemus *ff. e. l. eum qui. § is autem.*

In summa.] CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, quid plura vultis dicere in titulo isto? Iam tantum dixistis de materia ista, quod generatur tædium Deo, & toti mundo. Et resp. Iustin. Frater, vt breuiter hūc titulum expediamus, scire debes quòd apud antiquos quæsitū fuit vtrum impubes rem alienam amouēdo, furtum facere possit. & placuit domino Iustiniano quod si impubes animum furādi habuerit, & in ipsum posset cadere istud delictum, hoc est, si sit proximus pubertati: quòd actio furti teneatur. h.d. Franciscus.

k ¶ *In summa.* id est vt breuiter hunc titulum expediamus.

l ¶ *Amouendo.* No. quod furtū[e] fit contrectando & amouendo & sine eo nōn fit: *vt l. el qui. ff. eo.* Ang.

Impuberem.] Actione furti impuberē teneri ex xij. tab. constat, quibus cautū est vt manifesto furto prehēsi impuberes prætoris arbitratu verberentur, vtique noxa ab eis facta sarciatur. *Cuiac.*

m ¶ *Proximus pubertati.* à[f] decimo anno & dimidio, scilicet, vt *s. deximus de mati. stipul. § furiosus. & facit ad hunc. § ff. eodem, l. impuberem. & ff. ad Silania. l. excipiuntur. & ff. de regulis iur. l. pupillus.* Institut.

Furti actio.] CASVS. Quæsiui à Iustiniano de natura furti, scilicet ad quid detur actio furti. Et resp. Iustin. quòd act. fur. siue sit ad duplum, siue ad quadruplum, datur ad pœnam, & non ad rem suam persequēdam. datur etiā domino alia actio, scilicet rei vin. & condictio furtiua. Scire tamen debes quod rei vindicatio datur cōtra quemlibet possidentem: cōdictio furti datur contra furem, & eius heredem. h. d. vsque ad finem tit. Franciscus.

n ¶ *Vindicando.* i.[a] dominium petendo sit exter.

o ¶ *Condicendo.* i.[b] in personam agendo cōdictione furtiua, si cōsumpta sit. *& facit ad hunc. § ff. de condictione furtiua. l. si pro fure. § furti. & l. in condictione. & J. de act. § sic itaque. & C. de fur. leg. ancillæ.*

DE VI BONORVM raptorum.

Viso de furto, sequitur de rapina: & consequenter vt potes videre: J. tit. 1. in princ.

Qvi vi res.] Totus iste titul° diuiditur in tres partes. Primò quod raptor & fur inæqualiter puniuntur. Secundò quando quis rapit rem suam, vel alienā putās esse suam. Tertiò quid sit subiectum in hac actione: videlicet quid debet deducere actor. Secunda ibi, Quia tamē. Tertia ibi, Sanè in hac. CASVS. Dixi Iustiniano, Domine iam vidi quod ille qui rē alienā clam surripit, tenetur act. fur. sed quid dicetis de illo qui rē alienā vi rapit? Et respon. quod ille similiter actione furti tenetur. Nullus enim magis rem inuito domino contrectat, quàm qui eam vi rapit: vnde improbus fur dicitur. & pro ista improbitate prætor introduxit actionem vi bonorum raptorum. & est intra annū quadrupli, post annū verò simpli. & datur propter vnam rē vi raptā, quanquam aliter secus videretur propter verba in numero plurali posita à prætore in nomine actionis. s. vi bon rapt. Et sumus in versi. Quadruplū autē &c. Supra dictū est quod act. vi bo. raptor. intra annū datur in quadruplū, post annū verò in simplū. quæro verū quadruplum istud sit totum pœna? Et respon. quòd non, & in isto quadruplo simplum inest, & tripl[um] est pœna: siue comprehendatur raptor in delicto, siue nō. Non enim debet esse melioris conditionis raptor quam fur. hoc dicit. Franciscus.

p ¶ *Alienas* largè accipe, vt etiam si sint communes, idē sit quo ad socij partem: *vt ff. de furt. l. si socius.* Accur.

q ¶ *Furti* i. non manifesti, etiam si deprehendatur, secundùm P.

Margin notes:

a Furti actio quo casu non sit ambulatoria.

b Hæc ratio certa non est. Nā ad conductorē nā spectat periculū, & tamen nō restituit pœnā. l. si quis. ff. locati. vide hic Ang.

c Onus sentiens habet lucrum.

d Electio vnius actionis aliquando est exclusio.

e Furtū fit cōtrectādo & amouendo.

f Proximus pubertati qui.

a Vindicat qui rei dominiū petit.

b Cōdicit qui in personam agit.

Continuatio.] Et sic etiam in delictis dolis capaces suppleri malitiam, vt hic. *Item in c. fin. ... & l. super verb. prudentia ... de desp. imp.* Diuisio.

† al. non habetur vi.

quod falsum est: imò si deprehēdatur, manifestus est, & in[a] quadruplum potest conueniri: vt ff. de fur. l. si vendidero § cum raptor. [b] aliàs si non deprehendatur, non manifesti tenetur: qua actione si fuerit actum, tollitur vi bonorum raptorum: nisi in id quod excedit: vt ff. eo. l. j. Item in casu nec manifesti, nec non manifesti tenetur: vt si quis ex domo in qua nemo erat, rapuerit: sed tantum hac actione vi bonorum raptorum tenetur: secundū P. vt ff. de fur. l. si quis de domo. Sed hoc est falsum, quia ibi erat actio furti non manifesti: & ideo amplius cessat actio furti: & ideo datur hæc[c] actio vi bo. rapt. quia excedit, & in id quod excedit: vt d. l. ff. eod. l. j. & ff. de actio. & obligationib. l. qui iure omnium. § fi.

petit, si aliquis rem alterius dolo malo rapuerit. Cæterū si aliquis errore ductus rem alienā credens esse suam, eam alteri rapuerit: iure primitiuo non tenetur actione vi bo. rapt. sed ne inueniatur via per quam raptores suam malitiam impunè possint exercere: constitutionibus principum est prouisum, ne alicui liceat rem mobilem, vel immobilem licet suam esse dicat vel æstimet, alicui per vim auferre. si contra hoc statutū venerit: si sit dominus rei qui eam rapit, cadit à dominio suæ rei. Si autem res aliena fuerit, debet eam primò restituere, & postea in pœnā sui delicti æstimationē rei præstare. & illud non solum habebit locum in rebus mobilibus, sed etiam immobilibus: vt ex hac causa ab omni rapina se abstineant. h. d. Fran.

inuito domino contrectat, quā qui vi rapit[a]? ideoque rectè dictum est, eum improbum furē esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur vi bonorum raptorū: & est intra annum[b] quadrupli[c]: post annum simpli: quæ actio vtilis[d] est etiam si quis vnam rem licèt minimam rapuerit. Quadruplū autem non tātum † pœna est †, sicut in actione furti manifesti diximus[e]: sed in quadruplo inest & rei persecutio, vt pœna tripli sit: siue comprehendatur[f] raptor in ipso delicto, siue non. Ridiculum[g] enim esset, leuioris conditionis esse eum qui vi rapit, quàm qui clàm[h] amouet.

Si quis rem suam, aut quam suam opinabatur, penes alium constitutam violenter aut rapuerit, aut inuaserit, is si dominus sit, à dominio cadet. si non sit, post rei restitutionem einsdē quoque æstimationē vim passo præstare cogitur.

1 ¶ Ita tamen[i] competit hæc actio, si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus rem suam esse existimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus: absolui[k] debet. Cui scilicet conueniens est, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne dum[l] talia excogitantur, inueniatur via[m] per quam raptores impunè suam exerceant auaritiam: melius diualibus constitutionibus[n] pro hac parte prospectum est vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licèt suam eandem rem esse existimet: sed si quis contra statuta principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere[o]: sin autē aliena res sit, post restitutionē eius, etiam æstimationem eiusdem rei præstare. Quod nō solùm in mobilib. rebus quæ rapi possunt, cōstitutiones obtinere censuerūt: sed etiam in inuasionibus quæ circa res soli[p] fiunt, vt ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

Is cuius interest rapinam factam non fuisse, quanquam dominus non sit, vi bonorum raptorum actionem mouere potest: vt id scilicet cōsequatur, quod sibi abesse docuerit.

2 ¶ Sanè in hac actione[q] non vtique spectatur rem in bonis[r] actoris esse. Nam siue in bonis sit, siue non: si tamen ex bonis sit[s], locum hæc actio[t] habebit. Quare siue locata, siue cōmodata, siue etiam pignorata, siue deposita[u] sit res apud Titium, sic

a ¶ Qui vi rapit. quasi dicat, nullus. vt hic, & ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. § qui vim. Accursius.

b ¶ Annum. s. vtilem: vt C. e. l. fi. & l. vts. & C. de noxa. l. pen.

c ¶ Quadrupli. nisi in casu quo agitur ad duplum tantum: vt Cod. de paga. l. Christian. quæ est hic contra. Sed illud est speciale.

d ¶ Vtilis. id est efficax & directa. a Vel dic quòd directa competit quādo plures res raptæ sunt: sed vtilis quando vnum tantum bonum raptum est, id est vna res rapta est. Et facit ad hoc quòd pluralis[d] oratio, scilicet raptorum, trahatur ad singularem. ff. de condi. & demonst. l. falsa. § vlti. & ff. de negat. gest. l. iij. § hæc verba. versic. negotia. & ff. de petit. hered. l. regulariter. & l. licet.

e ¶ Diximus. vt s. tit. j. in fin.

f ¶ Comprehendatur raptor. Sed quomodo[e] potest raptor non deprehendi: cum dicatur eripere, quasi de manu auferre: vt ff. ne quis eum qui in ius. l. iij. § j. Resp. distingue[f] animum auferentis: vt si erat animus ei palàm & quasi per vim auferendi, licèt ibi neminē inueniat, tamen est raptor. Sed fur est qui habet animū vt faciat clàm, licèt interdum deprehendatur, ex qua deprehēsione efficitur manifestus: vt arg. s. tit. j. § furtum autem à furuo. ADDIT. Vult dicere gl. quòd fur manifestus semper tenetur vi bonorum raptorum: sed non manifestus ita demum, si habuit animum &c. Et aduerte vnicum furtum dici, quod de loco vnico cōtextu siue vnico tempore fit, licèt plures res simul asportētur: ex quo nō venisset quis furca suspendēdus, nisi esset egregium quod plurib. paruis præualeret, vt hic per Ang.

g ¶ Ridiculum. bene dixi, siue non: ridiculum enim &c.

h ¶ Qui clam. i. fur nec manifestus. Nam raptor tenetur in quadruplum: hic autem, scilicet fur non manifestus, in duplū tantum vel triplū cū re surrepta. sed[g] qui palàm furatur, certū est in plus teneri quàm raptorē: cum in quintuplū cum se teneatur. Accur. ADDITIO. Et est ratio diuersitatis secundùm Ang. quia raptor se exponit morti: & ideo cum incurrat maius periculū in persona, leuius punitur in pœna pecuniaria, ar. l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui not. infa. a Vel dic q ea rapina inducitur crimen publicum & in hoc grauatur: quia à quolibet de populo potest accusari: ideo in alio alleuiatur: arg. l. eum qui. in prin. in glo. probandi. ff. de iureiurād. Quare autem in vi bo. rap. prætor eandem pœnam in manifesto & non manifesto imposuit, cum lex duodecim tab. & ipse prætor in furto diuersas imposuerit? Dic esse rationem propter eundem animum rapiendi, qui semper requiritur.

Ita tamen.] CASVS. In isto. § dicit quòd act. vi bon. rapt. ita com-

i ¶ Quia tamen. istud quia, videtur superfluū. Vel, pone quia pro sed. Alij ita tamen, & tunc est planior.

k ¶ Absolui. s. ab actione vi bonorū raptorū iudicis sententia, vt quidam dicunt. a Vel ipso iure, secundùm Azo. ar. ff. de public. & vect. l. commissa § fin.

l ¶ Sed ne dum. pro tamen, secundū quosdam: vel pone propriè.

m ¶ Inueniatur via. sic s. tit. j. § vnde illud.

n ¶ Constitutionibus. vt Cod. vnde vi. l. si quis in tantum. & in aliis sequentibus vsque in finem est. Sed hic prosequitur tantum tenorem illius. l. si quis in tantum. Super qua materiam lōgum esset hic dicere: cū plures quæstiones ibi notentur super prædicta.

Rei quidem suæ. Qui[b] rem suam rapit, nec vi bo. raptorum tenetur. l. ij. § hac actione is demum. D. eod. nec lege Iulia. l. si quis ad fundum. Cod. ad l. Iul. de vi. Sed dominio rei suæ mulctatur ex l. si quis in tantum. C. vnde vi. quæ abrogatur. § vlt. l. ij. Cod. Th. ad l. Iul. de vi. Cuiacius.

o ¶ Cadere.[e] repete, prospectum est, & ibi etiam præstare: nec est necesse ponere cogitur vel debet: quæ verba non inuenies in libris emendatis.

p ¶ Res soli. propriè[d], quandoque tamen impropriè: vt Cod. de aed. empt. l. ij. sed rei mobilis dicitur occupatio: licèt etiam quandoque immobilia dicantur occupari: vt C. de rei vindic. l. dominum. in glossa prima.

[*Sane in hac.*] CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, competit mihi hæc actio ita demum, si dominus fuero rei? Respondetur quòd imò siue in bonis ei fuerit res rapta: siue in bonis videlicet eius qui ius aliquod habuerit in re: vt quia sibi sit commodata vel impignorata, siue locata vel deposita: vel aliquid iuris habeat in ea: ita quòd eius intersit modo non rapi. Semper enim competit ista actio, non vt dominium rei captæ accipiatur: sed quòd res sibi rapta restituatur. Et vt breuiter me expediam: ex quacunque causa potest competere alicui actio furti propter furtum datum in re: ex omni consimili causa potest dari actio vi bonorum raptorum propter rapinam in re factam. h. d. Franc.

q ¶ In hac actione. scilicet vi bonorum raptorum.

r ¶ In bonis. id est in dominio: vt ff. de acquir. re. domi. l. rem in bonis. & l. statuas. & ff. de verb. signif. l. bonorum appellatio. Vel si etiam bona fide possideantur, idem est.

s ¶ Ex bonis sit. vt aliquod ius habeat: vt statim per exempla probat.

t ¶ Hæc actio. scilicet vi bonorum raptorum.

u ¶ Deposita. promissa custodia à depositario: vt s. tit. j. § penult. vel

a Raptor qua actione teneatur.
b Sed hoc est falsum secundū Bart. in d. l. si vendidero. quia rapax est vt ... clametur. l. ... & l. si quis in ... ff. de fur. Ang.
c Pœna minor incondita à lege non tollitur per maiorem inductā ab alia lege, nisi quatenus inuicem concurrant secundum Bart. in l. j. ff. eo.
† Quia pœna est tripli tantū: & rei persecutio simpli, & ita ambo faciunt quadruplū: licet Glo. in verb. est, dicat contra.
† Nemo dolo cum bona [illegible] ... est, & extra pœnam rei persecutio est, sicut in &c.
d Pluralis oratio interdum trahitur ad singularem.
e Raptor verè esse possit qui deprehendatur.
f Raptor & fur distinguuntur.
g Raptor in minus tenetur quàm fur manifestus.
a In vtraque opinione est vera. s. prima si fuerit in iudicio deductā. item secunda si nō fuerit deductum in iudicio: vt per dict. Ias.
b Rapiens rē suā, dominio rei suæ mulctatur.
e Hæc Glos. nō est Accur.
d Occupatio mobilium tantū dicitur, nō immobilium.

Vel etiam commisit culpam, vt sequitur[a]. Vel etiã si pretium acceperit depositionis, non tamen quasi mercedem, tenetur eidẽ: vt ff. eo. l. y. §. dicet aliquis. alioqui esset locatio: vt ĩ. manda. §. fina. ADDITIO. Dic vt habetur, in leg. naturalis. §. y. in gloss. si res. ff. de prascrip. verb. & facit leg. j. §. si quis seruum. in glo. non datur. ff. depo. Ange.

a ¶ Dominum. i.[b] dominij æstimationem: vt ff. quod met. cau. l. si mulier. §. qui possessionem. & ff. uti possi. l. pe. §. fin. Accur.

h ¶ Hanc actionem. facit ff. vi bonorum raptorum. l. j. §. & generaliter.

vt interſit eius eam rẽ per vim non auferri (veluti si in depoſita re culpá quoque promiſit) ſiue bona fide poſſideat: ſiue vſumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt interſit eius non rapi: dicendum eſt ei competere hanc actionem, non vt dominiũ[a] accipiat, ſed illud ſolũ quod ex bonis eius qui rapinã paſſus eſt. i. quod ex ſubſtãtia eius ablatum eſſe proponatur. Et generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clam facta, ex eiſdem cauſis omnes habere hanc actionem[h].

DE LEGE Aquilia.

Post[c] maleficium rapinæ sequitur de damno, quod per legem Aquiliam punitur. Acc.

Damni.] Totus iste titulus diuiditur[d] in duas partes. Et primò tractat de primo capite. l. Aquil. Secundò tractat de tertio capite. Secunda ibi, Capite tertio. Et prima sub diuiditur: quia primò ponit verba primi capitis. l. Aquiliæ. Secundò illa interpretat. Secunda ibi. Quòd autẽ non præciſè. Item ſecũda principalis ſubdiuiditur in duas partes. Nam primò ponit verba: ſecundò interpretatur. Secunda ibi, Itaque ſi quis. CASVS. Si aliquis dederit mihi damnum per iniuriam: ad dãnũ iſtud puniendum cõſtituitur actio. per l. Aquil. Et ſciendũ eſt q̃. l. Aquil. tria ſunt capita. videndũ eſt ergo de primo capite. In primo autẽ capite eſt cautũ, vt ſi aliquis ſeruum alienũ alienámve quadrupedem, quæ in pecudum numero ſit, iniuria occiderit: quanti pretij ea res in anno proximo præterito fuerit, tantum domino dare condemnetur. In verſic. quod autẽ, dic caſum. Poſitis materialiter verbis Galli Aquilij, quæ aliquantulum ſunt obſcura, intẽdit Imperat. verba illa per ordinẽ exponere: & primò exponit quare nõ ſufficit ſibi dicere præciſe, ſi quis hominem alienum, alienámve quadrupedem occiderit: ſed adiecit, quæ in pecudum numero ſit. hoc enim adiecit ad ſignificandum, quòd ſi aliquis occiderit vrſum meum, vel leonẽ, vel aliam feram beſtiam q̃ non debeat puniri per primum caput. l. Aquil. eo quòd non ſunt de numero pecudum illarũ quæ gregatim paſcuntur, i. in paſcuis cuſtodiuntur, ſicut equi, muli, oues, & boues, capræ, & ſimilia. Sed domine, de ſuibus quid dicemus: continentúrne ſub pecudum numero? Et reſp. q̃ ſic: quia gregatim paſcuntur. & hoc cõfirmatur per auctoritatẽ antiquorum: dicens q̃ ſic voluerunt Homerus & Ælius Martianus. Franciſc. de Aretio.

c ¶ Iniuria actio. i. actio legis Aquiliæ, quæ competit pro damno dato. i. deſtructione alicuius rei facta[e]. Nam ſic dicitur damnum[f] deminutio patrimonij: vt ff. de dam. infect. l. iij. ſi autẽ rem alterius ſurriperes, licèt videaris damnum inferre, tamen non infers tale, quòd per hunc titu. tenearis, ſed actione furti: vt ff. eo. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi alienum. & §. idem & in ſylua.

d ¶ Primo capite. habebat enim hæc tria capita ſiue capitula. & de primo capite dicitur hic. Secundũ autem non eſt in vſu. De tertio dicitur. ĩ. eo. §. caput ſecundum. & §. capite tertio. & ff. eod. l. ij. Ac

e ¶ Iniuria. i. non iure: vt ĩ. eo. §. iniuria.

f ¶ Occiderit. nota occiderit: nam ſi alio modo læſerit, ex tertio capite agitur: vt ĩ. eo. §. cap. iij. Accur.

g ¶ In eo anno. ſ. præterito.

Inſtitut.

DE LEGE† AQVILIA TITVLVS III.

Primò legis Aquiliæ capite cautum eſt, vt qui alienum ſeruum aut quadrupedem quæ eorum numero eſt, quæ gregatim paſci conſueuerunt, iniuria occiderit, quanti ea res eo anno retrorſum plurimi fuerit, tantum domino præſtare cogatur.

Damni iniuria actio[c] cõſtituitur p̃ legẽ Aquiliã: cui[*] primo capite[d] cautum eſt, vt ſi quis alienum hominem, alienámve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, iniuria[e] occiderit[f]: quanti ea res in eo anno[g] plurimi[h] fuerit, tantum domino[i] dare damnetur.

1 ¶ Quòd autem non præciſè de quadrupede, ſed de ea tãtum quæ pecudum numero eſt, cauetur: eo pertinet, vt neq; de feris beſtiis, neque de canibus cautũ eſſe intelligamus, ſed de his tantum quæ gregatim propriè paſci dicũt: quales ſunt equi, muli, aſini, oues boues, capræ. † De ſuibus quoque idem placuit. Nã & ſues pecudũ appellatione continentur: quia & hi gregatim[k] paſcũtur. ſic denique & Homerus in Odiſſea ait, ſicut Ælius Martianus in ſuis inſtitutionibus refert[l],

† Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται

Πὰρ κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Qui caſu occidit. l. Aquilia non obligatur: qui aut dolo, aut culpa obligatur.

2 ¶ Iniuria[m] autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronẽ[n] inſidiatorem occiderit, non tenetur, vtique ſi aliter periculum effugere non poteſt.

3 ¶ Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui caſu occidit: ſi modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui[o] non minus[p] ex dolo quàm ex culpa quiſq; hac lege tenetur. 4 ¶ Itaq; ſi quis dum iaculis ludit, vel exercita-

h ¶ Plurimi. habita æſtimatione non ex affectione ſingulorum, ſed communi æſtimatione: vt ff. e. l. ſi ſeruum meum.

i ¶ Domino vt ff. eo. l. item Mela. §. item & cum eo. verſ. legis autem Aquil. vel[a] quaſi domino, vt fructuario, vel alij qui habet ius in re: vt ff. e. l. item Mela. §. ſi. & ſequen.

k ¶ Gregatim paſcuntur. facit ff. de leg. iij. l. legat. ſeruo. §. pecorib.

l ¶ Refert.[b] duo hæc carmina Græca ex Odyſſeæ Homeri libro decimotertio circa finem deprompta ſunt, quorum hic eſt ſenſus, Inuenies autem illum ſuibus aſſidentem iuxta Coracis ſaxum, ac fontem Arethuſam.

Iniuria autem.] CASVS. Exponit Iuſtinia. illud verbum poſitum apri[*], iniuria occiderit, dicens, q̃ ille iniuria occidit, qui nullo iure occidit: & manifeſtat per exempla qualiter quis poteſt iure occidere: quia hoc videretur alicui dubiũ. Vnde dicit, Si enim ſeruũ meũ latronem diurnum, dũ tamẽ telo ſe defenderet, quis occiderit, iure permittente eum occidere videtur: & ideo nõ tenetur. & hoc intellige ita, ſi non poſſit occiſor modo alio euadere periculum. Idem dicit de eo qui caſu occidit ſeruum alienum, ſi non fuerit in culpa & dolo: & de hoc ponit tale exemplum: Quidã milites ludebant cum iaculis in cãpo eis deputato ad ſe exercendos. ſi ſeruus alienus ibi tranſitum fecerit ad ludum reſpiciendum cùm tamen eius nõ intereſſit: ſi eũ aliquis militum ſe exercitantium traiecerit, nõ intelligitur miles eſſe in culpa: & ideo non tenetur. Si autem aliquis priuatus hoc fecerit, cuius nõ intererat telo traiicere, culpæ reus eſt: & ideo tenetur ex primo capite. l. Aquil. eod. modo ſi miles in alio loco quàm militib. ad ſe exercitãdos deſtinato hoc fecerit, culpæ reus eſt: & tenebitur. h. d. Franc. de Areti.

m ¶ Iniuria fac. ff. eo. l. ſed & ſi quemcumque. §. iniuriam. ADDITIO. Ex quo text. nota differentiam[c] inter hanc actionem, & actionem iniuriarũ. quia in illa non ſufficit culpa, ſed requiritur cõtumelia & dolus. eſt & alia differentia: quia in hac agitur ad damnũ, ſed in actione iniuriarum agitur ad vindictam: & ſapit inſtar cauſæ criminalis. vt ff. de iniu. l. prætor edixit. §. j. Accur.

n ¶ Latronem. diurnum. vt tamen clamet, & ille ſe defendat: ſed furem etiam ſi ſe nõ defendat: vt hic ſubiicit: & ff. eo. l. iiij. Accur. ADDITIO. Sed hoc eſt contra l. furem ff. de ſica. vnde dic quòd eſt differentia[d] inter inſidiatorem latronem, & furem: vt in auth. vt nulli iud. §. pe. quia latronem inſidiatorem itineris poſſum occidere indiſtincte: vt l. iiij. ff. eo. facit l. j. & y. C. quando li. ſi ſi. ind. vin. Si autem ſit fur, tunc debet diſtingui, aut eſt diurnus: & tunc ſi poteſt capi, vel à damno euadi: non debet interfici. Nocturnum autem licet occidere, ſi interficiens non poſſit ei parcere ſine periculo ſuo, vt dicit. text. l. furem ff. de ſica.

o ¶ Alioqui. ſi culpa interueniat.

p ¶ Non minus. i. non plus ex dolo, quàm ex culpa cum etiam leuiſſima culpa in hanc actionem veniat: vt ff. eo. in l. iij.[e] a Vel propriè lege: & conuerte literam, non minus &c. id eſt non minus ex culpa, quã ex dolo. ſic & aliàs ff. de pact. l. iuris gentium. §. pactorum. in gloſſ. non minus & C. de ſecun. nupt. l. cum apertiſſime. in gloſſ. quantum ſilio. & ff. de pigno. l. Paulus. §. damus. & eſt figura hyſteron[f] proteron, id eſt ordo conuerſus ſecundùm Ioannem.

a De quaſi ſi cõmiſiſſet dolum, nõ haberet actionem furti nec aliã actionem: nec et improbitate ſua conſequitur actionem ... Ang.

b Dominium pro dominij æſtimatione.

c Cõtinuatio.

d Diuiſio.

† Hic large ſumitur. l. pro plebiſcito: quia Aquilius tribunus plebis hanc rogauit. Æg. P. † Sic ff. ad l. Aquil.

e Nota differentiam inter actiones furti, vel bonorum raptorum, & hanc: quia actio furti, vel bonorum raptorum cõpetit quando rem meam tecum aſportas ... quando occidis vel deſtruis, quia tunc cõpetit hæc actio, licèt vtroque modo ſit damnum, & ſic deminutio patrimonij, quod bene not. Ang.

f Damnũ patrimonij deſtructio.

a Quaſi domini dicuntur, fructuarij & qui ius habens in re.

b Hæc Gl. non eſt Accur.

† Hic fœmininum poteſt accipere maſcul. quoniam etiã capri intelligitur quod not. Æg. Petr.

† Vide Alciat. lib. præter miſſ. ...

c Legis Aquiliæ & iniuriarum actionis differentia.

d Inſidiatoris latronis & furis differentia.

e Pone exemplũ ſecundùm Ol. in leuiſſima, ſi Titius aggrediatur te, ... reſiſtendo volens percutere aggreſſorem, percuſſiſti medicum ... Ang.

f Hyſteron proteron.

a ¶ *Distinguitur.* vtrum commiseris dolo vel culpa, vel non.

b ¶ *Nulla culpa.* Nisi data opera factum est: *vt ff. eo. l. item si obstetrix. in fi. & l. nam sicut.*

c ¶ *Reus est.* quia boc nõ est ei deputatũ. *arg. in Auth. vt hi qui ob. seba. per res mo. §. fin verò tacuit. col. vj. & ff. eo. l. idem iuris. in fi.*

[*Item si putator.*] CASVS. Hic ponit aliud exẽplũ: in quo si in culpa fuerit qui hominẽ occiderit, tenet l. Aquilia. si autẽ eũ sine culpa occiderit, nõ tenet. & est exẽplũ tale: Quidam putator ex arbore deiecto ramo seruũ alicuius interfecit. Vnde q d iuris in isto casu sit, q̃ritur: & respondetur quòd distinguitur: q a aut illud factũ est ꝓpè viã publicam, aut ꝓpè viã vicinalem: & tũc si nõ ꝓclamauit, videt esse in culpa, & tenetur. si autẽ præclamauit, & qui transibat, hoc non obstante processit, & sibi ꝓcauere noluit: tũc putator extra culpam est & non tenetur. Idem dico si ꝓpè locum aliquem vbi non erat ius conuersandi vel trãseundi, ramo ex arbore deiecto putator seruum alicuius ibidem transeuntem occiderit: quia tunc quanquam non præclamauerit, extra culpam est: nisi de dolo putatoris cõstiterit: quem cum viderit, tamen non præclamauit. in isto tamen casu semper præsumendum est pro putatore, scilicet eum esse extra culpam & dolum, nisi dolus possit probari. & sic intellige quod hic dicitur. In §. præterea. Imper. ponit adhuc bonum aliud exemplum, in quo si aliquis seruum alicuius occiderit: si fuerit in culpa, tenebitur. si autẽ non fuerit in culpa, nõ tenebitur. Si enim medicus seruum tuũ secuit, & postea curationẽ eius reliquit, & seruus tuus mortuus est, in culpa est medicus: & ideo tenebitur. & idẽ erit si imperitè eum secuit, & propter hoc mortuus est. in culpa enim est: & ideo tenetur. imperitia enim culpæ annumeratur. h. d. Franc.

tur trãseuntẽ seruũ tuũ traiecerit, distinguitur[a]. Nã si id à milite in eo campo vbi solitũ est exercitari, admissũ est: nulla culpa[b] eius intelligit. si alius tale quid admiserit, culpæ reus est[c] Idem iuris est de milite, si in alio loco quàm qui ad exercitãdũ militibus destinatus est, id admiserit.

Ex qualitate loci iudicatur damnum datum dolo vel culpa incidentis. h. d. Vel sic: In putante dicitur adesse culpa, quando diligentia potuit prouidere: & non fecit. Are

5 ¶ Item si putator[d] ex arbore deiecto ramo seruum tuum transeuntem occiderit: si prope viam publicam aut vicinalẽ id factũ est, neq; præclamauit †, vt casus euitari posset, culpæ re⁹ est. sed si præclamauit †, nec ille curauit præcauere, extra culpã est putator. Æquè extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licèt non præclamauit[e]: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

Imperitia culpæ adscribenda est: quo fit, vt qui onus pueritiæ & viribus impar subierit, si ob eius imperitiam vel imbecillitatem quid damni datum sit, culpæ reus dicatur.

6 ¶ Præterea si medic⁹ q seruũ tuum secuit, deliquerit † curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus, culpæ reus est †.

7 ¶ Imperitia †[f] quoq; culpæ annumerat veluti si medicus † ideo seruum tuũ occiderit, quia malè eum secuerit, aut perperã ei medicamentum dederit.

† Si reclamauit tẽpore & loco cõgruẽ. excusatur. & si dicit contra eos qui facerunt currere equos, nã debent dicere ꝓpe de, garda, secundũ m Bal. in l. ff. putator. ff. eo Ag. Pro

† Scilicet ꝓspectiuè, non post factum vnde sumpta est practica viectores do. morum dum domos operiunt, ponunt perticas ante domos suspẽsas, vt aduenientes admoneãtur. Angel.

† Medicus eum cõtra sũ defectus tenetur Aquilia

† Hoc verum in adserente se peritũ. Ag. Per.

† Concor. cum hoc text. c. p. si culpa. cum Glo. super verb. imperitia extr de iniur.

† Medicus tenetur de culpa ante factum, non prouidẽdo: in facto, malè faciẽdo: post factum, dimittẽdo, secundum Gloss in l. idem iuris. ff eod.

d ¶ *Putator.* i. qui putat vites in arboribus positas, vt in quibusdã terris sunt, Vel etiam ipsas arbores. nam & arbores putantur.

Publicã aut vicinalem.] Vicinalis via, & publica est: quia vniuerso populo patet. sed & agraria, quæ è via publica diuertitur in villas aut colonias, publica est: priuata via, i. seruitus, non itẽ. De his *in l. vlt. de loc. & itin. pub. l. ij. §. viarum ne quid in lo. pub. l. vlt. de seru. rust.* & apud Siculum Flaccum in lib. de cond. agr. Cuia

e ¶ *Licet non præclamauit.* nisi fortè dolo *vt ff eo. l. si putator.*

f ¶ *Imperitia* facit.[e] *ff. de reg. iu. l. imperitia & ff. loca. l. si quis fundũ. §. Celsus. & §. si quis vitulos. & ff. de suspe. tut. l. tutor quoque. §. fin.* ACCVRSIO. In isto casu medicus non tenetur de sica. quia illa lex requirit dolum: *vt l. j. C. ad l. Cor. de sica. & l. in leg. ff. e. tit. ad l. Corn. de sica.*

† Imperitia culpæ adscribitur, i. quod non tamẽ in literatis hominibus verũ esse puto Angelus, sed & in artificibus quibuscunque, & vt ille ait, id verũ est ad capraeiũ vsque & vitulorum custodes. arg. d. §. si quis vitulos. in obligata.

[*Impetu quoque.*] CASVS. Habebas mulionẽ quẽdam, qui seruum Titij impetu mularũ, quas propter imperitiã retinere nõ potuit, oppressit vnde mulio iste in culpa est. & ideo tenetur. Si autẽ ꝓpter infirmitatẽ eas retinere nõ potuit, alias tamẽ bene eas retinuisset, adhuc in culpa est, & tenetur. Idẽ iuris est in eo qui ascẽdit equum tuũ, & propter imperitiã vel infirmitatẽ eum retinere non potuit: quia si equus seruum alicuius oppresserit, æquè tenetur. Si autem satis fortis fuit mulio, & tamen aliquo casu fortuito per mulas quas ducebat, vel equum quem ascẽdebat, seruus alicuius oppressus fuerit, non tenetur: attamẽ infirmitas vel imperitia alicuius nulli debet esse damnosa. h. d. Franc.

g ¶ *Infirmitatem.* non enim debet infirmitatem suam in alterius læsionem conuertere *vt ff. eo. l. idem iuris.* Acc.

h ¶ *Veheretur.* putà in rheda vel vehiculo, vel etiam ipso equo.

Si mulus vel equus propter imperitiam vel imbecillitatem mulionis vel equitantis seruum alterius occiderit, tenetur mulio vel equitans lege Aquilia. Aret.

8 ¶ Impetu quoq; mularũ, quas mulio ꝓpter imperitiã retinere non potuit, si seruus tuus oppressus fuerit, culpæ re⁹ est mulio. Sed & si ꝓpter infirmitatẽ[g] eas retinere nõ potuerit, cũ ali⁹ firmior eas retinere potuisset, æquè culpa tenetur. Eadẽ placuerũt de eo quoq;, q cũ equo veheret[h], impetũ eius aut propter infirmitatẽ, aut ꝓpter imperitiã suã retinere nõ potuerit.

Pœnales actiones in delinquentis heredes non dantur.

9 ¶ His autẽ verbis legis, *Quãti id in eo anno [i] plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur, vt si quis hominem tuũ, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer aut pretiosus fuerit: nõ tãti teneatur quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est pœnalem esse huius legis actionem: quia non solũ tanti quisq; obligatur, quantum dãni dederit: sed aliquando longè † pluris. Ideoque constat in heredẽ eam actionẽ non transire[k]: quæ transitura fuisset, si vltra damnum nũquam lis æstimaretur[l].

In lege Aquilia non modo illud dãnũ perẽpti corporis æstimatur, sed eo amplius quicquid perẽpto eo corpore damni patimur: siue in amittẽdo, siue in non acquirendo consistat.

[*His autẽ verbis.*] CASVS. Expositis duobus verbis positis. §. in princ. hic exponit tertiũ mẽbrũ. sc. hoc quod dictum est ibi, quanti in eo anno plurimi fuerit: dicẽs q hoc nihil aliud est dictũ, nisi q si aliquis interfecerit seruũ tuũ, si eo die quo interfecerit, fuerit lusc⁹, vel mãcus: in anno tamẽ ꝓximo ꝓterito fuit integer, & ꝓtiosior valde q eo tẽpore quo occisus fuerit, tenetur quanti in anno ꝓximo ꝓterito plurimi fuerit: & non quãti eo die quo occisus fuerit: & ideo dicitur hæc actio pœnalis de sui primitiua natura: quia obligat delinquentem non tanti quantũ dãni datum est, sed aliquando lõgè pluris. Et propterea etiam in heredem non datur: in eum autem daretur, nisi vltra damnũ lis æstimaretur. hoc dicit. Et caue: quia quidã volunt dicere, quòd hæc actio de iure primitiua natura non est pœnalis, sed pœnabilis solum Dominus autẽ Gui. dicit hanc esse pœnalem de sui primitiua natura: sicut satis potest probari per literam istam, pœnalem autem esse huius legis. verum est, dicit ipse, in duplum. quòd autem duplum præstetur in hac actione, hoc contingit per inficiationẽ. & sic est pœnalis in duplũ. & in pœnali de sui primitiua natura semper intellige. h. d. Fran.

† Quid autẽ si quis dãnum dedisse se neget, probetur tamen testium instrumẽtis? Dicet tum oportet mendacium eum damnandum in duplum, & in vniuersum id quod interest, duplicandum: quod alioquin in simplum deducẽdũ erat. in tradit Glos. C. eo. in l. contra negantem. Secus tamẽ si actor non probet per testes aut instrumẽta, sed tantum per iuramentum ipsi delatum, quoniam cũ releuetur à probandi onere, fiet condemnatio duntaxat in simplũ. l. cum qui ff. de iureiur. Quid autẽ si detentore eo ipsũ adstringeretur tũ. adhoc ipse deiectus, inquies se velle testibus probare, ne condẽnatio minuatur: nũ id possit? & posse tradit Glos. & Bart. in d. l. cum quis, secundum Platea.

i ¶ *Quanti id in eo anno.* materialiter hæc verba ponuntur: & habes ea. *s. eo. tit. in prin.*

k ¶ *Non transire.* nisi ex damno locupletior factus esset: *vt ff. eo. l. inde Neratius. § si infans. versi. hanc actionem.*

l ¶ *Æstimaretur.* Opponitur de eo qui hodie plurimi fuerit, q̃ olim & occisus est ab aliquo. Nã nõ videt in hoc casu esse pœnalis hæc actio. ergo videtur trãsire debere in hoc casu ad heredes. Sed nõ sequit. licèt enim reperiatur in hoc casu q nõ sit pœnalis: tamen non est apta nata vt trãsire debeat, vt in hoc exẽplo: aliquis nõ videt vel nũ ridet actualiter: tamen est aptus ridere vel videre naturaliter. *vt ar. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. quotidiana. & ff. de flumi. l. j. §. itẽ flumina.* ACCVRSIO. Et sic inspicimus propriã & primæuam naturã actionis, & secundũ illã iudicamus, non autẽ secundũ accidentalẽ. *facit quod not. glo. in l. si creditori. ff. de leg. j.* Quãdo actio subrogatur, & capit naturã alterius: intelligitur secundum naturam ordinariam & propriam & primæuam. quod not. Aret.

[*Illud non ex verbis legis.*] CASVS. Scire debetis, q non ex verbis legis, sed ex interpretatione est, q si aliquis seruũ meũ occiderit iniuria, nõ solũ act. l. Aquil. fiat æstimatio serui perẽpti secundum quod iã dictũ est: sed & omnis dãni mihi in seruitio meo ꝑ illud corp⁹ occisum dati in aliis reb. meis: veluti si seru⁹ meus institut⁹ fuerit heres, & antequã hereditatẽ adiret, ab aliquo fuerit occisus: non

10 ¶ Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit: nō solùm perempti corporis æstimationē habendā esse, secundū ea quæ diximus:[a] sed eo amplius, quicquid præterea perēpto eo corpore dāni nobis illatū fuerit: veluti si seruū tuū heredē ab aliquo institutū antè quis occiderit, quàm is iussu tuo hereditatem adierit. nā hereditatis[b] quoq; amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularū vnam, vel ex quadrigis equorum, vnū quis occiderit, vel ex comœdis[c] vnus seruus occisus fuerit: non solùm occisi fit æstimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt[d].

Actio legis Aquiliæ non solùm ciuiliter, sed etiam criminaliter potest intentari. Aret.

11 ¶ Liberū autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ dānum[e] persequi, & capitalis criminis[f] eum reum facere.

12 ¶ Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

Reliqua quæ præter mortem serui aut quadrupedis quæ pecudū numero est, rebus nostris animatis vel anima carentibus damna illata sunt, capite l. Aquiliæ tertio vindicantur. quapropter quisquis alteri vrendo, frangendo, depascendo, secando, rumpēdo, & id genus modis damnū fecerit, quanti ea res in diebus triginta retro proximis plurimi fuerit, domino dare damnabitur.

13 ¶ Capite tertio de omni cætero damno[g] cauetur. Itaque si quis seruum, vel eam quadrupedem quæ pecudum numero est, vulnerauerit siue eam quadrupedem quæ pecudum numero non est, veluti canem, aut feram bestiam vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio cōstituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnib. rebus quæ anima carent, damnū iniuria hac parte vindicatur. Si quid enim vstum, aut ruptū, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur: quanquam poterat sola rupti[h] appellatio in omnes istas causas sufficere[i]. Ruptum † enim intelligitur, quod quoquomodo corruptū est. Vnde non solùm fracta, aut vsta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perēpta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Deniq; responsum est, si quis in alienū vinū aut oleum id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrūperetur, ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri. 14 ¶ Illud palàm est, sicut ex primo capite ita demùm quisque tenetur, si dolo aut culpa[k] eius homo aut quadrupes occisus occisáve fuerit: ita ex hoc[l] capite, ex dolo aut culpa de cætero dāno[m] quēque teneri. Hoc tamē capite nō quanti in eo anno, sed quāti in diebus triginta[n] proximis res fuerit, obligatur is qui dānum dederit. 15 ¶ Ac nec plurimi quidem verbum adiicitur[o]: sed Sabino rectè placuit, perinde habendā æstimationē, ac si etiā hac parte *plurimi* verbū adiectum fuisset. Nam plebem Romanam[p], quæ Aquilio tribuno rogante † hanc legem tulit, contentam fuisse quòd prima parte[q] eo verbo vsa esset.

Directa l. Aqu. actio cōpetit, si corpori à corpore dānū illatū sit. q si à nō corpore corpori vtilis dabitur, si autē neque à corpore datū sit, neque corpus læsum, in factū actioni locus est.

16 ¶ Cæterū placuit ita demū directam ex hac lege actionem esse, si quis pcipuè corpore suo

non solū corporis mei serui fiet æstimatio, sed hereditatis amissæ est habēda ratio. Ad hoc etiam adiungere possum multa alia exēpla. Si enim ex vno pari mularū vna occisa fuerit, vel si ex quadrigis equorū vnus occisus fuerit, vel ex comœdis vn⁹ occisus fuerit: nō solū æstimatio corporis est habēda. sed si per vnius mortē alter vel altera minus vtilis facta vel fact⁹ fuerit, totius illius dāni ratio est habēda. h.d.Fr.

a ¶ *Diximus.* per totum hunc titulum.

b ¶ *Nam hereditatis.* in lege enim Aquiliæ dānum consequimur: & amisisse dicimur, quod aut cōsequi potuimus, aut erogare cogimur: *vt ff. eod. l. proinde.[a] § si seruum occidisti. & l. si seruum meum.*

c ¶ *Vel ex comœdis.* i. qui cantabant du comœdia: & vn⁹ sine altero cantare nesciebat.

d ¶ *Qui supersunt.* facit arg. cōtra. *ff. de act. emp. l. si sterilis. §. cum per venditorem[b]. & de periculo & commo. rei vend. l. si.*

[*Liberum.*] CASVS. In isto §. vl. dicit Iustinianus, quod secundùm quod iam dictom est, si seruus meus iniuria iā occisus fuerit: si voluero contra eū agere ad persequendū damnum mihi datum in seruo meo occiso, possū hoc facere actio. l. Aquil. ex primo capite. possum etiā si voluero criminaliter cōtra eū agere, & possum eū accusare. *l. Cor. de sica.* & hoc intellige, si dolosè eū occiderit: secus autē est si solū fuerit in culpa occisus. Sed quid domine, satis vidi de primo capite: modò dicatis de secundo capite. Et respō. Frater, caput secundum in vsu nō est. h.d.Fren e.

e ¶ *Damnum.* s. quanti fuerit in anno retrò vt §. eo. in prin.[c]

f ¶ *Capitalis criminis.* s. l. Corn. de sica. *vt ff. eo. l. inde Neratius. §. si dolo seruus. & §. sed & si.* Nā & pro seruo occiso ea. l. agitur vt pro libero: *vt ff. ad l. Corn. de sicar. l. j. §. j.* donec[d] tamen agitur vna, non poterit agi reliqua: *vt ff de publ. iud. l. iiij. & ff. vi bon. rap. l. j. §. j.* sed peracto vno aget reliquo: *vt C. quando ci. ac. præiu. cri. l. j. & ff. vi bo. rapt. l. y. §. j.*

[*Capite tertio.*] CASVS. Supra vidi de capite primo & secundo: restat videre de tertio capite. Et scire debes, q in capite tertio cauetur de omni dāno de quo nō est cautū in capite primo. Vnde tertiū caput locū habet cùm aliquis seruū vel quadrupedem illā quæ pecudum numero est, vulnerauerit vel occiderit: & sic caue tibi: quia mors venit in isto capite tertio, sicut in primo: sed nō in illis animalib. in quibus venit in primo. Itē damnū iniuria datū in cęteris animalibus, & in cæteris rebus inanimatis, hoc tertio capite vindicat. vnde si quid fuerit ruptum, vel fractū, vstū vel cæsum. actio ex hoc capite cōstituitur. Scire tamē debes, quòd plura verba hic posuerūt iuris cōditores, quàm necesse fuerit. Omnia enim verbo rupti cōtineri potuerūt. Adhuc etiā scire debetis, quòd si aliquis in alienum vinum vel oleum aliquid miscuerit, per quod natura vini vel olei corrumpatur, hoc tertio capite l. Aquilię tenetur. Item sicut pro occisione de qua in primo capite tractatur, per leg. Aqu. pœna imponit si dolo vel culpa facta fuerit occisio, & aliter nōn: similiter & hic non debent puniri propter damnum datum de quo in tertio capite tractatur: nisi dolo vel culpa hoc factū fuerit. Scire etiā debetis, q in primo capite punit occisor tāti, quāti plurimi fuerit res in anno retro: sed in iij. capite fit æstimatio quāti fuerit in xxx. diebus retro. & nō repetitur hęc dictio plurimi in hoc iij. capite. sufficit enim eam esse positā in primo capite. Intelligitur enim hæc dictio quanti plurimi &c. in primo capite posita, in tertio repetita. h.d.Franc.

g ¶ *Cætero dāno.* quod scilicet non⁹ cōtinetur in primo capite. *vt §. e. in prin.*

h ¶ *Rupti.* quod verbum est legis tertij capitis.

i ¶ *Sufficere.* Sed non[b] est nouū vt specialiter quibusdā enumeratis generale subiiciatur verbum, in quo singula complectantur: *vt ff. eod. l. si seruus seruum. §. inquit lex.*

k ¶ *Culpa.* etiam leuissima: *vt D. eo. l. in lege Aquilia.* & leuissima: aliàs non *vt §. e. §. iniuria.*

l ¶ *Ex hoc.* s. tertio quod est loco secundi.

m ¶ *Damno.* i. damno dato in cæteris rebus.

n ¶ *Triginta.* Sed quare minos spatium in tertio capite quàm in primo apponitur? Respon.[e] quia in primo grauius deliquit, & ideò grauius punitur: *vt D. de off. præf. l. diuus.* & melius facit lex precedens. Accur.

o ¶ *Ac ne plurimi quidem verbum adiicitur.* id est non est positum in hoc tertio capite.

p ¶ *Plebem Romanam.* ergo est plebiscitum, quod est verum: *vt D. eo. l. j. & §. de iur. natu. §. plebiscitum.*

q ¶ *Prima parte.* Quæ[d] enim in præfationibus dicuntur, in contrectibus reperita esse credontur: *vt ff. de verb. obli. l. Titia. §. idem respondit. & l. qui sic. & D. de reb. dub. l. fin. & C. fami. erci. l. quotiens. & D. de condi. insti. l. cum seruum. & D. de act. empt. l. si venditor hominis. & D. de contrahen. empt. l. qui fundum & de leg. iij. l. ita repetendis. & de condi. & demonst. l. aut a & l. libertis. & D. de leg. ij. l. Latinus. & D. de fun. instru. l. tertia. & l. Seia. §. Caio, & D. de pact. dot. l. cùm pater.* Sed argum. contraria sunt. *D. de an. le. l. Seie. §. fin. & D. de fideicomm. li. l. si. §. fin. in Gl. non videri. & in Gl. si. & D. de here. inst. l. item quod Sabinus.* secundùm Io.

[*Cæterùm placuit.*] CASVS. Scire debetis, quòd tunc demū habet locum act. l. Aqu. directa, cùm corpore suo aliquis damnū dederit in corpus. quando autem aliquo alio modo quàm corpore suo aliquis damnū dederit in corpus, habebit cōtra ipsum act. l. Aqui. vtilis locum: veluti si hominem alienum aut pecus ita incluserit, vt fame necaretur: & similiter in aliis exemplis positis in litera.

a Vide & dic ex eo ... eadē

b Salue, quod ibi in contractu, hic in delicto, in quo venit omne interesse. vt ff de furt. l. si ... §. j. & ibi §. ... ff de cond. fur. l. 4. & ff. de vi & ar. l. interdicto. & ad ... l. apud Iulianum. §. ... ff. de leg. j. vbi post mortem, & sic post delictum heres tenetur non solùm ad seruum mortuū, sed etiam ad hereditatem in qua erat institutus. l. si seruum ff. de ver. obli. in pr.

c Audi hoc Ang.

d Vt. hoc Ang.

† Rupti appellatione continetur omne quod deterius factum est, seu per scissuram, seu per effusionem, aut aliter. Angel. Per.

e Repetita an & quando intelliguntur, quæ dicta in vno capite, vide de hoc Ang.

b Generalis oratio plerumque solum subiicitur pluribus enumeratis, vt ea generali oratione species antea enumeratæ comprehensæ intelligantur.

e Spatium minus datur in grauioribus delictis quàm in leuioribus.

† alias interrogante.

d In præfationibus dicta, in sequentibus repetita intelliguntur, vt hic. Quod verum, nisi repetitio inducat vitium: vt in contrarius legibus. Ang. Per.

Sed quid dicemus de illo qui seruum alienum in fluuium deiecit & is suffocatus fuerit? Respond. quòd non est dubium qui in corpore suo in corpus damnũ dederit: & ideò act. l. Aquil. tenetur. Sed domine, quid si alicui damnum datum fuerit à non corpore in corpus: veputà si aliquis misericordia ductus seruum alicuius compeditum soluerit, vt effugiat: quid dicemus in isto casu? Respond. quòd neque dubius in hoc casu actio legis Aquiliæ directa, neque vtilis, sed actione in factum subsidiaria, quæ datur pro dãnis quæ in lege Aquilia non comprehenduntur, tenebitur, h.d. Franc.

damnũ dederit, ideóque in eũ qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari solẽt: veluti si quis hominem alienum aut pecus ita incluserit, vt fame necaretur: aut iumentum ita vehementer egerit, vt rumperetur: aut pecus intantum exagitauerit, vt præcipitaretur: aut si quis alieno seruo persuaserit vt in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascẽdendo vel descendendo aut mortuus[a], aut aliqua parte corporis læsus fuerit: vtilis actio[b] in eum datur. Sed si quis alienum seruum aut de ponte aut de ripa in flumen deiecerit, & is suffocatus fuerit: eo quòd proiecit, corpore suo damnum dedisse non difficulter[c] intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia[d] † tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui damnum contigerit: cùm non sufficiat neque directa, neque vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eum qui obnoxius fuerit, in factum actione[e] teneri: veluti si quis misericordia ductus[f] alienum seruum compeditum[g] soluerit, vt fugeret[h].

DE INIVRIIS †.

TITVLVS IIII.

Iniuria potest capi generaliter & specialiter: & specialiter sumitur tripliciter. Aret.

a ¶ *Mortuus*. quia qui occasionem[a] damni dat, damnum dedisse videtur: *vt ff. eodem l. qui occidit. §. in hac quoque actione.* ADDITIO. Tu dic secundùm Florent. ibi quòd aut quis dat operam rei licitæ, & adhibet illam diligentiam quã potest: & tunc non tenetur de his quæ postea sequuntur: *vt dicto § in hac in fine.* Secus si non adhibeat diligentiam, aut det operam rei illicitæ: quia tenetur: *argum. ff. eod. l. item Mela. in princip. & est glo. in cap. sicut nobis. extra de testib. in verbo, dederunt.* Angelus.

a Occasionem damni dans damnum fecisse videtur.

† Hoc est quod dicimus, ipso iure. Cuia.

b ¶ *Vtilis actio.* in eum datur, scilicet legis Aquiliæ: & nihilominus in factum: *vt ff. eo. l. item si obstetrix. §. si quis hominem.*

c ¶ *Non difficulter.* imò facilè: *vt ff. eod. l. qua actione §. pen.*

d ¶ *Lege Aquilia.* id est directa actione legis Aquiliæ.

e ¶ *In factum actione.* id est subsidiaria.[b] quæ pro damnis datur, quę lege Aquilia non comprehenduntur, vel non tenentur: *vt ff. ea. l. si seruum. § si.* & videtur hæc esse prætoria: *vt ff. de præscrip. verb. l. quia actionum.*

f ¶ *Si misericordia ductus.* sed si nõ ductus misericordia, datur furti: *vt ff. de dolo l. & eleganter. § idem Labeo.*

g ¶ *Compeditum.* est enim dolo proximum: *vt ff. depo. l. si hominem. j. respon.*

h ¶ *Vt fugeret.* Hic nota[c]: Quandoque[d] damnũ datur à corpore in corpus. & tunc locũ habet actio legis Aquiliæ directa. 2 Quandoque à non corpore in corpus, vt patet per multa exempla s. *proxi. §.* 3 Quandoque econtrario de corpore in non corpus. vt si anulum excusseris, vt in aquam caderet: *vt ff. eo. d. l. si seruus seruum. § si quis de manu.* Et in his duobus casibus habet locum vtilis actio legis Aquiliæ: & nihilominus in factum secundùm Ioan. *vt ff. eod. l. quemadmodum. § magistratus municipales.* cum vtroque casu vtramque reperiam dari, secundùm Io. *vt ff. vi bo. rapt. l. ij. § si publicanus.* 4 Quandoque à non corpore in non corpus, & tunc subsidiaria in factum competit: *vt ff. eod. l. si seruum. § fin.* ¶ De qua[e] actione in factum quot habes naturas, dic vt *ff. de præscrip. verb. in rubr. & vt dicemus j. de interdi. § fina.*

† Iniuriæ genus continet multas species sub se, scilicet contumeliam, culpam, iniquitatem & iniustitiam. Tull. lib. 2. de off. tit. de duobus generibus iniustitiæ.

b Subsidiaria actio est quæ datur in subsidium, vbi mens & verba legis Aquil. deficiunt.

c Damnũ datur quadrupliciter.

d Aquilia directa locum habet si damnum datũ sit de corpore in corpus: vtilis si de non corpore in corpus vel de corpore in non corpus: subsidiaria in factum si de non corpore in non corpus damnum datum sit.

e Actio in factum cuius sit naturæ.

a Tull. lib. 4. rheto. de defin. Iniuriæ. Iniuria est quæ aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicuius violat. vide l. 1 ff. eo.

DE INIVRIIS[a].

Post alia priuata delicta & de iniuriis ponit, quod priuatum est delictum, id est, non publicum, nec enim cuilibet competit, sed iniuriato tantum. Accursius.

GEneraliter.] Totus iste tit. diuiditur in sex partes principales. Primò ponitur quot modis accipitur iniuria, & qualiter cõmittitur. Secundò, ex cuius persona nobis iniuria illata intelligitur. Tertiò, quæ est pœna actionis iniuriarum. Quartò, quando iniuria atrox æstimatur. Quintò quòd pro iniuria potest etiã criminaliter agi: & an tunc possit interuenire procurator. Sextò quando tollitur ista actio. Secunda ibi, Patitur autem. Tertia ibi, Pœna autem. Quarta ibi, Atrox. Quinta ibi, In summa. Sexta ibi, Sed hæc actio. CASVS. Quæsiui à Iustiniano quid dicatur fieri per iniuriam? Et respondet dicens quod generaliter dicitur fieri iniuria quod nõ iure fit. & ita ponitur hic priuatiuè. Specialiter autem dicitur iniuria pro contumelia à contemnendo dicta: quam Græci † appellabant sicut voluerunt. Quandoque autem specialiter dicitur culpa, sicut sumitur in actione legis Aquiliæ: vbi ponunt damnum iniuria datum, id est culpa facientis datum. Tertio modo sumitur iniuria pro iniquitate vel pro iniustitia. vnde cùm prętor vel iudex contra aliquẽ iniquè pronũciat: ille, contra quẽ iudicatũ est, iniuriã accepisse dicitur, siue iniustitiam. hoc dicit Franc.

† Ita sumitur hoc secundum Glo. in l. 1. ff. eod.

† Hyper...

i ¶ *Generaliter.* facit *ff. eo. l. j.* Accur.

k ¶ *Græci[a] hybrin appellabant.* Hybris Græcè, dicitur contumelia Latinè: vt adserit textus. Adikema est culpa. Anomia iniquitas. Adikia est iniustitia. inde adikon, id est, iniustum.

a Hæc Glossa est Accur.

l ¶ *Iniustitia.* iniquitatem committit iudex, quando contra æquitatem pronuntiat: iniustitiam, quando contra districtum ius: iniquitatem & iniustitiam, quando contra vtrumque pronuntiat. Accursius.

† Dicitur verberare, qui alio modo quã pugno pulsat. ergo pugno percussus non puniretur per hanc statum pœnis verberantem.

GEneraliter[i] iniuria dicitur omne quod non iure fit: specialiter aliàs contumelia, † quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant[k]: aliàs culpa, quam Græci † ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuria datũ accipitur: aliàs iniquitas & iniustitia[l], quã Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocãt. Cũ enim prętor vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepisse dicitur[m].

Iniuria non solùm committitur in corpus, vt verberibus & pulsatione: sed etiam extra corpus, vt conuiciis, famosis libellis, pudicitia attentata, aliisque modis innumeris.

1 ¶ Iniuria[n] autem committitur non solùm cùm quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus † erit: sed & si cui conuicium[o] factum fuerit, siue cuius bona quasi debitoris[p] qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo qui intelligebat[q] nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen aut historiam scripserit, composuerit,

m ¶ *Accepisse dicitur.* s. ille contra quem est iudicatum. a Vel dic accepisse, id est fecisse iudicem. *sic ff. de damn. infect. l. Proculus.* Accursius.

[*Iniuria autem.*] CASVS. Scire debes in principio quòd licèt iniuria quatuor modis sumatur, vt ex præcedenti responso liquet: attamen in toto isto titulo propriè sumitur iniuria pro contumelia. Volui ergo scire à legislatore quomodo dicitur iniuria siue contumelia committi. Et respond. dicens quòd non solùm committitur iniuria, cùm quis pugno pulsatus fuerit, aut fustibus cæsus vel verberatus: sed etiam si alicui conuicium aliquod dictum fuerit. Item plus dico, quòd si aliquis vellet possidere bona alicuius tanquam bona debitoris sui, sciens eum nihil sibi debere, iniuriam committit. Item dico si aliquis ad infamiam alicuius libellum famosum composuerit aut scripserit, aut ediderit, iniuriã committit: si aliquis pudicitiam alicuius bonæ matronæ attentauerit, vel matremfamiliàs adsectatus fuerit: vel prætextatum, id est, masculũ, vel prętextatam, id est, fœminam adsectatus fuerit: & aliis pluribus modis. h.d. Fran. de Aret.

n ¶ *Iniuria.* hic prosequitur prout hoc tit. accipitur.

o ¶ *Conuicium.* quasi[b] conuocium: cum in vnum plures voces conferuntur: *vt ff. eodem l. item apud Labeonem. §. conuicium.*

b Conuicium. vnde dicatur.

ADDITIO. Nota quòd verbum iniuriosum dicitur, siue in genere, siue in specie improperatur aliquod delictum commissum: *vt notat Bartolus, Baldus & dactio. in l. ij. in princip. ff. de liberis & posthumis.*

p ¶ *Quasi debitoris.* cùm non esset. *vt hic, & ff. eod. l. si iniuria.* Accursius.

q ¶ *Qui intelligebat.* ex[c] affectu enim fit iniuria: *vt D. eo. l. iij.* Sed quid

c Iniuria fit ex affectu.

quid si erat verè debitor? Adhuc videtur idem: cùm nihil adeò durum sit, quàm familiarem pompam ostendi. Quid enim tam durum támque inhumanum, quàm publicatione pompáque rerum familiarium, & paupertatis[a] detegi vtilitatem, &c. vt C. quã do & qui. debe. quarta pars ex bo. defun. l. ij. §. j. lib. x. Sed dico contra in sequenti casu, si iure eum prouocaui, vel meum debitorem appellaui, cùm esset: vt arg. ff. ead. eum qui nocentem sup.

a Paupertas detegere durum est.

ediderit, dolóve malo fecerit quo quid eorũ fieret[a]: siue quis matremfamilias[b], aut prætextatum[c] prætextatámve adsectatus[d] fuerit †: siue cuius[e] pudicitia attentata esse dicetur: & denique aliis plurimis modis[f] admitti iniuriam, manifestum est.

Quæ liberis, vxori, aut nurui irrogatur iniuria: parenti, marito aut socero illata videtur: quo fit vt quandoque pro eadem iniuria pluribus personis iniuriarum actio competat: viro tamen illatam iniuriam, vxori vindicare non licet.

2 ¶ Patitur autem quis iniuriam non solũ per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet[g]: item per vxorem suam[h]: id enim magis præualuit. Itaque si filiæ alicuius quæ Titio nupta est, iniuriã feceris: nõ solùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris[i] quoque & mariti nomine. Contra autem si viro iniuria facta sit, vxor iniuriarum agere nõ potest. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. Sed & socer, nurus nomine, cuius[k] vir in eius potestate est, iniuriarum agere potest.

a ¶ Fieret. nisi nocens erat. Nam peccata nocentium nota esse expedit. vt ff. ed. eum qui in princ.

† Facie contra moguncios Aa... qui quotidie adsectantur puellas vt l. item. ff. appellato. ff. eod. secus si colludendi, ... fit ... si fit in veste matronali e. l. §. si quis virgines Ægi. P.

b ¶ Matremfamilias. matremfamiliàs eam dicimus, quæ est notæ auctoritatis & honestæ vitæ in domo sua: vt ff. de lib. exhib. l. iij. §. fin. & D. de his qui sunt sui vel alieni iu. l. nam ciuium.

c ¶ Prætextatum. Prætexta[b] genus est vestis qua nobiliores ciues Romani solebant vti. Vnde si alius quàm cui permissum erat deferre[c], deferebat in alicuius certæ personæ ignominiam: iniuriarum tenebatur illi quem insectabatur. sic plerumque fit. Accursius.

b Prætexta quid, v. Bud. in annot. ad Pand. in l. ff. de senator. vbi locũ hunc diligentissimè cũ ex aliis, tum ex Au. Gel. explicat.

c No. secundũ Io. Fab. contra istos gabbadeos, qui solent habitum eremitarũ, siue religiosorum: quia possunt puniri. v. in Auth. de sanctiss. ... Ang.

d ¶ Adsectatus. adsectari, est frequenter sequi, sed attentate, est blando sermone pudicitiam alicuius impetere: vt D. eodem l. item apud Labeonem. §. adhuc.

e ¶ Cuius. id est alicuius.

f ¶ Pluribus modis. qui notantur. ff. eodem per totum. & C. eodem. per totum.

[*Patitur autem quis.*] casvs. Supra dictum est quot modis fit iniuria: modò videndum est qualiter quis patitur iniuriam. Patitur autem quis iniuriam non solùm si aliquo prædictorum modorũ ei directò fiat iniuria: vtputà quia conuitium ei dictum fuit: vel aliquo alio modo: sed etiam si liberis eius quos in potestate habet, aliquo prædictorũ modorum fiat iniuria, pater dicitur passus iniuriam. vnde pro iniuria facta vni personæ quandoque tribus, quandoque quatuor datur actio iniuriarum: veluti si facta fuerit iniuria filiæfamiliàs nuptæ, datur actio iniuriarum patri mulieris: & etiã mulieri, & marito mulieris. Sed quid si marito fuit iniuria facta? potéstne vxor agere pro iniuria sibi facta, & cõuerso? Respon. quòd non. Æquum enim est vxores a viris defendi, & non maritos ab vxoribus. Quatuor enim personis competit actio iniuriarum pro iniuria facta vni personæ in tali casu. Pone quòd aliqua filiafamiliàs nupta filio meo sit, quem in potestate habebã. huic si facta fuit iniuria: competit actio iniuriarum nuptæ & mihi socero pro iniuria facta nurus meæ: & etiam filiofamiliàs marito mulieris: & etiam patri mulieris, h. d. Franc.

g ¶ In potestate habet. si ille qui iniuriam facit, scit eos esse in potestate, licèt ignoret in cuius potestate sint. alioquin non: sicut marito si mulierem viduam credat: vt ff. eod. l. eum qui nocentem. §. fi. Accursius.

h ¶ Per vxorem suam. vel sponsam: vt D. eo. l. item apud. §. sponsam quoque.

i ¶ Sed etiam patris. licèt in potestate patris eius non esset: vt ff. eo. l. j. §. item.

additio. Ista Gloss. non est vera, per legem, *sed si vnus. §. ait prætor. versic. idem est & si emancipatus. ff. eodem.* & ibi videtur Glo. præterea si non competit patri actio iniuriarum, quando credit pulsatum fore patremfamiliàs: vt d. l. eum qui. § fi. D. eod. ¶ Ergo multo fortius non competit sibi, quando in veritate est paterfamiliàs, scilicet quando est emancipatus, secundùm Ioan. Fab. quod credo verum. Ang.

k ¶ Cuius. s. fœminæ vel nurus.

[*Seruus autem.*] casvs. Supra dictum est quòd patitur aliquis iniuriam non solùm per semetipsum, sed & per vxorem suam, & per liberos suos quos in potestate habet. Hæc autem omnia intelligere debes vera esse in liberis. Si enim alicui seruo fiat iniuria, non intelligitur ei fieri aliqua iniuria, eo quòd inspecto iure ciuili serui pro nullo habetur, sed domino serui fit iniuria per iniuriam factam seruo: sicut per iniuriam factam vxori, vel liberis, iniuria fit marito vxoris, & illi in cuius potestate liberi sunt. Solùm enim in duobus casibus fit domino iniuria per iniuriam factam seruo: si vel in contumeliam domini aperte facta fuerit seruo iniuria, licèt non atrox: vel si seruus atrociter verberetur. Cæterùm si aliquis contra seruum tuum conclamauerit, & eum leuiter pugno percusserit, non dabitur tibi actio iniuriarum. hoc dicit Franc.

Ex iniuria facta seruo, nõ agit seruus, sed eius dominus si iniuria in suam contumeliam fiat, vel fuerit atrox. Aret.

3 ¶ Seruis autem ipsis quidẽ nulla iniuria[l] fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur: nõ tamen iisdẽ modis quibus per liberos[m] & vxores: sed ita, cùm quid atrocius[n] commissum fuerit, & quod apertè[o] ad contumeliam domini respicit[p]: veluti si quis alienum seruum atrociter verberauerit: & in hũc casum[q] actio proponitur. At si quis seruo conuitium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit.

Pro iniuria illata seruo communi, agit vterque dominus habita distinctione dignitatis vtriusque. Aretinus.

4 ¶ Si cõmuni seruo iniuria facta sit, æquum est non pro ea

l ¶ Nulla iniuria. quantum[a] ad hoc vt agant, scilicet inspecto iure ciuili. sed sic, inspecto iure naturali: vt ff. eo. l. eum qui. §. j. & ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. ij. & supra de his qui sunt sui vel alieni iur. §. fi. quæ est contra[b].

a Iniuria seruũ non fit, vt ea agere possit iure ciuili. Fit tamen & fieri pot. seruo iniuria inspecto iure naturali.

m ¶ Per liberos. id est filios.

n ¶ Atrocius. quàm æquum sit.

o ¶ Et quod apertè. tempore, & cùm id commissum fuerit quod &c. Si autẽ non in domini cõtumeliam, sed serui tantũ: tamen adhuc non debet inulta relinqui à prætore: vt D. eo. l. item apud Labeonem. §. si quis sic fecit[c].

b Vel dic agere me iniuriarum posse si seruo meo à seruo suo iniuria illata est in meam contumeliã: imò etiã sine mei cõtumelia (vt seruus seruo iniuriam possit facere) liber vero facere non obseruatur. Ang.

c Maleficium non debet remanere impunitũ. l. ita vulneratum ff. ad l. Aquil. Et quod nota, quòd si iniuriã passus non potest agere ex forma statuti (quam forte non soluit collectam) tamen Iudex ex suo offi. potest iniuriã tem punire vt d. l. §. si quis sic fecit. & ibi bonum text. & ibi Bar. in l. non solum § quanquã ff. ex... Ang.

p ¶ Ad contumeliam domini respicit. his duobus casibus domino datur actio: hoc est siue ad eius contumeliam fiat iniuria: siue seruus atrociter verberetur: & sic dominus aget propter iniuriam seruo factam, non tamen serui nomine[d], quasi seruo competat actio, sed in primo casu suo nomine, pro iniuria s. sibi commissa.

q ¶ In hunc casum. non solùm in superiori casu, quando ad contumeliam domini facta est iniuria.

[*Si communi seruo.*] casvs. Supra dictum est quòd si seruo alicuius qui in totum alicuius est, fiat iniuria: quòd in duobus casibus actio iniuriarum competit domino. sed pone quòd seruo cõmuni alicuius simplicis hominis & alicuius nobilis viri pro æqualibus partibus, fiat iniuria, ex qua nascatur actio iniuriarum, qualiter debet ista iniuria æstimari? Et resp. quòd nõ debet fieri iniuriæ æstimatio pro ea parte pro qua quisque eorum dominus est: sed ex personis dominorum: hoc est dignitatibus: hoc est dicere quòd licet humilis persona tantum habeat in seruo quantum & nobilis: non tamen tantum debet iniuria sua æstimari, quantum iniuria facta nobili. Ad l. autem inductam per contrarium. ff. eo. l. sed non est æquum. respond. sic exponendo. l. sed nõ est æquum, pro maiori parte quàm pro qua dominus est, damnationem fieri. hoc sic intellige, quòd quilibet dominorum habebit dimidiam emendæ respectu facto ad suũ totum. Si enim seruus cui facta est iniuria, totus fuisset nobilis, æstimaretur iniuria sua xx. solid. sed quia non est nisi dimidius, æstimabitur decem, & ita æstimatio nobilis viri deducitur ad suum totum. Aut illud æstimabitur habito respectu ad diuturnitatem. Si autem seruus cui facta est iniuria, totus esset domini ignobilis, non valeret iniuria nisi decem. cũ ergo nõ habeat nisi medietatẽ in seruo suo, æstimabitur quinque. Aliis autem modis soluitur ibidem. Sed quid si fiat iniuria seruo in quo aliquis habet vsumfructum: cui competit actio iniuriarum? Et resp. quòd domino proprietatis. Sed pone quòd alicui libero homini qui tibi bona fide seruit, fiat iniuria, dabitúrne tibi actio iniuriarum? Et respond. quòd non, sed sibi, & hoc verum est, nisi in cõtumeliam tui domini cui bona fide seruit, sit vulneratus vel pulsatus. Idẽ est in seruo alieno bon. fi. seruientis,

d Non modum libellãdi & agendi, quia dominus debet dicere seruum fuisse verberatum in contumeliam sui, & ideo quia sibi iniuria illata est, suo nomine iniuriarum agit: sin autẽ alio modo ageret succumberet. Ang.

vt tunc pro iniuria ei facta tibi concedatur actio iniuriarũ, quãdo in contumeliam tui iniuria fuerit ei facta. Et hæc sunt quæ in litera continentur. Franc.

o ¶ *Dominus.* Imo pro parte dominij. *vt ff. eo. l. sed non esse. contra.* Solu.[a] non contradicit si rectè intelligatur. Nam quilibet agit ratione dimidiæ: vt si duo sunt, vnus nobilis, alius ignobilis: si seruus esset totus nobilis, ageret iniuriarum in viginti. nũc ergo aget in decem. ignobilis autem ageret in decem, si esset totus suus seruus: nunc ergo aget in quinque, & ita quilibet pro parte sua & ratio dignitatis habetur.

a Vel ibi erant pares per omnia domini.

b ¶ *Ex dominorum persona* quasi dicat, non ex serui persona.

c ¶ *Magis.* quã Titio.

d ¶ *Meuio.* nisi ad contumeliam vsufructuarij facta sit: *vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. si vsumfructum. & §. item si liberum. ad fi. legis.*

e ¶ *Et tibi.* non solùm ei.

f ¶ *In tuam contumeliam.* nec min' ipse iniuriarum aget. ideò in fructuario distingui oportet *vt ff. eo. l. item. §. item si liberam.*

Pœna autem iniuriarum.] CASVS. Dicit Iustinianus. Domine, dicatis mihi, quæ pœna imponitur pro iniuria in actione iniuriarum? ipse narrat mihi antiquas fabulas, dicens quòd antiquitus imponebatur vna pœna pro iniuria per l. xij. tabul. & alia per prætores postea, & secunda: & vt breuiter dicã, membrum pro mẽbro. propter os verò fractum, vt si aliquis in ore percuteretur, ita quòd sanguis vndique flueret, secundùm dominum Gui. sunt pecuniariæ pœnę constitutæ propter veterum paupertatem: quia ita pauperes erant tunc, quòd satis puniebãtur propter os fractũ, si parum de pecunia soluerẽt. Maluerunt enim tunc temporis suspendi, quàm aliquid de pecunia sua dare[f]. vel potest hoc quod dicit propter nimiã paupertate[m] veterum, referri nõ ad proximum dictum, sed ad aliud quod dicit, erat pœna talionis. Quòd.n. ita pauperes erãt olim, quòd nõ habebãt pecuniã vnde satisfacere possent mẽbrum ruptum propter hoc fuit statuta pœna talionis. sed postea prætores circa naturã iniuriarum tractãtes statuerunt: quòd pro iniuria agatur ciuiliter: & tunc debet iudex in tãtum cõdẽmnare iniuriantem, quanti ille cui fit iniuria, iniuriã sibi factã æstimauerit, vel minoris: secundùm quod sibi æquum visum fuerit. Dicit etiã Iustin. quòd pœna l. xij tab. in desuetudinem abiit: pœna autem à prætoribus introducta hodie habet locum. nã secundùm qualitatẽ personæ cui fit iniuria, crescit vel minuitur iniuriæ æstimatio. h. d. Franc.

parte qua dominus[a] quisque est, æstimationem iniuriæ fieri, sed ex dominorum persona[b]: quia ipsis fit iniuria. 5 Quòd si vsusfructus in seruo Titij est, proprietas Mæuij, magis[c] Mæuio[d] iniuria fieri intelligitur.

Pro iniuria facta libero homini, & seruo alieno, qui seruiunt nobis bona fide: si facta fuerit in despectum nostrum, competit nobis actio iniuriarum. Aret.

6 ¶ Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit: nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit. tunc enim competit & tibi[e] iniuriarum actio. Idẽ ergo est & in seruo alieno bona fide tibi seruiente: vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam[f] iniuria ei facta sit.

Reiecta talionis pœna, quæ olim in iniuriosis irrogabatur, hodie pecuniaria imponitur, vt scilicet tanti reus condemnetur, quanti iniuriam passus æstimandam duxerit, aut iudici taxãti æquum visum fuerit: quippe pro dignitate illius cui infertur, pluris minoris've iniuriam æstimabit.

7 ¶ Pœna autẽ iniuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum[g] quidẽ ruptum[h] talio[i] erat: propter os verò fractum nũmariæ pœnæ erant cõstitutæ, vt in magna[k] veterum paupertate. Sed postea prætores permittebant ipsis qui iniuriam passi sunt, eam æstimare, vt iudex vel tanti reum condemnet quãti iniuriam passus æstimauerit[l]: vel minoris, prout ei visum

b Membrum quid dicatur.

g ¶ *Membrum.* potà[b] manum vel pedem. Auditio. Not. ex text. & glo. quid dicatur membrum: & habetur *in l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. per glo. & doct.* & an Deus dicatur membrum. habetur *in l. custodiens ff. de ædil. edic.* de quo vide Barto. & Ioan. de Imo. *in l. ij. ff. de publ. iudi.* Angel.

h ¶ *Ruptum.* id est detruncatum.

i ¶ *Talio.* id est similitudo supplicij: vt membrum pro membro.

k ¶ *Quasi in magna.* hæc est ratio non ad proximum, sed ad illud quòd erat pœna talionis.

l ¶ *Æstimauerit.* per sacramentum taxatione iudicis.

m ¶ *Honoraria.* facit *I. de iur. nat. gen. & ciui. §. proponebant.*

n ¶ *Æstimatio.* proposita actione iniuriarum prætoria, quæ[a] anno continuo tollitur: *vt C. eo. l. si non conuitij.* nisi in casu, vbi anno vtili datur[b]: *vt ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. post annum.*

fuerit† Sed pœna quidẽ iniuriæ, quæ ex lege duodecim tabularũ introducta est, in desuetudinem abiit. quã autẽ prætores introduxerunt (quæ etiã honoraria[m] appellatur) in iudiciis frequẽtatur. Nam secundũ gradũ dignitatis, vitæq; honestatẽ, crescit aut minuitur æstimatio[n] iniuriæ, qui gradus condẽnationis & in seruili persona nõ immeritò seruatur: vt aliud in seruo actore[o], aliud in medij actus homine[p], aliud in vilissimo vel cõpedito[q] ius æstimationis constituatur.

Lege Cornelia de iniuriis tenetur quis etiam in tribus casibus hic specificatis: & domus nostra dicitur etiam conducta. Aret.

8 ¶ Sed & lex Cornelia[r] de iniuriis loquitur, & iniuriarum actionem introduxit[s], quæ cõpetit ob eam rẽ, quòd se pulsatũ[t] quis, verberatũm[u]ve, vel domũ suã[x] vi introitã esse dicat. Domũ autẽ accipim[y], siue in ꝓpria domo quis habitet, siue in cõducta, siue gratis, siue hospitio receptus sit.

Atrox iniuria grauius punitur, atrocem autem iniuriam ex facto, loco, persona, & corporis parte, qua læsa fuit, reputamus.

9 ¶ Atrox[y] iniuria† æstimatur vel ex facto[z]: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco: velut si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu† prætoris iniuria facta sit. vel ex persona: veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona[a] iniuria facta sit: aut parenti, patronóve fiat à liberis, vel libertis[b] Aliter enim senatoris &

o ¶ *In seruo actore.* i. castaldo.

p ¶ *Medij actus homine.* qui melonauta, alias mediastinus dicitur. *ff. nautæ caupones stab. l. j. §. qui sunt. vers. nec enim. & §. caupones. vers. cæterum.*

q ¶ *Compedito.* id est in eo seruo qui nullam aliam affert vtilitatem: sed tantùm ligatus stat.

[*Sed & lex Cornelia.*] CASVS. Scire debes, quòd pro omni iniuria de mundo debet agi actione iniuriarum ex l. Corne. de iniuriis. quod contingit in tribus casibus: putà si aliquis dicat se pulsatum, verberatum, vel domum suam vi introitam. & appello domũ tuam, siue propria tibi fuerit, siue locata, siue gratis concessa. h. d. Franc.

r ¶ *Lex Cornelia.* ideò sic dicta, quia Cornelius Sylla præfectus primus eam fecit: *vt ff. de accusatio. l. hos accusare. in fine. l.* Accursius.

s *Introduxit.* scilicet dicta l. Cornelia: in qua actione condemnatio fit æstimatione iudicis, non iureiurando in litem: *vt ff. eod. l. constitutionibus.* ¶ Sed quid[c] in his casibus, qui tres sunt ex lege Cornelia, est hæc actio perpetua? Dicunt quidam, vt M. quòd sic: cùm omnis actio ex lege descendẽs sit perpetua: *vt infra de perpe. & tempo. act. in principio:* Sed Ioann. contra. dicit enim semper eam anno continuo tolli: *vt C. eod. l. si non conuitij.* ¶ Et not. quòd his tribus casibus est ciuilis, aliàs est vbique prætoria, cùm a prætore sit inducta: *vt ff. eo. l. prætor.* Accursius.

t ¶ *Pulsatum* sine dolore.

u ¶ *Verberatum.* s. cum dolore *vt ff. eo. l. lex Cornel. §. j.*

x ¶ *Domum suam*[d]. facit. *D. de his qui deiec. vel eff. l. j. §. habitare.*

[*Atrox iniuria.*] CASVS. Intellexi domine Iusti. superius fieri mẽtionẽ de atroci iniuria. sed domine, qualiter cognoscã atrocẽ iniuriam? Et ipse resp. dicens, quòd atrox iniuria quatuor modis cognoscitur: videlicet ex loco dupliciter. s. ex loco vbi fit, vel loco vulneris. Item ex facto, vt si aliquis vulneratus fuerit, vel grauiter læsus. & etiam ex persona: vt patet ex litera. h. d. Fran. de Aret.

y ¶ *Atrox.* ideò atrox[e] iniuria ab alia separatur, quæ fit minor, vt per hoc magis puniatur: *vt s. e. §. pœna autem D. e. l. prætor edixit. §. atrocem. & §. si. & l. vulneris & l. seq.*

z ¶ *Ex facto.* magis quàm ex pretio rei: *vt ff. de incen. rui. nauf. l. Pedius §. j.*

a ¶ *Humili persona* quæ sit[f] persona humilis. dic *vt C. de incestis nup. l. humilem.*

b ¶ *A liberis vel libertis.* quibus aduersus parentes & patronos agere

parentis patronique, aliter extranei & humilis personę iniuria æstimatur. Nonnunquam[a] & locus vulneris atrocem iniuriam facit: veluti si in oculo quis percussus fuerit. Paruũ autẽ refert, vtrum patrifamilias, an filiofamilias[b] talis iniuria facta sit. nam & hæc atrox iniuria æstimabitur.

Illata iniuria, aut ciuiliter aut criminaliter vlciscitur: ciuiliter, quando multa iniuriato adiudicatur: criminaliter, si quando reus iudicis arbitrio extra ordinem puniendus committitur: quo casu procurator interuenire nequaquam potest: nisi qui iniuriam persequitur, vel se defendit, aut illustris aut superillustris sit.

10 ¶ In summa sciendum est, de omni † iniuria eum † qui passus est, posse vel criminaliter agere[c], vel ciuiliter. Et si quidem ciuiliter agatur: æstimatione facta secũdùm quod dictum est[d], pœna[e] reo imponitur: si autem criminaliter officio iudicis extraordinaria[f] pœna reo irrogatur: hoc videlicet obseruando quod Zenoniana constitutio[g] introduxit, vt viri illustres[h] †, quique super eos sunt, & per procuratores possint actionem[i] iniuriarum criminaliter vel persequi vel suscipere secundùm eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet[k].

Etiam qui curauit vt cuipiam per aliũ iniuria fieret, iniuriarũ tenetur.

11 ¶ Non solùm autem is iniuriatum tenetur qui fecit iniuriam, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriam, vel qui procurauit vt cui[l] mala[m] pugno percuteretur[n].

Actio iniuriarum non nascitur, nisi ab initio iniuriatus ad animum suũ iniuriam reuocauerit. Vel sic secundũ Glos. Actio iniuriarum iam nata tollitur dissimulatione. Aret.

12 ¶ Hæc actio dissimulatione[o] aboletur: & ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est statim passus ad animum suum nõ reuocauerit[p]: postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

DE OBLIGATIONIBVS quæ quasi ex delicto nascuntur.
TITVLVS V.

---

gere permittitur, si[a] sit atrox iniuria facta ei à parentibus & patronis: vt ff. eo. l. prætor edixit §. præterea. putà in oculo vel in ore, vt ff. eo. l. prætor. §. fi. & l. seq. Accur.

ADDITIO. Dicas secundùm Salyc. in l. iniquum C. qui accus. non poss. quòd licèt pro leui iniuria filius in potestate non possit patrem solenniter accusare: vt l. is vlla. ff. de iudic. tamen iudicis officium potest implorare pro graui: vt l. si leones. C. de quæst. aud. Emancipatus quoque pro leui delicto non accusat, sed pro graui sic, dummodo ciuiliter agi non possit. alias secus, vt hic per doct.

a ¶ *Nonnunquam.* i. aliquãdo. & sic[b] duę negationes faciũt vnam affirmationem. Accur.

b ¶ *Filiofamilias.* quia facta[c] iniuria filio duæ actiones nascuntur: & vtriusque exercitium cõpetit patri: vt ff. eo. l. sed si vnius. §. filiofamilias. & l. pater. sed facta iniuria patri, non ideò filius aget.

In summa.] CASVS. Ille qui patitur iniuriã, potest agere de iniuria sibi illata ciuiliter, si voluerit, vel criminaliter. Si autem ciuiliter agatur: æstimatione facta secundum quod supra dictum est, iudex pœnam reo irrogabit. Si autem criminaliter, tunc extraordinaria pœna est imponenda. Hoc tamen vult semper obseruari domin' Iustinianus: quia illustres & superillustres iniurias sibi illatas per procuratores agere possint tam criminaliter quàm ciuiliter secundùm tenorem constitutionis Zenonis quam habes C. eodem. l. fina. ad quam recurre. Franc.

c ¶ *Agere.* & sic[d] tollitur vnum iudicium per aliud: cùm vtrũque sit proditum ad vindictam: vt ff. e. l. prætor §. j. & l. quod senatusconsultum. in fi. in Glo. fi. secus si alterum esset de re familiari: vt Cod. quando ciu. act. crimi. præ. l. j. Et ideo si de iniuria atroci actum est iniuriatum, nihilo minus potest agi lege Aquilia ad damnum, & econuerso. Nec enim actione iniuriarum agitur ad damnum vt ad damnum, sed vt ad contumeliam: vt ff. eod. l. item apud Labeonem §. si quis seruo verberato.

d ¶ *Dictum est.* vt s. eo. § pœna. in fi. §.

e ¶ *Pœna.* pecuniaria scilicet actori danda.

f ¶ *Extraordinaria.* i.[e] capitis vel status si iudici sedeat, vel pecuniaria inferenda fisco, non actori: vt ff. eodem. l. fin. Accur.

ADDITIO. Et sic vbi pœna est in arbitrio iudicis, potest suum arbitrium extendere vsque ad mortem: quod est verum pensata & attenta facti qualitate. l. Pedius. §. j. ff. de incendio, ruina, naufra. Item ex hac Glossa elici potest quòd si ageretur de crimine ad pœnam pecuniariam fisco applicandam, iudicium dicitur esse criminale.

g ¶ *Constitutio.* vt C. eo. l. fi.

h ¶ *Illustres.* hi[f] sunt qui tantùm nomine illustres sunt, & non dignitate. Illi autem sunt super eos, qui dignitatẽ & administrationem habent: supra quos nemo est nisi imperator[g], quod dic vt notaui in Auth. vt ab illustri & qui supra eos sunt. col. v.

i ¶ *Actionem.* i.[h] accusationem. Et est speciale in accusatione, aliàs contra: vt ff. de procu. l. licet. §. ad actionem. & ff. de pub. iudic. l. pen. §. ad crimen.

k ¶ *Apparet.* dic ergo hic casum eius legis.

Non solùm.] CASVS. Scire debes quòd nõ solùm tenetur actione iniuriarum qui fecit iniuriam: sed & ille qui procurauit vt ab alio fieret. h. d. Fran. de Aret.

l ¶ *Vt cui.* i. alicui. vel cuius, id est alicuius.

m ¶ *Mala.* i. maxilla.

n ¶ *Percuteretur.* Sed videtur quòd ex tali consilio non teneatur: vt s. de oblig. quæ ex delictis nascuntur. §. ope. in fin. §. Sed dic vt ibi diximus. Item argu. contra s. man. §. tua tantum. ibi, quia nemo ex consilio.

[*Hæc actio.*] CASVS. Si aliquis fecerit mihi iniuriam & ego dissimulauerim[a]: si pœnitcat postea, & velim agere iniuriarum: non possum. h. d. Fran.

o ¶ *Dissimulatione.* Vt si[b] tisi vel lusi vel comedi cum eo postea. Item tollitur etiam nudo[c] pacto ipso iure: vt ff. de pactis. l. si tibi. §. quædam actiones. ¶ Sed nũquid est nata[d] etiam statim facta iniuria an ita demùm si dicas, ad animum reuoco? Quod vltimum dixit B. vt dicunt. Sed certè imò est nata statim: nec enim ex reuocatione ad animum, vel ex verbis talibus nascitur hæc actio, sed ex contumelia: vt ff. de pact. l. si vnus. § pactus. Item quomodo aboleretur hæc nisi esset nata: certè nullo modo: vt ff. de inoff. sup. test. l. nã & si. §. post desi. & ff. de ver. ob l. decẽ.

p ¶ *Nõ reuocauerit.* i.[e] aboleuerit. Non enim oportet dicere, ad animum reuoco: sed sufficit si remaneat iratus[f], & ei nõ recõciliatur. ¶ Sed quid[g] si in vltima volũtate in pœnitentia remisit quasi coactus morte, & postea cõualet: nunquid renascitur? Videtur q sic: vt arg. ff. de dona. §. mortis causa. Item quia coactus[h] remisit, vnde prætor ratum non habet: vt ff. quod met. causa. l. j. Sed contradico: quia fuit semel extincta: vnde in perpetuũ resuscitari non potest: vt ff. de sol. l. qui res. §. aream. ibi, in perpetuum. Item præsumo quòd perpetuò voluerit remittere, siue cõualuerit, siue non. nam alias nõ potuit bene pœnitere. præsumã ergo eum nõ fuisse immemorẽ suæ salutis: vt C. ad leg. Iul. repe. l. fi. ¶ Item est contra ad id quod hic licet nuda volũtate tolli hanc actionem. ff. de neg. gest. l. Pomponius, ibi, nam quomodo, &c. & ibi not. Gl. nuda. sed certè ab initio tollitur nuda voluntate & simplici[i] & voto tantùm. sed si semel ad animum reuocauerit, non remittitur per nudam voluntatem, sed per voluntatem nudam verbis vel pacto expressam, sic etiam ipso iure, vt dictum est per l. ff. de pactis. l. si tibi. §. quædam.

DE OBLIGATIONIBVS, &c.

Quia[k] de obligationibus ex maleficio diximus, sequitur de his quæ ex quasi maleficio sunt. Accursius.

S*i iudex.*] Totus iste titu. diuiditur[l] in duas partes principales. Primò ponit casus in quib' quis obligatur ex quasi maleficio. Secundo qua actione his casibus agatur. Secũda, ibi, In his autẽ. CASVS. In toto ti. isto nihil aliud dicitur, nisi quòd ponũtur quædam exẽpla in quibus quidẽ exẽplis tenetur aliquis ex quasi delicto: & inter omnia exẽpla primũ exẽplum est de iudice, qui cognoscẽs inter me & aduersariũ meũ, per suã imprudentiã vel imperitiã cõtra iustitiam meã pronunciauit, credens æquum de me facere. Iste enim iudex dicitur litem facere suã: hoc est damnum alterius in se trãsferre. Io id etiam mihi tenetur, in quo per imperitiã suam me læsit. Sed quo genere dicemus ipsum mihi obligatum? Resp. vt superius dictum est, q cũ nõ sit obligatus ex cõtractu, nec ex quasi cõtractu, eo q neq; cõtraxit, neque quasi cõtraxit: neque maleficio, quia credebat bene facere, ex quasi delicto obligatur. Sed pro Deo, in quantũ sustinebit iudex iste imperitus pœnã? Resp. q in quantũ æquũ visum fuerit iudici maiori: hoc est secundũ quòd plus vel minus iudex maior viderit ipsum errasse. Secus enim est si circa certa & communia aliquis iudex errauit. & secus si errauerit circa occulta huius philoso. hoc dicit Franc.

a Iniuriæ ero ... nomine filius aduersus parentem, libertus aduersus patronum agere potest.
b Negationes duæ faciunt affirmationẽ.
c Iniuria duæ actiones nascuntur ex iniuria filio illata.
† Seu leuis sit, siue atrox, qui totam dicit, nihil excludit. Ang. Per.
† i. solam, non quamlibet de populo, quia iniuria est crimẽ priuatum. fallit in libello famoso. Ang. Perr.
† In aliis vbicunque potest imponi pœna corp. non admittitur procurator, neque agendo, neque defendendo secundum Bart. & Ag. Perr.
d Actio quæ dicit alium tollat.
e Pœna arbitraria ad mortem extenditur.
f Illustres & super illustres qui dicantur.
g Hoc vt per gl. & omnes doct. in l. fi. C. e. Ang.
h Actio pro accusatione.
a Iniuriarum actio dissimulatione quomodo tollitur.
b Iniuria remissio signa hæc sunt, cum eo qui iniuriauit, lusisse, comedisse, vt hic, quod verum intelligit Fa. bonitas ... propria sponte, non si necessitate, verbi gratia, si in officio publico, aut nuptialibus. Vtique in omni propè assidere iussi sunt à communi domino si sedit in panis in templo, vtique data est à domino lege mini...
c Iniuria nudo pacto tollitur ipso iure.
d Iniuriæ actio oritur ex ipsa contumelia, non ex reuocatione ad animum iniuriæ, aut protestatione vindictæ.
e Iniuriam non reuocare ad animum quis & quando dicatur.
f Dic vt ff. de adu. leg. l. j. §. fi. ... Bar. ... Ang.
g ... in articulo mortis, aut cõfessione ... qualis ... est quam sit coram ecclesiastica persona remissa conualescẽte agroto, neque tacitè, neque expressè reuocari non potest.
h Coacta remissio ... non habetur à prætore.
gestorum libris apertiùs apparebit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed istæ. hoc dicit Aretinus.

¶ *Libellus pro seruitute personali.*

Est quædam actio realis, quæ datur pro seruitute vindicanda, siue sit realis, siue personalis: *vt hic. §. æquè. & ff. si seruit. vindic. l. ij.* & primò circa seruitutem personalem formatur libellus. Est autem seruitutus personalis vsusfructus quem habemus in rebus alienis: *vt ff. de vsufruct. l. j. & supra de vsufruct. §. constituitur. & supra de vsu & habit. in prin.* forma igitur libellum primò in seruitute personali in hunc modum, Dico ego b, contra c, quòd ipse habebat prædium in quo habeo ius siue seruitutem vtendi fruendi: vnde propono confessoriam actionem contra dictum c, & peto dictam seruitutem mihi adiudicari: & ipsū c, vt patiatur me vti frui, condemnari. In qua etiam actione sufficit causam proponere vt supra dictum est: & proponetur ita, Vnde cum habeam ius vtendi fruendi, pero mihi illum condemnari. Eodem modo formabis libellum in eo qui habet tantùm vsum dimittendo hoc verbum frui. & potest addi sic, & qui tanto tempore me prohibuit & impediuit vti frui: pero dictum c in fructibus quos percepissem, vel percipere potuissem, mihi condemnari. & hoc per *l. j. ij. & iij. respon. & l. fi. ff. si vsusfructus peta.*

¶ *Libellus pro seruitute reali.*

Circa seruitutem realem forma sic libellum. sed primò sciendum est quòd seruitus realis non potest deberi, nisi vterque habeat prædium: vnus vnum quod seruiat, alter aliud cui seruiatur: *vt s. de serui. §. ideo autem. & ff. communia prædio. tam rustic. quàm vrbano. l. j. in fi.* Seruitutes rustico. prædio. sunt iter, via, actus, & aquæductus: *vt ff. de serui. rusti. prædio. l. j. in prin.* Forma ergo sic libellum in serui. rustico. prædio Dico ego a, contra b, quòd habeo seruitutem eundi per fundum suum ad fundum meum: vnde propono confessoriam contra ipsum b, & pero ipsam seruitutem mihi adiudicari: & ipsum vt patiatur me vti hac seruitute, mihi condemnari. Eodem modo formabis in aliis ser. rusticorum prædiorum. & loco actio. si via potes ponere causam, & adsignare scilicet hanc, Vndè quia ius habeo eundi. & formabis vt in libello superiori continetur.

b ¶*Æquè.* s. datur actio in rem.

c ¶*Agat.* s. actione confessoria. Quòd si vocetur, legitur *ff. si seruit. vindi. l. ij. in princ.*

d ¶*Vtendi.* hæc seruitus est personalis, sed sequentes reales: *vt ff. de serui. l. j.*

e ¶*In rem actio est.* s. confessoria.

g ¶*Eiusdem generis.* s. vt sit in rem.

f ¶*Sibi ius esse.*[a] No. quòd confessoria[b] proponitur verbis affirmatiuis, & negatoria negatiuis: & ex hoc comprehenditur medium concludendi in huiusmodi actionibus: de quo dic vt per Ang. hic.

h ¶*Tollendi.* vt si eram in quasi possessione seruitutis domus meæ, ne mihi liceret altius tollere: me volente ædificare, debeo agere negatoria. & hic ita interseris[c] exemplum negatoriæ: *vt ff. si ser. vin. l. & ff. si forte. §. j.* In hac enim seruitute negatoria verbis affirmatiuis, & confessoria negatiuis proponitur: *vt ff. si ser. vin. l. loci.* Alia verò exempla quæ ponuntur, bene ponuntur in cōfessoria vsque illuc. Contra &c. 2 Vel pone hoc exemplum in confessoria: vt si talem mihi debeas seruitutem, vt altiùs teneas ædificatum: *vt ff. de serui. vrba. præd. l. si arborem. §. interdum & l. eum debere.*

a Hæc Gl. non est vera. ut addit.

b Confessoria affirmatiuis: negatoria, negatiuis verbis concipitur &c.

c Displicet Dy. Ni. Ioan. Fab. & Ang. l. & dicit 1, quod est dextro.

¶ *Libellus pro seruitutibus vrba. prædiorum.*

[*Contra quoque.*] Seruitutes vrb. prædiorum sunt vt seruitus prospiciendi, vel immittendi tignum in vicini ædes, & aliæ similes: *s. hoc. §. Æquè. ver. eiusdem & ff. de ser. vrb. prædio. l. j.* & forma libel. in qualibet istarum actio. hoc modo: Dico ego e, contra a, quòd ego habeo ius immittendi tignum de domo mea in ędes suas: vnde propono confessoriam contra ipsum, & pero dictum ius siue seruitu. immittendi tignum mihi adiudicari: & ipsum a, vt me patiatur vti tali seruit. mihi condemnari. & in libel. potes edere causam pro act. & erit causa talis. Quia seruitutem habeo immittendi tignum de ædibus suis in ædes meas, inde pero &c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodem modo forma lib. in aliis seru. vrb prædiorum excepta seruitute altius non tollendi: in qua lib.

habet

habet formari verbis negatiuis, scilicet hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd ipse non habet ius altius tollendi ædes suas: quia ego habeo seruitutem in ędes suas altius non tollendi: vnde proponendo confessoriam contra ipsum b, peto seruitutem altius non tollendi mihi adiudicari & ipsum ne altius tollat, mihi peto condemnari. Et in ista sicut in aliis potest loco actionis causa proponi, hoc modo: Vnde cum habeam ser. in ædes suas altius non tollendi, peto &c.

in vicini ædes. Contra [a] quoque de vsufructu, & de seruitutibus prædiorum vrbanorum, item prædiorũ vrbanorum, inuicem quoque proditæ sunt actiones[b]: vt si quis intendat ius non esse aduersario vtendi fruendi, eundi, agendi, aquámve ducendi, item altiùs tollendi[c], prospiciendi proiiciendi, immittendi. Istæ quoque actiones [d] in rem sunt, sed negatiuæ. Quod genus actionis [e] in controuersiis rerum

¶ *Libellus in actione negatoria.*

Est & alia realis actio quæ competit pro seruitute neganda tam in rustico prædio, quàm vrbano: & appellatur negatoria: *vt ff. si seru. vind. l. ij. in princip. & hic in verb. contra.* Super quo formandus est libellus & in rusti. prædio, & in vrba. Sed primò in seruit. rustic. prædio. formatur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd cum ipse sit in quasi possessione serui. eundi per fundum meum ad fundũ suum, & ipse non habeat seruitutem in fundo meo: proponendo negatoriam contra ipsum b, peto absolui à tali seruitute. In isto libello potest poni causa loco actionis. vnde cum seruitutem non habeat eundi, peto &c. Similiter in aliis serui. prædio. vrba. formatur negando, scilicet vt actio sit negatoria, & causa similiter. Vnde cum non habeat ius istius seruitu. peto &c. potest etiã in actione negatoria quæ datur pro seruitutibus vrbano. prædio. denegandis, sic formari libel. Dico ego c, contra b, quòd cum ipse sit in possessione immittendi tignum de ædibus suis in ædes meas, & ipse non habeat ius immittendi tignum in ædes meas, peto &c. Et sic formatur libellus in aliis seruitu. vrba. pręd. denegandis, formando per verba negatiua. Similiter formatur sic, quando negatur seruitus altius non tollendi: in qua non formabitur libellus verbis affirmatiuis, sed negatiuis hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd cum ipse sit in quasi possessione seruitu. ædium mearum, quòd ipse habeat seruito. in ædes meas, ne mihi liceat illas altius tollere: ideo peto proponendo negatoriam actionẽ contra ipsum b, ab huiusmodi seruitute absolui, & ipsum, ne me altius tollentem impediat, mihi condemnari. & causa in hoc libello proponitur talis: Vnde cum ipse non habeat seruitutem in ædibus meis ne liceat mihi altius tollere, peto &c.

a ¶ *Contra.* i. in contrarium. Nam ſ. de confessoria per quam seruitutes debentur: nunc de negatoria per quam seruitutes denegantur: *vt ff. si ser. vind. l. ij. in princ.*

a Ridiculum est secundum Dy. Io. Fab. & Ias.

b Imò Dyn. & Ias.

b ¶ *Proditæ sunt actiones.* s. negatoriæ.

c ¶ *Altius tollendi.* Exemplum confessoriæ[a]. In his enim exemplis omnibus repetitur, nõ. a Vel dic non repeti[b], non ad hoc exemplum, sed ad alia sic.

¶ Sed quæritur hic, quare nomina talia dantur talibus actionibus? Respondet Pla. quia negatoria negatiuis verbis proponitur, confessoria verò affirmatiuis. Hæc opinio reprobatur in seruitute altius tollendi: ibi enim confessoria negatiuis, negatoria affirmatiuis[c] verbis proponitur. Dic ergo potius inspiciendam esse naturam, quàm verba, vt confessoria ideo dicatur, quia ad hoc vt confiteatur se debere, datur: negatoria autem, quia negatur.

c Habendo respectum ad medium concludendi. Ange. & Ias.

¶ Item quare istæ dicuntur in rem? Respondet quia ad similitudinem rei vindicationis dantur. Sicut enim illa ratione dominij vel quasi datur, sic & istæ: vt ecce ratione dominij datur confessoria, s. domino fundi cui seruitus debetur: *vt ff. si seruit. vindic. l. ij. §. hoc autem.* & ratione quasi dominij, vt fructuario creditori[d], & superficiario[e]. Item Publiciana datur ei cui seruitus est constituta à non domino fundi: *vt ff. de remiss. l. j. §. idem Iulianus. & de superfic. l. j. §. fina. & si vsusfruct. peta. l. j. & de Publicia. in rem actio. l. si ego. §. & in j. respon.* Item sicut ratione possessionis vel quasi datur rei vindicatio: & sic hæc confessoria ratione veræ possessionis aduersus eum qui possidet agrum, qui seruitutem debet: *vt ff. si vsusfruct. peta. l. vti frui. §. vtrum.* vel quasi possidet: *vt ff. si vsusfructus peta. l. fin.* Hoc idem in negatoria: nam ipsa ratione dominij datur domino fundi qui negat seruitutem deberi, vtilis autem quasi domino: quia ius habet in fundo quem negat seruitutem debere: *vt ff. si serui. vindica. l. ij.* Et econtra ratione possessionis intenditur contra eum qui possidet rem ratione vsusfructus: *vt ff. de acquirend. possessio. l. naturaliter.* vel quasi possidet, vt si re vtatur propter illam seruitutem quam sibi dicit debitam: in quibus non est vera possessio etiã naturalis: *argum. ff. de seruit.*

d Ista duo exẽpla displicent Dy. Bart. Ioã. Fab. Plac. Ange. & Ias.

e Istud exemplum placet Nicol. Fab. Plac. Ange. & Ias. & idẽ dic in emphiteuta & vassallo.

Institut.

vrbano. prædio. l. si ædes. §. libertas. & §. sequen. & ratione horum & similium dicuntur in rem. Item nota quòd dicit Pla. quòd negatoria ita demum datur, si fuerit seruitus constituta, & postea amissa: sed fallum est. competit enim & si nulla fuit: *vt ff. si serui. vind. l. loci. §. competit. & l. si fistulas.*

corporalium proditum non est. Nam in his [f] is agit, qui non possidet: ei verò qui possidet[g], non est actio prodita per quam neget rem actoris esse[h]. Sanè vno casu [i] qui possidet, nihilo minus is actoris partes obtinet: sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit[k].

Item secunda actionum sectio pertractanda capitur: & primo de in rem prætoriis. Qui iusto titulo ab eo quem dominum credebat, rem

d ¶ *Istæ quoque actiones.* de quibus ſ. proxim. §. dixi. Nam ad proxima est facienda relatio:[a] *vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fin. & de test. l. heredes. §. sed & si notam.* Nam aliæ non sunt negatiuæ, sed affirmatiuæ. sed in eo quod dicit, in rem sunt: potest ad vtrumque referri.

a Hoc verum nisi ad omnia possibilẽ Dy. & Ni.

e ¶ *Quod genus actionis.* scil. negatoriarum & affirmatiuarum. ¶ Et nota quòd nomen actionis largè hic ponitur:[b] aliàs verò pro personalibus tantum, vt diximus ſ. eo. §. j.

b Idem Ni.

f ¶ *In his.* s. causis rerum corporalium.

g ¶ *Possidet.* scilicet in solidum. Si enim duo asserant se possidere, & vterque vincit, poterit alter vindicare: *vt ff. vti poss. l. si duo. in fin. j. respon.*

h ¶ *Neget rem actoris esse.* Hæc verba restringunt[c] præcedentia, scilicet ei verò &c. Nam hoc perpetuò verum est, quòd aliàs non datur actio possidenti, per quam neget rem actoris esse. Sed potest poni casus vt possessor habeat actionem per quã dicat se dominum esse: *vt ff. de rei vindi. l. officium. & ff. vsusfru. quemadmodum ca. l. si vsusfructus nomine.* Constat enim commodatarium non possidere, & commodantem possidere: *vt ff. commo. l. rei.* Idem in conductore & locatore: *vt ff. de vsucap. l. non solum. §. j.* Alij dicunt [d] legem illam, officium, loqui quando alius non possidens agit: vt sic ratione detentationis talis agatur. Suor & alij, vt Bal. & Ioannes, qui dicunt quòd eo ipso quòd agit possessor rei vindicatione, renuntiat [e] causæ possessionis, cum hoc sit impossibile, se possidere, & vindicare posse. prima verior est. Accursius.

c Sequuntur Angel. & Ias.

d Ista dissoluet Ang. & Ias.

Rem actoris esse.] Actoris, i. petentis qui se dominum esse contendit. Possessor in petitorem negatoriam non habet. In ipsum possessorem petitor confessoriam habet. Cuiacius.

i ¶ *Vno casu.* vt in duplicibus iudiciis: *vt ff. de iudi. l. in tribus. & j. eod. §. quadam. & ff. vti possid. l. si duo. §. j. & j. de interdict. §. tertia. & ff. familiæ erciscun. l. ij.*[f] a Vel dic quòd dicit de quolibet exceptione proponenda. Nec enim hic dicit quòd sit actor: sed cautè dicit quòd partes siue onera actoris sustinet, secundum Ioannem: *vt ff. de exceptio. l. j.*

e Hoc verum quando agit occasione illius possessionis, quæ erat penes ipsum, & per semetipsum possidebat, & sciebat se possidere. Ang & Ias.

f Hoc exemplum sequitur Dyn. hic: sed Ioan. & Pet. contra. quia exceptio debet esse de regula: nam in rebus incorporalibus possidendis, non datur actio nisi in vno casu, sed secundũ Ol. essent plures quàm mille. Praeterea id istis duplicibus iudiciis qui agit, non negat rem actoris esse, nec agit rei vind. per literam sequitur Angel.

ADDITIO. Dic, nec etiã placet hoc Pe. & Dyno, quia secundũ hoc essent plus quam mille casus. Vnde Pet. ponit exemplum quãdo reus suscepit in se onus probandi, l. quòd res petita pertinet ad eum, & non ad actorem: *vt l. circa. ff. de proba.* & hoc exemplum placet hic Ioan. Fab. nam litera non dicit actor: sed vicem actoris sustinet. & sic non est propriè exceptio, sed quædam illatio. Ang.

k *Apparebit.* vt *ff. de iudi. l. in tribus.* secundum primum. *vel ff. de except. l. j.* secundum secundum.

[*Sed istæ.*] Diuiditur in duas partes. Primò ponit & declarat actiones præcedentium. §§. fore ciuiles. Secundò ponit de actionibus prætoriis: ibi, aliæ autem. Item ista secunda subdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus in rem prætoriis. Secundò ponit de personalibus. Secunda inferius in §. in personam. Itẽ prima subdiuiditur. Nam primo ponit quando res petitur quasi vsucapta, quæ non est. Secundò quando vsucapta est: & petitur ac si vsucapta non esset. Secunda ibi in §. rursus. Item prima subdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus prætoriis in rem. Secundò de eis duo ponit exempla. Secunda ibi, Ecce plerumque. Primum exemplum prosequitur ibi, Namque. si cui. Secundum in §. Rursus. iam allegato. Aretinus.

CASVS. Domine, iam posuistis mihi vnam compendiosam diuisionem actionum, & membra diuisionis per dilucida exempla declarastis. Pro Deo nunquid sunt plures diuisiones actionum? Et respondet Iustinianus quòd sic. Nam actiones quędam sunt ciuiles, quędam prætoriæ. Istæ enim actiones de quibus superius mẽtionem habuimus, & si quæ eis aliæ similes sunt: ex legitimis & ciuilibus causis descendunt, id est ciuiles sunt: aliæ autẽ actiones sunt quas prætor introduxit ex sua iurisdictione. Sed domine, nunquid prætoriæ diuidi possunt? Et respondet quòd sic. Prætoriarum enim quædam in rem, quædam in personas sunt. Prætor enim quasdam actiones ex sua iurisdictione comparatas habet

tam in rem, quàm in personam: quas etiam ipsas prætorias necessarium est, id est vtile, exemplis ostendere. Et hoc vsque ad illum versiculum, ecce plerunque &c. in quo pone sic casum: Domine vos dixistis mihi supra quod prætoriarum actionum quædã sunt in rem, quædam in personam: & promisistis quòd easdem per exempla mihi ostenderetis. Ad hoc respondet Iustinianus, Amice, libenter. Ecce plerunque prætor permittit in rem agere: ita vt actor dicat se aliquam rem quasi vsucepisse, quam in veritate non vsucepit: & tamen vtili in rem actione prætoria ita vindicat suam esse, quasi vsucepisset. Et non solùm in casu isto locum habet actio prætoria in rem, sed in casu conuerso. Quandoque enim ita permittit prætor in rem agere, vt aliquis dicat aduersarium suum rem quasi non vsucepisse, quam in veritate vsucepit: & ita eam rem ab eo prætoris auxilio auocat, quasi eã nunquam vsucepisset. Sed pone domine, pro

tradítam accepit, si prius à rei possessione ceciderit, quàm vsucapionẽ absoluerit, is aduersus possessorem Publicianam in rem actionem intentare potest: vt perinde ei restituatur, ac si vsucapione eius rei dominium nactus fuisset.

3 ¶Sed istæ quidem actiones quarum mentionem [a] habuimus, & si quæ sunt similes [b], ex legitimis [c] & ciuilibus causis descendunt.

4 ¶Aliæ autem [d] sunt, quas prætor ex sua iurisdictione cõparatas habet tã in rem [e], quàm in personam: quas & ipsas [f] necessarium [g] est exemplis ostendere: vt ecce [h], plerunque [i] ita permittit prætor in rem agere, vt vel actor dicat [k] se quasi vsucepisse quod non vsuceperit: vel ex diuerso [l] possessorem aduersarium suum non vsucepisse, quod vsuceperit.

Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate prætoris illi qui rem nactus est à non domino ex aliquo iusto titulo, qui esset aptus ad dominij translationem: & datur quasi ipse rem vsuceperit. Aretinus.

4 ¶Namque si cui ex iusta causa [m] res aliqua tradita [n] fuerit (veluti ex causa emptionis,

Deo dicatis mihi exemplum familiare, in quo actor dicit se quasi vsucepisse rem, quam in rei veritate non vsucepit. Ad hoc respondet, Amice, dabo tibi bonum exemplum: Nam pone quòd aliqua res alicui ex causa iusta, putà Petro à non domino tradita sit, veluti ex causa emptionis, vel donationis, aut ex causa dotis, aut ex causa legatorum, vel ex alia simili causa apta ad dominij translationem: & necdum Petrus bonæ fidei possessor illius dominium beneficio illius vsucapionis adeptus sit. si possessionem illius rei aliquo casu amittat, nullam habet de iure ciuili directã actionem in rem ad illam rem persequendam. Ita enim proditæ sunt actiones in rem de iure ciuili, vt quis ratione dominij rem suam vindicaret. Cùm igitur de iure gentium, putà per traditionem non sit illius rei dominus effectus, neque de iure ciuili, putà per vsucapionem, liquet manifestè quòd omne beneficium iuris ciuilis in hoc casu Petro sit præclusum. Sed quia prætori qui naturali æquitate mouetur, durum videbatur in hoc casu Petro possessori bonæ fidei deficere penitus actionem: quandam actionem de æquitate introduxit: beneficio cui' actionis Petrus qui possessionem amisit, dicit se eam rem quasi vsucepisse: & ita prætoria in rem vindicat suam esse: sicut si in rei veritate eam vsucepisset, & directa in rem ciuili eam vindicaret. & ista actio de æquitate prætoris in hoc casu introducta, Publiciana appellatur: quæ ideo sic appellatur, quia primum à Publicio prætore in edicto proposita est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Rursus ex diuerso. Franciscus.

[*Sed istæ.*] Latenter accedit ad secundam diuisionem, scilicet aliæ sunt ciuiles, & aliæ prætoriæ: & de omnibus exemple ponit.

¶Sed quæritur de duabus, scilicet de [a] actione in rem, quæ datur contra eum qui dolo desiit possidere. Videtur enim prætoria: *vt ff. de noxa. act. l. actio.* §. j. Sed & ciuilis videtur, inspecta persona actoris, qui de iure ciuili admittitur ad agendum: *vt ff. de rei vindicatione l. in rem actio.* Sed dic eam ciuilem [b], inspecta potius persona actoris, quæ dignior est: *vt ff. de doli mali exceptio. l. purè. §. fin.* Et hæc consideratio semper habetur. Nam hereditatis petitio dicitur prætoria, quando bonorum possessori datur, vel fideicommissario: licèt contra possidentem pro herede, vel pro possessore detur. & econtra si detur heredi de iure ciuili, dicatur ciuilis: *vt ff. de petitio. heredi. l. j.* Semper [c] enim iudicamus an actio sit ciuilis vel prætoria, inspecta [d] persona actoris. ¶Secundo quæritur de actione commodati. Sed dic eam ciuilem [e]: *vt ff. commodati. l. in commodato. §. sicut.* Et quod dicitur eodem titulo. *ff. commodati. l. j. in principio in glossa, ait prætor. quæ est glossa. j.* vel approbando, vel confirmando dicit. non inueniendo: sicut & de petitione hereditatis dicitur. *ff. si pars heredi. tatis petatur. l. j. in principio.* Sed tamen ipsa ciuilis est: cum sit ex senatusconsulto, & centumuiralis dicatur: *vt ff. de petitione hereditatis. leg. item veniunt. §. cum antequam. & Cod. de hereditatis petitio. l. fina. in principio.* Omnes [f] enim actiones quæ oriuntur ex his quinque partibus iuris, scilicet legibus, senatusconsultis, plebiscitis, principum placitis, & responsis prudentum, ciuiles sunt. Quæ [g] verò à magistratibus vel prætorum edicto descendunt, prætoriæ sunt: *vt supra de iure natu. §. constat. vsque ad §. ex non scripto. & ff. de iustitia & iure l. ius autem. & infra de perp. &* *temp. act. in princip.* ¶Aliç autem præter duas supradictas certç sunt, vtrum sint prætoriæ vel ciuiles. Accursius.

a Actio in rẽ quæ datur cõtra eum qui dolo desiit possidere, an & quomodo sit ciuilis & prætoria.
b Inuenitur ciuilis sed extensione dicitur prætoria. Fab. Angel. & Ias.
c Actionem ciuilẽ à prætoria an distinguamus inspecto actoris persona an inspecta origine.
d Imò inspecta origine. Bal. & Ias.
e Commodati actio est ciuilis. Sequuntur Fa. & Ang.
f Actiones ciuiles eas dicimus quæ oriuntur ex aliqua quinque partium iuris ciuilis. Accurs. Angel Ias.
g Actiones prætoriæ dicuntur quæ à magistratibus vel eorũ edicto.

a ¶*Quarum mentionem.* scilicet expressam, vt de quibusdam dictum est.
b ¶*Et si quæ sunt similes.* vt quæ sunt ex contractu vel quasi: vel ex delicto, vel quasi: & quæ descendunt ex variis figuris causarum *vt supra eodem §. j. & ij.*
c ¶*Ex legitimis.* id [a] est ex lege duodecim tabularum: [2] Et pro id est ciuilibus. [3] Vel dic ciuilibus, id est ex auctoritate iuris prudentium, & eorum responsis. nam totum est ius ciuile: *vt ff. de iustitia. & iure l. ius autem ciuile. & de origine iuris. l. ij. §. nouissimè.*
d ¶*Aliæ autem* [b]. Aduerte quòd hic doctores ita distinguunt hunc §. incipiendo ibi, *Sed istæ quidem*: tamen communiter allegatur in materia Publicianæ. §. *Aliæ.* hic & non superius incipiendo.
e ¶*Tam in rem.* i. tam in rem tantum, quàm in personam tantum. Nec [c] enim aliqua prætoria inuenitur, quæ sit mixta, scilicet in rẽ & in personam. licèt ciuilis [d] talis inueniatur: *vt J. eod. §. quadam.* Et primò hic de realibus dicit vsque ad §. in personam. & postea de personalibus dicet. Accursius.
f ¶*Ipsas.* scilicet prætorias: quasi diceret, non solùm ciuiles quas exposuimus.
g ¶*Necessarium.* i. [e] vtile: quod [f] enim medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis: *vt in Authent. hac constitutio inno. in prin. coll. viij.* Nec [g] enim necessitas in principe poni potest: *vt ff. de legi. & senatuscons. l. princeps.* Item quia per exempla [h] apertius intelligitur: *vt hic, & Cod. de transactio. l. vt responsum. & ff. de collatio bono. l. prætor. § Iulianus.*
h ¶*Ecce.* Hoc est primum exemplum quod exponitur statim ibi, *Namque* &c.
i ¶*Plerunque.* Quia hoc semper dicere non poterit: scilicet contra dominum, nisi in casibus, vt statim dicemus.
k ¶*Dicat.* agendo Publiciana.
l ¶*Vel ex diuerso.* hoc exponitur. J. §. Rursus.

¶ *Libellus in actione Publiciana.*

[*Namque si cui.*] Hic tractatur de actionibus prætoriis realibus & primo de Publiciana, in qua qualiter formetur libellus, est videndum. Vnde sciendum est quòd actio Publiciana competit quando res aliena traditur ex iusta causa. vnde si cadat à possessione aliquo casu, poterit hac actione agi contra possessorem, nisi sit dominus qui possidet: *vt ff. de Publicia. l. j. §. penultimo, & finali. & supra eodem. §. proxi. versiculo.* Ecce plerunque. Formabis ergo sic in hac actione libellum: Dico ego a, contra b, quòd ipse detinet rem mihi traditam ex causa emptionis, quam quasi vsucepi. vnde proponendo Publicianam contra ipsum b, peto ipsam rem iure quasi dominij mihi adiudicari, & eundem b, ad eius restitutionem condemnari. In hoc libello licèt nomen actionis nõ proponatur, sufficit vt causa edatur, quæ talis est: Vnde cum ipsam rem quasi vsuceperim, peto &c. vt in prędicto §. Ecce plerũque. Vel potest adsignari pro causa hoc. Vnde cùm ipsa fuerit mihi tradita ex causa emptionis, peto &c. & est eadem prima cum ista, quia traditio ex causa parit vsucapionem: *vt ff. de Publicia. lege j. ij. iij. & iiij.*
m ¶*Ex iusta causa.* id est ex aliquo contractu, qui descendit ex iusta causa: id est ex affectione vtriusque partis: *vt ff. eodem l. in omnibus rebus. ad finem tituli.* quam affectionem iustum est seruari: *vt supra de rerum diuisione. §. per traditionem.* Et hoc dummodo [i] talis titulus fuerit aptus dominium transferre, licèt non transferat: quia traditio non plus transfert, quàm sit apud eum qui tradit: *vt ff. de acquirend. rerum domi. l. traditio.* Et nominantur huiusmodi contractus. *ff. de publi. l. j. in fin. & l. ij. iij. iiij. v. vj. & septima.* si verò contractus non est habilis transferre dominium, non competit Publiciana: *vt ff. de Public. l. quæcunque. §. j. & fi.*
n ¶*Tradita.* à non domino.

a Actiones legitimis causis descendentes, an quæ ex lege xij. tabularum tãtum ciuiles, & quæ authoritate responsis prudentium.
b Hunc §. ab Aliæ autem incipit Accursius (?)
c Actio prætoria nulla est in rem simul & personam.
d Actiones ciuiles quædam sunt in rem & personam.
e Necessarium pro vtili.
f Lucis & medicamentorũ similitudo & proportio.
g Necessitas principi infligi non potest.
h Exemplis res apertius intelligitur.
i Idẽ Pa. Ang. & Ias.

aut donationis: aut dotis, aut legatorum) & necdum eius rei dominus effectus[a] est: si eius rei possessionem casu[b] amiserit, nullam [c]habet in rem directam[d] actionem ad eam persequẽdam: quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones, vt quis dominium suum vindicet[e]. Sed quia sanè durum erat eo casu[f] deficere actionem[g]: inuenta est à prætore actio[h], in qua dicit is qui possessionem amisit, eam rem se vsucepisse, quam vsu non cepit, & ita vindicat suam esse: quæ actio Publiciana appellatur: quoniam primum a Publicio[k] prætore in edicto proposita est.

Quemadmodum Publiciana pro re nondum vsucapta recuperanda datur, ita ex diuerso rescissoria actio pro re quæ vsucapta est a parte, rehabenda. si quis itaque Reipublicæ aliáve quauis causa absens, rem præsentis vsuceperit, domino concessum est reuerso possessore (impetrata priùs rescissione vsucapionis) statim intra annum rescissoriam actionem instaurare: perindeque rẽ petere, atque si vsu nunquam capta fuisset.

5 ¶ Rursus ex diuerso si quis

a ¶ *Dominus effectus.* per vsucapionem. Nam per traditionem dominus factus non fuit. Si autem altero istorum modorum factus dominus fuerit, Publiciana ei non datur: sed directa rei vindicatio: *vt ff. de Publicia. in rem act. l. j. in prin. & §. j.*

b ¶ *Casu* imò & si quocunque modo. Nam & si per furtum vel rapinam[a], vel aliam vim amiserit: non tamen habet in rem actionem directam, sed hanc: licèt habeat & alias actiones, vt furti, vel vi bonorum raptorum, & si miles: *vt supra de obliga. quæ ex delicto. §. sed & bona fidei. & ꝟ. vi bonorum raptorum. §. fin.*

a Furtum & rapina nõ continentur casus fortuitos. Angel.

c ¶ *Nullam.* de aliis autem realibus cõstat: sed de hac rei vindicatione dubitatur.

d ¶ *Directam.* Sed[b] nunquid Publiciana competit ratione vtilis dominij? Quidam dicunt quòd sic: dicentes quod vtile dominium habet cui Publiciana competit. & dicunt hanc esse causam Publicianæ: sicut directum dominiũ est causa directæ actionis in rem: *vt ff. de rei vindicatio. l. in rem actio. in prin.* Alij dicunt[c] quòd nec vtile dominiom habeat: cum ille qui vtile dominium habet, etiam contra dominum agat *vt ff. si ager vectig. vel emphyteu. pet. l. j. §. & ij.* quod non est Publiciana: *vt ff. de Publicia. l. pen. & fin.*

b Actio Publiciana vtrum competat habenti vtile dominium.

c Et bene Nicol. Lab. & Ias.

e ¶ *Vindicet.* hoc videtur falsum. nam aut habeo dominium, & tunc non vindico quod habeo. si non habeo, nec tunc vindico: *vt ff. de rei vindi. l. in rem actio. j. respon.* Item dominium est ius & res incorporalis quomodo ergo vindicatur: Sed dic dominium, id est rem ratione dominij.

f ¶ *Eo casu.* s. illo supradicto.

g ¶ *Deficere actionem.* quod erat secundùm ius ciuile.

h ¶ *Actio.* scilicet Publi. vt statim subiicit alias[d] nisi prætor actionis nomen diceret, in factum daretur, sicut ex ciuili obligatione noua datur condictio ex lege, si non caueatur de nomine actionis: *vt digestis nou. compo. Sab. l. & ita. §. aut prætor. in glo. ij. & ff. de condict. ex lege. l. j.*

d Actio in factum est prætoria: condictio ex lege, ciuilis.

ADDITIO. Not. glo. secundùm Dy. quam tene menti pro regula quæ actio competat ex remedio ciuili vel prætorio: pro qua facit *text. ff. de adult. l. quod ex bo.* Sed contra hec opponitur *de leg. sed & possessori. in princ. de iniuriis. commella glo. in verbo, dandam.* vbi actio in factum & Publiciana videntur esse idem. Sed to respondè vt ibi per glo. & doct. Ang.

i ¶ *Dicit.* & sic videtur quòd prætor permittit mentiri. quod Placent. concessit[e]. & idem in sequentibus casibus tribus. & facit. *Co. de bo. ma. l. j.* vnde sic libellum formabat. Peto talem rem quam possides, & quam emi, vel alia simili iusta causa habui à non domino: quia dico me vsucepisse. Nam licèt hæc verb. quia dico me vsucepisse. &c. directam rei vindicationem magis videantur inducere, tamen ex adiunctis Publicianam signant. 2 Alij dixerunt ita esse formandum, Peto talem rem quam dico meam: sed quia fortè non possem probare meam, propono Publicianam[f]. 3 Alij dicunt vtranque alternatiuè proponi. s. rei vindicationem, & Publicianam: hoc modo, Peto talem rem iure directi dominij, vel quasi, & hanc approbat consuetudo[g]. Sed certè duæ primæ non placent: quia quomodo diceret rem suam se vsucepisse, cum hoc non sit verum: sic enim peieraret in sacramento calumniæ: vt *C. de iureiuran. propter calum. dan. l. ij.* Sed illi respondent, quia hoc facit lege permittente: vnde non peierat. *ff. qui satisdare coguntur. l. fin.* Sed nec vltima placet: quia vnam debet eligere, & non pluribus agere actionibus: *vt ff. de reg. iur. l. nemo. §. quotiens.* 4 Dic ergo quartò esse formandum in hunc modum libellum, Peto rem talem mihi restitui iure quasi dominij perinde ac si vsucepissem. Verbum enim quasi, positum. *ꝟ. eod. §. alia.* hic repete. & similitudinariè ponatur, non affirmatiuè, id est dicere, sicut vindicarem quoad effectum re verè vsucapta: ita nunc quasi vsucapta. & ita in sequentibus casibus. Ex prædictis patet, quòd quinque sunt necessaria vt detur Publiciana, scilicet traditio, vel quasi. quod dico propter res incorporales, quæ tradi non possunt: *vt digestis de acquirendo rerum domi. leg. seruus. §. incorporales ff. de Publicia. leg. j. & l. traditionem. §. j.* Secundò quòd ex titulo apto ad mutationem dominij, vt hic dicit, vt ex venditione. vel similibus. Item quòd à non domino accepit. Nam aliàs dominium esset translatum: *vt ff. eodem de Publicia. leg. j. in princip. ibi, à non domino.* & ibi not. Item quartò, quòd bona fide acceperit: vnde credidit se dominum factum esse tunc[a]: *vt ff. de Publicia. in rem actio. leg. eum qui à furioso. §. prætor.* 5 Quintò, quòd credat se dominum hodie non esse eum proponit eam, aliàs esset sibi contrarius. Sed tantùm duo prima ex his quinque sunt difficilia agenti, scilicet probatio traditionis, & tituli: cætera quæ consistunt in intellectu agentis, cum sint de sua conscientia[b]: quæ per testes probari non possunt. ¶ Sed quid si dubitat hodie verum actor fuerit dominus, vel non: Responde, saluæ fidei proponat quod sibi melius videtur, vel rei vindicatio, vel Publiciana. Sed quando penitus est in dubio. proponat Publicianam: & in ea obtinebit, nisi aduersarius probet actorem huius dominum fuisse: quod si probet, dabitur ei rei vindicatio. qui enim agit actione Publiciana, & succubuit: non repellitur à reivindicatione directa. Idem econtra: *vt ff. de coniectio. l. minor. §. si seruum.* licèt quidam dixerunt contra in vtroque casu: quia ius suum vndecunque & qualecunque in primo iudicio deduxisse videtur: *vt ff. de except. rei iud. l. si mater §. 1. eadem.* Sed expone vndecumque & qualecumque, id est siue de iure ciuili, siue de iure gentium, dummodo directum: *vt ff. de rei vindica. l. in rem actio in princip.* At alii dicebant, siue directum, siue vtile & ita patet quòd cum sint contrariæ[c] rei vindicatio directa, & Public. vno libello proponi non possunt *vt Cod. si ser. exte. l. j.* sed ex consuetudine contrarium seruatur. Nam vtraque simul proponitur: licèt super vna pronunciatione tantum inducat ne sibi contrarius sit. quod certè est contra d. l. C. & regulam illam. *ff. de regul. iur. l. nemo. §. quotiens.* & hoc ex parte actoris. Ex parte autem rei spectamus an possideat, vel dolo desierit possidere: vt in rei vindic. diximus. Nam contra omnem possidentem datur præterquam contra dominum. *vt ff. de Public. l. penult & l. fin.* ¶ Sed etiam contra dominum datur in[d] vj. casibus[e]. Primus est, si à non domino emi qui postea vero domino successit, & ad eum possessio redierit nam licèt sit factus dominus tenetur tamen Publi. *vt ff. de rei vindic. leg. si à Titio.*

e Et maiz. Iab. Angel. & Ias.

f Has duas libelli formas Gl. reprobat. & bene secundum doc. & maxime reprobat illam vltimam, quia hodie non est necesse quod exprimatur nomen actionis in libello: vt ano. omnino, de eod. Angel.

g Et etiam si reuoltando erat probabilis. Ias.

a Et bene Nic. Lab. Ang. & Ias.

b Hæc Glos. est contra secundum Bal. ius tamen de possessionibus. Ias.

2 Secundus est, si rem à non domino emi, & postea verus dominus voluerit à me vindicare: sed ego fui absolutus, & postea res ad illum rediit: agam Publicia. & si excipiat de dominio, ego replicabo: quia quandoque eo agente fui absolutus: *vt digestis de exceptione rei iudi. l. si quis rem.* 3 Tertius est si egi noxaliter contra bonæ fidei possess. serui, & ipse dedit mihi eum pro noxa. siue enim contra me possidẽtem verus dominus agat, siue eo possidente ego agam Publ. obtineo: *vt ff. de noxa. l. & generaliter. & l. præcedenti in fin.* 4 Quartus est, si ego fui missus in possess. vicinæ domus, quam aliquis bona fide possidebat, possessore non cauente, & postea verus dominus inueniatur possidere vi fortè, & vnde vi interdictum, & Publicianam habeo: *vt ff. de damn. infect. l. damni infecti § si pupillus. versic non solum.* 5 Quintus etiam adiicitur, vt si rem possideo & eam non dolo, sed culpa desii possidere: & sic litis æstimationem tantum secundùm iua vindicanti præstiti (*vt ff. de rei vindicatione. l. qui restituere.*) si postea res ad dominum redeat, agam Public. contra eum: *vt ff. de rei vindicat. l. si culpa.* Vel expone. l. illam vt habeat vtilem actionem, quam actor directam haberet, quasi nomen emisse videatur. 6 Sextus adiicitur, si me mandante rem meam vendidisti: sed me prohibente tradidisti emptori hac actione vel exceptione defenditur. Præterea etiam contra me dominum hac actione agit. *vt ff. de Publiciana. leg. Papinianus.*

c Rei vindicatio & Publiciana contrariæ sunt. vt dic Oldrad: nam effectu sunt quasi pellentes. Ias.

d Publiciana sex casibus datur contra dominum.

e Hanc Gl. vsque ad fin. sequuntur Nicol. Dyn. Ba. Ang. & Ias.

ADDITIO. Nota hanc glossam quæ ponit casus in quibus datur Publiciana contra dominum. ¶ Idem not. in l. si *ff. eod.* Et aduerte quòd licet Angel. *in d. leg. fin. addat casum l. Papinianus. ff.* eodem secundùm lecturam Dy. ibi, quòd procurator vendidit rem domini, tamen non est opus quòd addatur: quia habes hic glo. ordinandum dicit, Sextus adiicitur, si me mandante rem meam vendidisti. pondera ibi, meam, & sic mandantis Ange.

k ¶ *A Publicio.* Sicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta: *vt ꝟ. de lege Aquilia. §. ex hoc tamen capite.*

[RVRSVS EX DI.] Iste §. diuiditur[f] in duas partes. Primò enim ponit de restitutione danda præsenti contra absentem. Secundò addit, & extendit ad alios multos casus. Secunda ibi,

f Diuisio.

quod genus: e x x v 2. Duo sunt hic posita, scilicet rursus, quæ est dictio iteratiua: & etiam hæc dictio, ex diuerso. dictionem iteratiuam ideo bis posuit, quia sicut supra tractauit de prætoria in rem, sic & hic: licet aliquis posset dicere quòd hic tractetur de prætoria in personam: in pluribus tamen dicitur rescissoria in rem, & etiam fuit ratio quam do. Io. in arbore act. posuit inter act. reales, referens se ad ea quæ frequentius accidunt & contingunt. Et ita respondebat domino Iac. de Bal. reprehendenti dominum Io. eo quòd rescissoriam inter reales ordinauit in arbore sua. Ex diuerso autem dicit, quia hic tractauit de actione per quam actor negat alium vsucepisse quod vsuceperat. In supe. §. tractauit qualiter actor affirmat se vsucepisse quod non vsucepit. Qualiter autem absens rem præsentis potest vsucapere, habes in glo. Item scire debes quòd in isto §. notatur secunda causa inuentionis titul. de maioribus restituendis. Prima enim causa fuit, ne absentes à præsentibus læderentur: vel si læderentur, vt restituerentur. & de ista causa tractatum est. s. proxi. §. Secunda causa fuit, ne læderentur præsentes ab absentibus: & de ista secunda causa tractas §. iste. ff. de restituendis præsentibus cõtra absentes. Sed quid si ambo essent absentes, restitueretúrne vnus contra alium? Respon. quòd sic. Bene enim restituitur priuilegiatus contra priuilegiatum, vt ecclesia contra ecclesiam, & minor cõtra minorem. Tria enim principaliter debes scire circa istum §. Primum est quando & quibus detur restitutio. & de hoc vsque huc dictum est. Secundum est, intra quod tempus detur restitutio: de quo diuersimodè dicunt, vt habes no. *supra leg. quod tempore militiæ. Cod. de resti. mil. & ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostibus §. sed quod simpliciter.* Dominus autem Iac. dicebat quòd tempus ipsius non mutatur: sed est semper quadriennium continuũ sed cum aliquis tempore læsus, sit tempus ad hoc bene mutatur. Tertiũ est de rescissoria Docto. autem dicunt quòd non est proprium nomen act. & dicebant quòd minores restituuntur int. ac. & maiores offic. iudi. Dominus Iac. dicit contrarium. Dicit enim quòd simili modo restituũtur maiores & minores. & vnde dicebat quòd nihil aliud est rescissoria, quia actio quæ primo, ante vsuc. vel præscriptio. fuit directa. modò est vtilis. Item quid est quòd dicit hunc lib. corrigi per C. cũ liber iste postea factus sit, & ante Pande. Codex factus sit: *vt s. in proœm. §. & cum sacratissimas?* Ad hoc respon. quòd verum est quòd Impera. primo ad Imperiales constitutiones curam suã direxerit: & ex tribus Codicibus. sci. Hermog. Grego. & Theo. fecit fieri vnum. C. quem suo felici nomine nuncupauit: deinde erexit curam suam ad immensa veteris prudentiæ volumina &c. Et tertiò librum istum mandauit componendum: *vt s. habetur in in proœ. in præallegato.* §. Sed postea videns imperatoris constitutiones vagari extra corpus iuris, mandauit postea dissolui. C. & quòd insererentur illæ constitutiones, & sic factum fuit. vnde constitutio illa quæ corrigit libr. istum, est vna de constitutionibus.

cũ reipublicæ [a] causa abesset [b], vel in hostium [c] potestate [d] esset, rem eius qui in ciuitate esset [e], vsuceperit: permittitur domino, si possessor reipublicæ causa abesse desierit, tunc intra annum [f] rescissa [g] vsucapione eã petere, id est ita pe-

¶ *Libellus in actione rescissoria.*

Hic tractatur de actione rescissoria, in qua qualiter formetur libellus est videndum. Sed primo sciendum est quòd actio rescissoria locum habet, cum absens causa reipubl. vel captus ab hostibus, vel ex alia causa necessaria vel probabili, vsucepit rem præsentis, vel præsens rem absentis ex causis præmissis: *vt in hoc. §. rursus. & digestis ex quibus causis maiores in integrum restit. leg. prima & secunda.* vnde reuerso absente formabitur libel. in hunc modum, Dico ego a, contra b, quòd ipse in absentia mea rem meam vsucepit: vnde supplico vobis domine index, implorando officium vestrum, quatenus rescindatis vsucapionem: vt ea rescissa possim rem meam petere quasi eam non vsucepisset. quo impetrato, poterit agere vtili rescissoria rei vindi. Nec est proprium nomen act. hoc quod dico, rescissoria, sed adiectio quædam: & illa quæ primo erat directa, dabitur vtilis: *vt C. quibus ex causis. maiores in integrum restit. l. j. & Cod. de capti. & postlim. reuer. & de redem. l. ab hostibus. iij.*

a An priuilegium datum reipublicæ competat municipio, ciuitati, castro, villæ, vt in Glo. in l. fi. ff. de vectigalib. ff. de damno. ad. de Bald. tract. de præscr. 5. par. te, quæst. 2.

[*Rursus. ex diuerso.*] id est contrario. Nam s. affirmando, & se vsucepisse dicit. hic negando, & aduersarium non vsucepisse dicit Accursius.

a ¶ *Reipublicæ.* scilicet ciuitatis Romanæ: *vt ff. de verborum significationibus. l. eum qui.* Idem tamen ex generali clausule posita. *ff. ex quibus causis ma. leg. prima in fine.* in cæteris ciuitatibus[a] dicendum est: *vt digestis ex quibus causis. ma. l. sed & si per prætorem. §. pen.* Idem etiam si causa municipij abest. ius: *vt ff. ex quibus cau. ma. l. legatus.*

b Dic idem si esset absens pro facto vnius villæ vel castri: quia ista significatione dicitur abesse causa reip. vt not. Glo. in l. legatus allegata. Ange.

b ¶ *Abesset.* aliàs absens esset. Iste qui abfuit reipublicæ causa, rem præsentis duobus modis potuit vsucapere, scilicet per se: & quia rem illam secum detulit, siue domi dimisit, & animo possedit: vt dicitur de eo qui ad nundinas profectus est: *vt ff. de acquirend. possess. l. clam possidere. §. qui ad nundinas.* Item per alium scilicet per filium vel seruum, vt statim in captiuo dicemus.

c ¶ *Vel in hostium.* Qui sint hostes dicitur; *ff. de capti. leg. hostes. & ff. de ver. sig. leg. hostes.* scilicet quibus populus Romanus bellum indixit, vel qui populo Romano bellum indixerunt. ¶ Si ergo ab alio quia capiatur, nunquid hoc locũ habebit quod hic dicitur? Credo quòd sic[a]: sicut quando abest causa alicuius ciuitatis vel municipij, vt supra dictum est. In hoc autem differunt, quia non fiunt serui talium hostium: *vt ff. de capti. leg. hostes.* & sic poterit facere testamentum, quod aliàs non posset[b]: cum esset seruus, imm b & eius obses non posset: *vt ff. de testa. l. eius qui. & l. obsides.* Accursius.

a Recte. Quatenus enim præsens contra absentem datur restitutio, ... refert de ea ... absentes Ang. & Ias.

b Sequitur hanc Glo. Ang. & Ias.

ADDITIO. Idem si princeps vel papa siue eius legatus de commissione papæ alicui ciuitati subditæ ecclesiæ bellum indixerit, quia capti efficiuntur serui, & eorum bona efficiuntur capientium: & sic in omnibus hic habebit locum fictio postliminij. quod not. perpetuò.

d ¶ *Potestate.* id[c] est seruitute. aliàs accipitur pro iurisdictione, vt cum dicimus potestas habet homines sui districtus in potestate, id est, iurisdictione. Item ponitur de obedienda; in qua potestate est monachus sub abbate, & clerici sub prælatis. Item ponitur pro dilectione siue pietate, & hæc patria potestas dicitur: *vt ff. de verborum significatione. l. potestatis.*

c Melius dicitur l. domino Nic. & Ias.

d Sequitur hic Glo. Ias.

e Idē Dy. Angel & Ias.

f Hanc Glo. approbant Ang. & Ias.

¶ Sed quomodo iste ab hostibus captus poterit vsucapere, cum ipse ab alio possideatur: *vt supra de iur. personarum. § seruus.* ergo ipse possidere non potest: *vt digestis. ad leg. Iul. de adul. leg. si eueniet. ibi, in sua enim &c. & digestis de acquiren. re. domi. l. homo liber. §. quæsitum,* ergo nec vsucapere: *vt ff. de vsucap. leg. sine possessione?* Respond. vsucapit[d] per filium vel per seruum in re peculiari: *vt ff. ex quibus causis ma. leg. item ait prætor. §. hæc autem. & l. denique. & leg. ait prætor. § hi plaut. & ff. de vsucap. l. iusto. § fina.*

g Quam latè absens contra præsentem restituatur: ...

¶ Sed nec videtur quòd per seruum possit captiuus vsucapere: *vt digestis de vsucap. leg. neque seruus.* Sed dic quòd illa loquitur in causa non peculiari: quod verum est. a Vel loquitur ipsa veritate inspecta[a], hic autem iure postliminij inspecto, quod præualet veritati: *vt supra quibus modis ius patriæ potest. solui. §. si ab hostibus.*

h Recepta est sententia ... quod si vsucapio ... in absentia, & finita, in absentia, quod ille absens restituatur ...

ADDITIO. Doctores communiter sequuntur gloss. & dominus Ias. reprobat hic Angel. quem videas. & dum textus noster dicit quòd captus ab hostibus potest vsucapere, Ias. exemplificat de actione personali in qua currit præscriptio, non ex possessione præscribentis, sed ex solo cursu temporis negligentiæ petentis. vide hic per eum.

e ¶ *In ciuitate esset.* quasi dicat, qui non abest.

¶ Quid ergo si vterque abest, & alter alterius rem vsucapit? Respon. & tunc habet locum hæc restitutio[f]: *vt ff. ex quibus cau. ma. leg. fina.* videtur autem desinere abesse, cum domum redijt, vel redire potuit finito negotio pro quo erat absens: & tunc dicitur desinere abesse, nisi iusta causa impeditus fuerit in redeundo. statuuntur enim ei viginti milliaria diurna: *vt digestis ex quibus cau. ma. l. si cui. § sanciu.* Et sic patet quòd de necessaria absentia tunc intelligitur[g], aliàs contra: *vt ff eodem ex quibus cau. ma. l. hi qui quibus & l. si quis.* Sed verbum desierit, hic positum, strictius ponitur, id est, quod possit conueniri. Item econtra si præsens rem absentis vsucepit: *vt ff. ex quibus cau. ma. l. vj. §. verba.* & tunc siue completa est tota vsucapio in præsentia, id est intra modicum tempus: siue in absentia, siue postea parum idem est: *vt ff. eod. l. ab hostibus. § sed quod simpliciter*[h].

k Et hæc opinio communiter approbatur ...

l Restitutio igitur ... officio iudicis ...

f ¶ *Annum.* scilicet vtilem: qui constat ex ccclxv. diebus: *vt ff. de statulib. l. cum heres. §. Stichus.* In quibus actor habuit facultatem agendi: nec impediretur per se, nec per reum, nec per iudicem. nam hæc tria[i] necessaria sunt vt vtilis dies eius annus currat: *vt ff. de diuer. & tempora præstrip. leg. j.* Hodie verò in omnibus restitutionibus quadriennium continuum computatur: *vt C. de tempo. in integr. restitutio. l. fi.* ¶ Et ita nota quòd hic liber corrigitur per. C. in in hoc anno vtili generaliter, secundùm quosdam. Sed dico contra: quia illa tantum in restitutionibus dicit; vnde in alijs remanet vtilis annus[k].

g ¶ *Rescissa* per in integrum restitutionem petitam à iudice viuo, vt subducatur tempus vsucapionis quo fuit absens: *vt Cod. de restitu. milit. l. iy.* sicut & minores patunt: *vt ff. de except. l. exceptiones quæ personæ. in fin. legis.* Et hoc ipsum, scilicet quod postulare possunt à mortuo prætore conceditur eis: *vt ff eodem leg. j. per totum.* Restituit[l] ergo eos prætor viuus, vt sic agant antiqua actione, ac si res non esset vsucapta, vel actio præscripta. & ideo actio ad quam restituitur, dicitur rescissoria, non quòd sit nomen proprium actionis, sed quæ erat primo realis siue personalis directa, nunc dicitur vtilis: *vt C. ex qui. cau. ma. l. si & de capti. l. ab hostibus. iy.*[m] Alij, dicunt quòd statim eo reuerso habet rescissoriam. & di-

m Hæ dat leges nihil ad propositum faciunt:

cunt

cunt esse proprium nomen actionis. & sic dicunt quòd maiores iure actionis, sed minores officio iudicis restituuntur. Dicunt tamen quòd hæc rescissoria actio efficaciam non habet antequam insufflet in eam prætor spiritum vitæ, dando restitutionem: quod satis recidit in primam opinionem. Nam semper verum est hoc, quòd à prætoria mortui edicto hoc fit, & auctoritate prætoris viui.

tere, vt dicat possessorem vsu nó cepisse[a], & ob id suam rem esse. Quod genus actionis[b] & aliis quibusdam[c] simili æquitate motus prætor accommodat: sicut ex latiori Digestorú seu Pandectarum volumine intelligere licet.

a ¶ *Vsu non cepisse.* Et sic videtur cócedere mentiri, quod P. confitetur. Sed dic quòd non mentitur: sed dicit sibi restituendum, ac si vsucaptú non esset: *vt l. proxi. §. diximus.*

b ¶ *Actionis.* s. rescissoriæ supradictæ. Accurs.

c ¶ *Quibusdam.* vt si rem absentis vsucapiat præsens[a]. Item si absens fuit probabili causa, vt studiorum. Item in vinculis positus: *vt ff. eo. ex quibus cau. ma. l. j. & l. sed & si per prætorem in fin. & l. sequen.* & de illis legibus infra facit mentionem, cùm dicit de voluminibus Digestorum.

a Mane tenent Dyn. & Bald.

[*Item si quis.*] Diuiditur in duas partes. Primò ponitur dictum, ex quo tacita quæstio. Secundò determinatio quæstionis. Secunda ibi, Permittitur. CASVS. De rescissione alienationis id est qualiter possim petere per rescissoriam rem meam absente me vsucaptam vel præscriptam, rescissa vsucapione per beneficium restitutionis: satis est dictum supra in materia sua. Nunc autem videndum est de quadam alia reuocatione, quæ fit alio casu: videlicet de reuocatione quæ fit à creditore, quando debitor in fraudem creditorum mala fide alienat. Et circa hanc materiam dicit legislator breuiter, quòd si debitor bona fide in fraudem creditorum alienauerit, permittitur creditoribus bona fide reuocare ab ipso ea quæ sunt alienata, perinde ac si bona illa remanserint in bonis debitoris illius. Vnde hic tractat de alia reuocatoria, quam fecit in proximo §. quæ vocatur Pauliana. Sed videtur in principio quòd prætor permittat mentiri hic, sicut in duobus proxi. §§. Et respondetur, quòd nec hic nec ibi permittit prætor mentiri. Ipsa enim verba hic posita sunt, sicut si in bonis debitoris mansissent: & verba posita superius, ac si non vsucepisset, effectum denotant. q. dicat, sicut in rescissoria permittitur ei qui fuit absens causa Reipublicæ, vel alia iusta de causa: dum res sua vsucapta fuit, in effectu agere, ac si rem suam non vsucepisset aduersarius: eo quòd fingit lex rem non esse vsucaptã, rescissa vsucapione per beneficium restitutionis: & sicut prætor fingit hoc non esse vsucaptum, quod in veritate est vsucaptum, remouendo vsucapionem de medio, & sic fictio hæc veritati præiudicat: sicut & alibi in fictione l. Corneliæ, quæ fingit captiuum mortuum prima hora captiuitatis: & in fictione postliminij, vbi fingitur captiuum similiter semper fuisse in ciuitate. *vt ff de cap. & postlimi. re. l. postliminium. & l. pater §. fina. & l. quòd si filium.* Sic & in ista reuocatoria permittitur creditoribus rem debitoris in eorum fraudem alienatam, ac si non esset alienata, petere. Sed videtur quòd malè ponitur in litera hæc dictio iteratiua ué, cum in proximo. §. tractatum sit de reuocatoria prætoria in rem: cum Pauliana sit in personam. Cum igitur simus in tractatu prætoriarum realium, sicut patet. *j. & §. er in illo. §. in personam*: vbi de personalibus aget: malè videtur hic inserere actiones prætorias personales: & malè videtur hic poni hæc dictio item, iteratiua: cum quasi de alia materia hic tractet. Ad hoc respon. Non est dubium quin Pauliana, de qua principaliter in hoc. §. tractatur, & aliæ de quibus fit mentio, scilicet Pauliana, Fauiana, & Caluisiana. *ff. de vsur. l. videamus. y. §. in Fauiana.* inter personales sint: tamen eas inter prætorias inserit propter similitudinem quam habét in reuocando. ideo dicit, item. Super isto §. potest formari vnum. quare, tale: Reuocatur per Paul. quod in fraudem creditorum à creditoribus est alienatum: per Calui. autem & Faui. (quãquam super hoc sit dissensio) reuocatur illud quod in fraudem patroni est à liberto alienatum. Quare ergo cum necesse sit quòd probetur fraus tam emptoris quàm venditoris ad hoc quòd creditor possit reuocare illud quod in fraudem eius est alienatum, in reuocatione quæ fit à patrono rei alienatæ in eius fraudem à liberto suo, sufficit quòd probet fraudem alienantis solùm? Ad hoc dicitur quòd creditor qui agit Paulia. reuocat alienata ab eius debitore non soluto pretio. & propter hoc grauatur: quia tã emptoris quàm venditoris fraudem necesse habet probare. Patronus autem qui vult reuocare alienata in eius fraudem, necesse habet soluere pretium emptori: & ideo in hoc releuatur: quia non habet necesse probare nisi fraudem alienantis. Sed domine, quæ est ratio huius diuersitatis, quòd plus debeat grauari patronus quàm creditor qui reuocat? Frater, dicit Iustinianus, Ratio vna iam dicta est scilicet quia qui in vno grauatur, in alio debet releuari per *l. ff. de iurciur. l. eum qui in princip. in gloss.* probandi. Alia ratio est ista, & magis specialis, quia patronus qui reuocat, certat de lucro capiando: creditor autem de damno vitando. De act. autem Pauliana, Fauia. & Calui. diuersimodè sentiunt. Quidam enim sicut Gar. & omnes antiqui vsque ad Ioan. & Azo. dixerunt quòd Caluisiana datur patrono, & Pauliana creditori, & Fauiana vtrique. Et pro se allegabant. *ff. de vsur. l. videamus. ij. §. in Fauiana.* Dixerunt enim quòd in l. illa dicit litera. per quas. vnde isti fecerũt tales versus, Cal. pa. sed Pau. cre. Fauiana cauebit vtrique Io. & B. & eorum sequaces dixerunt quòd Fauiana patrono, Pauliana† creditori, & Caluisiana datur vtrique, per aliod versus Creditor à Paulo, Fauióque patronus ametur: Istis Caluisius communis amicus habetur. Dominus Gui. dicit quòd Pauliana datur soli creditori, secundùm quod omnes alij dicunt, quia Caluisiana & Fauiana dantur soli patrono, & nunquam creditori. nec meminit se vidisse legem quæ dicat Fauianam vel Caluisianam dari creditori, nisi in l. videamus. de vsur. sit ista litera, per quas quod non credit: communis enim est litera, per quam, & non per quas. Franc.

Institut.

Quæ in creditorum fraudé alienata fuère, perinde à quibuscunque possessoribus per creditores prius in bonorum debitoris possessioné missos reuocari possunt, atque si tradita non fuissent, & semper in debitoris patrimonio mansissent.

6 ¶ Itẽ si quis† in fraudem[d]

† scilicet de creditor.

¶ *Libellus in actione in factum, quæ & Pauliana dicitur.*

Hic de alia prætoria & personali tangitur: & illa datur creditori ad reuocandum ea quæ in fraudem eius sunt alienata: & appellatur Pauliana, siue in factum: *de qua ff. de vsur. l. videamus. y. §. in Fauiana. & ff. de his quæ in frau. cre. l. hæc. in factum.* Et ponitur hæc actio inter reales, propter quandam similitudinem quam habet cum rescissoria: quia sicut per illam rescinditur vsucapio, ita & per hanc traditio: *vt in hoc. §. item si quis.* & forma in ea lib. sic: Dico ego a. contra b. quòd debitor meus alienauit & vendidit ei in fraudem bona sua, & quòd ego iussus fui ex sententia præsidis possidere bona ipsius debitoris: vnde proponendo contra ipsum Paulianam act. peto possidere illa bona, ac si non essent tradita ipsi b. & bonorum possess. in me transferendam adiudicari peto. Causa istius act. est hæc: Et quia in fraudem alienauit, peto &c. & sufficit quòd loco actionis ponatur causa sic: Vnde cum in meam fraudem debitor alienauerit, peto &c. Et datur ista Paul. ad reuocanda corporalia. actio verò in factum datur ad incorporalia, secundùm quosdam. Sed dicas quòd Pau. non est proprium nomen actionis, sed quædam adiectio: & datur actio in factum tam pro corporalibus, quàm pro incorporalibus.

¶ *Libellus in actione Fauiana.*

Actio verò Fauiana datur patrono ad reuocandum ea quæ libertus in eius fraudem alienauit. & eodem modo formabis lib. sicut in Paulia. vel in factum, de qua est hic proximè dictum.

¶ *Libellus in actione Caluisiana.*

Caluisiana verò actio datur vtriq; scilicet tàm creditori quàm patrono: in qua eodem modo formatur libellus, sicut in prædictis actionibus.

d ¶ *In fraudem.* ¶ Nur. quòd vterque tam debitor quàm receptor oportet quòd fraudem participet[a], quando titulus non est lucratiuus. si autem est lucratiuus (putà donationis, vt si dedit: & hoc intellige ad hoc vt creditor possit reuocare alienationem) tunc sufficit fraudem debitoris tantum interuenire: *vt Cod. de reuoc. his quæ in fraudem cred. l. penult. & ff. quæ in fraud. cred. leg. qui autem. §. hoc edictum. & §. similique modo.* Et de hac fraude not. bonam distinctionem: quia aut adhibetur à debitore alienante inter viuos, aut in vltima voluntate, vel à liberto in fraudem patroni, similiter inter viuos, vel in vltima voluntate si in vltima voluntate, tunc aut per legata, aut per libertates. & si per libertates, aut directas, aut fideicommissarias. Si debitor in fraudem alienet inter viuos, vno casu præsumitur fraus, scilicet quando omnia alienauit: *vt ff. eodem quæ in fraudem credit. l. omnes. § Lucius*[b]. Si autem non omnia, non præsumitur. sæpè enim de facultatibus suis amplius quàm in eis est, sperant homines: *vt supra qui ma. non pos. §. in fraudem.* debet ergo eam probare creditor. Et hæc distinctio per omnia seruatur etiam in patrono: *vt ff. de proba. l. patronus. & l. quotiens. § qui dolo.* In vltima voluntate si legatum vel fideicommissum in fraudem creditoris reliquit, solum euentum inspicimus, licèt fraus non interuenerit, vt in donatione causa mortis: *vt C. de in. de lib. l. si § si verò creditores.* cùm legata non debeantur nisi deducto ære alieno: *vt ff. eodem. quæ in frau. cre. l. qui autem. §. penul. ad Trebell. l. j. §. si qui quadringenta.* Idem in patrono per omnia, si libertus in fraudem legauit, vel fideicommissum reliquit, vel donauit

a Secus in patrono qui reuocat alienatã quocũque titulo, quamuis solus libertus participauerit fraudem. Angel. & Iason.

b Qui text. licèt loquatur in alienatione lucratiua, tamen etiam habet locum in onerosis: *vt est glo. in l. qui testamento. in ver. medum. & ibi Bart. ff. de proba.* & ista procedunt secundùm Ias. quando venditio omnium bonorum esset facta pro valde minori pretio quàm valerēt. Idem si non omnia bona, sed maiorem partem alienauit: *vt est gl. in l. 3. in l. nomen. § fin. in ver. omnis fideicommiss. ff. de leg. 3.*

causa mortis. nam solum euentum inspicimus: *vt ff. si quidem fraud. patro. l. j. in prin. & §. j.* In libertatibus autem in fraudem relictis, distingue directas à fideicommissariis. In primo enim casu consilium & euentum, in secundo euentum tantum inspicimus: *vt C. de his qui ma. non poss. l. fin. & l. j.*

a Creditor late significatione eum comprehendit cui quid debetur.

a ¶*Creditorum.* l. atgc[a] accipe pro omni eo cui aliquid debetur: *vt ff. de verb. sign. l. creditores & l. si cui. & in Auth. de fi. & vsu. §. penul. col. j.*

b ¶*Rem suam.* s. corporalē, ex eo quod dicit tradiderit. Idem tamen est in incorporalib[9], vt patet per multa exempla. *ff. quę in fraudem creditorum l. j. y. & iij. vsque ad l. qui autem.* ADDITIO. Not. singul. illam l. in prin. quòd si debitor repudiat hereditatem vel legatum,

creditorum[a] rem suam[b] alicui tradiderit: bonis eius à creditoribus possessis[c], ex sententia pręsidis[d] permittitur[e] ipsis creditoribus rescissa traditione eam rem petere[f], id est dicere eam rem traditam nō esse, & ob id in bonis debitoris mansisse[g].

Seruiana quoque, & quasi Seruiana quę etiam hypothecaria dicitur, in rem prætoriæ sunt. prima

vel alio modo & titulo poterat acquirere, & non vult, imò repudiat etiam in fraudem & despectum creditorū: an habeat locum ista materia? Dicitur ibi quòd non: quia dummodo non deminuat de suo patrimonio, non habet locum dispositio huius §. quod notat bene Angelus.

b Nam sensit Nico. Ma. Iod. Fa. & Ias.

c ¶*Possessis.* id est possideri iussis, nec enim re ipsa à creditoribus fuerant possessa bona debitoris, cum ipse alienauerit. a Vel dic[b] possessis, quæ remanserant, & non sufficiebant: *vt ff. eo. l. ait prætor, quæ Lucius.*

d ¶*Præsidis.* putà quia fuit condemnatus, & non satisfecit condemnationi intra tempus: vnde missus fuit actor in possessionem bonorum.

c Creditor an alia atque alia actione res corporales debitoris, & iura eiusdem reuocet.

d Mane gl. intelligunt de dicto in alienationibus inter viuos sed in vltima voluntate datur vel condictio indebiti, vel hypothecaria: *vt l. fi. §. si verò creditores. C. de inde[illegible]ti.*

e ¶*Permittitur.* s. intra annum vtilem: *vt ff. de his quæ in frau. creditorum l. j. j. respon.* de eo tamen quod peruenit ad eum, vel quòd dolo fecit quo minus perueniret, perpetuò datur: *vt ff. e. l. ait prætor, quæ Lucius. §. hæc actio.* ADDITIO. De ista materia excussionis vide hic latè per doctores. & refert hic Iason casum singul. *in Authen. contra rogatus quis. C. ad Trebellia.* vbi etiam in rei vindica. est necessaria excussio bonorum.

f ¶*Eam rem petere.* Sed qua actione? Respon. Pauliana, quæ[e] datur creditori ad reuocanda corporalia, sed in factum, ad reuocanda iura: *vt ff. de vsur. l. videamus. y. §. in Fauiana. & ff. eod. quę in fraudem creditorum l. hac in factum*[4]. 2 Vel verius dic[e] quòd nulla dicitur Pauliana nisi adiectiuè, quia à Paulo fuit inducta. sed in factum Pauliana dicitur quæ[f] ad reuocanda corporalia & incorporalia competit, & datur contra accipientem & heredem eius inquantum ad eos peruenit, etiam non restituto ei pretio: *vt ff. eo. l. ait prætor, quæ Lucius. §. fin. & l. sequen. & l. si debitor. & l. ex his.* In eum autē qui in fraudem alienauit, actio non datur, cum nudus sit: nisi ita fraudulenter dispersit, vt res apparere non possit: quo casu etiam in carcerem detruderetur: *vt ff. eod. l. fin. §. fin.* ¶Est & Fauiana[g]. quæ datur soli patrono ad reuocanda ea quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter viuos, vel in vltima voluntate, quo minus patronus habeat tertiam: *vt ff. si quid in fraudem patroni l. j. in prin. & §. j. & ĩ. de succes. lib. §. sed nostra constitutio.* ¶Est & Caluisiana[h], & ipsa tā patrono quàm creditori competit: *vt ff. si quid in fraudem patroni. l. in Fauiana.* ¶Quidam tamen dicunt contra in eo quod de Fauiana dictum est, *arg. ff. de vsur. l. videamus. y. §. in Fauiana.* Sed certè ita dicit ibi litera, per quam. & sic refertur ad proximam tātum, s. Paulianam. ¶Sic illæ duæ[i] imitātur naturam superioris in factum Paulianæ. ¶Sed quæro, quare sunt hic hæ positæ inter reales prætorias, cum ipsę personales sint: quod probatur per id quod dicit litera, In Fauiana quoque: *vt ff. de vsuris. l. videamus. §. ij. in Fauiana.* Nā proximè dixerat de personalibus: vnde continuat eam cum personalibus, & probatur *ff. si quid in fraudem patroni l. j. §. hæc actio.* Sed responde[k], quia similitudinem habēt cum superioribus duobus casibus. in eo quod sicut ibi permittitur aliquid dicere quod nō sit, vel esse facienda aliqua ac si nō processissent quæ processerūt: sic & hic. Itē sicut ibi fit reuocatio, ita & hic. ergo secundùm hęc ita dici debent hæ reales, sicut superiores: quod quidam cōcesserunt. Sed respon. hic nō petitur quod meum fuerit, vt in superiori casu, nec quasi meum, vt in Publiciana: *vt ĩ. eo. §. alia.* Nec obst. *J. §. proxi.* quia hypothecaria[l] est in rem, nec tamen meum petitur vel quasi. quia ibi quod peto, peto quasi meum, i. possessionē per hypothecariam actionē vel Seruianam. Hic autem neque possessio neque dominium est meum, nec fuit: imò in accipientē transiuit, licèt in fraudem sit alienatum: *vt ff. de contrahen. empt. l. si sciens in fi.* ¶Et prædictę[m] tres actiones reuocatorię[n] dicuntur. ¶Sed vnde oritur hęc actio? Respon. ex quasi maleficio, quando dolus fuit in vendente & emente. Si autem in vendente tantum, sic potest dici ex quasi contractu, si agitur contra illum possidentem. ¶Sed nunquid habet retentionem, vt ab eo non reuocetur, si vult soluere quod sibi creditori reuocare volenti debetur? Quidam negant: *vt arg. ff. rerum amotarum. l. si cum dos §. fin. & l. sequenti.* Sed contradico instar posterioris creditoris: qui si vult soluere priori quod sibi debetur, potest habere retentionem: *vt ff. de euiction. l. euictus*[a]. quod dic *vt ff. quæ in fraudem creditorum. l. ait prætor. §. illud,*

e Paulianæ simpliciter an sic quædam actio: an potius ea dicenda sit in factū Pauliana.

f Pauliana in factū actio ad quid detur.

g Fauiana actio quæ dicatur.

h Caluisiana actio quibus detur.

i Fauiana & Caluisiana.

k Dic Paulianam Fauianā & Caluisianā actiones esse personales in rem scriptas. Nic. Ioan. Fab. Ias.

l Actio hypothecaria licèt in rem sit, nostrum tamen non petimus, sed possessionem tantùm.

m Reuocatoriæ actiones sunt Pauliana, Fauiana, Caluisiana.

n Et sic tenet Gl. quòd hæ reuocatoriæ sint meræ personales. sed Ias. in hoc reprobat Gl. & tenet esse in rem scriptas. Vide hic per eundem.

locatori competit in res inquilini vel coloni ædibus vel fundo locato inuectas: quæ pro mercede locationis (etiam si nihil conuenerit) tacitè hypothecatæ sunt: altera verò reliqui creditores pignora & eorum hypothecas persequuntur: nec refert, in id cuius nomine experiuntur, pignus sit: id est in re mobili tradita, an verò hypotheca, id est, in re soli consistens. vtique enim hypothecariæ semper locus est.

g ¶*Mansisse.* videtur ergo quod promittat mētiri: quod nō est verum, sed ita petit, ac si mansisset in bonis debitoris: vt ĩ. eo. §. alia. & §. rursus.

a Vide melius [illegible] in prin. C. quæ potior in pign. habeat. [illegible].

[*Item Seruiana.*] Diuiditur[b] in tres partes. Primo, quòd actio Seruiana vel quasi Seruiana est prætoria. Secundo, quæ sit differentia inter actionem Seruianā vel quasi. Tertio, quæ sit differentia inter pignus & hypothecā. Secunda ibi, Seruiana autem. Tertia ibi, Inter pignus. CASVS. Adhuc prosequitur Iustinianus materiā suam, dicens quòd non solùm præcedentes sunt prætorię in rem, sed etiam Seruiana, & quasi Seruiana, quę & hypothecaria vocatur? & statim dicit effectum vtriusque. Seruiana enim competit locatori siue domino domus pro rebus coloni quę pignoris iure pro mercedibus fundi vel domus tacitè obligantur. Quasi Seruiana autē vocatur alia, per quam creditores pignora hypothecásque persequuntur. Quæ autem sit differentia inter ista tria nomina, & Quasi Seruiana, & Saluianum interdictū, quæ videntur nomina synonyma: satis potes petere ex notula literæ. Et licèt hypothecaria reuocet nudam possessionem, & Saluianū interdictum similiter, tamen differunt: qui intendit Saluianum interdictum, non habet probare nisi vnum, scilicet quod ille qui conduxit domum, tēpore conductionis possedit res illas. In Seruiana verò debet probare duo. Dominus autem Iason hic agitabat vnum verbum, de quo nunquam fecerunt mentionem glossatores, scilicet quare vna actio vocatur Seruiana, alia quasi Seruiana. Et ad istam quæstionem ita respondebat: Actiones vocantur veræ & directæ in casu isto in quo sunt exterosæ. Seruiana autem sicut ex primitiua sui natura est, intendebatur contra colonum, & certè postea extendebatur cōtra quemlibet alium debitorem. & tunc per extensionem sortita est naturam quasi Seruianæ. 2 Vel sic, & melius: Seruiana dicitur illa actio, quæ nobis seruit verè, sicut aliquia dicitur nobis verè seruire, quādo gratis seruit. Sic autem est de actione Seruiana. Quando enim domum meam tibi loco: non conuenio tecum quòd res illatæ mihi sint obligatæ, & tamen sunt: & ita sine pacto interueniente res illatæ mihi obligatæ sunt, & pro eis competit mihi Seruiana. Item volo scire à legislatore quæ sit differentia inter pignus & hypothecam: ad hoc, quia in fi. proxim. §. dixit quòd quasi Seruiana est actio per quam creditores pignora hypothecásve persequūtur. Et ipse respondet, quòd nulla est differentia inter pignus & hypothecam quoad actionem hypothecariam. Nam quęcunque res fuerit à debitore creditori obligata, siue fuerit creditori tradita, siue nuda conuentione sine traditione sibi obligata: semper potest creditor illam rem à quocunque possessore petere per hypothecariam actionem. In aliis tamen facimus differētiam inter hæc verba. Dicimus enim quòd pignus propriè dicatur res obligata & tradita creditori, res dico mobilis. Quando autem aliqua res nuda conuētione sine traditione obligatur, eam dicimus appellatione hypothecę contineri. hoc dicit. Sed videtur in principio quòd litera dicat falsum: cum dicat quòd inter pignus & hypothecam nulla est differentia: quia actio hypothecaria vindicatur habenti possessionem. *ff. de pignoribus l. & quæ nondum sunt §. j.* sed qui habet pignus, habet detensionem ad minus. quare ergo non potest habere actionem hypothecariam? Frater, qui habet pignus: sine dubio quādiu habet pignoris possessionem siue detentionem, nō habet hypothecariam. sed si pignus traditum fuerit postea amissum, vel si pignus alij precario concesserit: tunc competit creditori hypotheca. & postea cautè dicit in notula, vt hac actione peti possit à quolibet possessore. & hoc est quod dicit Franciscus.

b Diuiso.

¶ *Libellus in actione Seruiana, & quasi Seruiana.*

Hic tangitur de Seruiana, & quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur: in quibus qualiter formetur libellus, est videndum. Sed primò sciendum est, quòd Seruiana datur domino fundi in reb. coloni, quæ pignoris vice vel iure pro mercedibus fundi eidem tenentur: *vt in hoc. §. Item Seruiana. & ff. quibus ex causis pig. taci. contrahitur. l. ij.* Formatur ergo in hac actione sic libellus: Dico ego a, contra b, quòd bona quæ sunt illata & inuecta in fundum meū, sūt mihi obligata pro mercede fundi: vnde proponēdo Seruianā siue hypothecariam contra ipsum b, peto illa pignora mihi

tradi,

tradi & eundem b, ad restitutionem eorundem pignorum mihi condemnari. Causa autem pro ista actione poterit poni hæc, scilicet: Vnde cùm bona illa vbicunq; sint, ipso iure tacitè mihi sint obligata, peto, &c. Eodem modo forma lib. in act. illa hypothecaria siue Seruiana, quæ datur domino domus in bonis inquilini in eandem domum illatis. Quasi Seruiana siue hypoth. datur creditori ad pignora sua prosequenda: *vt suprà de actio. §. Seruiana.* & sic forma lib. in ista quasi Seruiana: Dico ego e. contra d, quòd ipse detinet equum meum, quem ipse mihi obligauit pro decem lib. vnde proponendo cõtra ipsum hypotheca. peto dictum equum mihi tradi, & ipsum ad restitutioné ipsius equi condemnari. Et causa erit in hoc libello, quã sufficit ꝓponere, scilicet hæc. Vnde cù dictus equus sit pro decem libr. mihi obligatus, peto &c. Hæ vero act. scilicet Seruiana & quasi Seruian. quæ hypothecaria vocatur sunt in rem: vnde dantur contra quemlibet possidentem.

7¶ Item Seruiana [a], & quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur, ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis [b] de reb[9] coloni [c] quę pignoris [d] iure pro mercedibus fundi [e] ei tenẽtur. Quasi [f] Seruiana autẽ est, qua creditores pignora hypothecásve persequuntur. Inter pignus autem & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest [g]. Nam de qua re [h] inter creditorem & debitorem conuenerit vt sit pro debito obligata: vtraq; hac actione [i] continetur: sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè [k] si mobilis sit. at eam quæ sine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

a ¶ *Item Seruiana* quasi dicat, non solùm Publiciana & rescissoria reales sunt & prætoriæ, de quibus dictum est: sed etiam duæ istæ capiunt vim ex prætoris iurisdictione, id est prætoriæ sunt: *vt hic, & ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore.* Accurs.

b ¶ *Quis.* scilicet dominus fundi: siue sit partiarios, [a] siue nummis colat. Item etiam pro deteriotatione domus [b]: *vt ff. in quibus cau. pig. vel hypotheca taci. contrahi. l. ij.* licèt ex locato sit actio: *vt ff. locat. l. qui fundum.*

c ¶ *Coloni.* sub. vel inquilini. nam & eius res sunt tacitè obligatæ: *vt ff. in qui. cau. pign. vel hypotheca. taci. con. l. iiij.* [c] Et est colonus in villa, inquilinus in ciuitate: *vt ff. de acquiren. possess. l. vt pignoris.* [d] Differentia tamen est inter has duas tacitas obligationes. nam in rusticis ita demum, si dominus sciat inducta & illata: in vrbanis, siue sciat siue non. Et est ratio: quia sancta rusticitas omnia palam habet, sed inquilinus multa etiam clam apportat, quæ locator ignorat. *vt C. locati. l. certi iuris.* Ita tamen in vtroque, si eo animo sint inducta, vt ibi sint perpetuò, non ad tempus: *vt ff de pig. l. debitor. & ff. in quibus causis pignus vel hypotheca ta. con. l. in prædiis. §. j.*

d ¶ *Pignoris.* scilicet taciti.

e ¶ *Fundi.* vel domus, *vt supra dictum est.*

f ¶ *Quasi.* hæc dictio ponitur ad differentiam superioris. vtraque tamen Seruiana dicitur, à seruando fortè dicta: cùm omne ius aut in acquirendo, aut in seruando, aut in amittendo consistat: *vt ff de le. & se. con. l. finali.* [e] ¶ Sed quæ est differentia inter Seruianam actionem & Saluianum interdictum: cùm illud ad idem competere videatur: *vt infra de inter. § interdictum?* Respond. quia in Seruia. oportet quòd creditor probet debitorem fuisse dominum [f] tempore obligationis: *vt ff. de pig. l. & quæ nondum sunt. §. j.* Sed in Saluiano sufficit quòd probet eum possedisse: vt colligitur: *ff. de Sal. interdic. l. j. in princi. & dicimus infra de interdict. §. interdictum.*

g ¶ *Nihil interest* nisi in sono vocis: *vt ff. de pigno. l. res hypotheca. §. inter pignus.* imò & etiam quantum ad actionem videtur interesse. Nam præscriptio habenti pignus non currit, cùm possideat, secus in hypothecaria: cui currit præscriptio interdum decem, [g] interdum xx. [h] interdum xxx. [i] interdum xl. annorum [k]: *vt C. si ad. vtr. cre. l. j. & ij. & C. de præscri. xxx. vel xl. anno. l. cum notissimi. & de anna. excep. l. j. §. j.*

h ¶ *De qua re.* mobili vel immobili: tradatur creditori vel non: corporalis vel incorporalis sit, excepta tamen vrbana seruitute, quæ non potest obligari, ne ruinis ciuitas deformetur: *vt ff. de pign. l. si is qui. §. fin. & l. seq.* ADDITIO. Dic quòd attenta ratione gloss. si esset seruitus etiam vrbana, quæ non esset deformatio ciuitatis, posset obligari: vtputà, obligo tibi seruitutem altius non tollendi, donec pecunia non soluatur. nam tunc valere ita dixit Bartol. *in d. l. si is qui. §. fin.* Angel.

i ¶ *Hac actione.* scilicet hypothecaria: vt hac actione peti possit à quolibet possessore.

Propriè. Propriè pignus traditione, hypotheca conuentione constituitur. in actione tamen hypothecaria his omnibus abutimur: & ideò Marcianus de hypothecaria formula tractans, dixit pignus ab hypotheca sono tantùm differre, quod est ac si diceret significatione non differre. nam quemadmodum pharmaca quæ eadem sunt, odoribus tantùm & coloribus: ita verba quæ idem significant, sono tantùm aut syllabis literísque inter se differunt. Significatio igitur est eadem, sonus est diuersus, syllabæ & literæ sunt diuersæ. Cuiacius.

a Hæc Glo. est sing. secundùm Ang. & Ias.
b Etiam pro e[...]lia obligatione. Ang.
c Et ita communiter tenetur licèt Vltramõtani contra.
d Hæc Glo. & omnes similes reprobantur communiter per scriben.
a Hypotheca autem dicitur ab hypo. quod est sub & thesis positio quasi suppositio vel obligatio: vt probatur per rub. de reb. cre. nõ alie. vel sup.
f Imò sufficit probare rem fuisse in bonis debitoris. l. 3. l. 23. § 1. ff. de pig. l. 23 ff de proba. hoc est, debitorem fuisse bonæ fidei possessorem, vel eiùs dominium habuisse. l. bonam. 49. ff. de verb. sign. vt l. si ab eo. ff. de pignorib. adde Bal. in l. & quæ nondum § quod dicitur. ff. de pignorib.
g Hoc verum quando res possidetur per alium à debitore habentem bonam fidem & titulum & inter præsentes. Pla. & Ias.
h Hoc verum quando res possidetur per eum, si quem &c. & inter absentes. Pla. & Ias.
i Hoc verum quando res possidetur per alium à debitore non habentem titulum nec bonam fidem. Pla.
k Hoc verum etiam quando res possidetur per ipsum met secundùm Ias.

Hactenus de prætoriis in rem, nunc de his quæ sunt in personam: quæ quamuis innumera sint, de tribus tantùm hic disseritur.

8¶ In personam [l] quoq; actione ex sua iurisdictione ꝓpositas habet ꝑtor: veluti de pecunia [m] cõstituta: cui similis [n] videbatur receptitia: sed ex nostra constitutione [o], cùm & si quid plenius habebat, hoc in actioné

k ¶ *Maximè.* hoc abundat: *vt C. de tessa. ma. l. finali. §. ij.* Duo [a] enim oportet interuenire vt sit pignus, & quòd tradatur creditori, vt hîc: & quòd mobilis sit: cùm pign[9] à pugno dicatur: *vt ff. de verborum significatione l. plebs. §. pignus.* Si autem mobilis est, & non tradatur: item si immobilis [b] est, tradatur vel non, hypotheca est. ¶ Patet ergo quòd quatuor [c] sunt prætoriæ actiones in rem: scilicet Publiciana, & rescissoria, & Seruiana, & quasi Seruiana. Item aliæ duæ reales præiudiciales: *vt infra eodem. §. præiudiciales.* Est & alia quæ datur superficiario, quando [d] quis ad non modicum tempus conduxit: *vt ff. de superficie. l. j. in fin. j. respon. & §. quod ait. & l. finali. & ff. de rei vind. l. superficiario.* Est & octaua actio in rem: vt quæ datur metum passo. nam illa prætoris est in rem: *vt ff. quod met. cau. l. metum. §. volenti.* Sunt & aliæ, scilicet bonorum [e] possessoria hereditatis petitio: item fideicommissaria hereditatis petitio. Prima datur ei qui succedit per prætorem. Secunda ei cui per Trebellianum hereditas restituta est: *vt ff. de bonoris possess. hereditatis petitione. l. j. & ij. & ff. de fideicomm. hereditatis petitione. l. j. ij. & iij.* & sic decem sunt prætoriæ in rem.

[*In personam.*] Iste [f] § vsque ad § pœnales. tractat de tribus actionibus personalibus & prætoriis. Et hoc principium vsque ad §. *actiones autem.* diuiditur, quia in principio præmittit de actione de constituta. & de pecu. Item & de iuramento in genere, & secundo in specie: & de vnaquaque dicit. Secunda ibi, de constituta. Item prima diuiditur: quia primò ponit qualiter olim erat in actione de constituta & receptitia: hodiè verò sunt omnia redacta ad constitutam. Secunda ibi, sed ex nostra. CASVS. Non solùm prætor introduxit actionem in rem, sed etiam actionem in personam. Cùm igitur supra dictum sit de realibus prætoriis, restat de personalibus prætoriis tractare. Prætoriarum autem personalium actionum ad minus duæ sunt actiones. Prætor autem quasdam introduxit actiones in personam, quæ sunt persecutoriæ, & non pœnales, & quasdam introduxit pœnales. In primo igitur mihi ponit exempla prætoriarum actionum in personam, quæ non sunt pœnales. Primum exemplum est in actione de constituta pecu. & illi actioni erat olim similis actio quæ dicitur receptitia. sed si quid antea plenius habebat, hodie in actionem de constituta est trãsmissum & ea tanquam superuacua hodie constitutionibus principalibus iussa est recedere ab aula. Secundum exemplum est in actione de peculio. Prætor enim proposuit actionem de peculio seruorum vel filiorum. Tertium exemplum est de actione in factum, quæ descendit de iureiurando. Prætor enim introduxit actionem ex iuramento, in qua solum quæritur an actor iurauerit. & non solùm has actiones personales, & actiones pœnales introduxit prætor, sed & alias plures & hoc dicit.

l ¶ *In personam.* quasi dicat, dictum est de realibus prætoriis, sequitur de personalibus prætoriis, licèt & de quibusdam personalibus supra interposuerit. *§. item si quis.*

m ¶ *De pecunia. vt digestis de constitut. pecu. l. prima in principio.*

n ¶ *Cui similis.* scilicet quo [g] ad quædam: quia vtraque dabatur vbi quis constituebat se soluturum pro se vel alio. Sed & dissimilis videbatur: quia actio. de constituta pro his tantum rebus in constitutione deductis competebat, in quibus mutuum consistit, scilicet quæ pondere, & mensura continentur: sed receptitia, quando aliæ res in constitutione deducebantur. sed hodie pro omnibus competit actio de constituta: cùm omnes res appellatione pecuniæ contineantur: *vt Cod. de constitut. pecu. l. ij. §. penultimo.*

o ¶ *Constitutione. vt C. de consti. pecu. l. ij.*

a Pignus vt interueniat duo requiruntur, vt tradatur creditori, & sit mobile.
b Hypotheca rerum est immobilium.
c In re actiones prætoriæ quatuor, præiudiciales duæ: septima datur superficiario: octaua datur metum passo. Nona bonorũ possessoria hæreditatis petitio. Decima fideicommissaria hæreditatis petitio.
d Superficiaria actio datur ei qui nõ ad modicũ tempus conduxit.
e Fideicommissariæ hæreditatis petitione, & possessoria hæreditatis [illegible] differunt. Illa datur ei cui restituta est hæreditas per Senatusconsultũ Trebellianũ. Altera ei qui succedit per prætorem.
f Diuisio.
g Actionis de pecunia constituta & receptitiæ similitudo & differentia.

a ¶*Ea.receptitia.* Accurs.
b ¶*Item prætor.* Hæc capitula exponuntur.j.*proxi.*§.&ideò hic non dicas.
c ¶*Et alias.*de quibus dicet j.§.pœnales.

pecuniæ constitutæ transfusum est,& ea [a] quasi superuacua iussa est cum sua auctoritate à nostris legibus recedere. Itē prætor [b] proposuit actionem de peculio seruorum, filiorúmque familias, & eam ex qua quæritur an actor iurauerit, & alias [c] complures.

Quisquis quod à se aliòve debetur, sese soluturum nudo pacto constituit, actione de constituta conueniri potest.

9 ¶De constituta autem pecunia [d] cum omnibus [e] agitur, quicunque vel pro se, vel pro alio soluturos se cōstituerint [f], nulla [g] scilicet stipulatione interposita. nam alioqui si stipulanti promiserint, iure ciuili [h] tenentur.

Pro filij vel serui contractu catenus pater aut dominus actione de peculio impeti possunt, quatenus peculij vires patiuntur.

10 ¶Actiones autem de peculio [i] ideò aduersus patrem [k] dominúmve [l] comparauit prætor, quia licèt ex contractu filiorum seruorúmve ipso iure [m] non teneantur: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum filiarúmque, item seruorum) condemnari eos.

[*De constituta autem pecunia.*] c a a vs. Supra proxi.§.posuit Iustinianus tria exēpla prætoriarum actio. personalium, quorum primū fuit de act. de constit. pecu. Sed dic ei, Domine, pro Deo dicatis mihi effectum act. de constitu.pecu. & quando agitur act. de constituta pecunia, siue cui competit actio hæc? Frater, dicit ipse, ista actione agitur contra omnes illos quicunq; pro se vel pro alio se aliquid soluturos constituerūt: dum tamen non interponatur aliqua stipulatio. nā si stipulatio esset interposita, tenerentur iure ciuili, & non actione prætoria. hoc dicit.

d ¶ *De constituta autem pecunia.* i. hac actione quæ sic vocatur.

e ¶ *Cum omnibus.* s.aptis aliàs obligari pro se, vbi pro se interuenit constitutio: vel alij, vbi pro alijs interuenit constitutio. sic ergo furiosus [a] cū nec pro se, nec pro alijs obligetur, nec constituere se debere potest. Idem in prodigo & similibus. Item mulieres, cū aliàs pro se tantum obligentur: & hæ constituant pro se tantum & non pro alijs: *vt ff. de constitu.pecu.l.j.*§.j.*& ij.* Accursius.

a Idem de pupillo secundū Ang.

f ¶*Constituerint.* vt putà per hæc verba, Constituo me soluturum quod ego vel ille debet, & similia: *vt ff. de constitut. pecu. l. qui autem in fine. & l. sequen.* [b] & hoc ita, si sit debitum quod præcedat: siue ciuile & naturale simul, siue naturale tantum, siue prætorium. Secus si ciuile tantum: *vt ff.de constit.pecu.l.j.*§.*pen.& fin.& l.iij.*§.j.

b Si quis constituerit alicui fide iussorum pro se velle [illegible] costituturum, se non si nō pro se sed alio vt hic per Iasonem.

g ¶*Nulla.* Ergo ex nudo pacto oritur actio hîc: quod est contra ius commune positum: *ff.de pact.l.iurisgentium.*§. *sed cum nulla.&*§. *quinimo.&*§.*vt putà.versiculo, idem Marcellus.& versi.idem responsum & Cod.de pact.l.legem.* & est hoc ideò fortè speciale: quia sicut vnum pro eo qui constituit, inducitur (vt non teneatur nisi elapsis decē diebus: *vt ff.de constit.pe.l.promissor.* cū aliàs statim teneatur: *vt ff. de verb.oblig.l.eum qui.Kalendis.*§.*quotiens.& de verbo. signific. l. cedere diem.*) sic & aliud contra eum, vt ex nudo pacto teneatur: *vt ar.ff. de iureiur.l.eum qui. in prin.* Sunt [c] & alij adhuc sex casus, in quibus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce in donatione hodie, [d] licèt olim fuerit necessaria stipulatio: *vt C.de donationib.l.si quis argentum.* [e] §.*sin autem.* Item si mulier dotem sine stipulatione dare marito conuenit: *vt C.de do.pro.l.ad exactionem.& de rei vxo.actio.l.j.*§.j. [f] Itē si quis ob honorem decretum vel decernendum palā pollicitus fuerit, id est sine interrogatione: *vt ff.de pollicita. l.j.*§.j. *& l.pactum.* Item in nautico fœnore: *vt ff de nautico fœnore.l.periculi in fin.* [g] Item in accessione frumenti vel vini, vel olei, vel hordei: *vt C.de vsur.l. frumenti.* Item in vsuria ciuitati promissis: *vt ff.de vsur.l.etiam.* Aliàs autem propter sui frigiditatem nudum pactum actionem parere non potest. AO DE TIO. Adde alios casus, vt putà in curia mercatorum. *arg.l.Quintus Mutius.ff.man.& ibi.*Barto. Item si fieret in iudicio: quia tunc fingitur stipulatio. Item quando per pactum nudum aliquid abest parti si non seruet promissa, quia contra non seruantem datur actio de dolo: vt est text.*not.in l.eleganter.*§.*seruus.*§.*de dolo.* vt hic per docto.

c Ex pacto nudo actio quibus & quot casib. nascatur.
d Hanc glo. communiter reprobatur per doctor. quia etiā hodie nō oritur actio, sed cōdictio ex lege, propter ipsum pactum.
e Haec lex habet locum in donatione causa: & propter nuptias: & in donatione præsumpta. Iason.
f Hic §. non procedit hic cum fingatur tacita stipulatio. Pa. Plat. Angel. & Iaf.
g Et est ratio propter ipsum periculū. facit c nauiganti extra de vsuris.

h ¶*Iure ciuili.* vel actione ex stipulatu, vbi certum est in stipulatione: vel cōditione certi, quæ ea stipulatione oritur, vbi est certum. *vt* j.*de ver.obli.in princ.* quæ stipulatio est à iure ciuili inducta: *vt hic*, cū de iure gentium ipsa non fuerit: licèt alij cōtractus fuerint de iure gentium: *vt* j.*de iure natur.gentium, & ciuili.*§.*ius autem.* Non autem dicitur ideò de iure ciuili, quod non habeat in se vinculum naturale, imò habet, quia sine consensu non valet: qui consensus est de iure naturali: *vt ff.de pact.l.j.*§.*penult.*

¶*Libellus in actione de constituta pecunia.*

Hic tangitur de actionibus prætoriis personalibus, in quibus qualiter formetur libellus, est videndum. Et primo de act.de cōstit.pecu. est videndum Et nascitur ista actio quotiens aliquis cōstituit se soluturum quod ipse debet, vel alius: *vt ff de constitut pecu. l. qui autem. in fine. & l.seq.* dum tamen sit debitum ciuiliter & naturaliter, vel naturaliter tantum, secus si ciuiliter tantū: *vt l.j.*§.*penult.& l. iij.*§.j.*in dicto titul.* Vnde sic formabis libellum. Dico ego a, contra b, quòd ipse constituit se soluturum decem libras quas ipse mihi debebat causa mutui. vnde proponendo actio. de constitu.pecu. contra ipsum, peto eundem mihi in dictus decem libris condemnari. Et erit causa istius actionis, hoc scilicet: Quia constituit se mihi soluturum quod debet mihi, ideo peto &c. Sed si pro alio constituit se decem libras tibi soluturum, formabis in narratione sic libellū: Vnde cum ipse pro tali constituerit se decem libras mihi soluturum, peto &c. Et eodem modo formabis si ex alia causa quàm ex mutuo debeatur.

[*Actiones autem.*] c a a vs. Dixi domino Iustiniano, Domine, iam vidi effectum primi respon. pro Deo dicatis mihi de secundo exemplo, quare inuenta fuit de peculio actio? Resp. frater, equum fuit quod istæ act. inuenirentur, per quas contra patrem vel dominum posset agi ex contractu filiorumfamilias vel seruorum: quia licèt actione de peculio de iure ciuili non teneantur patres vel domini, æquū tñ est quòd peculio tenus teneant: eo q peculium est quasi patrimonium filiorum vel seruorū. hoc dicit.

Libellus in actione de peculio.

Hic tangitur de act.de peculio, quæ datur contra dominum ex contractu serui: *vt infra quod cum eo.in principio.* & etiam datur contra patrem nomine filij. Formabis ergo in ea sic libellum: Dico ego a, contra b, quòd vendidi d, seruo suo equum pro decem, quare ipse b, de peculio serui sui d, mihi tenetur: vnde proponendo contra ipsum b, act. ex vendito, peto quatenus est in peculio ipsius serui sui d, vsque ad quantitatem illorum decem ipsum b, mihi condemnari. Et aduerte quia hæc actio de peculio, non est proprium nomen act. sed est quædam adiectio, sicut exercitoria, institoria, & tributoria, *argu.l.iij.*§.*Iulianus. ff.de pecu.* Et erit causa in hac actione talis, scilicet: Quia vendidi. quā sufficit proponere loco acti. scilicet sic: Vnde quia pro decem vendidi, peto &c. Similiter contra patrem ex contractu filij potest sic formari libellus. Dico ego a, contra b, quòd vendidi c, filio suo, quem ipse habet in potestate equum pro decem &c. De filio in potestate feci mentionem: quia qui sui iuris est, peculium habere non potest: *vt C.de inoffic.testa.l.si.in si.*

i ¶*De peculio.* Volunt quidam dicere hæc esse propria nomina actionum, scilicet de peculio. & de in rem verso: & quod iussu: itē exercitoria, & tributoria & institoria, ex eo quòd leges plerumque appellant eas actiones: vt hic. Sed verius est vt adiectiuè ponantur. sic enim dicitur mandati actio de peculio: *vt ff.de pecu.l. iij.*§.*cui congruit.* [a] Accurs.

a Hec secunda opi. communiter tenetur hic per docto.

k ¶*Patrem.* scilicet respectu filij. Accurs.
l ¶*Dominumve.* scilicet respectu serui. sunt enim correlatiua.
m ¶ *Ipso iure.* scilicet ciuili, quod non vult vt alter ex alterius persona obligetur: & sic pater non debet teneri pro filio, inspecto iure ciui. sicut eo inspecto pro seruo non debet teneri dominus: quia seruus [b] pro nullo est inspecto iure ciuili: *vt ff. de regu. iur. l. quod attinet.* Sed tamen prætor æquitatem considerat: vt quia peculium quasi patrimonium est filij vel serui, vt subiicit: quia peculium est quod sibi quis parsimonia quærit: [c] *vt ff.de pecu.l.peculium. in princip.* verè tamen non est patrimonium filij peculium: *vt C.de inofficioso testamento.l.fina. in fine.* Item nec serui: *vt ff. de verbo.oblig at.l.liber homo.ij.in fin.j.respon.* Ideo tamen quia quasi patrimonium est, patrem pro filio, dominum pro seruo teneri dicit. ¶ Diligenter tamen distingue [d] vtrum contrahat filius vel seruus, vel quasi contrahat. Item vtrum delinquat, vel quasi. Si contrahat, quilibet illorum dominus vel pater actione ex eo contractu tenetur in peculium: in cuius condemnatione deducitur ex ipso peculio quicquid seruus naturaliter domino debuit: vt quia dominus seruo mutuauit, vel aliàs secum contraxit. Item deducitur quod debetur his qui sunt in potestate domini, vel tutela vel cura: cùm videatur dominus præuenisse: *vt ff. de pecul. l. sed si damnum.*§. *primo & secundo.* obligatur enim seruus domino naturaliter: *vt supra de fideius.*§.j. & sunt hæc communia in seruo & filio, excepta causa mutui, ex qua nec filius nec pater tenetur. secus in seruo: *vt infra titulo primo.*§. *illud. & l.ad*

b Seruus pro nullo reputatur.
c Hoc declaratur per Bar. in rub.ff. de pecul.
d Pater pro filiis & domini pro seruis, an & quomodo actione de peculio teneantur.

& C. ad Maced. l. penult. Item quæ dicta sunt quando contrahit filius vel seruus, eadem, & quando quasi contrahit: vt si alterius negotia gessit: vt ff. de neg. gest. l. si filiusfam. ¶ Præter hanc actionem de peculio adhuc pater vel dominus quandoque tenetur de[a] in rem verso: quando filius in rem patris, vel seruus in rem domini conuertit: & est in solidum vsq; ad quantitatê versam, vt j. at. j. §. in ec. ¶ Azo. Sed de peculio agit quatenus peculium durat: vt j. eo. §. sunt præterea. & j. in j. §. in rem autê. ¶ Item est actio quod iussu,[c] quæ est in solidu quando filius vel seruus iubête domino vel patre contraxit. videtur enim contrahi cum ipso patre vel domino: vt ff. quod iussu. l. j. & ff. ¶ Item sunt aliæ tres. s. exercitoria,[d] quæ datur contra dominum nauis, qui præposuit magistrum nauis seruum suum: & cius rei gratia contractum fuit Et ideo dicit exercitoria: quia exercitor dicit dominus nauis. ¶ Item institoria,[e] quæ habet locum qn aliquis seruum suum tabernæ vel stationi præposuit.[f] Item tributoria,[g] qua agitur ita quòd dominus vocatur in tributum. vt j. eo. j. §. introdunt. & §. institoria.[h] & §. j. ¶ In delictis autem & quasi delictis idem olim seruabatur in filio & seruo, vt pro noxa dari possent: vt j. de noxa in fin. Sed hodie pro seruis tantum agit noxaliter, vt ibi dicit & pro delictis: vt j. de noxa in prin. & ff. de noxa. l. j. & in quasi delictis. vt si seruus habitans cũ domino, habuit suspensum vel appẽsum, vel effudit aliquid quod alicui nocuit: vt ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. si seruus. & l. si vero. §. prætor. nisi in duobus casibus: vt ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. cum seruus. vbi non habitat cũ domino; & ff. de nauto. l. quod si minor. §. si seruus. ¶ Porro licèt in delictis & quasi agatur noxaliter: tamen & de peculio agitur si locupletatus est dominus, in quantum id peculium locupletius[i] est: vt ff. de iudi. l. iam ex contractibus. & ff. de pecul. l. iud. §. ex furti causa.

[Item si quis postulante.] CASVS. Dixi Insti. Domine, iam vidi naturam duorum exemplorum: nunc si placet, dicatis mihi naturam tertij exempli, s. actionis in factum, quæ datur ex iuramento. scil. quando habet locum hæc act. & ipse respon. Frater, dicit ipse, Si aliquis petierit decem ab aliquo, dicens illa sibi deberi: & reus sacramentum sibi deferat. & actor delato sibi iuramento iurauerit illud esse sibi debitum quod petit: & post iuramẽtum noluerit reus soluere quod petitum est: id illo casu accommodat sibi prætor actio. per quam quæritur an iurauerit, vel non. & non an sit debitũ: quia iuramentũ hic pro veritate est acceptum. franc.

¶ *Libellus in actione in factum ex iureiurando.*

Hic tangitur de iureiurando præstito ex delatione iudicis, vel partis aduersæ: ex quo oritur actio in factum, si iuretur non adiecta causa ex qua dicat sibi deberi, scilicet si iuret informiter. Si autem adiiciat causam ex qua dicat sibi deberi, veluti ex mutuo, vel similibus, oritur actio ex illa causa. & tunc dicit iurasse formiter, quasi forma siue causa adiecta: vt l. si duo. §. si quis iurauerit. versi. idem dicemus. & §. Marcellus. ff. de iureiur. & ideò forma in illa libellum sic: Dico ego a, contra b, quòd cùm peterem ab ipso decem causa mutui, ipse detulit mihi iuramentum: & ego simpliciter iuraui quòd ipse mihi debebat illa decem. vnde proponendo act. in factum ex iureiurando prouenientem, peto dictum b, in dicta decem libris mihi condemnari. Causa in isto libello erit talis, quia iuraui. quæ poterit poni loco actionis. Si autem iuraui formiter, id est adiecta causa, vt s. quàm ex caus. mut. debeb. tunc dicam: Vnde quia propo. condictionem certi, quæ nascitur ex mutuo, iuraui ex causa mut. mihi debe. pet. &c.

Item si quis. scilicet actor. Accursius.

a ¶ *Postulante.* id est petente reo: vel deferente. si enim sine voluntate aduersarij iuraretur, nihil proficeret iuramentum: vt ff. de iureiur. l. iij. in princ.

b ¶ *Iurauerit.* vel ei remissum fuerit: vt ff. de iureiur. l. non erit. §. fin. & l. sequenti. & C. de rebus creditis l. actori. ARDITIO. Idem si post acceptatum iuramentum, etiam antequam iuretur, pœniteat deferentem. quia habetur pro remisso.

c ¶ *Deberi.* sic simpliciter, scilicet non adiecta causa quare debeatur: quod informiter[k] dicimus. si autem cum forma, veluti quia vendidi; tunc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex sacramento, cum pro veritate accipiatur: & aduersario similiter actionem tribuit ac si verè contractus præcessisset. Idem est in aliis contractibus: vt digestis de iureiuran. l. si duo. §. si quis iurauerit. & §. idem dicimus. & §. Marcellus. Item circa actionem realem, si rem suam esse iurauerit: datur actio in rem vtilis, præterea in factum contra deferentem tantum, vel heredem: vt digestis de iureiuran. l. nam postea. §. finali. & l. sequenti. Et ita actori interdum

Si deferente reo, actor eum sibi debitorem iureiurando asseuerauit, vsque adeò plena fides illi adhibetur, vt omissa quæstione an debeatur, in factum actio iuranti aduersus reum competat.

11 ¶ Itẽ si quis postulante[a] aduersario iurauerit[b] deberi[c] sibi pecuniam quam peteret, neq; ei soluatur: iustissimè[d] accommodat ei talem actionem[e] per quam non illud quæritur[f], an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

Qui edictum in albo prætoris positum corruperit, vel qui vocat patrem vel patronum in ius, siue venia, & eximens dolo aliquem vocatum in ius, vel eximi faciens, tenetur actione prætoria. Aretinus.

datur in factum, interdum vtilis ex eo contractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei[a], si iuras in actione personali: tunc exceptionem tantum parit. Si autem in actione reali, tunc distinguitur.[b], an[c] iurauerit rem petitoris non esse, quo casu exceptio tantum datur. An suam esse, quo casu etiam actio, si res ad actorem redeat, non contra alium. Et hoc quod dixi in actore habet locũ si iuratur ex sacramenti delatione. sed si iuratur ex traditione facta occasione iurisiurandi, tũc Publiciana datur contra quemlibet: cùm sit iusta causa traditionis: vt digestis de iureiuran. l. nam postea. §. finali. & l. quia. & l. sequen. & de Publicia. l. j. in fin. vsque ad l. cum qui. ¶ Nec obstat in eo. tit. de iureiuran. l. cum qui. §. si patrem. quia ibi verbum dumtaxat,[d] dominum tantum excludit, contra quem Publicia. non dat. vt digestis de Publicia. l. pen. §. fin. CONTRIO. Hæc glo. in ista parte fina, communiter reprobatur. vide hic ad longum per dominum Iasonem.

d ¶ *Iustissimè.* quia propter sacramentum datur.

e ¶ *Actionem.* in factum. C. de rebus credit. l. actor.

f ¶ *Non illud quæritur.* etiam si periurium vellet probare: quia sufficit diuina vltio: vt digestis de dolo l. quod si deferente & l. sequen. & C. de re. cre. l. ij. nisi in casibus: vt C. de re. cre. l. fina. & digestis de iureiur. l. admonendi. ¶ Et nota quòd[g] hoc sacramentum quod est de re. (vt digestis eo. de iureiurando. l. quotiens.) id est de veritate (vt digestis ad l. Corneliam de fal. l. j. §. qui in rationibus.) triplex inuenitur. 1 Voluntarium,[g] quod ex voluntate datur, suscipitur, & recusatur, & extra iudicium fit: vt digestis e. de iureiuran. l. iusiurandum quod. 2 Item necessarium,[g] quod necessitate imposita à iudice defertur & suscipitur: vt arg. digestis de in lit. iu. l. fi. Nec enim potest hoc sacramentum referri vel recusari, nisi prætendatur iusta causa recusationis: vt C. de re. credit. l. generaliter. § sin autem. 3 Item iudiciale, quod[h] sic dicitur à iudicio: quando scilicet pars parti sacramentum in iudicio defert, quod non est necesse subire,[i] sed potest recusari & referri: vt C. eo. de re. cre. l. delata. & l. generaliter. §. sin autem. Sed iure veteri non poterat recusari: vt digestis eo. l. manifestæ.[k] Sed secundũ P. ita demum actio in factum datur ex sacramento, si sententia nõ subsequatur: alias quare oriretur actio in factum, cùm ex sententia eadem nasceretur. vt C. de re. cred. l. actori? Sed nos contra. licèt enim duæ sint, & ad idem & eodem nomine, non nocet: vt digestis de act. emp. l. hoc est nouum. & digestis de fideiusso. l. heres à debitore. Semel tamen fiet exactio tantùm: vt digestis de verbo. oblig. l. qui bis. & de regul. iuris. l. bona fides.

[Pœnales quoque.] CASVS. Multæ diuisiones consueuerunt notari in hoc §. adhuc tamen non habemus principaliter nisi duas, quarum prima est, quod omnis actio aut est in rem, aut in personam. Secunda est, quod omnes actiones aut sunt ciuiles, aut prætoriæ. Sub materia autem prætoriarum multæ sunt diuisiones: quia prætoriarum aliæ sunt in rem, aliæ in personam. Item actionum prætoriarum personalium aliæ sunt pœnales, aliæ non pœnales. De prætoriis autem actionibus non pœnalibus personalibus dictum est supra in proxi. §. De prætoriis autem personalibus videndum est in litera præsenti. Non solùm enim, dicit Iustin. introduxit prætor actiones personales non pœnales, imò & multas prætorias, personales, pœnales. & de hoc ponit tria exempla. Primum est, quòd prætor introduxit actionem prætoriam personalem, pœnalem, in eum qui album ipsius corrupit. Secundum est, quòd prætor introduxit actionem prætoriam, personalem, pœnalem, in eum qui patronũ parẽtẽ in ius vocauerit antequam hoc à iudice impetrasset. Tertium est, quòd prætor introduxit actionem prætoriam, personalem, pœnalem, in eum qui in ius vocatum vi exemit: vel adiectus eum, cuius dolo fuerit exemptus. h. d. Franc.

¶ *Libellus contra corrumpentem album prætoris.*

Hic de actionibus pœnalibus tangitur: & primò de illa quæ datur pro albo prætoris corrupto. Erat enim album prætoris, dealbatio quædam posita in eminenti loco, in quo erat scriptum de citando aliquem vel de aliquo præcepto generali vel speciali. vt digestis de alb. scri. l. j. & ij. Et est pœna l. aureorum statuta contra corruptorum malitiam: vt digestis de iur. om. iud. l. si quis. Forma ergo in hac act. sic lib. Dico ego a, contra b, quòd ipse corrupit album prætoris. vnde proponend. contra ipsum act. onem in factum, peto ipsum in l. aureis nomine populi mihi condemnari. Ista enim actio popularis debet dici à populo quia ius populi tuetur: vt digestis de popul. actio. l. j. Et ex eo causa istius actionis hæc, quia album prætoris corrupit, quæ poterit poni loco actionis.

a Iuramẽtum rei in persona li & reali actione quos effectus habeat.

b Iuret quis rem petitoris non esse, & suam esse interest.

c adde Glo. l. ... ff de iureiurando.

d Denotat particula taxatiua.

eiuramẽtũ de re seu de veritate triplex est 1 voluntarium, necessarium, iudiciale.

f Iuramentum voluntarium quod deferatur volenti.

g Iuramẽtum necessarium à iudice defertur inuito.

h Iuramentũ iudiciale quid.

i Putà quia iam probauit vel se offert probaturum.

... Item si semel reuocatũ velit pars iterum deferre vt. l. si quis iusiurandum. C. de rebus cre.

k Doct tamen communiter tenent dict. §. sin autem. non corrigi, sed declarat, dictam. l. manifestæ per scribens. hic.

¶ Libellus in actione in factum, quae datur patrono vel patri contra libertum vel filium &c.

Est & alia actio in factum, quę datur patrono contra libertum, vel patri contra filium: & illa habet locum, quando libertus patronum in ius venia non impetrata, vel filius patrem vocat: *vt C. de in ius vocan. l. ij.* & hoc in versic. veluti. & est poena illius l. aureorum: *vt dig. tit. de in ius voc. §. penult.* Forma ergo libel. sic in hac actio. Dico ego a, contra b, libertum meum, quòd ipse me vocauit in ius non impetrata venia: & ideo incidit in edictum, & tenetur ad poenam l. aureorum. vnde proponendo contra ipsum act. in factum, peto eundem mihi condemnari in l. aureis nomine poenæ. Et erit causa istius actionis, quia me patronum in ius vocauit non impetrata venia: quæ proponi potest loco actionis. Et eodem modo si pater agat contra filium hac actione, formatur lib. Sed caue, quia hæc actio non datur contra filium qui est in potestate: quia etiam impetrata venia non posset patrem in ius trahere: *vt C. de in ius vocan. l. finali.* quia nulla lis inter patrem & filium esse potest, nisi de castrensi peculio, vel quasi: *vt ff. de iudi. l. lis nulla.*

Annota, Hic de tertio prætoriarum actionum genere, quas ideo pœnales appellamus, quia ad pœnam, non etiam rei persequendæ causa competunt.

12 ¶ Pœnales quoque[a] actiones prætor bene[b] † multas ex sua iurisdictione introduxit, veluti aduersus eum qui quid[c] ex albo[d] eius corrupisset[e]: & in eum[f] qui patronum[g] vel parentem[h] in ius vocasset[i], cùm id nō impetrasset[k]. Item aduersus eum[l] qui vi exemerit eum qui in ius vocare-

† In veteribus exemplarib. non scribitur dictio bene.

a ¶ *Pœnales quoque.* Dictum[a] est §. de prætoriis rei persecutoriis, nunc de pœnalibus prætoriis. ¶ Sed quę est differentia[b] inter pœnales, & rei persecutorias? Resp. multæ: 1 Quia pœnales prætoriæ[c] sunt annales, excepta actione furti: *vt j. de perpetuis & temporalibus actionib. in prin.* Sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ: *vt ff. de actio. & oblig. l. in honorarus.* 2 Item pœnales odiosæ sunt, rei persecutoriæ non[d]. *vt ff. de pœ. l. interpretatione.* 3 Item pœnales non transeunt contra heredes, nisi aliquid ad eos peruenit, vel lis contestata: *vt C. ex delict. defunct. l. j.* sed persecutoriæ sic: *vt ff. de ac. & ob. l. ex contractibus.* 4 Item vbi plures tenentur rei persecutoria, vno soluente cæteri liberantur, non ita in pœnali:[e] *vt C. de condic. furt. l. j. & ff. de lib. cau. l. vlt. & ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. si plures.* Accursius.

a Continuatio huius §. ad præcedentem.

b Pœnalium & rei persecutoriarum actionum differentiæ.

c Ciuiles verò perpetuæ. j. de perpetuis.

d Actio tamen de dolo, rei persecutoria est & odiosa. l. 1. §. au. l. non debet ff. de dolo. & fallit, in pœnali in ea parte rei: rei vero persecutoria in parte odiosa ...

b ¶ *Pene.* id est ferè. 2 Vel melius dic quòd abundat: nam verè multæ sunt, & sanè in vetustis codicibus non habetur, & prorsus vacat.

c ¶ *Quid.* i. aliquid.

d ¶ *Ex albo.* Erat enim album, dealbatio quædam posita in loco eminenti: vt apparet *in Authent. de lit. §. omnem. ibi, vocem enim præconum & c. col. xiij.* in quo albo erat scriptum vel de citando aliquem, vel de alio præcepto generali, vel speciali[f]: *vt ff. de albo scriben. l. j. & ij. ff. de iurisd. omnium iud. l. si quis id.*

e ¶ *Corrupisset* vel positum sustulisset, quamuis non corruperit: & siue per se, siue per alium. & tunc ambo tenentur, nec vnus liberat alium & est in quinquaginta[g] aureos *vt in d. l. si quis. l. sequen.* tenetur etiam ille corruptor lege Cornel. de falsis: *ut ff. ad l. Cornel. de fal. l. penult.* cuius pœna est[h] deportatio, & omnium bonorum publicatio: in seruis etiam vltimum supplicium: *vt ff. ad leg. Corne. de fal. l. j. in fi.*

f ¶ *In eum* scil. filium vel libertum datur actio in factum, quæ est similiter pœnalis (vt superior) in quinquaginta aureos: quæ datur patrono, vel patri: & si libertus non possit soluere dictam pecuniam, castigabitur.[h] Idem fortè in filio: licèt non aliter non detur: *vt ff. eo scilicet de in ius vocan. l. penul. & j. de noxa in fi.* Superior tamen punit solum dolum: hic solum factum considerat: *vt C. de in ius vocan. l. venia.*

f Imò hęc pœna locum non habet in per rumpente album prætoris temporale & speciale, sed arbitraria. DD. ...

g Imò 500. v. Gloss. in d. l. si quis.

h Non habens in ære, luat in corpore, quod verò vbi pœna debetur ex delicto ...

g ¶ *Patronum.* subaudi vel patronam: item filios & patres eorum: *vt ff. de in ius voc. l. ij. §. j.* ¶ Et accipe hic patronum, qui manumisit: vel pro quo iudicatum est in causa ingenuitatis & libertinitatis: vel si ex causa fideicommissi manumisit: vel si emit eo pacto, vt manumitteret, & manumisit, vel non manumisit, sed ex constitutione diui Marci peruenit ad libertatem: *vt ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. j. & l. is quoque. & l. sed si hac lege.* ¶ Item liberos patroni accipe mares & fœminas, & parentes etiam adoptiuos.[i] *vt d. l. sed si hac lege. §. liberos quoque. & §. parentes.* Accurs.

h ¶ *Vel parentem* & hic accipe marem & fœminam, & vsque in infinitum: vt etiam si Adam viueret, non posset vocari in ius sine venia. Item non refert si sunt legitimi parentes, vel naturales: *vt ff. de in ius vocan. l. iiij. §. j. ij. & iij. & l. patris. & l. adoptiuum. in princ.*

i Quidam hoc hodie correctum putant vide las. hic.

i ¶ *In ius vocasset*, id est iuris experiendi causa vocasset: *vt ff. de in ius voc. l. j.* & hoc siue causa sit ciuilis, siue criminalis multo magis. nam & tunc, scilicet quando causa est criminalis etiam cum venia non potest: quia non[k] conceditur. *vt ff. de in ius vo. l. sed & si hac. § prætor ait. & ff. de accu. l. qui accusare in fin. & l. hi tamen. § iij.* ¶ Sed quid si solum libellum dedit? Respond. non incidit in hoc edictum: *vt ff. de in ius vocan. l. libertus ij.* ¶ Item quid si non veniat vocatus? Respon. semper incidit, sed facilius remittitur hęc pœna quando vocatus non venit: *vt ff. de in ius voc. l. quintum.* Sed quidam dicunt vocantem nullo modo cadere in edictum, si vocatus non venit: ex prædicta l. quamuis. & hoc ideo, quia verba cū effectu sunt accipienda: *vt ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. l. penul. §. docere.* Sed prima sententia verior[a] est quia in d. l. quamuis non dicit quòd non incidat in edictum, sed quòd non remittitur pœna nisi causa cognita. ¶ Item nunquid[b] heres potest vocare in ius sine venia? Et certè si extraneus est, potest *vt ff. de obseque. præstan. à liber. l. heres.* filius non potest vocare in ius sine venia. ¶ Sed quare secus in herede liberti, & in herede patroni? Respon. i. in primo odium versatur quod debet restringi. in secundo fauor, qui debet prorogari: *vt ff. de libe. & postu. l. cum quidam.* Item si alter agat tutorio nomine, vel curatorio. *arg. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege. §. fi. & l. quæsitum.* Ratio quià nemini officium suum debet esse damnosum: *vt ff. quemadmodum. testa. ape. l. sed & si quis in signatoribus.*

k Nisi ex magna causa. Nic. Boh. Ang. las.

a Contra quosdam Ioan. Fab. tenentem quod mulier doli. Sed la. dicit hanc opinionem opinionem, vt illa non committatur pœna quando vocatus non comparuit.

b An heres, vsque ad fin. est gl. Accurs. sed additio contraria las.

k ¶ *Cum id non impetrasset.* i. non petisset, & non accepisset. debet enim à prętore sic petere. Domine, permitte mihi vt possim conuenire patrem vel patronum meum. vt colligitur *infra de pœ te. lit. § fin. & ff. de in ius voc. l. iij. & iiij. §. j.* ¶ Illud etiam quæro, an hæc postulatio veniæ debeat fieri in personis omnium qui in ius vocari non possunt, quæ enumerantur. *ff. de in ius voc. l. ij.* & si non fiat, quòd cadat in pœnam? Quidam dicunt quòd sic. Nos quòd non: quia hæc pœna in eum tantum statuitur, qui incidit in edictum. at illæ personæ in edicto non continentur: quod maximè probatur ea hoc §. Aliter tamen puto eos puniendos, prout placuerit iudici, ad[c] similitudinem istorum. ¶ Sed nunquid hæc petitio hodie est correcta, vt quia habent hodie liberti ius naralium & generationis: *vt in Auth. vt liber. de cat. § j. col. vj.* ? Respon. non: quia & ibi reseruantur iura patronis. maximè obsequialia, quæ natura debentur. ¶ Superiora quantum ad libertum plana sunt. in filio distingue. aut erat emancipatus, aut in potestate. si emancipatus erat, habent locum superiora. si verò in potestate, tunc nec cum venia, nec sine venia potest conuenire patrem: *vt C. de in ius voc. & ff. de act. & oblig. l. actiones.* nisi pro castrensi, vel quasi castrensi peculio: *vt ff. de iudi. l. lis nulla.* & tunc cum venia: *vt ff. de in ius voc. l. adoptiuum. §. j.*[d] & hoc cum agit contra patrem. Si autem contra extraneum: tunc secundùm vetera iura tantùm quinque actiones filiofam. competebant: *vt ff. de act. & oblig. l. filiusfamilias. & l. in factum actiones.* Sed hodie omnes venientes ex aduentitia causa: *vt dixi §. per quas person. nob. acquir. § j.* ¶ Item quæro, quia iurabit de calumnia eum filiusfami. in iudicio eris? Respon. si filius emancipatus petita venia patrem conueniat, iurabit filius si maior est, aliàs curator ei dabitur ad litem, *vt in Authen. vt his. ma. & ama. §. j. in fi. col. viij.* Si autem sit in potestate patris, & agat de castrensi, vel quasi castrensi peculio: tunc iurat filius: cùm paterfamilias habeatur: *vt ff. ad Maced. l. ij.* Si verò esses minor, daretur curator liti, non personæ: cùm sit in potestate: *vt C. de cura. fur. l. fin. in princ. & de bo. quæ lib. l. fina. §. si autem pro patre.* Si autem contra extraneum agat filius: si agat pater eius nomine, pater iurat: *vt C. de iur. propter calumn. dan. l. ij. §. quod obseruari.* Si filius fortè patre absente: vel secundùm veteres leges in quinque casibus, vel secundùm nouas in omni aduentitia causa iurat filius, cùm suo nomine agat, & maior est, si modò pater in aduentitiis non habet vsumfructum. aliàs pater ageret, & responderet, & iuraret: *vt C. de bo. ma. l. j in princ.* vbi verò filius iurat: licèt pater non habeat vsumfructum, debet pater consentire filio agenti & respondenti: *vt C. de bo. quæ lib l. si. in princip.* ADDITIO. De isto iuramento vltra hanc gloss. *vide per gloss. in l. ij. §. quod obseruari. Cod. de iur. propter calum. dan.*

c In criminalib. & paralib. procedunt de similib. ad similia secundum Ang. hic.

d Et hic est casus filius potest agere contra patrem, vt not. per Bal. in d. l. lis nulla.

l ¶ *Item aduersus eum.* scilicet datur actio in factum pœnalis: vt ecce cùm vocarem Titium in ius, qui tenebatur mihi actione temporali: dum esses in itinere, detinuisti eum vi, vel capiendo eum per personam: vel faciendo dolo vt alius eum detineret: & tantùm, quòd dies actionis meæ exiuit. teneris enim mihi quanti iurauero in litem, & sic est actio pœnalis ex parte mea: quia vltra rei veritatem fortè iurabo & ex parte tua, quia das mihi aliquid, & tibi nihil abest: *vt ff. ne quis eum qui in ius. vocat. vi. ex. l. penult. §. j.* ¶ Super hoc §. primò quæro: cùm duo sint tituli: vt ff. ne quis eum qui in ius voc. vi ex. & alius titu. de eo per quem factum eris[e] de quo fit mentio in hoc §. j. Respond. de primo: quia inde oritur actio[e] ex vtraque parte pœnalis, vt dictum est: sed ex alio est pœnalis ex parte rei tantum: cùm ad interesse actoris detur: *vt ff. de eo per quem factum erit. l. finali. j. respon.*[f] Item prima de qua fit mentio hic, consulit actori tantum: *vt patet in l. j. & quarta §. exibere. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi exi.* At secundus consulit & vocato, non solùm vocanti: *vt ff.*

e Et in hoc actio in facto defendentium edicto de quo in isto § fit quod pœnalis ex parte ...

de eo per quem factum erit l. j. §. si rem. in fi. & l. si. j. respon. [a] Item primus habet locum quando aliquis exemptus est ante satisdationem, & post in ius vocationem: sed secundus post satisdationem scilicet factam iudicio sisti, & alias quæ firmant iudicium: *ut ff. de præto. stipu. l. j. in prin.* Et patet hæc differentia ex ordine [b] illorum titulorum. Item primus quando vi exemptus fit quis: at secundus etiam si sine vi: *ut patet in l. j. §. si dolo. de eo per quem factum est. & tit. ne quis eum qui. l. j. & ij. in fi.* [c] 2 Vel satis dici potest, quòd de vtroque hîc loquitur: quia licèt duo sint illi tituli: tamen de vno edicto sunt. Item & quòd dicatur pœnalis actio etiam illa quæ ex vne parte tantùm est pœnalis. ¶ Super hoc §. secundo quæritur. Nonne per conuentionem solam etiam iure veteri perpetuabatur actio: *ut ff. de act. & obliga. l. constitutionibus.* non solùm per noua iura: *ut C. de præscrip. xxx. an. l. cum notissimi. & l. sicut?* Respond. hîc non per executorem, sed per suam denuntiationem eum conuenerat. [d] Vel verbum quasi, positum in d. l. constitutionibus, assertiuè ponitur, non similitudinariè: & secundũ hoc hodie esset correctum quod hîc dicitur. 3 Vel dic [e] quòd talis fuit conuentio in illa l. constitutionibus: quæ pro lite contestata habebatur: vt quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus: *ut C. quando libel. princi. da. lit. con. fac. l. j. & ij.* 4 Vel dic secundùm Ioan. quòd leges veteres circa personales actiones loquuntur: vbi non perpetuantur per executorem: sed lex illa, cum notissimi. & l. sicut in rem. loquuntur in reali. vnde adhuc etiam hodie non corrigitur quod hîc dicitur. ADDITIO. Hanc etiam impugnant doctores. quia d. l. sicut. & d. l. cum notissimi. loquuntur tam in personalibus, quàm in realibus: secundùm Ias.

a Hanc interpo... doct. cõ... ratio ante satisda... tionem quæ post. ergo idē ... vt per Bar. in ... l. ff. de eo per quem fac. est. b v. Gl. in Rub. ff. de eo per quē.

a Hãc approbant communiter doct.

d Hanc Glo. probatur, quia hæc materia loquitur quãdo quis iudiciali auctoritate, imò iussu motoris iudicis fuit citat. l. j. §. 1. ff. ne quis eum qui.

e Hanc... in ... & est de mẽte aliorum.

tur, cuiúsve dolo alius exemerit: & alias innumerabiles [a].

Actiones quibus quæritur an quis sit liber, an seruus, libertus, an ingenuus, filius an non, præiudiciales in eo sunt: quarũ prima ciuilis est, reliquæ vero prætoriæ: ideo sic dictæ, quia magnũ in eis præiudiciũ versatur, cum per eas de statu hominis quæratur, aut quia cæteris quæstionibus præiudiciũ faciãt: vt scilicet interea sileant, quando hæ ventilãtur.

3 ¶ Præiudiciales [b] actiones in rẽ esse videtur: quales sunt per

¶ *Libellus in actione in factum contra eum qui debitorem &c.*

Præterea datur actio in factum contra eum qui debitorem alicuius vocatum in ius, vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipse liberaret eum à temporali obligatione, qua obligatus esset: & datur in ipsum actio in quantum actor iurauerit in litem contra ipsum. *ut ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi exi. l. pen. §. j.* Et formatur libellus in hunc modum: Dico ego a, contra b, quòd ipse debitorẽ meum in ius vocatum, vi detinuit quo minus in iudicio compareret, vt ita liberaretur debitor actione qua mihi tenebatur. vnde proponendo actionem in factum contra ipsum b, peto eundem b, quantum in litem iurauero, mihi condemnari. Et causa istius actio. est: Quia vi exemit à iudicio meum debitorem, & ita actio. qua mihi tenebatur, liberatus est. quam causam sufficit proponere loco actionis. Eodem modo formatur contra eum qui procurauit vt eius eximeret. Sed quid si non vi, sed alio modo procurauit quo minus veniret? Dic quòd tunc habet locum actio in factum, quæ procedit ex eo edicto. Per quem factum erit, quo minus in iudicium veniret. & datur ad interesse actoris: *ut ff. de eo per quem factum erit. l. si j. respon.* Et hæc est differentia inter hanc actionem & superiorem, quæ descendit ex eo edicto. Ne vis fiat ei &c. Et in vtraque eodem modo formabis libellum. sed in prima facies mentionem de vi: in secunda nequaquam.

a ¶ *Innumerabiles.* imò numerari possunt, sed dicuntur innumerabiles, quia de facili non possunt numerari: vnde dicitur non posse fieri, quod cum difficultate fieri potest: *ut ff. de verb. sign. l. ... Prætor.* Enumerat [f] ergo aliquas. vt est actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur. j. § *quadrupli.* Item actio, Quod metus causa. Item furti manifesti. Item serui corrupti in duplum, de quibus dicemus j. eo. § omnes autem actiones. Sunt & aliæ in factum vt de effusis & eiectis, & de appensis: *ut ff. de his qui deie. vel effu. l. si verò. §. prætor.* Et aliæ multæ sunt, quas enumerare non expedit. Accursius.

f Actiones per quas pœnæ ... sunt multæ.

Præiudiciales autem.]c a s. v. s. Supra dictum est, quòd sub materia prætoriarum multæ sunt diuisiones. Quædã enim sunt actiones prætoriæ in rem, & quædam in personam. Prætoriæ autem in rem subdiuiduntur: quia quædam sunt pœnales, & quædam non pœnales: sicut iam supra dictum est. modo redeundum est ad alterum membrum diuisionis primæ prætoriarũ, sed prætorias in rem: & de illis scire debetis, quòd realium actionum prætoriarũ quædam sunt præiudiciales, de quibus hîc tractat. & quædã non præiudiciales, de quibus dictũ est ȷ. Et ponit Iustinia. tria exẽpla in isto. §. in honorẽ sanctæ Trinitatis de actionibus prætoriis præiudicialibus. Primũ exẽplũ est de actione in rẽ, per quã quæritur an aliquis sit liber, vel seruus simpliciter. secundũ exemplum est in actione per quã vindico te in libertum meum. hæc enim actio est prætoria, & realis & præiudicialis. Tertium exemplum est in actione qua te dico filium meum esse, & heredem, & vindico te in filium. tu autem econtra vtiliter te defendis. hæc enim actio similiter est realis, & prætoria, & præiudicialis. Scire tamen debetis, quòd vna istarum trium actionũ ferè legitimã habet causam, id est ferè est ciuilis: illa scilicet, qua quæritur an aliquis sit liber, vel seruus. Cæteræ autem duæ benè sunt prætoriæ. h. d. Franciscus.

Libellus in actionibus præiudicialibus

Hic loquitur de præiudicialibus actio. Et primò videndum est de illa qua quæritur an aliquis sit liber, vel seruus, & habet locum quando aliquis vindicat sibi in seruum eum, qui est in potestate & possessione libertatis: vel quando is qui est in potestate seruitutis, vindicat sibi libertatẽ. In primo forma sic libellum. Dico ego a, contra b, quòd licèt ipse b, sit in possessione libertatis, est tñ seruus meus. vnde vindico ipsum in seruitutẽ, & peto eundem mihi adiudicari. Et econtra si b, sit in possessione seruitutis Titij, sic formabitur libellus, Dico ego b, cõtra c, quòd licèt ipse c, me possideat in seruitute, siue in libertinitate: liber tamen sum. vnde vindico me in libertatem, & peto me liberum pronunciari: & ipsum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. Item forma sic libellum in illa præiudiciali, qua quæritur, an aliquis sit libertus, vel ingenuus. Dico ego b, contra c, quòd licèt sit in possessione ingenuitatis, tamẽ est libertus meus: vnde vindico ipsum in libertum, siue in libertinitatem. & peto ipsum tanquam libertum meum mihi adiudicari. & econtra sic à b, possideatur vt libertus, proponetur sic libellus. Dico ego c, cõtra b, quòd licèt possideat me vt libertum, tñ sum ingenuus: vnde vindico me in ingenuitatem, & peto me ingenuum pronunciari. & ipsum b, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. Item in illa præiudiciali, qua quærit an quis sit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd licèt ipse sit in possessione sui iuris, tñ filius meus est: vnde vindico ipsum in filium, & peto eum in filium mihi adiudicari. Econuerso formabit sic libellus. Dico ego b, contra a, quòd licèt ipse possideat me in filium, tamen dico me non esse filium eius. vnde vindico me in propriam libertatem, & peto me non filium eius iudicari, & ipsum a, ne me impediat vti propria libertate, vt extraneum mihi condemnari. Istæ [a] autem act. dicuntur præiudiciales, vt hîc: quia præiudicant omnibus aliis actionibus vel quæstionibus, siue criminalibus, siue ciuilibus: quia primò quæritur &c. *ut ff. de orig. iur. l. j. & ij. in prin. & ff. de ordi. cog. per totum.*

a Præiudiciales actiones quare dictæ.

b ¶ *Præiudiciales.* pro constanti ponit, quòd hæ prætoriæ sunt, cùm in tractatu prætoriarum ponantur. & sunt in rem: quia res petitur & vindicatur. Vnde quæritur quare non posuit has supra inter reales prætorias? Respond. quia [b] quædam de his est ciuilis: vnde eius occasione & de cæteris hîc dicere reseruauit. ¶ Et sunt tres. Prima est per quam quæritur an aliquis sit liber, subaudi vel seruus. Secunda, an aliquis sit libertus, subaudi vel ingenuus. Tertia est de partu agnoscendo per quam quæritur, an quis sit filius vel non. vt omnia consequatur quæ filius à patre consequi debet: aliàs autem agitur de partu agnoscendo propter alimenta tantùm, & tunc filiationi non præiudicatur: quia summatim quæritur: *ut ff. de lib. ag. l. j. § Iulianus. & l. si quis à liberis ali. § si vel parens. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si iudex.* licèt videatur contra. *Cod. de ordi. cog. l. ij. §. finali.* Sed dic vt ibi. Sed dicunt quidam, & malè, quòd tantùm duæ sunt: & de duabus primis faciunt vnam, hoc modo, an aliquis sit liber, id est ingenuus, vel libertus. & hæc vna. Aliam verò de partu agnoscendo non mutant. Sed prima opi. verior est. cùm sit com̃ modius singulas causas singulis appellationibus distinguere: *ut supra quib. mo. ius. infir. §. alio autem modo.* Item quia postea dicit, Cæteræ verò &c. & ita loquitur de pluribus, excepta vna. [c] In prima ergo vbi quæritur an sit liber vel seruus: dico quòd siue seruus agat contra dominum, dicens se esse liberum: siue econtra dominus contra seruum: & seruus sit in possessione libertatis: quòd hæc actio in rem quæ intenditur, est præiudicialis: *ut ff. de lib. cau. l. liberis. § fin.* Idem dico siue patronus vindicet libertum siue libertinitatem, siue libertus se vindicet in ingenuitatem: vtraque est præiudicialis. *ut ff. si lib. inge. esse dica. l. j. in prin. & §. fi.* Intendicur etiam hoc casu officium iudicis: *ut de iure iur. l. si duo patroni. in princ. & ff. si lib. inge. esse di. l. j. & ij. ff. de rei vindi. l. j. §. j.* Idem dicas in tertia: vt siue agat pater petendo filium in filiationem, vel filius dicat se non filium: erit præiudicialis & directa hinc inde. Sed quidam dixerunt quòd directa datur patrono, parenti, & domino: sed illa quæ datur liberto, filio & seruo, est contraria: quod nulla lege cautum inuenitur: licèt aliæ quædam inueniantur directæ & contrariæ, vt mandati, depositi, & similes. [d] Sed qualiter formantur libelli in his? Respon. sic. Peto Io. filium meum iudicari, vt mihi patri debitam præstet reuerentiam, & alia quæ patribus à filiis debentur. & idem in patrono: & extunc lata sententia, alimenta patri & patrono præstabuntur: *ut ff. de lib. ag. l. si quis à*

b Ista ratio cõmuniter reprobatur, quia secundũ hoc deberent poni ... in tractatibus, & ... post §. sed ista.

c Hãc approbãt communiter ... quia pluralis locutio nõ potest esse contenta minori numero quã duobus. l. ... nummo. ff. de ...

d Hæc Glo. communiter approbatur, licet postea sit sibi contraria: ibi, item quo iure adscripsimus &c.

liberis.in princ. & §. solent. quia sententia pro veritate accipitur: vt ff. de statu homi. l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C. de fideicom. l. j. In seruo & domino sic. Peto in seruum meum talem pronunciari: quia eum meum dico. Econtra seruus, vel libertus, vel filius dicet. Peto me non inquietari à Titio, qui me in seruū vel libertum vel filium tenet: quia me tali vinculo non subesse dico: vt C. de inge. manu. l. diffamari. ¶ Vel sic, Peto vt ingenuus vel liber, vel non filius pronunciet contra Titium: quia sic se rei veritas habet. Et differt hæc ab ea qua petit pater filium in potestatem ex iure Romanorū: ibi tantū de potestate quæratur, hic autem de filiatione: vt ff. de rei vindicatione. l. j. §. j. & hic dicitur. Item hæc prætoria, vt hic, illa ciuilis: Quibus autem modis filius possit peti, diximus. I. de patria potestate. §. ius autem potestatis. ¶ Item quare [a] dicuntur præiudiciales? Responde secundū quosdam, quia [b] in modum exceptionis proponuntur, & ita præiudicant: vt si agas contra me hereditatis petitione, & ego obiiciam tibi quòd seruus sis defuncti, vel quia ipse defunctus seruus fuit: vt ff. de petitione heredit. l. si quis libertatem. tunc non possit esse lis inter nos: vt ff. de iudic. l. lis nulla. & I. de obligat. quæ ex delic. §. is qui. & facit pro hac sententia. Cod. de ordi. cogni. l. j. & de petit. hered. l. liber. & ff. si quis ingenuus esse dicatur. l. fi. 2 Alij dixerunt ideo dici præiudiciales, quia sententia lata super his fit præiudicium omnibus alijs quæstionibus: vt ff. de statu hominum. l. ingenuū. & ff. de liberis agnoscendis. l. j. §. fi. & l. ij. Sed certè secundū hoc etiam querela inofficiosi testamenti dicitur præiudicialis, quia præiudicat alijs quæstionibus: vt ff. de inoffi. testamento. l. Papinian. §. fin. Sed contra hanc sententiam est. ff. de libe. caus. l. si seruus. Sed [c] ibi non fuit pronunciatus ingenuus, vel collusio ibi fuit. 3 Vel dic secundū Ioan. quòd præiudiciales ideo dicuntur, quia omnes aliæ quæstiones, quæ interim inter eas personas mouentur, debent silere: vt C. de ordi. cog. l. j. & ij. & ff. de libe. cau. l. ordinata. & ad hoc facit optime ff. de noxa. l. penult. prope fin. Nisi esset talis causa qua ageretur etiam si constaret eum esse seruum, quod est quandoque. vt ff. de iudic. l. vlt. Sed secundū hoc cū quæritur inter patronum & libertum de libertinitate: non est hæc quæstio præiudicialis: cum aliæ quæstiones interim inter eos possint exerceri, venia tamen petita: vt s. eo. §. & in eum. Sed dic quòd illæ quæstiones quiescunt, quæ non competerent si constaret eum esse libertum: vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac §. penult. & fi. Item quid si nulla alia quæstio moueatur: nónne tunc istæ dicuntur præiudiciales, cū non habeant cui præiudicent? Azo dicit quòd non. Sed Ioan. contra. Impletur enim aptitudo, [d] quia habilis est esse præiudicialis, sicut Augustus dicitur, licèt non semper augeat: vt I. in rubrica, vt eo. tiny. ¶ Item nunquid sunt plures [e] præiudiciales, nisi hæ tres? Respō. Ideo sicut hereditatis petitio. Nā & tunc cessant omnes aliæ quæstiones, donec ista intendit: vt ff. de petit. heredit. l. si quis libertatem. & l. diuus. in fi. licèt hodie contrarium sit: vt C. de petit. heredit. l. fi. §. j. & ij. ¶ Item quo iure adscriptitij [f] coloni, censiti, & similes petunt? Respon. vtili [g] præiudiciali, non [h] directa: & ipsi coloni se petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili, non directa. Ideo vtili, quia liberi sunt, non serui: vt in Auth. de sanctissimis episcopis. §. ad cupitulos. & §. si seruus. coll. ix. Item ideo præiudiciali, quia parum [i] à seruis distans quo ad seruitia quæ facere debent: vt C. de agricolis & censitis. l. ne diutius. lib. xj. 2 Sed alij dicunt quòd officio iudicis petuntur & petunt: vt C. in quibus causis coloni censiti domi. accusare possunt. l. j. lib. xj. Sed certè officium [k] iudicis non potest locum habere ad futuras præstationes: vt ff. de vsur. l. 4. Alij dixerunt habere locum negatoriam & confessoriam vtilem: & quæ datur directa inseruientib. alijs, hæc vtilis hic datur quod nihil est. ¶ Item si quis ad aliqua annua [l] seruitia teneatur, quo iure petitur vt condemnetur, vt præstet in posterum, & ipse quo iure petit absolui? Respond. satis puto quòd iudicis officio hoc fiat, siue [m] promissa fuerint hæc seruitia, siue ex consuetudine habeantur hæc seruitia, siue ipsa præstita longo tempore ex promissione petuntur: vt ff. de vsuris. l. cùm de in rē verso quæ promissio probabit [n] ex longo vsu, vt ibi. ACCVRSIO. ¶ Et no. quòd verba sententiæ, Condēno te ad soluēdū par caponum tali domino omni anno, secundū quod tui antecessores fecere nullam penitus conditionem faciunt, sed condēnat simpliciter tenetur: vt per Bartol. in l. cum qui. §. Iulianus. ff. de constit. pecun. & in Extrauagant. ad reprimendam in versic. prout.

Vel libertus sit. Interpretes addidère, an seruus, quod superfluum est. Addidère & alia præiudiciorū exempla. ipse tria hæc duntaxat agnosco. Nā quod ait l. iij. D. de lib. agnos. locū esse præiudicio si disceptetur, an vxor fuerit, eo pertinet, vt in præiudicio de partu agnoscēdo illa quæstio disceptetur an vxor fuerit. & in l. Impp. de prib. credo non, præiudicio, sed, per iudicē, rectius in alijs codicib. legitur hoc sensu: frustra desiderari per principem rescindi venditionem, cùm per iudicem experiri liceat. Legendum enim etiam est, per principē, quamquam floren. duntaxat legatur, principem. Cuiacius.

a Præiudiciales actiones quare dicantur.
b Hæc opinio secundùm Ias. non est vera: quia quoquomodo proponatur, semper sunt præiudiciales.
c Hæc opinio reprobatur à doctor. decisoria.
d Aptitudo ei spectatur.
e Præiudiciales actiones plures tribus non sunt: si præiudiciale intelligimus & accipimus quæ personæ præiudicant.
f Adscriptitij, coloni, censiti vtili præiudiciali non directa aut officio iudicis petuntur, etiam quidam tamē putant etiam officio iudicis eos petii: alij negatoria & confessoria vtili.
g Præiudicialium actionum aliæ vtiles, aliæ directæ.
h Actionē directam & contrariā nunquā oriri ex contractu feudi, nisi in casibus in iure expressis hoc colligit Curtius iun. tract. de feudis cogni. art. 5. n. 7. adde Gloss. commun. ff. de impensis.
i Adscriptitij coloni, censiti parum à seruis differunt quoad ad seruitia eorum quæ facere debent.
k Officio iudicis locū nō habet in futuris præstationibus, nisi ratione præstationis iuris.
l Seruitia annua officio iudicis petuntur.
m Seruitia debētur ex promissione, consuetudine, præstatione diuturna.
n Probatur promissio seruitij ex longo vsu.

a ¶ Ex quibus. s. tribus præiudicialibus quæstionibus. Accurs.

Eam rem quæ nostra est, actione personali non adsequimur. ineptè igitur agit, qui rem suam sibi dari petit: cùm dare sit dominium transferre: excepta tamen condictione furtiua, quæ aduersus furem competit.

4 ¶ Sic itaq; [e] discretis actioni-

b ¶ Ferè. ferè ideò dicit, quia in ciuilibus quæstionibus quatuor considerantur, s. actor, reus, iudex, & ipsa res. Hic autem est idem qui conuenit & conuenitur, & res. Vel ideo, quia prætor introduxit de partu agnoscendo, & à senatusconsulto confirmatur.

c ¶ Legitimam. scilicet de iure ciuili.

d ¶ Liber sit. subaudi vel seruus.

[Sic itaque.] Aduerte diligenter quòd hic §. difficilis sic clarè pōt summari. [a] Actor pro re sua non pōt intentare actionem personalē ad dandū contra aliquos nisi contra fures. contra quos omnis condictio degenerat. Sic declaro: quia condictio nō competit nisi qn̄ dominiū est translatū: sed in furē dominiū rei subtractæ non transfert, & tñ condictione furtiua ipse tenet. igit condictio degenerat. Ex hoc habes quòd nemo pōt condicere rē suā preterquam à fure. Vel sic & clarissimè summat. Qui debet intentare actionē realē, nō pōt intentare personalē, cùm sint distinctæ. hoc dicit ¶ Et diuiditur [b] iste §. principaliter in tres partes. Primò ponit regulā generalem illatiuam ex præcedentibus, secundū glos. sed secundū doctores, epilogatiuam. Secundò ponit vnam fallentiam ibi, Planè. Tertiò, naturam actionum realium & personalium, & earum differentias, ibi, Appellamus. Item prima subdiuiditur, quia primò ponit quædam illatio seu epilogatio ex supradictis. Secundò ponit rationes. secunda ibi, Nec enim. e ASVS. Inter omnes principales diuisiones actionū, hæc principaliter est. scilicet quòd actiones aut sunt in rem, aut in personā. Hæc enim diuisio locū habet in iure ciuili, & in iure prætorio. Cùm igit superius dictū sit quòd actiones quædā sunt in rem, & quædā in personam, & etiam quædam sunt reales, & quædā personales: & hoc siue sint ciuiles, siue prætoriæ: sic itaq; discretis & diuersis actionibus, scilicet quòd quædam sunt in rem, & quędam sunt in personam: necessarium est naturam vtriusq; videre. Natura autē actionis realis est, vt per eam petat aliquis rē suā sibi restitui. Ista autē natura realis non tangit hic nisi in fi. § quasi incidenter, vbi dicit qualia sit aduersus eos hæc in rem actio, per quam aliquis rē suā petat. Natura autem actionis personalis est, vt per eam petat quis rem alienam sibi dari. Certum est ergo aliquem non posse petere rem suam per actionem personalem, per quam personalē dicat aduersarium dare oportere: quia quod meum est, meum amplius fieri non pōt: sed dare est accipientis facere: quare non pōt aliquis agere ad rem suam petendam actione personali quia intendit aduersarium suum dare oportere. Hoc verū est communiter loquendo: in quibusdam tñ casibus possum petere rem meā per actionem personalem, vt patet in condictione furtiua quanquam enim hoc regulariter sit verum, quòd actione personali nō possit quis rem suam petere: in odium tamen furti est statutū contrarium in hoc casu: vt scilicet contra fures actio ad petitionem dupli, si quidem sit furtum non manifestum: vel ad quadruplum, si sit manifestum, competat domino ad rem suam recuperandam condictio furti: quæ est personalis actio: non obstante quòd dominus rei est, & eam potest vindicare. Franciscus.

a summat.
b Diuis.

¶ *Libellus in condictione certi generali.*

Hic tangitur de condictione, & primò dicendum est, quòd est quædam condictio certi generalis, quæ datur pro omni eo quod debetur: vt ff. si certum petatur. l. certi. & in ea forma sic libellum: Dico ego T, contra I, quòd ipse mihi debet equum ex causa empt. vnde proponendo contra ipsum condic. certi, peto eundem I, ad traditionem equi ex causa præmissa mihi condemnari. Eodem modo forma libellum in ista generali condictione, si ex aliqua alia causa tibi certum debeatur.

¶ *Libellus in condictione certi speciali.*

Item sunt aliæ condictiones speciales: vt condictio certi ex mutuo. condi. certi ex stipula. condict. indebit. sine causa, & similes, in quibus formatur libellus sicut in generali cōdictione, sed tantummodo in condictionibus generalibus adsignatur causa: quia alicui non datur aliqua condictio ex re sua, sed tantū pro eo quod debetur ex causa alia, nisi ex causa furtiua. Illa enim pro re sua tantummodò datur contra furem, & eius heredem & est speciale in ea, vt pluribus actionibus teneatur fur: vt in hoc §. sic itaque. & ff. usufru. quemad. ca. l. fi.

e ¶ Sic itaque. formatur hoc itaque, ex illa diuisione quæ fit supra eo. §. j. q. d. dictum est quæ sunt in rē actiones, & quæ in personam itaque.

itaque si eis diferetis, id est separatis & diuisis, potet quòd hæc regula est vera: qoia personalis actin quæ competit ad dandum, non competit pro re sua alicui, vt hic Iden dixi, ad dádum: quia[a] sd tradendum bene potest dari actio personalis: vt commodati, depositi, & similes. & ita est vis inter dare & tradere: vt hic subiicit, & ff. de act. empt. l. ex empto. in principio. & ff. de verborum obligat. l. vbi autem in fin. & l. si rem præst. & l. eum. & quod subiicit, si apparet, id est quia apparet eum dare oportere. & ita agitor in personam, vt aliquid detur. Sed quidam dicunt, vt P. quòd hæc verba, si apparet eum dare oportere, sunt nomina cuiusdam actionis. Accursius. ADDITIO. Dic quòd istud quod hic dicit gloss. secundùm Pla. nihil est dicere, sed textus vult dicere, si apparet, id est si agat dare oportere: quia medium concludendi non debet esse istud, sed ad tradendum vel constituendum, vt dicit glos. Angelus.

a Actio ad dandum & ad tradendum, differunt.

† Concord. cum hoc text. c. ...

bus, certum est non posse actorem suam rẽ ita ab aliquo petere, si apparet eum dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet[a]: quia scilicet dari cuiquã id intelligit, quod ita datur, vt eius fiat: nec res quæ iam actoris est, magis[b] †eius fieri potest. Planè odio[c] furum, quò magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, vt extra pœnam dupli aut quadrupli rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, si apparet[d] eos dare oportere: quamuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio[e], per quam rem suam quis esse petit.

Reales actiones ad vindicandũ dantur personales verò quas etiã abusiuè condictiones appellamus, ad dandum vel faciendum competunt.

15 ¶ Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes[f]: in personam verò actiones, quibus[g] dare aut facere oportere intenditur, condictiones[h]. Condicere enim est denunciare[i], prisca lingua: nunc verò abusiuè[k] dicimus condictionem, actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.

a ¶Oportet. id est oportet quòd non detur. est enim impossibile quòd detur, vt subiicit: qoia dare est accipientis facere: vt subiicit, nec res quæ &c.

b ¶Magis. Sed opponitur, pluries deberi potest: vt ff. de except. rei iudic. l. & an eadem. §. actiones. in fi. §. ergo pluries dominium potest fieri meum. Sed non sequitur. nam licèt pluries debeatur: tamen semel facta sua, non debet plus fieri sua: vt ibidem dicitur; & ff. de acquiren. poss. l. iij. §. ex pluribus. & supra de leg. §. sed & si rem legatary. nisi iterum desineret esse sua: vt ff. de verb. oblig. l. si rem meam.

c ¶Planè odio. Sed in quo vertitur istud odium? Respond.[b] quia in condictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos & graues viros: vt ff. de obseq. à lib. & eo. liber. l. honori. licèt non infamia iuris: vt ff. de actionibus & obligationibus. l. cessat. Sed in rei vindicatione, neque de facto, neque de iure infamatur. Item multa veniont in condictione furtius, quæ non veniunt in rei vindicatione; vt quia interito rei non liberatur.[c] sed in rei vindicatione sic: vt ff. de condict. furt. l. in re. & ideo malom est furi quòd etiam hac actione teneatur. Item sicut prodest alicui plures habere reos debitores: vt ff. de lib. lega. l. si quis decedens. §. finali. & habere plures actiones: vt ff. de lega. ij. l. cum filius. §. variæ. Ita econtra debet ei nocere si pluribus teneatur actionibus, licèt etiam nulla alia sit vtilitas. Item nunquid vna tollitur per aliam? Dic quòd sic: vt ff. de condict. fur. l. si pro fure §. furti. Accursius.

d ¶Si apparent. id est quia apparet eos & cæt. id est dicere, actione in personam. ¶Sed videtur hoc stare non posse: nam certum est eum qui agit, dominum fuisse, ergo & nunc est: quia sine facto suo dominium ab eo discedere non potuit: vt ff. de regulis iuris. l. id quod nostrum. & Cod. de probationibus. l. siue possidetis. ergo non potest agere vt sibi detur quod est suum: & tamen hic dicit quòd sic. Sed dic relationem esse faciendam ad genus, non ad speciem. quasi dicat, ea actione per quam aliàs agitur ad dandum, scilicet personali, sed hic non ad dandum intenditur. Et ita est mirabile, quòd rem meam per personalem actionem peto restitui, aliàs contra: vt ff. quemadmodum vsusfruct. cau. l. fin. & ff. de condictione indebiti. l. si vrbana. Sed est speciale, vt hic dicitur.[e] Vel dic agi etiam ad dandum: scilicet possessionem dandam, quam amiseram per furtum.[d] vt ff. de acquirenda possessione. l. rem quæ nobis. & ff. de condict. tri. l. ij.

e ¶In rem actio. id est rei vindicatio, quæ pro dominio de iure ciuili vel gentium quæsito intenditur: vt ff. de rei vindic. l. in rem actio. ¶Item not. quòd hic §. locum habet in quolibet malæ fidei possessore alienæ rei, non solùm in fure: vt supra de rerum diuisione. § si tamen. & ff. de condi. triti. l. j. in fine. & l. ij. in princip.[a] Interdum etiam contra bonæ fidei possessorem datur condictio ratione possessionis: vt ff. de condi. indebit. §. sed & si nummi. ¶ Sed nunquid etiam rem suam potest quis etiam à non fure per condictionem sine causa condicere: vt ff. de condict. sine cau. per totum? Respon. secundùm quosdam, ibi dicitur condictio actio personalis: non tamen talis, per quam intendatur vt aliquid detur. Alij dicunt, quòd si alicubi inueniatur condictio sine causa pro re sua competere de vtili intelligendum est. ADDITIO. Dic secundùm Ioannem Fab. quòd prima est verior: nam per eam non agit dominus ad dandum, nisi contra furem; supple & malæ fidei possessorem, vt hic in glossa. sed ad restituendum, vel fortè ad possessionem agi debet, secundùm Angelum.

b Nanc Glo. sequitur Ias. & est de mente aliorum.

c Odio furis: quia semper fur dicitur in mora: & mora interitu rei non liberatur. Ias.

d Hæc solutio fuit reprobata à doct. vbi per eos.

e Dic secundù Io. Fabr. quòd Glos. procedit in malæ fidei possessore ab. ... rem mobilem. qui scienter contrectando ... furtũ. C. quod cum eo. l. si libertum & de fur. l. si alienum. Sed ego intelligo generaliter in omni malæ fidei possessore. qui aliquid ... scienter contra voluntatem domini: quia contra eũ potest condici & agi ad dandum. l. si quis sine causam. §. 1. Aug.

[Appellamus aut.] CASVS. Iam dicta est natura realium actionum & personalium: quia realis datur ad rem suam persequendam, personalis autem ad debitum. Modò quia de realibus & personalibus dixerat actionibus dominus Iustinianus, ad vberiorem eorum doctrinam plus de illis in litera præsenti determinat: & dicit quòd appellamus actiones in rem, vindicationes: & ideo vbi in C. & ff. tractatur de realib[9] actionibus ab illis qui erant legum compositores, intitulatur titu. De rei vindicatione. Actiones autem in personam, quibus dare vel facere oportere aliquid intendimus, vocamus condictiones. Et ita omnes actiones personales de mundo condictiones possunt dici. & hoc erat olim consonum effectui actionis in personam sed hodie non est ita. In actionibus enim personalibus olim fiebant denuntiationes, quæ fiebant per verba solennia in actione personali tantum: & quicunque cadebat à syllaba, cadebat à causa. Aliis modis exponitur ista denuntiatio in notula. Sed hodie cessant istæ denunciationes: & propterea vocantur abusiuè actiones in personam. hoc dicit Franciscus.

f ¶Vindicationes. siue rerum corporalium, de quibus est. C. de rei vin. per totum. & ff. de rei vind. per totum. siue rerum incorporalium. de quibus est ff. si vsusfru. peta. per totum. & ff. si ser. vin. per totum. siue sint directæ, siue vtiles istæ vindicationes: vt ff. de Publi. per totum. & ff. si ager vectig. per totum.

g ¶Quibus. ideo dicit quibus, quia sont & aliæ[a] quibus non intendimus dare facere, sed restitui: vt commodati actio, & depositi, & similes: & istæ non appellantur condictiones in stricta significatione accepto vocabulo, vt hic dicitur.[b] Vel dic quòd etiam in actione commodati & depositi & similibus intenditur dari[c] vel fieri, scilicet ipsa detentio rei, quasi ipsum factum possit quis in stipulationem deducere: vt ff. de verborum obligationibus. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod non fieret, nisi aliquid daretur: cùm suæ rei nulla sit stipulatio, sed alienæ tantum: vt supra de inutil. stipulation. §. j. Accursius.

h ¶Condictiones scilicet appellamus.

i ¶Denunciare. Dicunt quidam, quòd qui volebant alium conuenire, primò sibi denuntiare debebant. vt arg. ff. de serm. verba. prædi. l. quidam. Sed hoc non placet: quia ex voluntate, aut bonitate, vel vrbanitate hoc fit, non necessitate ¶Sed dic[d] quòd hæc denuntiatio fiebat per magistratus, cùm actiones constituebant vel dabant: vt ff. de origin. iur. l. ij. §. omnium. quod est hodie sublatum: vt in fine huius §. dicitur. & C. de form. l. prima & secunda.

k ¶Abusiuè. verè abusiuè dicitur condictio, id est actio in personam: quia non benè consonat nomen rei quam signat: quod fieri debet: vt supra de dona. §. est & aliud.

[Sequens.] Iste §. vsque ad §. quædam. diuiditur in duas partes. Primò ponit vnam sententiam principalium actionom. Secundò declarat eam per exempla. Secunda ibi, Rei persequendæ. CASVS. Dicit glossator, & malè, quòd hic ponitur quarta diuisio. Si enim loquamur de principalibus diuisionibus, quæ traduntur à prædecessoribus nostris, non est nisi tertia principalis. Prima enim fuit hæc, Actionum quædam sunt in rem, & quædam in personam. Secunda fuit hæc, Actionum quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Tertia autem principalis est diuisio ista. Connumerando autem subdiuisiones præhabitas cum principalibus diuisionibus, hæc est quarta diuisio. Prima enim fuit hæc, quòd omnis actio aut est in rem, aut in personam. Secunda hæc est, omnis actio aut est ciuilis, aut est prætoria. Tertia hæc est: prætoriarum alia in rem, alia in personam. Quarta hæc est, omnis actio personalis prætoria, aut est pœnalis, aut non pœnalis. Quinta hæc est, prætoria in rem, aut est præiudicialis, aut non præiudicialis. Et hæc de qua agimus in præsenti, est sexta.

a Hanc Gl. tenent Ioã. Fab. Placen. Ange. & Ias.

b Hãc approbant doc. quia hic semper loquitur solũ de actionib. quæ competunt ad dandũ: sed istæ de quibus in Gl. competũt ad reddendũ seu restituendũ. l. 4. §. si res data & l. si vt certo §. nam tibi dedi ff. commo.

c Nihil est. Iab. Pla. Ang. & Ias. Fab. Pla.

d Idem Ioan. Fab. Pla. Ang. & Iason & est sing. secũdùm Ang. & Ias.

Nunc tertiam actionum diuisionem exorditur Iustinianus, scilicet quòd quædam rei persecutoriæ sunt, quædam pœnales, quædam mixtam causam habentes. Persecutoriæ rei dicuntur, quæ eius rei quæ nobis abest, & alteri adest, persequendæ causa comparatæ sunt: ideò omnes & reales & personales ex contractu, dempta depositi actione in quatuor casibus, rei persecutoriæ sunt. Pœnales, quibus meram pœnam persequimur, vt actio furti, & id genus aliæ. Mixtæ, quæ tam pœnæ, quàm rei persequendæ causa institutæ sunt, hoc est, in quibus rei persecutio in pœna continetur: vt vi bonorum raptorum. l. Aquil. & ea quæ infitiando crescunt.

Supponēdo ergo quòd sit tertia diuisio principalis: venio ad casum, in hunc modū Post duas diuisiones principales, de quib. supra dictū est, ponit hic Iustinianus tertiā diuisionē principalem: & est talis diuisio, Inter omnes actiones de mundo, quędam sunt inuentæ causa rei persequondæ, & quædā causa persequendæ pœnæ, & quædam mixtæ, tam gratia rei persequēdæ, quàm pœnæ. Rei persequendæ causa inuentæ sunt omnes reales actiones, & ferè omnes personales, quæ ex cōtractibus nascuntur: veluti cū aliquis pecuniam mutuam vel in stipulatum deductam petit. & de hoc etiam potes habere exemplum in commodato & mandato, etiam pro socio, & in actione ex empto & vēdito, & locato & cōducto. Personales, quæ ex contractib. nascuntur, ideo dixi, ad differentiam illarum quæ ex delictis nascuntur. Ferè autem ideo dixi propter quādam actionem personalem, quæ ex cōtractu procedit. & tamen in quatuor casib. est persecutoria rei & pœnæ Hæc autē est actio depositi. Si enim rē meā penes te depofuerim causa incēdij vel ruinæ vel tumultus vel naufragij: & postea non vis mihi eam restituere, vel dolū in ea feceris: conuenire potes in duplū. hoc dicit. Videtur q̄ ista diuisio sit eadē cū diuisione superius habita, quæ est quòd actionū prætoriarū personalium quædā est non pœnalis, & quædam pœnalis. Frater, non est eadē. Hæc enim diuisio est in contractu ciuilium. vnde hîc dicit quod ciuiles quædā sunt pœnales, & quædā nō. Prior autē fuit in contractu prætoriarū, & sic non est vna & eadem cū altera. Item scire debes, quòd actiones mixtæ dicontur duobus modis. Vno modo dicitur actio mixta, quæ continet rem & pœnam, & de tali mixtione loquitur hîc. Alia enim mixtura est: quòd quædam actiones dicuntur mixtę, quia sunt in rem & in personam. Et de illa mixtione habes infra eo. §. quædam. hoc dicit. Franciscus.

a ¶*Sequens* Hæc est tertia diuisio actionum in hoc tit. Accursius.

b ¶*Comparatæ*. i. adinuentæ.

c ¶*Mixtæ* Sed nōne quædā sunt quę nullum horum habent: vt si ago ne quid fiat in loco sacro, vel sancto: vel si factū est, vt tollatur. & aliæ similes, quæ neq; ad rem, neq; ad pœnā, neq; mixtim se habent, sed vel ad rei reuerentiā, vel ad publicam vtilitatē dātur. Respō. satis ad rei persecutionē: scilicet diuinæ vel reipublicę pertinent: cuius nomine agere video, vel etiam meo nomine,[a] cū cuilibet intersit Deum venerari: vt *C. de heret. l. iiij.* Accursius.

a Obseruat hęc Glossa ab Rubus.

[*Rei persequendæ.*] Iste §. diuiditur in quinque partes. Nā primò ponit de actionibus rei persecutoriis. Secūdò de actionib. mixtis ex contractu descendentib. Tertiò ponit vnam regulam vel formulā in actionibus ex maleficio descendentib. Quartò illud per exēpla declarat. Primò ponendo de actionibus pœnalib. Secūdò de actionibus mixtis. Secūda principalis est in versi. planè. Tertia in §. ex maleficiis. Quarta in §. pœna. Quinta in vers. sed & legis.

¶*Libellus in actione ex stipulatu.*

Hic tangitur de actione ex stipulatu: & hæc datur quando aliquid incertum promittitur: *vt j. de verb. oblig. in princ.* & formatur sic libel. Dico ego a, contra b, quòd ipse promisit mihi facere domum per stipulationem: & quia non fecit, propono cōtra ipsum actio. ex stipulatu, & peto ipsum ad interesse meum (quod æstimo. x.) mihi condemnari. Istius libelli formatio potest elici *ex l. si quis ab alio. §. si quis. ff. de re iudi.* Et licèt nomen act. non ponatur in libello, sufficit tamen ponere causam, hanc scilicet: quia domum per stipulationem mihi facere promisit, & non fecit.

¶*Libellus in actione commodati.*

Item in actione commodati, de qua hic formatur sic libellus: Dico ego m, contra a, quòd ego commodaui sibi codicem meum ad scribendum: vnde propono act. commodati contra eum finito vsu ad quem codex fuit commodatus & peto eundem a, ad restitutionem codicis mihi condemnari. Et erit causa in ista actio. quam sufficit proponere, hæc. Quia commodaui sibi codicem meum ad scribendum & vsus finitus est.

¶*Libellus in actione depositi.*

Item in actione depositi, de qua etiam hîc, formatur sic libellus: Dico ego t, contra l, quòd ego deposui penes eum Digestum meum. vnde proponendo contra eundem, actionē depositi, peto ipsum ad restitutionem Digesti mei mihi condēnari. & erit causa in ista act. quā sufficit proponere. talis, quia deposui. Et aduerte quòd datur in simplum act. depositi, nisi in his casibus, scilicet quandò depositum est causa incēdij, tumultus, ruinæ, & naufragij: in quibus casibus si depositarius inficietur, tenetur ad duplum: *vt hîc versi. planè. & ff. deposi. l. j.* & formatur sic libellus: Propono ego l. contra t, quòd ego ob timorem incendij Digest. meum apud ipsum deposui: & quia inficiatur depositū, proponendo cōtra ipsum act. depositi, peto eundem t mihi in duplū cōdēnari. Et erit causa in hac act. quia deposui apud ipsum rem, & ipse inficiatus est. Item eodem modo forma libellum quando petitur in aliis quatuor casibus. s. quando causa tumultus, incendij, ruinæ & naufragij, depositum est.

6. ¶Sequens [a] illa diuisio est, quòd quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ [b] sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mixtæ [c] sunt.

Rei persecutoriæ sunt omnes in rem actiones, & etiam in personam ex contractu descendentes, excepta depositi actione, quæ in quatuor casibus mixta est. Angelus.

17 ¶Rei psequendæ causa cōparatæ sunt omnes in rē actiones [d]. Earum verò actionū quæ in personam sunt, ex quidem

¶*Libellus in actione mandati.*

Item in actione mandati, de qua etiam hîc, formatur hic libellus: Dico ego t, contra s, q ego sibi mandaui vt emeret mihi equum: & ille suscepit mandatum: sed ille non impleuit propter quod dānificatus sum ad valorē dec. librarum: & tantū æstimo interesse meū. vnde ꝓponēdo cōtra ipsum act. mādati, peto eundē s. in x. libras nomine interesse mihi condēnari. Ista enim actio tunc demū cōpetit, quādo recipit interesse, ad interesse enim datur: *vt ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati actio.*

¶*Libellus in actione pro socio.*

Est & actio pro socio, de qua etiam in hoc §. & hab. locum qñ societas inter aliquos contrahitur consensu: *vt ff. pro soc. l. vt sit.* & nascitur finita societate: *vt C. eo. l. tādiu.* & format libellus sic: Dico ego t, quòd s. & ego inuimus societatem emendi vinum vsq; ad centum libras. vnde cùm ipse socius nomine societatis tantū de vino emerit, peto partem vini deducto capitali mihi adiudicari, & ad restitutionem dictæ partis ipsum mihi condemnari. Et erit causa in ista actione talis. quia contraximus societatem. & similiter datur propter dolum vel culpam socij: *vt ff. pro soc. l. nemo. & l. seq. & C. eo. l. iiij.*

¶*Libellus in actione ex empto.*

Itē etiā hîc agitur de actione ex empto: in qua sic forma libellum: Dico ego t, cōtra s, quòd ego emi equum ab eo pro x. libris. vnde proponendo cōtra ipsum actio. ex empto, peto eundem ad restitutionem equi mihi condemnari. Ex parte autem venditoris petitur sic. Dico ego s, cōtra t, quòd ipse debet mihi decē ex venditione talis equi, quem sibi vendidi & tradidi. vnde proponēdo cōtra ipsum act. ex vendito, peto ipsum t, in illis x. libris mihi cōdemnari. Et erit causa in hac actio. talis: Quia vendidi & tradidi.

Libellus in actione locati.

Est & finaliter actio locati, de qua hîc: in qua sic forma libellū: Dico ego b, contra c, quòd ego locaui sibi domum talem vsq; ad annum pro mercede decem librarū constituta mihi & promissa ab eodē c. vnde proponendo contra ipsum act. locati, peto ipsum in decem libras mihi condemnari. Et ecōtra cōductor proponet hoc modo: Dico ego c, contra b, quòd ego cōduxi talem domum ab eo pro mercede decem librarum sibi promissarum, vnde proponendo contra ipsum actio. ex cōducto, peto eundem b, vt domum conductam ad habitandum mihi tradat, condemnari.

d ¶*In rem actiones. s.*[a] quæ decem sunt vt diximus. *j. eo. §. item Seruiana.* Sed certè videtur q̄ sunt omnes pœnales. nam in [b] eis iuratur in litem: *vt ff. de rei vendi. l. qui restituere. & ff. de in lit. iuran. l. in actionibus.* ¶Sed dic q̄ illud. s. iuramentum in litem, non fit iure actionis, sed officio iudicis: *vt j. eod. §. præterea in fin.* §. vnde non dicuntur pœnales. Alij [c] tamen dicebant quòd ideò non dicebantur pœnales, quia non originaliter illud fit, quòd crescant per sacramentum in litem, sed ex contumacia: *vt ff. de in lit. iuran. l. j.* & ideo magis attendebant quod naturaliter erat, quàm quod incidenter. Sed certè actio [d] depositi in quatuor casibus ab initio est rei persecutoria: & tamen dicitur pœnalis inspecto quòd crescit ex contumacia. *vt j prox. & j. eo. §. quadrupli. aliās. §. et ille.* vnde primam responsionem approbo. Accursius. Secundā doct. hanc glos. videtur aduersari glos. magnæ positæ in §. pœnales, in versi. item aduersus. in prin. j. eo quæ videtur concludere quòd ibi illa actio dicatur pœnalis quia iuratur in litem. & tamen secundùm eos cōstat quòd illud iuramentum venit offic. iudic. sicut in qualibet alia actione. dicunt hanc gloss. esse veriorem.

a Ad[illegible] rem dicit numero sunt.

b Iuramentum in litem præstatur in actionibus [illegible] libet.

c Idem Ang. & Iac.

d Deposi[illegible] actio quatuor casibus [illegible] [illegible] est persecutoria, tamē quia est contumacia accessio, pœnalis est.

n ¶*Ferè*

a ¶ *Ferè.* ferè dicit propter actionem ex stipulatu, per quam pœna petitur. nec inspicitur quid intersit: *vt ĩ. de inut. stipu. §. alter.* secundùm quosdam. quod est falsum: [a] imò propter actionem depositi in quatuor casibus: *vt j. subiicit.* Item propter actionem redhibitoriam, quæ datur in duplum aduersus venditorem, qui neque pretium, neque accessiones soluit: *vt ff. de ædil. edi. l. redhibitoria.*

a Quis ibi loquitur de pœna certum condictio de legib. An. & Ias.

quæ ex contractu nascuntur, ferè [a] omnes rei persequendę causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductum petit actor: [b] item cõmodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto.[c] Planè si depositi agatur eo nomine quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum sit: in duplum [d] actionem prætor reddit, si modò cum ipso apud quẽ depositum sit, aut cum herede eius de dolo ipsius [e] agitur: quo casu mixta est actio.

b ¶ *Petit actor.* ad vtrãque autem, [b] scilicet ad mutuũ, & ad eam pecuniam quæ in stipulatum deducta est, certi condictio datur: *vt ff. si cer. pet. l. si quis certum. & ĩ. de verba. obliga. in prin.* ita quòd ad mutuũ detur cõdictio specialis de mutuo: *vt ĩ. quib. mo. re. con. ob. in princip.* ad pecuniã deductam in stipulationem detur condictio certi generalis, si certum sit: *vt ĩ. de verborum obligation. in princip.*

b Gl. sequuntur Ang. & Ias.

c ¶ *Candučla.* sed nonne omnes istæ dantur ad interesse etiam quod est extra rem: *vt ff. de act. emp. l. j. in princ.* ergo peto aliquid quod tibi non abest. ergo sunt pœnales.[c] ¶ Sed dic tribus modis dici actionem pœnalem[d]. Primò, illa quæ hincinde est pœnalis. vt furti & similes: quando peto quod mihi non abest, & quod tibi non adest, & hoc modo acceptæ dicuntur hic istæ non pœnales. Secundò, quando est pœnalis ex parte vna, scilicet ex parte rei tantum: quod est vbicunque actoris interesse excedit id quod reo adest. & in hac significatione actiones istæ dicuntur pœnales, scilicet ex empto & similes. & etiam rei vindicatio, quando in litem iuratur. Et quòd inspecta persona rei tantum pœnales dicantur, probatur *ff. de eo per quem fac. erit. l. j. §. si plures. & l. fin. & ĩ. eo. § pœnales.* [e] Tertiò dicitur pœnalis inspecta persona actoris tantum: vt sic accepisti ab aliquo aliquid vt me accusares per calumniam. nã repeto, licèt nihil mihi absit, à te scilicet cui adest: vt probatur: *ff. de calum. l. & generaliter. § illud erit notandum.*

c Dic quòd illud interesse non venit iure actionis, sed officio iudicis. Fab. Ang. & Ias.

d Magistralis Gl. secundum Ange. hic.

e Hanc Gl. impugnant Ioan. Fab. & Ias. hic. Est enim ridiculum quòd actiones hic enumeratæ, & cæteræ bo. fid. propterea quòd in eis iuretur in litem, sint pœnales: per ea quæ habentur, l. sed § pœnales vers. si ma gna. in ver. sed aduersus supra.

d ¶ *In duplum.* scilicet si reus inficietur: vt j. eo. § *sed furti.* Accur.

e ¶ *Ipsius.* scil. heredis. ex dolo enim defuncti in simplum tantum: *vt ff. de deposi. l. j. §. j.* Et ratio quare in his quatuor casibus datur in duplum, & in aliis in simplum, est, quia hic ex necessitate deponitur: nec potuit præuidere apud quem deponeret: *vt ff. depo. l. j. § merita.*

Ex maleficiis.] C A S V S. Iam vidistis vnam diuisionem in qua cauetur quòd actiones aut sunt introductæ rei persequẽdę causa, aut pœnæ tãtum aut sunt mixtæ: & de illis quæ sunt introductæ tantũ rei persequẽdæ causa, iam habuistis: quę sunt omnes reales actiones, & ferè omnes personales quę descendunt ex cõtractibus. Modo vult tractare de actionibus procedentibus ex delictis: quarum quædã sunt pœnæ persecutorię tantũ, & quædã rei tãtum, & quædam mixtæ tã pœnæ, quã rei, & sic prosequitur partes illas primæ diuisionis hic positæ in §. sequens illa diuisio. Et primò tractat de actionibus ex maleficiis procedentibus, pœnã tãtum persequentibus, & de hoc ponit vnũ exẽplum, scilicet in actione furti. Si enim agatur actione furti manifesti ad quadruplũ, siue nõ manifesti ad duplũ totũ duplũ vel quadroplũ est pœna quia propter istã actionem cõpetit domino rei vindicatio ad rem suã vindicandã, siue ille fur rẽ suã possideat, siue aliquis alius: & præter hoc datur cõdictio furtiua cõtra furem. & sum in versicu. Vi autẽ bonorũ rapto. In superioribus dictũ est de actionibus descendentibus ex delicto quæ persequuntur pœnã tantum: modò videndũ est de illis actionibus quę proficiscũtur ex delictis, & sunt mixtæ tã rei quàm pœnæ. Et de hoc ponit duo exẽpla. Primum est in actione vi bo. rapt. quæ datur intra annũ ad quadruplũ: & de illo quadruplo triplum est pœna & simplũ pro rei psecutione: & ita est mixta, & cõtinet rẽ & pœnã. Secũdum exemplũ est in actione l. Aquil. quæ quãdo datur cõtra inficiantẽ, est in duplũ: & vnũ simplũ est pœna, & aliud pro rei persecutione: & ita similiter est mixta: quia cõtinet rẽ & pœnã cõtra inficiantẽ. Et etiam potest esse mixta actio. l. Aquil. veluti si aliquis seruum meũ occidit, qui tẽpore quo occidebatur, luscus fuit, vel aliter fuit ita deterioratus, quòd vilis pretij erat: in anno tamen retro magnæ æstimationis vel magni pretij fuerat: & tunc condemnabitur occisor quanti plurimi fuit in annũ retro. Ex primo capite, in versic. item mixta. casus est talis. Vidistis supra de realibus actionibus, quæ sunt rei persecutoriæ tãtum: & etiam de personalibus, quæ descendunt ex contractu: quæ sunt reales ferè omnes. & de actionibus personalibus, quæ descendunt ex delictis quæ sunt pœnæ persecutoriæ tantum: & etiam de actionibus descendentibus ex delictis, quæ sunt mixtæ: modò intendo dicere de quadam actione personali, quæ non descendit ex cõtractu, nec ex delicto, sed est personalis mixta, quæ descendit ex quasi contractu & est mixta tam rei quàm culpæ. & de hac venio ad tale exemplũ. Quidam testator fecit testamentum: ipse aliquid reliquit alicui ecclesiæ, vel alicui venerabili loco. heres testatoris distulit soluere id legatum, donec in iudicium vocaretur. ille heres conuentus actione ex testamento, quæ descẽdit ex quasi contractu, condemnandus est in duplum. & hoc dicis. Frater, actio ista ex testamento de qua fit mentio in isto §. descendit ex quasi cõtractu: *vt ĩ. de ob. quæ ex quasi contractu nascuntur.* Alij voluerunt dicere quòd prosequitur hoc modo materiam suam incohoatam: & quod hic tractatur de delictis: & propter delictum est hoc quòd cõdemnatur ad duplum, videlicet quia distulit soluere donec in iudicium euocaretur. sed dico quòd ex procrastinatione & pro mora sua condemnatur in duplum. vnde dico quòd descendit actio ista ex quasi contractu. h. d. Franc. de Aret.

Institut.

Actionum descendentium ex maleficiis quædam sunt persecutoria pœnæ tantum, quædam mixta tam rei quàm pœnæ. primum per vnum, vltimum per tria exempla declarat. Aretinus.

18 ¶ Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt, aliæ tam pœnæ quàm rei persequendæ, & ob id mixtæ sunt. Pœnam tantum persequitur quis actione furti. siue enim manifesti agatur, quadrupli [f], siue non manifesti, dupli: de sola pœna agitur. Nam

¶ *Libellus in actione furti manifesti.*

Ex maleficiis.] Hic tangitur de actione furti manifesti, in qua sic forma libellum: Dico ego a, cõtra b, quòd ipse palàm surripuit equum meum: vnde proponendo contra ipsum actio. furti manifesti, peto eundem in quadam summa pecuniæ nomine pœnæ mihi condemnari. Et erit causa in hac actione, quam sufficit proponere talis: Quia furtum fecit manifestum. Et eodem modo forma libellum in act. furti non manifesti. sed hæc est differentia, quia in prima actio. quadruplum est pœna vltra rei restitutionem: vt in hoc §. in secunda verò, scilicet furti non manifesti, duplum est pœna vltra rei persecutionem.

Libellus in actione vi bonorum raptorum.

Vi autem bonorum.] In actione autem vi bonorum raptorum, de qua hic, sic formatur libellus: Dico ego c, cõtra b, quòd ipse à manibus meis talem rẽ vi rapuit. vnde contra ipsum actio. vi bonorũ raptorum proponens, peto eundem b, in quadruplum (re in ipso quadruplo computata) mihi condemnari, *vt in hoc. §. vi autem bonor. rapto. & ĩ. vi bonorum raptorum. §. quadruplum.* In furto autem manifesto totum quadruplum est pœna. Et erit causa in ista actione sicut dictum est, Quia talem rem rapuit de manibus meis.

¶ *Libellus in actione legis Aquiliæ.*

Sed & legis Aquiliæ.] Item in actione legis Aquiliæ sic forma libellum contra negantem. Dico ego c, cõtra b, quòd ipse per culpam suam occidit seruum meum, quẽ æstimo decẽ, & si negat se ipsum occidisse, proponendo contra eum act. legis Aquiliæ, peto eundum b in duplum, scilicet in xx. mihi condemnari, vt vnum simplum sit pro damno dato, & aliud pro pœna, quia negauit. Cõtra confitentem autem formatur libellus similiter sicut dictum est ĩ. proxi. sed simplum petitur, Erit autem causa in priori actione talis, scilicet quia damnum dedit, & sic erit in primo casu pœna: in secundo verò non. Præterea in alio casu est pœnalis, quia si agitur ex primo capite legis Aquiliæ, æstimabitur res quãti plurimi fuerit retro intra annum. Si verò agatur ex tertio capite, tunc æstimabitur res quãti plurimi retro fuerit intra xxx. dies. *vt ĩ. ad l. Aquil. §. j. j. respon. & §. ex hoc tamen capite. & ĩ. de act. § sed & legis Aquiliæ.* & tunc in ea sic forma libellum, Dico ego c, contra k, quòd ipse occidit seruum meũ, qui valet x. sed hoc anno valuit xxx. vnde proponendo contra ipsum actio. legis Aquil. quia debet mihi fieri æstimatio serui occisi quanti retro plurimi fuerit intra annum, peto eundem mihi in triginta condemnari. Eodem modo forma libellum si agatur ex tertio capite, sed non fiet æstimatio nisi quanti plurimi retro fuerit intra xxx. dies.

f ¶ *Quadrupli.* Sed quare [a] plus manifestũ furtum punitur, quàm non manifestum, cum clàm facta magis punienda sint, *vt ff. de admi. tut. l. tum ex illimo & ff. de ritu nup. l. vlt.* Respon. imò magis delinquit qui palàm, [b] quàm qui clàm amouet, *vt supra vi bonor. raptor. in princ.* vnde magis punitur, *vt arg. ff. de offi. præsi. l. Diuus.*

A O D A T A O. Sed per hanc solutionem non respondetur contrario in ea alleg. vnde dicas secundùm Cy. quem cæteri sequuntur, quia iste text. procedit in omnino illicitis, contrarium autem in his quæ possunt esse licita & illicita, secundùm Ange.

a Clandestina an grauius, an verò manifesta puniantur, quæm quæ palàm fiunt adde Gl. l. a §. & generaliter ff. vi bonorum raptorum vbi dixi.

b Hoc verum in his quæ sunt de genere prohibitorum secus in his quæ possunt esse licita. Nic. Bald. Ioã. Fab. Plac. Ang. & Ias.

ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suá esse petens[a], siue fur ipse eam ré possideat, siue alius quilibet[b]. Eo amplius aduersus furé etiam códictio[c] est rei. 19 ¶ Vi auté bonorú raptorú actio mixta est: quia in quadruplo[d], rei persecutio cótinetur: pœna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, mixta est, nó solùm si aduersus inficianté in duplum agatur: sed interdú & si in simplum[e] quis agat: veluti si quis hominem claudú aut luscum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretij fuerit. tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi fuerit, secúdùm iá traditá[f] diuisionem. ¶ Ité mixta est actio contra eos[g] qui relicta sacrosanctis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis[h] legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint[i]: vsque adeo, vt etiam in iudicium[k] vocarentur. tunc enim & ipsam rem vel pecuniá quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna[l]: & ideo in duplum eius fit condemnatio.

Aliæ quoque sunt actiones mixtam causam tam in rem quàm in personam habentes: cuiusmodi sunt tria diuisoria iudicia: in quibus quotiens res quæ commodam diuisionem accipere nequit, occurrit, permittitur iudici, vni ex litigatoribus eam in solidú adiudicare, & eú inuicem alteri certa pecunia condemnare.

a ¶ *Petens.* s. rei vindicatione.

b ¶ *Quilibet.* vt ☞. *de oblig. quæ ex delic. nascun.* §. *fi.*

a Conditio furtiua datur soli domino eiúsve heredi aduersus furé eiúsve heredé.

c ¶ *Condictio.* sc. furtiua, quę[a] soli domino datur & heredi eius aduersus furem, & eius heredem: *vt ff. de condi. fur. l. j. & l. v. & ☞. de obli. quæ ex delicto nascuntur.* §. *fi.*

b Idem Nic. & Ia. & est de mente aliorú.

d ¶ *Quadruplo.* vsque scilicet ad annum: post annum in simplum:[b] *vt ☞. vi bon. rap. in prin.* nisi in casu: vt si Iudæus cótra Christianum agat, tunc in duplú tantum agit, *vt C. de pag. l. Christianus.* ¶ Sed nunquid etiam raptor tenetur actione furti manifesti? Dic q̃ nó, secundú P. quia in duplú tãtum tenetur si furti conueniatur: *vt ff. vi bono. rapt. l. j.* nisi casu vbi nec in duplum tenetur secundùm eum: *vt ff. de fur. l. si quis ex domo.* Sed certè ibi erat actum actione vi bonorú raptorum: vnde sublata erat actio furti non manifesti, nisi in id quod excedit: *vt ff. vi bonor. rapt. l. j. & ff. de act. & oblig. l. qui seruum.* Sed satis[c] videtur quòd etiam manifesti furti nomine conueniatur, & in quadruplú: *vt arg. ff. de fur. l. si vendidero.* §. *cum raptor. & l. si quis ex domo.* licèt Pla. contra dixerit. vt dictum est.[d]

c Idem Dy. Io. Fab. & Angel.

d Cum opinionibus Gl. assentiunt indistinctè docto. hic.

e ¶ *In simplum.* vbi contra confitenté datur: nã tunc in simplum: & contra negãté in duplum: *vt hic, &* ☞. *eo.* §. *at illa. & C. de leg. Aquil. contra negantem. & ff. de iniur. l. eum qui.*

f ¶ *Iam traditam.* *vt supra de leg. Aquil. in princ.* Nam ibi diuidit primum caput legis Aquil. à tertio capite: ex quo tertio fit condemnatio quantum res retro valuit in proximis xxx. diebus. *vt ☞. eod. titu.* §. *ex hoc capite.* Item adiunge[e] actionem quod metus causa, nam & ipsa mixta est: *vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione.* §. j. Accursius.

e Idé Nic. Fa. Pla. Ang. & Ia.

Item mixta. Cùm initio dixerit, ex maleficiis: videtur hæc actio esse ex maleficio. Sed verius est quasi ex cõtractu eam nasci. §. *heres.* §. *vlt.* ☞. *de oblig. quæ quasi ex contr. Cuiac.*

g ¶ *Contra eos.* scil. heredes vel alios qui legatis: vel fideicommissis grauari possunt: quoniam honorati sunt pecuniariter: *vt supra de singu. re. per fideicommiss. relict. in princip. & ff. de lega. j. planè ij. in fine.*

h ¶ *Venerabilibus locis.* quæ multa sunt, & enumerantur, *in authen. de non alie.* §. *nos igitur. coll. ij.*

f Idem prædic. scrib.

i ¶ *Distulerint.* s. fraudulenter,[f] vel sine iusta causa: aliàs non puniuntur: *vt ff. si cert. pet. l. quod te. & ff. de vsu. l. sciendum. & ff. de peti. here. l. illud in princ.* ¶ Et nota quem puniri ex procrastinatione vel dilatione illicita. *sic ff. de eden. l. prætor.* §. *sed & si seruus. in fi.* Et est speciale[g] in his legatis. in aliis legatis vel fideicó. non præstatur duplú. sed vsuræ currunt ex mora, vel[h] saltẽ post cõtestationem litis, & fructus rerum restituuntur: *vt C. de vsur. & fruct. leg. seu fideicommiss. l. j.* Item hæc legata habent in alio priuilegium, vt si indebitum soluatur, non repetatur: *vt ☞. de oblig. quæ ex quasi contractu. in fi.*

g Idé Nic. Fa. Plat. & Ias.

h Non est opus litis contestatione secund. Ias.

¶ Quid si primò negauit, postea confiteatur? Respõd. potest pœnitere,[l] cùm exoneret actorem à probando: *vt ff. de iureiu. l. eum qui. in prin.* Arguitur contrà. *ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. in princ.*

l Hoc verum quãdo ecclesia velles vel cõfessione. & per eam probare legatum. aliàs secus. Nec. Fab. Pla. & Ias.

¶ Item quid si cõfessus est, & postea negat? Resp. punitur,[k] cùm vltima mora noceat: *vt ff. de peri. & commo. rei vendi. l. illud.* ¶ Item quid si non inficietur, sed dicat non valere: vel aliã proponat rationabilem causam? Resp. quidam, quòd punitur: ne inueniatur via per quam negantes suam exerceant auaritiam: *vt ☞. vi bonorum rap.* §. *quia tamen.* Alij contra. quòd[l] verum puto: *vt ☞. eo.* §. *at illa.* Item nunquid hoc in legato generali & speciali locum habet? Resp. sic, secundùm Ioan. cum vtrũque sit legatum: *vt ☞. de fideicommiss. here.* §. *fi. & C. de fideicommiss. l. fin. in princ.* ¶ Item quid si duplum non potest soluere? Respon. luat in corpore: *vt ff. de pœn. l. j.* §. *generaliter & C. de seruis fugitiuis l. quicunque.* §. *quòd si. & in glo. castigatio. & ff. de in ius vocando. l. pe. & fi.*

k Hanc cõclusionem & præcedentem limito, nisi interuenisset instrumento, quia forte excusaretur, vt per Io. Fab. hic.

l Hoc Gl. vsque ad fin. sequitur Nic. Fab. Plac. & Ias.

k ¶ *In iudicium.* Quid si in iudicium non vocantur, sed aliàs sunt in mora? Resp. quidã adhuc idé, vt dupletur.[m] sed hic lex contradicit. Item in dubiis pœnæ sunt molliendæ: *vt ff. de pœnis. l. interpretatione.* Sed dicam currere vsuras, & fructus deberi ex mora:[n] & ipsa re, id est sine interpellatione dicam moram committi ad instar minorum quibus legata debentur: *vt Cod. in quib. caus. in integ. rest.* *non est nec. l. in minorum.* ¶ Item quid si reipublicæ vel fisco relinquatur? Videtur quòd idem sit quod hic dicitur, cùm ius diuinum & publicum simile sit: *vt C. de sacrosan. eccle. l. fin. & in Auth. de non alie.* §. *si minus. col. ij.* Sed dico contra:[a] quia pœnæ sunt molliendæ, vt diximus. *vt ff. de pœnis. l. pen.* ¶ Item quid in redemptione captiuorum? Videtur idem, quasi sic rei venerabili sit relictum. Sed certè[b] non[c] extédam, scilicet id quod dicitur in hoc §. ad hunc casum: cum sit pœna. ¶ Item quid si Deo vel alicui sancto, vel administratori, quæ idẽ valent: *vt in Auth. de ec. ti.* §. *si quis in nomine. col. ix. & ff. ad l. Fal. l. j.* §. *si quis. & §. ad municipium.* Respon. locum habet hic. §. quia venerabili loco est relictum: *vt ff. de annu. lega. l. annua.* §. *a Titia.* ADDITIO. ¶ Not. ex hac glo. quòd in pœnalibus non fit extensio de similibus ad similia, quando pœnæ imponuntur, habito respectu ad priuilegiú alicuius personę, etiam si ipsi casus essent à iure æquiparati: vt pulchrè per Ias. hic, qui allegat duas glossas iuris can. contrarias. vide per eum.

m Nec verum si negauerit: aliàs requiritur vocatio in iudicium. Ias.

n Hæc glo. est sing. secund. Ias.

a Et bene. Angel. & Ias.

b De hac vide Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil.

c Imo secundú Fab. Ang. & Ias.

l ¶ *Pro pœna.* si hæc est ratio vt sit mixta, patet[d] quòd condictio ex lege illa, *si quis in tantam,* fit mixta: *vt C. vnde vi. l. si quis in tantam.* Item & illa condictio quæ datur ex lege Constantini: *vt C. finium regund. l. si constiterit.* & omnes illæ actiones vbi & res & aliquid pro pœna petitur. quod verum est.

d Condictio ex lege *si quis in tantam,* & ex l. *si constiterit C. finium regund.* est itẽ mixta.

[*Quædam actiones.*] Diuiditur in tres partes. Primò, ponit dictú generale. Secundò, illud per exempla declarat. Tertiò, ponit quæ possunt esse partes iudicis in istis actionibus. Secunda ibi, Qualis est. Tertia ibi, in quibus tribus &c. Areti. CAEVA. Dictum est supra de quibusdam actio. quæ mixtæ sunt tam rei quàm pœnæ, ponit modò de quibusdam mixtis quæ sunt tam in rem, quàm in personam. Et scitote quòd posset dici, quòd hic adiicitur tertium membrum illius diuisionis, quã habuistis. ☞. *eo. in princ.* vbi dicitur quòd actionú quædã sunt in rem: & quædam in personam. Et ibi posset addi tertiú membrú, quod hic ponitur, scilicet quòd quædã sunt mixtæ, vt ibi dictum est de actione hac, quæ est mixta in rem & personam. Ponit hic dominus Iustinianus mihi tria exempla. Primum exemplum est in actione in factú, quæ cõpetit coheredibus de diuidenda hereditate. Secundú exẽplum est in iudicio cómuni diuidundo: quod redditur inter eos inter quos aliquid est cómune sine societate, vt diuidatur. Tertiú exemplú est in actio. finium regundorum, quæ habet locum inter eos qui confines agros habent. Et in his tribus iudiciis licebit iudici ex bono & æquo vni ré adiudicare, & illú cui res est adiudicata, in certa summa pecuniæ alij condemnare. h. d. Franc.

¶ *Libellus in actione familiæ erciscundæ.*

Hic tangitur de actione familiæ erciscun. quæ habet locum inter coheredes: & nascitur ex quasi contractu: *vt ☞. de oblig. quæ ex quasi contractu nascun.* §. *idem iuris.* dum tamen ambo possideant, vel confiteantur se heredes. & fortè in ea formatur libellus sic. Dico ergo g. contra a. quòd fuimus coheredes in tali hereditate. vnde proponendo act. famil. erciscun. contra illum, peto illam hereditatem diuidi. Et dico quòd in ista actione & duabus sequentibus permittitur iudici rem vni adiudicare, & illú alteri in certa summa pecuniæ condemnare, prout ipsi videbitur. & erit causa in hac actione, Quia fuimus coheredes.

¶ *Libellus in actione communi diuidundo.*

Itẽ simili modo formabis libellum in actio. cõmuni diuidúdo quæ habet locum inter eos quibus est aliqua res cõmunis sine societate, veluti legata vel donata, vnde oritur ex quasi contractu: *vt ☞. de oblig. quæ ex quasi contractu.* §. *item si inter aliquos.*

¶ *Libellus in actione finium regundorum.*

Est & actio finium regundorum, de qua hic loquitur: in qua ita formatur libellus: Dico ego b. contra c. quòd inter me & ipsum habemus duos fundos: ipse vnum, & ego alium, adeò confines, quòd vix possent agrorum fines discerni. vnde proponendo contra ipsum actionem finium regúdorum, dico ego & peto vt fines diuidantur, & merè discernantur, sic vt finalis iurgij quæstio sine controuersia inter nos sopiatur.

Quædam

20 ¶ Quædã actiones[a] mixtã causam obtinere videntur, tã in rem quàm in personam: qualis est familiæ erciscũdæ[b] actio, quæ competit coheredibus de diuidenda hereditate. Item cõmuni diuidundo[c], quę inter eos redditur, inter quos aliquid cõmune[d] est, vt id diuidatur. Item finium regundorũ[e] actio, qua inter eos agitur, qui cõfines[f] agros habent. In quibus tribus[g] iudiciis permittitur[h] iudici rẽ alicui ex litigatoribus ex booo & æquo adiudicare[i]: & si vnius pars prægrauari videbitur, cum inuicem certa pecunia alteri condemnare.

Iam ad quartam actionum diuisionem properat.

21 ¶ Omnes autem[k] actiones, vel in simplũ cõceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplũ, vel in quadruplum: vlterius[l] autem nulla actio extẽditur. 22 ¶ In simplum agitur, veluti ex stipulatiooe, ex mutui datione, ex empto, vẽdito, locato, cõducto, mandato, & denique ex aliis quamplurimis causis.

Quinque actiones hic positæ dantur ad duplum. h.d. Aret.

a Vel malè Bal. Pa. Ang. & Ias.
b Familia pro hereditate.
c Erciscere pro diuidere.
d Actio familiæ erciscundæ cur mixta dicatur.
e Actio familiæ erciscundæ diuersa ratione realis, diuersa personalis.

a ¶ *Quadam actiones.* hic adiicitur secundùm quosdam[a] tertium membrum illi diuisioni quam habes. ī. eo. §. j. vt ibi diximus.

b ¶ *Familia erciscunda actio.* ista ideo sic dicitur, quia familia[b] pro hereditate ponitur: & erciscundæ, i.[c] diuidendæ. nã erctisco, cis, id est, diuido diuidis, quasi dicat actio diuidendæ hereditatis. ¶ Itẽ ideo dicitur[d] mixta. 1 Quis in qualibet re mihi adiudicata partẽ habeo iure meo: & quo[e] ad hoc est in rem. Itẽ partẽ vice cõsortis, & vt ab eo quia portio mea erat sua & quo ad hoc est personalis. 2 Vel ideo dicitur mixta, quia in ea petũt dominia rerũ corporaliũ non dari, sed tradi vel adsignari pro parte sua: & in hoc dicit realis. Item petũtur fructus, si alter tũtũ eos percepegit: vel ipse solus impẽsas fecit, & hæc petũt dari, id est vt fiant sui, cui dantur. & propter hoc dicitur personalis: *vt ff. famil. erciscun. leg. item Labeo. §. familiæ. & supra de oblig. ex quasi contractu. §. item si inter. & supra eodem. §. sic itaque.* ¶ Sed quanto[f] tempore durat? Respon. xxx. annis inspectu potius quòd sit personalis: *vt Cod. de anna. except. l. j.* ¶ Item quæro ex quo nascitur? Resp. secundùm Mar. ex voluntate agentium: *vt ff. famil. erciscund. l. j.* Sed certe imò ex quasi contractu: *vt ī. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. item si inter. in fi.* Accursius.

f Præscribitur actioni familiæ erciscundæ triginta annis, & hoc quidem cum alter tantum possidet, aliàs durante communione non currit præscriptio. *adde Glo. l. 1. §. ad hoc C. de annali exc.* Baldum *tract. de præscr. 4 parte 4 q. 1.*

c ¶ *Communi diuidundo.* quæ sunt hic loco personalium præstationum & quæ loco realium, dic eodem modo vt proximè diximus in actione familiæ erciscundæ. & idem in proximo casu. *& facit ad hanc. §. ff. communi diuidund. l. per hoc iudicium. §. sicut.*

d ¶ *Aliquid commune.* scil.[g] sine societate, vel cum societate: *vt ff. pro socio. l. quibus. & l. si actum. & ī. de oblig. ex quasi contractu. §. item si inter.*

g Commune aliquid esse sine societate potest.

e ¶ *Item finium regundorum.* l. est mixta: *vt hic, & ff. finium regun. leg. sed & loci. §. in iudicio.*

h Hanc Gl. sequuntur Pa. & Angel.

f ¶ *Confines.* Quid si domos habent conuicinas? Respon. non habet locum, si hinc inde sint domus[h]: *vt ff. fi. regun. l. iiij. in fi. §. hoc iudicium*[i]. vbi ponitur differentia inter confinium & vicinium. Si autem ex altera parte tantum sit domus, ex altera fundus. tũc locum habet vtile iudicium finium regundorum: *vt ff. fin. regun. l. ij. in princip.* Et adiunge his tribus actionibus mixtis quandam aliam scilicet hereditatis petitionem[k]: *vt Cod. de petit. hered. l. hereditatis. & ff. de petit. here. l. si bonæ fidei. § fi.*[l] Itẽ quid de omnibus noxalibus actionibus? Videtur enim quòd sint in rem: quia contra quemlibet possidentem seruum dantur: *vt ī. de noxa. act. §. omnis autem.* ¶ Item quid de actione de tigno iniuncto: nam & hæc datur contra quemlibet possidentem: *vt ff. de tigno iniuncto. l. j. in fin.* ¶ Item quid de actione quod metus causa: nam & hæc quẽlibet possidentem perquirit: *vt ff. quòd metus causa. l. si cum exceptione. §. Pedius.* ¶ Item quid de actione in factum, quæ datur contra eum qui aliquid habet in loco publico positum: *vt ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. antepenul.* ¶ Item quid de actione in factum, siue interdicto quod vi aut clam. Nam & hæc contra possidentem datur: *vt ff. quod vi aut clam. l. competit. in fine.* ¶ Item quid de actione ad exhibendum. nam & illa possidentem persequitur, sicut & cæteræ superiores: vnde videntur omnes in rem: *vt ff. de actio. & oblig. l. actionum genera?* Quidam dicunt eas anomalas, id est nec in rem, nec in personam. Sed dic omnes esse personales[m]: vt patet in actione ad exhibendum: *vt ff. ad exhiben. l. iij. §. est autem personalis hæc actio.* ADDITIO. Dicunt docto. quòd omnes actiones de quibus in glo. sunt personales in rem scriptæ: *vt in dicta l. iij. §. est autem personalis. vbi glo. j.* quæ est magistralis.

i Dic est *l. 2. in prin. ee. ti.* & est ratio, quia in agris faciliter turbantur cõfinia, non sic in vrbanis: ideo id iudicium in specie fuit positum. Ang.
k Imò est realis origine, licèt habeat quosdam personales præstationes. Angel & Ias.
l Alias est leg. *sed & si lege. § petitio.*
m In rem scriptæ. Ang. & Ia. Diuisio.

g ¶ *Tribus* scilicet fami. erciscun. communi diuidun. finium regund.

h ¶ *Permittitur* à lege. Accur.

i ¶ *Adiudicare.* & quod adiudicatur, statim fit eius cui adiudicatur: *vt ī. de offic. iudi. § fi.*

Omnes autem.] Hic ponitur quarta diuisio actionum, vt dicitur in glo. quia quædam dantur ad simplum, quædam ad duplum, & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò illud per multa exempla in quolibet membro declarat. Tertiò ponit aliquas differentias inter ista exempla. Secunda ibi, In simplum agitur. Tertia ibi, Sed furti quidẽ hoc dicit. Aretinus. CASVS. Post alias diuisiones superius po-

Institur.

sitas ponit hic vnam aliam diuisionẽ dominus Iustinia. quæ talis est: Omnes actiones siue sint in rem: siue in personã, sunt in simplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplũ. vltra autẽ quadruplum nulla actio pœnalis debet extendi. Et sciendum est, quòd si diuisio posita, ī. *in illo. § sequens diuisio,* esset quarta, secũdũ quod malè inuenitur scriptũ in omnibus libris cõmuniter, tunc esset hæc quinta diuisio, prout ferè in omnib. libris reperies: sed sic tu. ī. *alias in illo. §. sequens illa diuisio,* ponitur tertia diuisio: & hæc est quarta, *vt in sua glo. signata super illo verbo, actionum.* Addere etiã potes, quòd quidã dicũt, quòd multum refert an aliquis stipuletur pœnam per verba respectiua significantia vel designãtia qualitatem: & huiusmodi verba sunt, duplum, vel triplum: vel per verba simplicia, putà promittis mihi. c. nomine pœnæ, vel ducẽta vel mille. In primo enim casu nõ potest esse vltra quadruplum. In secũdo casu bene potest esse etiam vltra quadruplum. & sum in versic. In simplum. &c. Dictũ est supra quod omnes actiones aut sunt in simplum, aut in duplum aut in triplũ, aut in quadruplum: modò videamus quæ sunt istæ actiones quibus agitur in simplum tantùm. & enumerat eas in litera. hoc dicit. Franciscus.

k ¶ *Omnes autem.* hæc est quarta[a] diuisio quæ fit in hoc titulo.

a Potest subtui quinta. Ias.

l ¶ *Vlterius.* scilicet vltra quadruplum. ¶ Sed contra in l. Aquilia: vbi occasione vilis serui interfecti agitur ad vnam hereditatem perditam, quæ valet centum marcas[b]: *vt supra ad l. Aquil. §. illud.* ¶ Itẽ contra eum qui vilem clauum de naui abstulit, quare tota nauis periit. nam ad totum damnum tenetur: quod etiam in quadruplum & vltra excedit: *vt ff. de incen. rui. nau. l. iij. §. senatusco.* ¶ Item aliud contra in actione ex empto, vbi occasione pecoris morbosi totus meus grex cõtaminatus est: vel occasione tigni vitiosi tota domus corruit: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. in princip.* Sed certè his tri. cõtrariis non agitur ad aliquid quod sit pœna, inspecta persona agentis[c], sed totum est suum interesse. Nã hunc §. intelligo quando pœnalis est actio ex vtraque parte. ¶ Itẽ contra in eo qui manumisit seruum alienũ in præsentia principis. nã duo mãcipia domino, & tria similia dat fisco, & ita in quintuplũ damnatur: *vt C. de his qui à non do. man. l. fin.* ¶ Item cõtra in eo quod dicit lex: si dedi tibi pecuniam ne mihi calumniam faceres, & ab alio acrepisti vt mihi calumniam faceres, in octuplum mihi teneris: *vt ff. de calum. l. & generaliter. § fin.* Sed certè primo casu præstatur pœna diuersis, non vni[d]: nec est ibi aliquis præstatio vltra quadruplum. In secundo autem casu non vna actione habeo octuplum, sed duab. ¶ Item cõtra in eo quod dicitur: si dedisti pecuniam ne mihi fieret calumnia, nam tu repetis quod dedisti, & ego in quadruplum prosequor, *vt ff. de calumn. l. si quis ab alio. in princip.* Sed certè duobus fit præstatio, & neutri vltra quadruplũ. ¶ Item cõtra in eo quod dicit ser. manumissum in seruitutem reuocari occasione leuis offensæ, & ita pœna in immẽsum excedit: *vt Cod. de lib. & eorum lib. leg. si manumissus.* Sed dic quòd illa est accusatio, non actio. 2 Vel dic quòd non præstatur pœna habito respectu ad rem. ¶ Item contra in eo qui surripuit seruum fiscalem. nam damnatur in xij. li. argenti, & seruum restituendo. *Cod. de ser. fugit. leg. si quis seruum.* Sed ibi non fit relatio ad ipsam rem vel ad simplum. Est enim hic §. intelligendus[e] quando actio est pœnalis: & in pœna ad ipsam rem habetur respectus[f]. ¶ Item contra ī. *de inutil. stipu. §. alteri.* Nam ibi non inspicitur quanta sit pœna, sed tota exigitur, sed ibi non habetur respectus ad ipsam rem. Vel dic aliud in pœna conuentionali, vt ibi, quàm in legali, vt hic. ¶ Item cõtra in eo quod dicitur eum qui emit administrationẽ. Nam qui accepit pecuniam ab electo, quadruplum reddet, & sua bona confiscantur, & cingulo priuatur, *in authen. vt iudi. sine quoquo suf. §. sic igitur in fin. col. 9.* Sed illud fit per accusationem, non per actionem.

b Octo vncia faciũt marcã. Ias.
c Istam sequitur Dyn. Nic. Pa. Ang. & Ias.
d Bene dicit Gl. Nam seruo esset si vni. ff. de actio. & oblgat. l. cum ex vno. Possunt enim plures actiones ex eodem crimine aquiri diuersis l. de iniur. § pæntur. nec vna remissa altera tollitur, vt ff. de seruor. ca ff. furti pro prædicta. ff. de actio. & ob. l. quotiens.
e Idem Nic. Pa. & Ang. dicit tamen Ias. quòd præcedens solutio est verior etiã ad illud contrarium.
f Hæc solutio pluries reprobatur per Ias. quamuis placeat Fab. Pla. & Iac.

In duplum.] CASVS. Dictum est iam quæ sunt actiones quæ dantur ad simplum, modò videndum est quæ sunt actiones quæ dantur ad duplum. Et de hoc ponit Iustinianus quinque exempla. Primum est actio furti non manifesti. Secũdũ actio. l. Aquil. Tertium actio depositi in quatuor casib. scilicet incẽdio, ruina, naufragio, & tumultu. Quartũ est actio serui corrupti, quæ competit

cõtra eum, cuius hortatu seruus alienus quolibet modo deterior factus sit. Quintum est actio ex testamento, quæ datur alicui pro venerabili loco relicto, quod quidem legatum heres distulit soluere donec in iudicium vocaretur. & hoc dicit. ¶ Et nota quod magna est differentia inter ista quinque exempla: quanquam hic cõiũgãtur tãquã essent actiones similes. Duæ enim actiones, furti nõ manifesti, & serui corrupti, à principio sunt pœnales: aliæ duæ scilicet actio. l. Aquil. & depositi, in quatuor casib. non nisi per infitiationẽ. Tertiũ autem habet singularẽ stultũ: quia pœnalis est per infitiationẽ, & per nimiam procrastinationem. & ad istam differentiam manifestandam habetis ĩ. eo. §. *sed furti.* Franciscus.

23 ¶ In duplum agimus: veluti furti nec manifesti[a], damni iniuriæ ex lege Aquilia[b], depositi ex quibusdam causis[c]. Item serui corrupti: quæ competit in eum, cuius hortatu consilióve seruus alienus fugerit, aut cõtumax aduersus dominum factus est, aut luxuriosè viuere cœperit, aut deniq; quolibet modo deterior factus sit[d]. In qua actione catũ etiam rerũ quas fugiẽdo seruus abstulerit, æstimatio deducitur[e]. Itẽ ex legato quod venerabilib. locis relictum est: secũdũ ea quæ supra diximus[f].

¶ *Libellus in actione serui corrupti.*

Hic tangitur de actio. serui corrupti: & illa datur contra eum qui seruum alienum hortatu vel consilio corrupit in animo: *vt ĩ. de oblig. quæ ex malefi. § vnde illud quæsitum. & Cod. de furt. & ser. corrup. l. si quis seruo alieno suaserit & ff. de ser. corrup. l. j. §. persuadere.* & quasi per totum titu. Vnde in hac actione sic formatur libellus. Dico ego a, contra b, quòd ipse persuasit seruo meo vt aufugeret, & aufugit & sic eum corrupit. vnde proponendo actionem serui corrupti, peto ipsum b, in duplum, scilicet pro deterioratione in decem, & pro pœna in aliis decem mihi cõdemnari. Et erit causa in hac actione talis, scilicet: Quia seruum corrupit. quam sufficit proponere loco actionis.

a ¶ *Furti nec manifesti. vt supra de obliga. quæ ex delict. nascuntur. §. pœna.*

b ¶ *Ex lege Aquilia.* puta per inficiationem: *vt infra eodem. §. at illæ.*

c ¶ *Ex quibusdam causis.* veluti quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum est. *vt ĩ. eo. §. rei persequendæ.*

d ¶ *Deterior factus sit* scilicet in mente. nam si in corpore, locum habet lex Aquil. *vt ĩ. de l. Aquil. in princ.* & hoc siue fiat de bono malus, siue de malo deterior: *vt ff. de ser. corrup. l. j. §. persuadere. vsque in fi. & l. seq.* ANGELUS. ¶ Nota differentiam inter istam actionem serui corrupti, & actionem legis Aquiliæ pro seruo: quia illa competit quoties in moribus seruus est deterioratus: sed lex Aquilia habet locum quando mores non mutantur, sed corpus læditur vt ibi. Angel.

e ¶ *Æstimatio deducitur.* vt omne cum ipsa re damnum[a] duplicetur, siue peruenerit res quam secum seruus portauerat, ad ipsum solicitatorem, siue ad alium: *vt ff. de ser. corrup. l. in hoc iudicio.* ¶ Sed nunquid iure actionis fit hæc æstimatio: vel in iudicis officio? Respon. fit iudicis officio, secundùm Ir. ita fit in actione quod metus causa. *ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. j. & §. quadruplatur*[b]. ¶ Sed pro[a] filio corrupto vel pro filia qualiter agitur? Respon. habet vtilem hanc actionem: *vt ff. de ser. corrup. l. vt tantum. § j.* vnde dicunt quòd veniet interesse patris consistens in operis filij, quia non vult operari: & cum sit corruptus, aliud quàm opera non potest æstimari: quia liberum corpus non recipit æstimationem: *vt ff. de his qui deiece. vel effu. l. fin.* habet enim istam vtilem, ac si esset in bonis: & erit in eam, scilicet summam quam ipse æstimauerit suo iureiurando. vt de actione iniuriarum dicitur: *vt ĩ. de iniur. §. pœna. & ff. de iniur. l. in constitutionibus.* 2 Vel dic quod primò æstimat iudex summam ad quam competit: *vt arg. ff. de cust. reorum. l. si quis reum.*

f ¶ *Diximus. ĩ. eo. § item mixta* d.

Tripli verò.] CASUS. Dixi vobis exempla illarum actionum quibus agitur in simplum, & illarum quibus agitur in duplum. Modo ponam vobis exemplum de quadam actione quæ vocatur cõdictio ex. l. noua: & ista datur in triplum. Scire autẽ debetis, quòd olim erat consuetudo, quòd viatores & nuntij iudicum qui citationes faciebant, exigebãt nomine sportularum magis aut min° à reis in iudicium cõuentis, secundũ quod maior vel minor quãtitas erat petita. Quidam ergo ad hoc vt me reũ grauaret in sportulis præstãdis, executori maiorem quãtitatem in libello suo inseruit. dicitur in l. quòd quicquid dam ni reus passus est per malitiam actoris in isto casu: triplũ cõsequetur ab actore. Sed domine, qua actione? Frater, cõdictione ex quadam l. noua, quæ in nostro. C refulget. Et sciatis quia l. illam nouam inueni hic: & fortè fuit in C. veteri, quẽ non habemus: & constitutio ista siue l. noua à l. condictitia emanauit. Erat enim l. condictitia olim, sub qua erant multæ constitutiones. Sportulæ[a] autem dicuntur salaria quæ dantur nuntiis iudicis: & sic vocatur illud quod datur, pro eo in quo dat, sportula. Sporta enim vel sportæ vel sportula est quoddam genus vasis. De illis sportulis habetis specialem rubricã in principio tertij. *Cod. de sportu.* Franciscus.

Qui maiorem summam ideo in libello complexus fuit, vt reus maioribus grauaretur sportulis, eius damni quod reus ob id passus est, triplum præstare cogitur: in quo tamen inest ipsius damni persecutio.

24 ¶ Tripli verò agimus, cùm quidam[g] maiorem veræ æstimationis † quantitatem in libello[h] conuentionis inseruit †, vt ex hac causa viatores, id est executores litium ampliorem summam sportularum[i] † nomine exigerent. tunc enim id quod propter eorum causam

¶ *Libellus in actione ex lege condictitia.*

Hic tangitur de condictione ex lege, quæ nascitur ex lege condictitia: & datur ad triplum contra eum qui maiorem summam in libello conuentionali quàm deberet inseruit, vt aduersarius ei in præstatione sportularum grauaretur: vt in hoc §. tripli. & in ea sic formatur libellus. Dico ego à contra b, quòd ipse in libello conuentionali contra me porrecto, maiorẽ summam quàm deberet, inseruit, vt ob hoc me grauaret in præstatione sportularũ: occasione cuius maioris quantitatis damnificatus sum in decem solidis. vnde proponẽdo contra ipsum b, condictionem ex lege, peto eum in triplũ, scilicet in xxx. solidos. (videlicet in x. nomine dãni dati, & in xx. nomine pœnæ) mihi condemnari. Et condictione ex eadem lege agitur contra executorẽ pro eo quòd exegit maiores sportulas à reo quàm deberet secundùm quantitatem in libello comprehẽsam. & formatur libellus mutatis mutandis: vt ĩ. proxi. scripsi.

g ¶ *Cum quidam.* scilicet actor.

h ¶ *In libello.* Hic nota duo. ¶ Primò quòd libellus[b] est faciendus in causa: quod est verum iure nouo, *vt hic, & Cod. de episcop. & cleric. Authent. generaliter. & Cod. de lit. contest. Authent. offeratur.* nisi in quatuor casibus: quos not. *in Authent. de man. prin. §. sit tibi. col. iij*[c]. Aliud est iure veteri.[d] nam tunc non fiebat nisi ex voluntate: *vt ff. de eden. l. j.* nisi in casu: *vt Cod. de dig. l. quotiens. lib. xij.* ¶ Item secundo not. quòd quantitas[e] certa est in libello comprehendenda, vel res: & ita etiam in personali actione debet actor certificare reum: *vt hic, & in Authent. de litis. §. ad excludendas. col. viij. & ff. de rei vindica. l. si in rem. §. & si vestimenta.*[f]. ¶ Tertio not. quòd sportulæ[g] vel salaria quæ dabantur executoribus (id est nuntiis qui faciunt homines repræsentari: & aliàs qui faciunt huiusmodi citationes) pro suis officiis dabantur secundum quãtitatem petitam, vt hic dicit. Sed hodie magis secundùm consuetudinem[h], vel longitudinem itineris: *vt Cod. de episcopis & clericis. Authent. sed hodie.* Et dicas quod hic dicitur ex hac causa, esse causatiuè, non consecutiuè dictum. Sed istæ[i] sportulæ quæ iudicibus dabantur, certæ sunt: nec crescunt, licèt quantitas petita sit magna: nec decrescunt, licèt sit parua[k]: *vt in Authentic. de iudi. §. no autem. colla. vj.* ¶ Item not. quòd reus soluebat huiusmodi sportulas: *vt hic, & Cod. de episcop. & clericis. Authent. generaliter.* Sed actor ei restituebat, nisi iusta causa eum vocasset: *vt ff. de iudic. l. eum quem temerè.* ¶ Item not. adhuc, quòd huiusmodi sportulæ quibusdam prorsus remittuntur, vt pauperibus: *vt in Authen. de man. prin. §. oportet. col. iij.* à quibusdam pauciores exigebantur: vt à clericis: *vt Cod. de episcopis & clericis. l. cum clericis. & in Authent. ibi posita. sed hodie.* Aliis autem per priuilegium principis vtentis remittuntur in totum, vel pro parte: *vt Cod. de fru. & lit. expen. l. fin.* ¶ Sed quæro si hæ personæ quæ habent priuilegium, scilicet de non soluendo sportulas, sportulas soluãt, an habeant actionem in triplum? Dicunt quidam quòd sic: ne fauor noceat eis: *vt Cod. de legibus. & constitu. l. quod fauore.* Alij dicunt quòd non: quasi suo iuri, id est priuilegio stultè renunciauerint, cùm volentes soluerunt: quod possunt: *vt C. de pac. l. si quis in conscribendo.* quod verius est.[l] Si autem inuiti exacti sunt, in quadruplum contra exactorem vel executorem agitur: *vt infra eod. §. quadrupli.* ¶ Sed cum hodie caueatur de duplo restituendo: *vt in Authen. de execu. §. j. col. vij.* videtur corrigi quod hic dicitur. Vnde[m] hodie nulla est actio in triplum quod verum puto. Sed alij dicunt: si cautio est omissa, habet locũ quod hic dicitur: aliàs habet locum Authen. prædicta. ANGELUS. Hæc communiter reprehenditur, quia ille §. j. in *Authen. de executo. & Authen. libellum. C. de litis contesta.* loquuntur in diuersis. à textu nostro. vide hic per dominum. Ias.

i ¶ *Sportularum.* Ideo sic dicuntur, quia in sportulis quibusdam oblationes huiusmodi ponebant. Est autem genus vasis sportula vel spurta.

Rem.

a Scilicet tunc illarum & æstimatum: scilicet in eo quo postea sequitur, quod facit vt ille qui corrupit virginẽ aut persuasit ei vt semel vellet malum facere, vt non tenea tur de famulationibus cum aliis vitiis vel cæteris malis postea commissis. Fab. & Ang.

b Hoc impugnant communiter doct. hic, immo iniqua ratione actionis. & sequuntur Ioan. Luc. Nea. Pa. Ang. & Ias. & idem in dubio pro reo faciendum est.

d Versus est sub. statuit maleficium.

† Veræ æstimatione.

† Inseruit.

‡ Vide in hac lecon. Alc. lib. disp. c. 17.

a Sportula quid.

a ¶ *Reus.* aliæ [a] sportulæ quæ iudicibus præstabantur, ab vtroque præstabantur: *vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. volumus. colla. y.* Item istæ sportulæ quæ dabantur executoribus, dabantur ante litem contesta. idest porrecto libello. istæ aliæ in contestatione causæ [b] dabantur iudicibus: *vt in auth. de exhib. § sancimus. col. v. & de ind. §. ne autem circa hoc labor. col. vj.*

damnum passus fuerit reus[a], in triplũ ab actore consequetur[b]: vt in hoc triplo etiam simplũ in quo damnum passus est, cõnumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice[c] fulget, quam procul dubio † est ex lege condictitia[d] emanare.

Iste §. summatus est cũ §. omnes autem. & tamen in specie hoc dicit: Quatuor actiones hic posite dantur ad quadruplum. Arge.

25 ¶ Quadrupli autem agitur, veluti furti[e] manifesti, item de eo quod metus[f] causa factũ sit, déque ea pecunia[g] quæ in hoc data sit, vt is cui datur, calumniæ causa negotium[h] alicui faceret, vel non faceret.

Annota. Executorem maiores iusta extorquente sportulas, earum quadruplum restituere debere.

Item ex lege condictitia[i] † nostra constitutio[k] oritur, in quadruplum[l] condẽnationem imponens his executoribus litium, qui contra nostræ constitutionis[m] normam[n] à reis[o] quicquam exegerint.

b ¶ *Consequetur.* condictione ex hac lege Græca, vt subiicit: quæ erat in alio codice, non autẽ est in eo quẽ habemus. Et patitur actor hãc pœnam tripli siue sine dolo, siue cum dolo inseruit: & sic causatiuè vel cõsecutiuè dicitur[c]. Sed nónne etiam causam amittit: *vt C. de plus pe. l. j.* Sed certè ibi plus deliquit: quia in certamine negotij cautionẽ de petitis exegit, vnde grauius punitur: *vt argu ff. de offitio præsi. l. diuus.*

c ¶ *Codice.* quem non habemus.

d ¶ *Ex lege condictitia.* lex quædam erat quæ cõdictitia vocabatur, & sub se quasdam constitutiones habebat: *vt hic, & j. eod. §. item ex lege condictitia.* Accursius.

Quadrupli.] CASVS. Dixi vobis duo exempla illarum actionũ quibus agitur ad simplum, & illarũ quib. agitur ad duplũ, & earũ quib. agitur ad triplũ. Modo vidẽdũ est de actionibus quæ dantur ad quadruplum: & certè ad quadruplum agitur per actionem furti manifesti, & per actionem quod metus causa, & per actionem in factũ, quæ descendit ex edicto de calumniatoribus, quæ locum habet quando aliquid datur alicui vt alium calumniosè vexet. Datur enim tũc actio in factũ, quæ est in quadruplum, ei ad cuius malum id datum fuerit. Quartum exemplũ est in condictitia actione ex l. vnde dicit Iustini. quòd ex nostra constitutione oritur, quę imponit pœnam quadrupli illis executoribus litium, qui plus exigunt quàm statutum, contra constitutionis nostræ normam.

¶ *Libellus in actione in factum quæ descendit ex edicto de calumniatoribus.*

Hic tangitur de actio. in factũ quæ descendit ex edicto de calũniatoribus, & datur in quadruplum ad annum, post annum verò perpetuò in simplum: *vt ff. de calumniato. l. j. in princ.* & habet locum contra ipsum qui à me aliquid recipit vt me calumniosè non vexet. Et idem si ab alio recepit vt me calumniosè vexet. in vtroque enim mihi datur actio contra eum: *vt ff. de calumnia. l. generaliter §. fin.* Et in ea sic formabis libellum: Dico ego t, contra s, quòd ipse accepit decem à Mæuio vt calumniosè me vexaret. vnde proponendo cõtra ipsum actio. in factum, peto eundem in quadruplũ, scilicet in decem quæ accepit, & in triginta nomine pœnæ mihi condemnari. Et erit causa in ista actio. quam sufficit proponere, hæc s. Quia decem à Mæuio accepit vt mihi faceret negotium calumniosè. Si autem à teipso accepit vt te non vexaret calumniosè: sic forma libellum. Dico ego t, cõtra s, quòd ipse accepit à me decem ne me calumniosè vexaret, & moueret mihi litem. vnde proponendo actio. in factum cõtra ipsum, peto ipsum in quadruplum, scilicet in decem quæ accepit à me, & in triginta nomine pœnæ cõdemnari. Et erit in hac actione causa talis, scilicet: Quia decem à me accepit, ne calumniosè cõtra me moueret negotiũ.

e ¶ *Furti.* facit. *j. de oblig. quæ ex delic. nascun. §. pœna.* Accur.

f ¶ *Quod metus.* s. actio, quæ ex contumacia fit in quadruplum: *vt j. eod. §. item actio.* & vsque ad annum tantum: post annum in simplum: *vt ff. quod metus causæ l. si cum exceptione. §. j.* Accur.

g ¶ *Déque ea pecunia.* sc. actio in factum de calumniatoribus annalis in quadruplum, & perpetua in simplum. *vt ff. de calum. l. j. in prin. & §. j.* quæ locũ habet si do alicui aliquid vt calumniosè [d] aliquẽ vexet. datur enim actio in factum ei ob cuius malum data fuit, non autem danti. Item danti quando dedit vt sibi negotium per calumniam non fieret: *vt hic, & ff. de calum. l. j. & l. generaliter. §. fi.*

Institut.

h ¶ *Negotium.* s. malum.

i ¶ *Lege condictitia.* de qua dicitur *j. eo. § tripli in fi. § diximus.*

k ¶ *Constitutio.* quam non habemus. Accursius.

l ¶ *In quadruplum.* cuius quadrupli iure nouo triplum[a] fisco, simplum damnum passo datur: *vt in authen. vt lit. iur. in exor. lit. §. & hoc quoque. col. ix.* & petitur per cõdictionem ex hac lege, quã non habemus: cùm nõ sit cautum quo genere actionis agam[b]: *vt ff. de condi. ex leg. l. j.*

Furti actio, & serui corrupti, sua origine semper pœnales sunt: actio verò l. Aquiliæ & depositi in quatuor casibus, & quæ pro legatis locis venerabilibus factis competit, ex accidenti pœnales fiunt: hoc est vel inficiatione, aut morosa dilatione: aliàs rei persecutoriæ sunt.

26 ¶ Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti, à cæteris de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quòd hæ actiones omnimodo[p] dupli sunt. at illæ, id est damni iniuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi[q], inficiatione duplicantur[r]: in cõfitentem autem in simplum dantur. Sed illa[s] quæ de his competit quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solùm inficiatione[t] duplicantur, sed etiamsi distulerit relicti solutionem, quousque iussu magistratuum nostrorum conueniatur. In confitentem verò, & antequam iussu magistratuum conueniatur, soluentem, simpli redditur.

m ¶ *Constitutionis.* prædictæ, quam nõ habemus.

n ¶ *Normam.* i. formã certa enim erat forma in constitutione quam non habemus.

o ¶ *A reis.* conuentis.

Sed furti quidem nec manifesti.] CASVS. Isti duo proximi §§ sunt hic positi ad vberiorẽ doctrinam. Quia enim superius in isto tit. in §. in duplũ. posuit quinque actiones insimul & pro similib[us], cum tamẽ in multis sint dissimiles: propterea ne propter hoc crederet aliquis actiones illas similes esse omnimodo: ad errorem illum remouendum ponit hic istos duos §§. In primò ergo. §. dat differentiam inter illas quinque actiones pro duplo, quas ponit. *s. eo. § in duplum.* videlicet inter actionem furti nõ manifesti, & actionem l. Aquil. & actionem depositi in quatuor casib[us]; & actionem serui corrupti, & actionem ex testamento, quæ datur pro legato relicto alicui loco venerabili. Et dicit quòd illarum quinque actionum duæ sunt quæ omnimodo sunt pœnales à principio, sed demum inficiatione secuta, videlicet actio depositi, in quatuor casibus, & act. l. Aquil. Quinta autẽ actio singularem habet statum. Est enim pœnalis per inficiationem, & per nimiam procrastinationẽ. h. d. primus §. Et quod dicit in litera, omnimodo sunt pœnales, non intelligas quòd per se sint in pœna: sed similiter omnimodo, id est à principio ambæ sunt pœnales licèt non secuta fuerit inficiatio. Franc.

p ¶ *Omnimodo.* [c] De actione furti constat quòd semper est in duplum: *vt hic: & j. de obligatio. quæ ex delic. nascuntur. §. pœna autẽ.* Item de actione serui corrupti, nisi in casibus vt quando maritus in vxorem datur, & econtra: *vt hic, & ff. de ser. cor. l. doli verbum. §. hac actio & l. fi.* Vel dic omnimodo, id est siue neget, siue non, non autem in omni persona. Accur.

q ¶ *Depositi.* aliàs est in litera de dolo depositi: & tunc dic actionem depositi propter dolum. Nam vtraque nõ potest habere locum simul, scilicet de dolo actio, & depositi: *vt ff. de dolo. l. j. §. j.* aliàs non est de dolo. & tunc plana est litera.

r ¶ *Duplicantur.* sc. si legitimis probationibus, non iureiurando conuincantur: *C. ad leg. Aquil. l. contra. & ff. de iureiur. l. cum qui.* ADDITIO Et sic probatio [d] per iuramentum non censetur legitima. Adde aliam glo. in *l. cum de indebito. in prin. in verbo. legitimus ff. de proba.* *Iason.*

s ¶ *Sed illa.* sc. actio ex testamento. Et construe, sed illa actio scilicet ex testamento, quæ scilicet actio competit de his quæ sunt re. ve. lo. duplicatur non solum &c. Accur.

t ¶ *Inficiatione.* bene dicit, inficiatione quia si confitentur, non tenentur: vel si iusiurandum detulerit actori, qui exonerat eum à probatione. *ff. de iureiuran. l. cum qui* Accur.

Item actio &c.] CASVS. Tu iam vidisti qualiter se purgauit à primo vitio: modo in isto §. purgat se à secundo vitio: ponens differẽtiam inter quatuor actiones in quadruplum quas posuit quasi similes. *s. e. §. quadrupli au.* quòd actio quod metus causa est in quadruplum, verum est non à principio, sed ita demum si iste fuerit contumax, & noluerit rem restituere obediendo primæ sententię. tunc enim debet sequi sententia secunda quę est in quadruplum. Aliæ autem omnes ab initio sunt in quadruplum. Franc.

¶ *Libellus in actione quod metus causa.*

Hinc tangitur de actione quod metus causa: & illa datur cõtra

a Immò totum applica[tur] parti. Ang. & Ias. licet Fa. contra.

b Hanc Gl. sequuntur communiter doct.

c De vilioiis differentiis omnimodo habetur in l. si cum exceptione § quamuis. & ibi Bar. ff. quod metus cau. & vul. Graec. § illud. ff de fideiussor.

d Probatio per iuramentum non censetur legitima probatio.

d In iudicio si extra iudicium. Fab. licet Ias. contra.

eum qui metum intulit, & contra quemlibet possessorem: *vt ff. quod metus causa leg. si cum exceptione. §. in hac actione.* In qua sic forma libellum: Dico ego Titius contra Sempronium, quòd ipse detinet rem mihi per metum ablatam: vnde proponendo act. quòd metus causa contra ipsum, peto eudem ad restitutionem rei mihi condemnari. Et tunc iudex cōdemnabit eum ad restitutionem rei. & si restituere nō vult, petetur ab eo quadruplū, in quo quadruplo ipsa res continetur: *vt ff. quod metus causa. leg. si cum exceptione §. hac autem actio.* & tunc forma hoc modo libellum: Dico ego Titius contra Semproniū, quòd ipse rem mihi per metum ablatā detinens, istam non vult restituere, licèt sit super hoc cōdemnatus vnde proponendo contra ipsum actionē quod metus causa, peto ipsum in quadruplum, ad rei restitutionē & in triplum nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, quòd si vult restituere ante sententiam, liberabitur à pœna tripli, *vt in hoc. § item actio.* Et erit causa in hac actio. quā proponere sufficit, hæc sc. Vnde cum per metum res ista sit mihi ablata, peto &c. Et datur hæc actio vsque ad annum tantum in quadruplum, post annum verò in simplum: *vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. j. & ij.*

Qui illato metu quicquam ab altero extorserit, si illud iubente iudice restituat metum passo, pœnā quadrupli euitat, quam non parendo incurrisset: & in hoc à cæteris quæ in quadruplum dantur, differt quod metus causa actio.

27 ¶Item actio de eo quod metus causa factum sit, à cæteris, de quibus simul[a] locuti sumus, eo differt, quòd eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam rem actori restituat[b], absoluatur[c]. quod in ceteris casibus[d] non est ita, sed omnimodo quisq; in quadruplū condemnatur: quod est & in furti manifesti actione.

Accipe quintā actionū sectionē: & quæcunque hic enumeratā non inueneris, stricti iuris eam iudicato.

28 ¶Actionum autē quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti iuris. Bonæ fidei sunt[e] hæ: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi[f], pro socio[g], tutelæ[h], commodati.

a ¶*Simul* cantè ponit illud simul, id est vnà cum eis de quibus aliàs dixi: *vt s. eo. §. quadrupli.*

b ¶*Restituat.* vsque ad definitiuam sententiam[a], quod intellige de secunda sententia. Nam in actione quod metus causa, duæ feruntur sententiæ. Prima de restituenda re: alia de dando quadruplo, re computanda in eo: *vt ff. quod met. cau. leg. si cum exceptione. §. hac autem.* ¶Sed nunquid vtraque est definitiua? Dic quòd sic: quia vtraque definit controuersiā: *vt ff. de re iud. leg. j.* Alij esse dicunt admonitionem quandam primam sententiam: *vt in auth. de hered. & Fal. §. si quis autem non cal. j.* & ex eo quod per primam sententiam admonetur, & tandiu expectatur qui metum intulit dicitur hæc actio arbitraria: *vt j. eo. § præterea*[b].

c ¶*Absoluatur.* s. à præstatione quadrupli.

d ¶*In cæteris casibus.* qui enumerantur *s. eo § quadrupli* Accur.

Actionum.] Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit regulam generalē. Secundò in specie ponit quæ sunt actiones bonæ fidei. Tertiò, quòd licet olim esset dubitatio, tamen hodie clarū est, quod petitio hereditatis est bonæ fidei. Secunda ibi, bonæ fidei. Tertia ibi, quamuis Aret. casvs. Multas diuisiones actionum habuistis supra, & post illas de quibus dictum est supra, ponitur hic quędā alia diuisio. Et hoc est quod dicit domin⁹ Ias. Diuisio est hæc per se, nō pendens ex præcedentibus. Et tractat iste. § vt dicit Ioa. de iustitia positiua: vbi non redditur alia ratio, nisi quia ita placuit iuris cōditoribus. Est quippe diuisio quam hic ponit, talis: Actionum quædam sunt bonæ fidei quædam stricti iuris. & enumerat hic septemdecim actiones bonæ fidei. Prima est actio ex empto, secunda ex vendito, & sic de aliis. Est & hereditatis peti. de qua semper ante tēpora Iustin. magna fuit dubitatio, verum esset bonæ fidei, vel stricti iuris. Nostra tamen cōstitutio (dicit) quam habes *C. de peti. here. l. vltima,* disposuit eam esse bonæ fidei. De xvij. actionibus tractat in sequenti. §. Notare autem debes in principio, quòd duplex est bona fides. Vna quæ est contraria dolo & fraudi. & hoc modo omnes contractus bonæ fidei sunt: in omnibus enim debet abesse dolus & fraus. Est & alia bona fides, quæ antonomaticè vocatur bona fides, propter exuberantem fidem quæ est in ea. Ab ista bona fide dicuntur cōtractus in isto §. enumerati, bo. fi. Sed domine, quæ est exuberātia fidei quæ est in ista siue in istis actionib⁹? Resp. Frater, ex hoc quòd in eis multa eueniunt ex bono & æquo, de quibus nō fuit actum inter partes. In contractibus autem stricti iuris solum veniunt ea de quibus actū est inter partes vt venirent. De act. depo. quando ipsa sit bonæ fidei, nemini venit in dubium quantum ad aliquid. De ipsa tamen dixerunt quidam antiqui, quòd simpliciter est bonę fidei, in quatuor tamen casibus, putà tumultus, incendij, ruinæ, naufragij. Dominus autem Ia. dicit quòd act. depo. bo. fi. est Franc.

Actionum.] Hæc est quinta diuisio actionum. Sed quare actionū dicit, & non cōtractuum? Respondeo quia generalius & plenius loquitur dicendo actionum, quàm contractuum. Accur.

e ¶*Bonæ fidei sunt.* hæ scilicet. xvij[e] actiones, quæ enumerantur in hoc §. & sequenti bonæ fidei sunt[d], aliæ autem omnes sunt stricti iuris. Nam quamcunque[e] hic non inueniam, stricti iuris eam iudicabo: quia posito vno de contrariis, & omnia alia intelligenda sunt: *vt s. de his qui sui vel alie. iur. sunt. §. videamus.* ¶Sed quare[b] magis hæ dicūtur bonæ fidei, quàm aliæ? nunquid ideo, quia possit esse mala fides in aliis? Respon. non: quia in omni cōtractu debet bona fides interuenire: *vt C. de act. & oblig. l. bonam fidem.* Imò si interueniat dolus in cōtracto bonæ fidei, qui det causam contractui, non valet ipso iure: *vt ff. de dolo. l. & elegater. in princ.* Sed in contractu stricti iuris purgatur per actionem vel per exceptionem doli: *vt Cod. de inut. stip. l. dolo.* Si verò incidit in contractum bonæ fidei, purgatur per actionem ex eo cōtractu: *vt ff. de act. empt. & vendi. l. Iulianus. §. si venditor.* Sed in stricti iuris de dolo agit. vel excipitur, vt dictum est. *vt ff. de dolo. l. & elegater. §. non solum. & ff. de verb. oblig. l. si quis cum aliter.*[c] Cùm ergo dolus vbique puniatur vel mala fides: ad quid bonę fidei istæ dicuntur? Respon. aliæ stricti iuris dicuntur[d], quia nō venit in eis nisi quod strictè exigit natura actionis. Vnde non veniunt vsuræ ex mora in contractibus stricti iuris: *vt ff. de nego gest. l. quia tantundem. & C. de vsur. l. ij. & de condi. inde. l. j.* Sed in contractibus bonæ fidei sic: *vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. ex vendito. & ff. de vsu. l. mora §. in bonæ fidei.* Item in actionibus stricti iuris fructus non veniunt ex mora si petam quod non fuit meum, nisi à tempore litis contestatæ. tūc enim incipiunt venire fructus ex mora. Sed si petam quod aliquando fuit meum, veniunt fructus ex mora. secus in bonæ fidei iudiciis: *vt ff. de vsur. l. videamus. § si actionem.* Item non venit interesse, si rem dari est in obligatione: secus si rem tradi vel factum: *vt ff. de verb. oblig. l. vbi autem. §. si. & l. si fundum. & ff. de re iudi. l. si quis ab alio. § si.* quæ veniunt in bonæ fidei iudiciis: *vt ff. de actio. empt. l. j. in prin.* Ista ergo omnia quæ vicem obtinent accessionum: non veniunt in contractibus stricti iuris, nisi vt dictum est. ¶Nec obstat quòd veniunt ista in arbitrariis, quæ sunt stricti iuris: quia iudicis officio veniunt, non iure actionis: *vt infra eod. §. præterea. & §. sed istæ in fi.* Sed in bonæ fidei iure actionis[e] veniunt, præter vsurā, quæ venit ex mora officio iudicis: *vt C. depo. l. iij. & ff. de neg. gest. l. quia tantundem.* Item in bonæ fidei iudic. veniunt ea de quibus nec actum nec cogitatum est[f]: vt ruta cæsa, & similia: *vt ff. de act. empt. l. fundi. §. si ruta. & C. de actio. empt. & vend per totum.* Item ex hoc §. nota quandam differentiam circa compensationem: quam dic *vt j. eod §. in bonæ fidei.* patet ergo quòd exuberantiùs & pinguiùs iudex officium suum ad ea quæ bonæ fidei sunt extendit, quàm in contractibus stricti iuris. *& facit s. de oblig. quæ ex consensu in fi.* & ideo dicuntur bonæ fidei. & aliæ stricti iuris[g]. Vnde de talibus dantur tales versus.

Empti, conducti, mandati, depositique.
Pignora, rei fundæ, communi, pro socioque,
Dotis & heredis, tutelæ, commoda, gestor,
Præscriptis verbis, si mutat, fiut licetur.
Ista bonæ fidei: stricti sunt cætera iuris.

ADDITIO. Vide glo. ferè similem *in c. cum venerabilis extra de except.*

f ¶*Depositi.* hanc actionem dicunt quidam esse stricti iuris in iiij. casibus qui enumerantur. *ff. depos. l. j. §. j.* Sed Ioan. contra.[h] Et datur in duplum contra eum qui depositum suscepit, de eo quod dolo fecit: sed in heredem defuncti, ex dolo defuncti datur in simplum. Sed heres ex dolo suo tenetur in duplum: *vt in d. §. j.* aliàs semper tenetur in simplum, qui depositum suscepit. Et est ratio quare plus puniatur in prædictis quatuor casibus, qui enumerantur. *ff. depos.* quia grauius est fidem fallere ei qui ex necessitate deponit, quàm qui ex voluntate: *vt d. l. j. ff depo. §. merito.* Sed nunquid in his casibus est bonæ fidei? Dicunt quidam quòd non *ar. ff de preca. l. j.* Nos contra: & dicimus quòd sit bonæ fidei. nam cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus.

g ¶*Pro socio.* quæ est vtrique directa ab vtraque parte: *vt j. de pæ. te. liti §. ex quibusdam.*

h ¶*Tutelæ.* Sed cùm istæ tam contrariæ quàm directæ inueniūtur, nunquid omnes sunt bonæ fidei? Respon. sic in dubio, cùm fauor sit extendendus *vt ff. de liberis & posthum. leg. cum quidam.* ADDITIO. Not. quòd actio tutelæ est bonæ fidei. & idem dicas in actione pro tutelæ directa & contraria: vtputà in eo qui gessit vt tutor, cùm non esset: vt not. Bar. Dy. & Bal. *in leg. j §. pro tutore. ff. de eo qui pro tuto. vel cura.* Angelus.

a Dic non esse necessariā nisi vnā sententiā: quamuis duæ possint ferri. Ang. Sed Bart. ibi, quem communiter doc. sequuntur, tenet non esse necesse ferri nisi vnam.

b Tu dic sententi, definitiuā. quia defi. nit negocium. sed alio respectu potest potius dici executio primæ sententiæ, quā noua sententia definitiua: secund. Bar. in l. Tota. ff. de acce.

c Actiones bonæ fidei septēdecim.

d Imò sunt secompotatis actionibus cōtrariis, quę eodē modo sunt bonæ fidei. Ang. & Ias. hic.

a Gloss. procedit in directis actionibus, nō in contrariis bo. fid. secundū Io. Fab. & Angel. hic.

b Actiones bonæ fidei cur nō omnes sint actiones.

c Sed si contractus sit duplex (puta quia in contractu bonæ fidei necessario stipulatio dantur) dolus dans causam contractui, nullū reddit contractum ipso iure; vt per Bald. in d. l. dolo.

d Hæc Gloss. non respōdet ad quæsitum, scilicet quare quædā actiones bonę fidei potius dicantur quā aliæ. ideò dic vt per Ias. in ...

e Ic est efficacia quia tamen si iudex omittat in sententia condemnare: nihilominus possit peti iure actionis secus si veniunt officio iudicis vt est Glo. in l. cum fundus. in verbo conuen. ff. de rei vend.

f Glos. sequuntur Ias. licèt displiceat Bal. & Pisc.

g Hodie hæc pro ... ex sententiā Gloss.

h Hæc opinio communiter approbatur per doct.

a ¶Pignorat.

pignoratitia[a], familiæ erciscũdæ[b], cõmuni diuidundo[c], præscriptis verbis quæ de æstimato[d] proponitur, & ea[e] quæ ex permutatione[f] cõpetit, & hereditatis petitio[g]. Quamuis enim vsque adhuc[h] incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeráda hereditatis petitio esset, an non: nostra tamen constitutio[i] apertè eam esse bonæ fidei disposuit.

Rei uxoria actione sublata, hodie dotis exigendæ vel recuperandæ causa, ex stipulatu actio competit, quæ illius in locum subrogata, & bonæ fidei est, & tacita hypotheca priuilegio suffulta: vsque adeo vt in ea mulier reliquis creditoribus simul hypotheca vtentibus, longo interuallo præferatur.

29 ¶Fuerat antea & rei vxoriæ[k] actio vna ex bonæ fidei iudiciis: sed cum pleniorem esse ex stipulatu[l] actionem inuenientes, omne ius quod res vxoria antè habebat, cum multis diuisionibus in actioné ex stipulatu quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus[m]: meritò rei vxoriæ actione sublata, ex stipulatu actio quę pro ea introducta est, naturam bonę fidei iudicij tantum in exactione dotis meruit[n], vt bonæ fidei sit: sed & tacitam[o] ei[p] dedimus hypothecam[q]. Præferri autem aliis creditoribus[r] in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa[s] mulier de dote sua experiatur:

a ¶*Pignoratitia.* tam[a] directa[b] quæ debitori datur soluto debito: *vt ī. quib. mod. re contrah. obli. §. fi.* quàm contraria, quæ datur creditori: *vt ff. de pigno. actio. l. inter. §. contrariam.*

a Pignoratitia actio directa & contraria bonæ fidei est, vt hic. hypothecaria stricti iuris. v. Nō. [illegible] de pignoribus parte. 7. membro 1.

ADDITIO. Quæ pignoratitia datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus traditum, & nascitur tempore solutionis vel satisfactionis crediti quomodocunque de voluntate ipsius creditoris factæ: *vt l. si rem §. omnis.* & ibi glo. Bart. & doc. *ff. de pign. actio.* licèt nascatur ex cõtractu dudum facto & inito: *vt supra quibus. mo. re contrahi. obligatio. §. fina.* secundùm Ange.

b Actio pignoratitia est duplex, vna directa, alia contraria.

b ¶*Familiæ erciscundæ.* quæ[c] inter coheredes datur: *vt ff. fami. ercisc. l. 1. & ī. de oblig. quæ ex quasi contra. §. idem iuris.*

c Actio familiæ erciscundæ inter quos detur.

c ¶*Communi diuidundo.* quę[d] datur inter eos qui habent rem communẽ cum societate vel sine, vt diuidatur: *vt ī. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. item si inter aliquos. & infr. eo. §. quædam.* ¶Sed quid de[e] actione finium regundorum? Respond. quidam, idem propter similitudinem quam habet cum his duabus *vt ī. eod. §. quædam actiones.* Sed contradico[f]: cum hic de ea non inueniam. & potest esse ratio quare secus sit in ista quàm in aliis duabus quia in ista id quod purè est meum, potest alteri adiudicari: *vt ff. finium regun. l. 4. in fi.* Sed in aliis duabus communis res non propria adiudicatur: *vt ī. de offic. iudi. §. fi.*

d Actio communi diuidundo inter quos detur.

e Actio finiũ regundorũ est stricti iuris.

f Cum ista opinio. cõmuniter transeunt docto.

d ¶*De æstimato.* vt si tibi rem meam do, & æstimo tibi eam decem vt aut rem, aut decem reddas: si verò plus vẽdas, tuum sit: & est[g] tunc periculum accipientis indistinctè: *vt hic, & ff. de æsti. act. l. 1. in fine.* Si verò sic dixi, rem aut æstimationẽ reddas, tunc distinguitur quis rogauerit, vtrum ego te de vendendo, an tu me de tradendo: vt sit periculum rogantis: *vt ff. de præscrip. verbu. l. si gratuitam §. 1.*

g Æstimata res cuius est periculum.

e ¶*Et ea.* s. actio præscriptis verbis.

f ¶*Ex permutatione.* quæ[h] nascitur re demũ ab altera parte secuta: & tunc nõ ex traditione rei, sed ex pacto dudũ apposito scilicet nascitur: *vt C. de rerum permutatione. l. ex placito.* ¶Sed cum istis duobus casibus sit bonæ fidei: quæro vbi stricti iuris erit? Respond. vbi datur ex pacto incõtinenti apposito, quod euenit: *vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & §. quinimo.* & est ratio: quia non inuenio quòd sit bonæ fidei, nisi in duobus casibus. Item in contractibus tribus innominatis: do vt facias: facio vt facias: & in tertio de quo diximus, do vt des: quod est permutatio. In primis enim duobus præscriptis verbis actio est stricti iuris: sed in tertio est bonæ fidei, vt hic dicitur. In quarto contractu innominato, scilicet facio vt des, de dolo agitur, non præscriptis verbis[i]: *vt ff. de præscri. verb. l. naturalis. §. quòd si faciam vt des.* Item in omni contractu vbi est incertum de nomine actionis, habet locũ hæc actio: & est stricti iuris: *vt ff. de præscri. ver. l. 4. 19. & 15.* ¶Sed quid de actione in factum? nunquid est bonæ fidei? Respon. quatuor[k] sunt genera actionis huius in factum. Vnum, vt detur ex omni edicto vel interdicto prætoris: vbi non dedit prætor certum actionis nomen: *vt ī. de interd. §. fi. & ff. non. ca. fa. l. & ita. §. ait prætor in glo. ex edicto.* Secundò, vbi datur in subsidium legis Aquil. *vt ī. de l. Aquil. §. fi.* Tertiò, vt detur vbicunque præscriptis verbis actio datur: & tunc eadem est quod actio præscriptis verbis: *vt ff. de præscrip. verb. l. 1. in fi.* Item quartò dicitur in factũ: quæ est ex variis figuris causarum. *vt C. de sac. sanct. eccle. l. sancimus. 3. §. fin. autem.* quod quartũ genus non potest sub regula comprehendi, sicut nec mora: *vt ff. de vsu. l. mora. in prin.* ¶Nunquid ergo est stricti iuris semper? Respon. sic, cum non inueniam quòd bonæ fidei sit. Sed quidam dicunt quòd in tertio casu vbi loco præscriptis verbis datur, quæ cõpeteret ex permutatione vel æstimatione, sit bonæ fidei: quod est falsum: quia in omni cõtractu vbi certum debetur, habet locũ certi condictio: *vt ff. si cer. pet. l. certi condictio.* & tamen nemo dicit aliquam condictionem esse bonæ fidei. ¶Item quid de[l] actione præscriptis verbis quæ pro precario datur? Dicunt quidam quòd bonæ fidei est: *vt ff. de preca. l. 14. §. hoc interdictum.* Sed contradico[m]: quia non inuenitur quòd sit bonæ fidei, *vt ff. de preca. l. 4. §. hoc interdictum.* Accurs. ADDITIO. Nisi tale pactum sit æstimatio, vel permutatio: vt quia ab vtraque parte sit species certa præstãda: quia tunc talis actio præscriptis verbis est bonæ fidei. Ias.

h Actio quando nascitur ex permutatione.

i Quod verũ vbi ex facto meo nihil tibi adest: alias secus: vt per Ia. hic ponentem casũ qualiter ex permutatione plures & diuersæ tendentes competant actiones.

k Actionis in factũ quatuor genera.

l Actio præscriptis verbis quæ datur pro precario, stricti iuris est actio.

m Hanc communiter approbant doct. hic.

Instit.

g ¶*Hereditatis petitio.* quæ[a] datur contra possidentem pro herede, vel pro possessore: *vt ff. de peti. hered. l. regulariter. & l. sequen. & l. qui interrogatus.*

a Hereditatis petitio in quos detur.

Hereditatis petitio] Lex sola bonæ fidei iudicia facit, fuit olim stricta ex stipulatu actio pro dote, nunc est bonæ fidei ex constit. Iusti. fuit olim petitio hereditatis stricta, nunc est bonæ fidei eodem auctore. Zasi.

h ¶*Vsque adhuc.* id est vsque ad tempora huius legis, vel nostræ constitutionis, de qua statim memoriam facit.

i ¶*Constitutio. vt C. de peti. hered. l. fi. in fi.*

Fuerant antea.] [illegible] Domine, intellexi quòd xvij. sunt actiones bonæ fidei, quæ enumerantur in proximo superiori. §. est & xviij. quæ vocatur actio ex stipulatu pro dote, de qua in præsenti tractare intẽdimus. pro Deo dicaris mihi, quæ est eius natura? [illegible] dicit ipse, scite [illegible] olim erat quædam actio quæ erat bonæ fidei quæ vocabatur rei vxoriæ actio: quæ competebat mulieribus ad dotes suas repetendas & olim numerabatur xvij. sed quicquid olim erat in actione illa, hodie trãsfusum est in actionẽ ex stipulatu pro dote. & illa penitus est sublata. Duo autem bona erant in illa actione, videlicet antiqua, quia erat bo. fid. & etiam tacitam habuit hypothecam. vnde dicimus quòd actio ex stipulatu quanquam stricti iuris sit ex sua primitiua natura: tamẽ quia in omnibus supplet naturã rei vxoriæ actionis: quãdo datur pro dote, diximus quòd habet ista duo, scilicet quòd est bo. fi. & etiam tacitã habet hypothecam. h. d. Fran.

k ¶*Rei vxoriæ actio.* nomen[b] erat actionis. 2 Vel dic quòd factum denotat, id est rem ipsam. 3 Vel quia pro re vxoris competebat soluto matrimonio.

b Actio rei vxoriæ.

l ¶*Ex stipulatu* quæ similiter pro dote datur.

m ¶*Transtulerimus. vt C. de rei vxo. act. in prin.* ¶Et[c] competit hæc actio ex stipulatu siue marito[d], vt ei dos detur: siue vxori vel patri eius, vt restituatur. & siue vtiliter fuerit interposita stipulatio, siue non: tamen semper creditur tacitè & vtiliter interuenisse: *vt C. de rei vxo. act. § j.* Nam & aliàs[e] intelligitur stipulatio tacita vbi non est: *vt ff. de adop. l. his verbis. & ff. si cui plus quàm per le. Fal. l. nisi §. item sciendum.*

c Actio ex stipulatu pro dote competit marito & vxori.

d Not. quòd non tantum vxori ad repetendam dotẽ præsumitur facta stipulatio, vt hic sed etiam ex parte viri ad consequendam dotẽ & ex vtraq. parte inest tacitè hypotheca: vt est text. in l. 1. §. 1. C. de rei vxo. ac. [illegible] stipulationẽ & hypothecã. Cre. Ang.

e Tacita stipulatio quando subintelligitur.

n ¶*Meruit.* s. actio ex stipulatu *vt hic, & C. de rei vxo. act. §. sed & si non ignoramus.* aliàs enim stricti iuris est, cum non inueniatur quod sit bo. fi. *vt ī. eo. §. actionum.*

o ¶*Tacitam* s. actionem hypothecariam.

p ¶*Ei.* s. actioni ex stipulatu, vel mulieri. ADDITIO. Quod verum intellige quantum ad priuilegium tacitæ hypothecæ: secus quo ad priuilegiũ prælationis, quia competit mulieri: & est effectus, quia tunc est personale, & non transit ad alium, nisi ad filium: *vt hic in glo. fi.* secus in primo casu, vt hic per doctores.

q ¶*Hypothecam.* s. ex vtraque parte: siue ex parte mulieris ad repetendam dotem: siue ex parte viri ad petendam eam. Semper enim sunt ibi tacitæ hypothecæ: *vt C. de rei vxo. act. §. j.*

r ¶*Creditoribus.* Sed[f] nunquid omnibus indistinctè? Respon. secundùm M. sic, siue primi habeant pignus expressum, siue non. Sed hæc opinio nõ valet, quia l. distinguit: *vt C. de iure do. l. vbi.* Item fiscus & mulier pari passu ambulãt: *vt C. de pri. fisc. l. quamuis.* & fiscus non præfertur habentibus expressam: *vt ff. qui potio. in pig. ha. l. si pignus.* ergo nec mulier. 2 Secunda est opi. vt distinguatur inter pignus s. traditũ, & hypothecam s. nõ traditã, vt primo casu nõ præferatur mulier, secundo sic: *vt ar. ff. quib. mod. pig. vel hy. contra. l. pe.* sed & hanc reprobo per id quod est *ī. eo. § inter pignus.* 3 Tertia est opin. secundùm B. & Io. & Az. vt habẽtibus tacitam hypothecam præferatur: non autem habentibus expressam. Lex enim suum priuilegiũ quod dederat primis, eis adimere præsumitur propter mulierem: non autem id priuilegium quod quis sibi adinuenisset: & hoc cautè probatur per verba l. *C. qui pot. in pig. hab. l. fi. ibi,* licèt anterioris temporis priuilegio sint vallati &c. Accur.

f Dotis actione verum mulier præferatur anterioribus creditoribus expressam hypothecam habentib.

s ¶*Cum ipsa.* vis facienda est in eo quod dicit ipsa. Nam alius non admittitur ad tale priuilegiũ agens pro dote, etiã heres mulieris, *vt C. de pri. do. l. j.* nisi sit de suis heredibus, i. de filio & aliis descen-

dentibus mulieris. *vt C. qui po. in pig. hab. l. fi. in fi.* ¶Sed nunquid procuratori mulieris datur hoc priuilegium? Respon. sic[a]: *vt ff. sol. ma. l. alia. & ff. de procu. l. minor. §. quoniam.* ¶Item quod hic dicit de dote sua ideo dicit, quia aliud est in donatione propter nuptias. nam in ea non habet hoc priuilegium[b]: *vt Cod. qui po. in pig. ha. l. fi. in fi.* ¶Sed[c] quando mulier potest experiri de dote? Respon. soluto matrimonio, non prius, nisi[d] maritus ad inopiam vergat: *vt C. de iure do. l. vbi. & ff. solut. matri. l. si constante.* propria & hoc siue ipsa dederit dotem, siue alius extraneus, qui tamen nõ fuit pactus de ea sibi reddẽda: quo[e] casu sibi, non mulieri daretur: *vt C. de rei vxo. act. §. accedit.* Si[f] autem pater mulieris dederit dotem: patri actio & filiæ simul dabitur: imò aliquantulum habet prius pater qui agit & filia semper creditur consentire, nisi habeat iustam causam cõtradicendi, & contradicat: *vt ff. sol. ma. l. ij. §. fi. & l. non solum.* & hãc dotem integram debet seruare pater pro filia: nisi clade, id est tempestate vel vt patrimonium suum fuerit deminutum: *vt in Authen. de æquali. dot. §. quia verò omnia col. vij.* ¶Sed nũquid patri hoc priuilegium dabitur? Videtur quòd non: quia sua actione agit: *vt ff. solut. matri. l. ij. §. voluntate.* Econtra quòd sic, videtur, quia per hoc filiæ prouidetur, cum pater hanc reseruare cogatur filiæ, vt dictum est. & hoc verum puto[g]. vt hic dicitur, cuius prouidentia &c.

a Hoc verum in procuratore simplici: si verò sit procurator in rem suam, distingue vt per Ias. hic.

b Scilicet per Iasonem, habet tamen priuilegium tacitæ hypothecæ: vt per Ias. hic in secundo no.

c Dotis nomine mulier quando experiri possit.

d Dotis nomine constante etiam matrimonio mulier experiri potest marito ad inopiam vergente.

e Dotem ei reddendam ac restituendam qui eam sibi reddi stipulatus est.

f Dotis profectitiæ nomine an & quomodo agere filia aduersus maritum eiusve hæredes possit.

g Hoc verum intellige quando filia esset viua tempore quo pater agit alias secus, vt hic per doct.

cuius solius[a] prouidentia hoc induximus[b].

Quæ olim inter bonæ fidei iudicia & stricti iuris circa compensationes fiebat differentia (vt scilicet in illis ipso iure, in his opposita doli exceptione fieret compensatio) hodie sublata est. hoc igitur iure vtimur. vt quibuscumque actionibus obiiciatur compensatio, illas statim iure ipso aut perimit, aut minuit. deme depositi actionem, quæ nulla compensationis exceptione tollitur.

30 ¶In bonæ fidei iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono & æquo æstimandi quantum actori restitui[c] debeat. In quo[d] & illud continetur, vt si quid inuicem præstare[e] actorem oporteat: eo compensato[f], in reliquum is cum quo actum est, debeat cõdemnari. Sed & in stricti iuris iudiciis ex rescripto diui Marci opposita doli mali exceptione[g], compensatio inducebatur. sed nostra constitutio[h] eas compensationes quæ iure aperto[i] nituntur, latius introduxit, vt actiones[k] ipso iure[l] minuãt[m], siue in rem, siue in personam, siue alias[n] quascunque: excepta sola depositi[o] actione, cui aliquid compẽsationis nomine opponi, sanè iniquũ esse credimus: ne sub prætextu cõpensationis, depositarum rerũ quis exactione defraudetur[p].

Arbitrarias actiones eas cognominamus quæ à mero iudicis arbitrio pendent: in quibus si iubente

a ¶*Solius.* scilicet mulieris.

b ¶*Hoc induximus.* scilicet vt aliis præferatur.

[*In bona*] Diuiditur in tres partes. Primò qualiter compensatio fit in bonæ fidei iud. Secundò qualiter olim & hodie fit in stricti iuris. Tertiò facit quidam exceptionem. Secunda ibi, Sed in stricti iuris. Tertia ibi, excepta. CASVS. In superioribus dictum est quæ actiones sunt bo. fid. & etiam per oppositum patet quæ sunt stricti iuris: quia omnes præter eas quæ in aliis præcedẽtibus §§. enumerantur. Modo intendit dominus Iustinianus prosequi quãdam largam materiam, quam habet iudex in iudiciis bonæ fidei. Vberius enim & pinguius exercet iudex officium suum in actio. bonæ fidei, quàm in act. stricti iuris: adeo quòd ex ista vbertantia permittitur iudici ex bono & æquo in actio. bonæ fidei æstimare quantum per actiones istas actori sit præstandum: in quo iudicis officio continetur, vt si actor qui petit putà. xv. reo teneatur in aliquo, putà in x. compensato eo quod actor reo debet, iudex reũ in solidos quinque condemnabit, & fiebat ista cõpensatio in iudicio bonæ fidei ipso iure: sed in actio. stricti iuris non potest habere locum compensatio: nisi opposita doli mali exceptione. & hoc erat inductum ex constitutione diui Pij. sed nostra constitutio (dicit Imperator) induxit eandem compensationẽ ipso iure tam in stricti iuris iudiciis, quàm in bo. fi. vsque ad concurrentem in petitione quantitatem, in omni actione in qua petitur quantum: dum tamen quantitas ex alia parte sit debita: & hoc siue sit actio in rem, siue in personã: excepta actione depositi: in qua videtur absurdum aliquid compensationis nomine opponi: ne prætextu compensationis aliquis depositarum rerum exactione fraudaretur. h. d. Francis.

c ¶*Restitui.* largè accipe: siue pro dando, siue pro restituendo: *vt ff. de verb. sign. l. verbo reddendi.* & hoc intelligas siue in vsuris ex mora: *vt ff. de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei.* siue in interesse agentis: *vt s. de oblig. ex consensu.* Accur.

d ¶*In quo.* scilicet officio iudicis.

e ¶*Præstare.* scilicet reo.

f ¶*Eo compensato.* s. opposita exceptione compensationis tantum.

g ¶*Doli mali exceptione.* quæ exceptio ideo dabatur, quia dolo facit qui petit quod restituturus est: *vt ff. de excep. do. l. dolo.* ¶Et ita not. quantum ad effectum nulla est differentia: sed quantum[h] ad verba, vel rigorem iuris.

h ¶*Constitutio.* *vt C. de compen. l. fi.*

i ¶*Iure aperto.* i.[i] vbi quantitas hinc inde debetur. Nam speciei ad speciem vel speciei ad quãtitatem, vel quantitatis ad quantitatẽ (si est quantitas vt species) non fit cõpensatio quia non patet iure aperto: *vt ff. de pign. act. l. si conuenerit. j. respon. & ff. de condict. indeb.*

h Hæc Gl. malè loquitur secundum Ias. cum leges nõ verbis, sed rebus imponantur. l. i. C. communia de legat.

i Cõpensatio que dicatur iure aperto fieri.

leg. si non sortem §. si centum. & de impen. in reb. dot. fact. quod dicitur. & l. fi. & ff. de pecul. l. si creditor. §. j. ¶Sed nonne statim hic subiicit quòd actioni[a] in rem potest obiici compensatio? ergo[b] videtur fieri de specie ad quantitatem. Sed dic quòd si rei vindicatio, quando res non restituta iuratur in litem, vel in veram æstimationem: *vt ff. de rei vendic. l. qui restituere.* ¶Item quid[c] si hinc inde debitum est in genere: vt debeo tibi hominem, & tu mihi hominẽ? Respon. fit compensatio: *vt ff. si pars hereditatis peti. l. ij. §. item si cũ, & ff. de hered. instit. l. qui non militabat. §. respon. & ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. sed si vno.* ¶Itẽ[d] quid si ab vna parte debitum est confessatum, ab altera negatum? Respon. non patet aperto iure: vnde non fit compensatio: *vt C. de compen. l. fi. §. pen.* ADDITIO. Nisi tale debitum non confessatum posset de proximo liquidari: *vt d. l. fi. C. de compensa.* Quando autem oppositio compensationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probãdum: vide hic per docto.

a Compensatio actioni in rem obiici potest.

b Cõpensatio speciei ad quãtitatem non fit.

c Cõpensatio de genere ad genus.

d Compensatio non fit debitu liquido & confessato, ad non liquidum & non confessatum.

k ¶*Vt actiones.* accusatiui casus. Est enim sensus, vt compensationes minuant actiones.

l ¶*Ipso iure.* Adeo[e] vt dixerint quidam non esse necesse voce hominis opponi compensationem, vt hic. Sed certè imò est necessarium vt opponatur. quod probo tribus rationibus 1 Nam fideiussor conuentus eligit, vt vel quod sibi, vel[f] quod reo debetur, compenset: quæ electio sibi non daretur si ius compensaret: *vt ff. de compen. l. quid.* 2 Item & reus conuentus eligit in quam causam compenset, si debeat ex pluribus causis: *vt ff. de compensa. l. quod La-beo.* 3 Item lex dicit eum malè agere, cui obiici potest compensatio: *vt ff. de compen. l. verum. §. fiunt.* sed qui malè agit, habet actionem: sed eluditur exceptione: *vt ff. quando di. vsusfru. leg. ce. l. j. in fine.* ¶Sed secundùm hanc opinionem quid adiicitur in actione stricti iuris ad id quod erat olim? Respon. quia doli mali tantùm obiiciebatur exceptio: per quam non extinguebantur actiones ipso iure: sed tunc etiam compensationis exceptio opponitur per quã ipso iure hincinde actio extinguitur: *vt hic, & j. eod. § pen.* & nihilominus doli: cum generalis sit: *vt ff. de except. dol. l. ij. §. generaliter.*

m ¶*Minuant.* scilicet compensationes.

n ¶*Alias.* actiones scilicet mixtas: quæ sunt iiij. *vt s. eo. quædam actiones.* Item persecutio[g] fideicommissorum. Item officium iudicis, & similia quæ actiones sunt, largissimè accepto vocabulo: *vt ff. de act. & oblig. l. actionis verbo.* Vnde & petitiones cautionum occasione damni infecti compensantur: *vt ff. de dam. infe. l. j. & l. qui bona § si quis quia.* Accur. ADDITIO. Hoc verum intellige de debito officio iudicis, in quo nullum obstaculum est in medio, alias secus. vt per Bart. in l. fi. §. si ff. de condict. indeb.

o ¶*Depositi.* Quod tu intelligas quando pecunia non signata est deposita: quo casu etiam aliam similem reddere potest: *vt ff. depo. l. Lucius. & l. die sponsaliorum. § j.* Si autem esset depositio facta in specie, vel in pecunia vt in specie (quod esse potest: *vt ff. de leg. j. l. plane. j. §. si eadem. versi. sed hoc ita*) tunc etiam alia ratione non obiicietur compensatio: quia in specie non fit compensatio. 2 Item[h] quod hic dicit in actione depositi, idem dicunt quidam in actione commodati: *vt Cod. de commo. l. prætextu.* Sed certè imò est ibi ratio: quia in specie fieret. Nam solæ[i] species commodantur, non quantitates, nisi quantitas vt species commodetur: *vt ff. commo. l. iij. § fin.* 3 Item cessat aliàs compensatio: vt quando per violentiam mihi rem abstulisti: *vt Cod. de compensa. l. fi. in fin.*[k] 4 Item & fisco non opponitur in quibusdam casibus: quos dic *vt ff. de iure fisc. l. aufertur. §. qui compensationem. & Cod. eodem de compensationibus. l. compensationes. & l. in ea.* Item in curatore qui fraudauit publicam annonam: *vt ff. de compensation. l. ob negotium.*

p ¶*Defraudetur.* Sed nónne hæc ratio vbique potest habere locum? Respon. non ita: quia si restitutio denegatur, est dolus: *vt ff. man. l. si procuratorem. §. dolo.* Item depositarius de[l] dolo tantum aliàs tenetur. vnde si hic magis grauetur, non est mirum *vt arg. ff. de iuran. l. eum qui in princ.*

[*Præterea.*] Diuiditur[m] in tres partes. Primò quare dicatur arbitraria.

e Compensatio voce hominis opponi debet.

f Compensare ius ex duobus potest non creditum debitum sibi: sed debitum alterius.

g Actionis verbo continentur persecutio & officium iudicis.

h Compensatio in multis casibus cessat.

i Commodantur species solæ, at nõ quãtitates, nisi vt species commodentur.

k Hoc de violentia intellige: vt hic per Gl. & docto. Ang.

l Depositarius de dolo tantũ tenetur.

m Diuisio.

trariæ. Secundò quæ sunt istæ arbitrariæ. Tertiò quid iudex in his possit. Secunda ibi, Sed istæ. Tertia ibi, In his enim. Aret. CASVS. Præter actiones de quibus facta est mentio supra, adhuc scire debetis quòd sunt quædam actiones arbitrariæ, hoc est ex arbitrio iudicis dependentes: In quibusdam enim actionibus nisi reus actori iudicis officio satisfaciat veluti rem restituat, cū res vindicatio agitur: vel rem exhibeat, cū ad exhibendum agitur: vel soluat, cū aliquid certo loco est soluendū: vel ex noxali causa seruum dedat, cū noxaliter agitur contra ipsum: ille qui sic condemnatur à iudice, reus scilicet, si non vult satisfacere ad arbitrium iudicis, potest condemnari vel ad interesse: vel vt in litem contra eum iuretur, & hoc dicit litera ista, præterea. q. d. Istæ actiones de quibus ad præsens tractare propono, nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris, sicut illæ de quibus proximè tractatum est: sed habent aliam quandam naturam per se. & in hac opinione fuerunt quidam antiqui. Alij dicunt quòd sunt bonæ fidei. & hoc quia in istis habet iudex largas habenas, sicut in contractibus bonæ fidei. Sed tu dic quòd censentur stricti iuris: cùm inter eas quæ sunt bo. fidei, non numerentur. Item videtur quòd ista litera, vel ex noxali causa seruum dedat: non innuat quòd dominus qui conuenitur noxaliter, præcisè condemnari debeat ad hoc quòd seruum dedat pro noxa: cùm lex dicat æstimationem damni esse in obligatione noxæ, ant deditionem in liberatione: *vt ff. de reg. iur. l. ailles §. aut noxa.* Frater intellige quòd facta fuit condemnatio in æstimatione damni: sed poterat euitare illam damnationem dando seruum pro noxa. vnde expone literam, debet condemnari. a Vel sic potes dicere, quod omnia iudicia sunt absolutoria: adeo quod si aliquis alicui in veritate debet decem, qui à creditore in iudicium vocetur: & in tali statu sit quòd contra eum debeat ferri sententia: si tamen ante sententiam soluerit: illud iudicium quod debebat esse condemnatorium, modo erit absolutorium. & sic intellige illud verbum, iudicia sunt absolutoria. Pone ergo quòd seruus ignorante domino damnum dederit in rem alicuius: ille qui damnum passus est agit contra dominum, petens quod damnum emendet. certè condemnabitur dominus ad æstimationem, nisi ante condemnationem dederit seruum pro noxa. & sum in ver. Sed istæ actiones &c. Dixi vobis quod actionum stricti iuris quędam sunt arbitrariæ. Istarum autem quædam sunt in rem, quædam in personam. Arbitrarię in rem sunt, vtputà Publiciana & Seruiana. In personam sunt actiones, quod metus causa: de dolo actio, quæ est arbitraria actio. & actio per quam petitur pecunia certo loco promissa: & actio ad exhibendum. Et in omnibus istis casibus & similibus permittitur iudici ex bono & æquo æstimare secundū rei naturam in quantum actori satisfieri oportet. H. d. Franc.

iudice reus non restituat rem, soluat, vel exhibeat, potest iudex ipsum quantum interesse parti perpenderit, pro arbitrio condemnari: illud tamen pro viribus curet ius dicens, vt in his aliisque omnibus actionibus certam ferat sententiam: etiam si petitio incerta sit.

31 ¶ Præterea quasdam actiones[a] arbitrarias, id est ex arbitrio[b] iudicis pendentes appellamus: in quibus, nisi arbitrio iudicis, is cum quo agitur, actori satisfaciat, veluti rem restituat[c], vel exhibeat[d], vel soluat[e], vel ex noxali[f] causa seruum dedat[g], condemnari[h] debeat. Sed istæ actiones[i] tam in rem[k] quàm in personam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana[l], Seruiana[m] de rebus coloni, quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur quod vi aut metus causa[n], aut dolo malo[o] factum est. Item cum id[p] quod certo loco promissum est[q], petitur. Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus[r] & cæteris similibus[s] permittitur iudici ex bono & æquo secundum cuiusque rei de qua actum est, naturam[t] æstimare quemadmodum actori satisfieri[u] oporteat.

a Actiones arbitrariæ quæ & quot sint. v. apud Menoch. 1. de arbitrariis q. 1.

b Hoc probatur Angelo, nō probatur Ias.

a Imò aliud sentium Neoteriei apud Menochium. d. l. quandoquidem. præter actiones stricti iuris & bonæ fidei datur hic tertia species arbitrariarū.

a ¶ *Actiones arbitrarias.*[a] Sed nunquid sunt bonæ fidei, vel stricti iuris? Resp. quidā quod bonæ fidei sunt: quia in iudicis arbitrio sunt: *vt j. proxi. §. in fi. & ī. e. §. in bonæ fidei iudiciis.* Sed hæc non valet: quia officium iudicis quod in bon. fi. iudicijs venit, est iure actionis. Sed hoc quod est in arbitrio, merum est, & in iudice tantum est: *vt ff. de eo quod cer. lo. l. in bo. fi.*[b] Alij dicunt quòd nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris: imò est tertia species ad illam diuisionem quæ est. ī. *eo. §. actionum, & facit pro eis. ff. de in li. iu. l. in actionibus. §. plan. & ff. de vsur. l. in fideicommi. quæ est. l. iij. §. in his.* hæc etiam reprobatur: quia dicta diuisio est perfecta & immediata. Alij dicunt quod verius est quòd sint stricti iuris, cum bon. fid. non inueniantur: *vt ī. eo. §. actionum.* Accurs. A D D I T I O. Hæc vltima vera[a] est: & eam sequuntur communiter scribentes hic.

b ¶ *Ex arbitrio.* bene dicit, ex arbitrio. Nec enim obligatus est rem restituere, vel simile quid facere: quod promptà dices esse verum in actione in rem. In personalibus autem & arbitrariis quæ hic enumerantur, dices quòd licet exhibitio vel restitutio sit in obligatione, pœna tamen, id est interesse, vel quanti in litem iuratum est, non nisi per officium iudicis præstatur: & ideo arbitrariæ dicuntur.

Nisi arbitrio iudicis. Non est satis rem restitui, non est satis solui, nisi quod interest ratione loci soluas. Nō est satis dedere seruū vt libereris: debes sine dolo dedere. Quid enim si pti venenū dedisti seruo, atque ita dedisti? Non est satis restituere te rem, quam metu à me extorsisti, cùm omni causa & fructibus restituere debes, hæc autem officio arbitrióque iudicis debentur, quæ nisi præstes in ea re condemnat Iudex. Cuiac.

c ¶ *Rem restituat.* vt in rei vindicatione, quæ est arbitraria: cùm primo rem restituendo liberetur: aliàs iudicis arbitrio in litem iuratur: *vt ff. de in li. iu. l. in actionibus. & ff. de rei vindica. l. qui restituere.*[c] Vel hypothecaria: vt j. proxi. §. vbi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

c Sentit quòd hic in l. actionibus. ff. de in lit. iura. in ver. tertiò habet locum in qua dat vnam regulā quòd omnis actio in qua res non restituitur secundum præceptum iudicis, dicitur arbitraria: vt iudex habeat potestatē deferendi iuramentum in litem. & secundum illud deferendi fiet si eo bonæ fidei, siue stricti, siue in rem personalis, siue in rem siue quæcunque actio fuerit allegat d. l. quæ retinetur. quod credo verum propter identitatē rationis, quia in omnibus casib' obseruantur maiestas praetoris formandis.

d ¶ *Vel exhibeat.* cum ad exhibendum agitur.

e ¶ *Vel soluat.* l. cum certo loco soluendum est.

f ¶ *Vel ex noxali.* cū noxaliter agitur.

g ¶ *Dedat* i. det. Accursius.

h ¶ *Condemnari.* diuersis modis fiet condemnatio: sicut diuersæ sunt istæ arbitrariæ: vt dicemus. j. proxi. §. in fin.

i ¶ *Sed istæ actiones.* s. arbitrariæ.

k ¶ *In rem.* separatim intellige: nam vna & eadem actio non potest in rem & in personam esse, nisi in quatuor casibus mixtis: *vt ī. eo. §. quædam actiones.*

l ¶ *Publiciana.* de qua habes ī. eo. §. *alia.*

m ¶ *Seruiana.* de his duabus habet. ī. eo. §. *Seruiana.* Accurs.

n ¶ *Metus causa.* licèt sit in personam, vt hic tamen in rem est scripta: *vt ff. quod met. caus. l. metum. §. cum autem.* & de hac dic *vt ī. eo. §. item actio.*

o ¶ *Dolo malo.* actio de dolo est arbitraria: vt hic. quod est ideo: quia liberatur dolosus verum interesse præstando, si restituere non possit aliàs iudicis officio iuratur in litem *vt ff. de dolo. l. arbitrio. in princip.*

p ¶ *Item cum id.* s. pecunia.

q ¶ *Permissum est.* idē etiam si legatum sit relictum certo loco dandum. & idem si mutuum sit datum certo loco reddendum. Nam in his tribus casibus locum habet certi condictio arbitraria: vel ex testamēto arbitraria, scilicet in promissione, & legato & mutuo: & alias non: *vt ff. de eo quod cer. loco. l. ij. §. hoc autem. & l. si heret. & l. ant. fi.*[b] Et quod hic dicitur, petit. s. alibi quā vbi fuerat promissum dari: & venit in ea vtilitatem agentis quam rei: *vt j. e. §. loco.*

r ¶ *Actionibus.* s. personalibus & arbitrariis.

s ¶ *Similibus.* s. et in rem. & sunt decem.[c] de quibus dixerat supra. a Vel dic quod & aliæ sunt arbitrariæ quæ hic non enumerantur: vt ecce actio in factum quæ datur contra nautam, cauponem, stabularium. *vt ff. nau. cau. sta. l. j. in princ.* Sed quidam dicunt eam nō esse arbitrariam, quia ibi non feruntur sententiæ duæ. Item est actio in factum, quæ datur contra publicanū *vt ff. de publi. l. j. in principio*[d] Item actio finium regund. *ff. finium regun. l. vj. sa. fin. & l. iij.* Item actio redhibitoria: *vt ff. de ædil. edict. l. redhibitoria.* Item actio ex stipulatu quæ pro dote repetenda datur: *vt ff. solu. matri. l. si filiafamilias §. maritum.* Sed certè isto casu non ideo iuratur in litem, quia arbitraria sit, sed quia bonæ fidei sit: *vt ī. eo. §. fuerat.* Item actio rerum amotarum est arbitraria: *vt ff. rerum amotarum. l. si tu das. in fi.* Accurs.

t ¶ *Naturam.* i. bonitatem: vt dicunt quidam a Vel melius. i. secundū naturā actionis arbitrarię quę intendit. ¶ Nā[e] triplex potest modus condemnationis deprehendi in arbitrariis. 1 Vnus vt duę sententiæ ferantur. prima de restituenda re: & nisi restituatur, fiat condēnatio in pœnā vel interesse per delationē iurisiurandi in litē: vt patet in actione quod metus causa, & in actione de dolo, & rei vindicatione, & in actione ad exhibēdum, & similibus. 2 Est & alius modus vt vna feratur sententia. & in ea statim interesse consideratur: vt quā certo loco aliquid dandum est, & hoc est in ista sola. 3 Tertius modus est, vt dum in quantitate condēnationis fiat arbitriō, sed in qualitate, vt in actione noxali, in qua arbitrat iudex an liberetur dando seruum pro noxa, quod est quā domino ignorante, vel prohibere non valente deliquit. aliàs in solidum tenetur: *vt ff. de noxa. l. ij. in prin. & l. in delictis. in pr. n.*

u ¶ *Satisfieri.* Sed nonne hoc idē in bonæ fidei iudiciis fit? Resp. dic quod triplex[f] est iudicis officiū. 1 Primū, quod obtinet actionis vicem: per quod officium petuntur salaria aduocatorum, & restitutiones maiorum & minorum: *vt ff. de minoribus. l. quod si minor. §. fin.* 2 Aliud est, quod bonæ fidei actionibus inhæret: quod iure

b Bar. & communiter doct. in d. l. si here. reprobat hāc Glo. & dicunt quòd omnis actio stricti iuris propter adiectionem loci potest esse arbitraria: refert hic Ia.

c Arbitrariæ in rem actiones quæ & quot sint.

d Sed Gl. hoc edicto non verbo, ebnuis obtentā tenorē & illam sequitur ibi Bart. post Dy. reprobata hac Gl. secundum Ias.

e Condemnationis triplex est modus in arbitrariis.

f Officium iudicis triplex.

actionis venit: *ut ff. de eo quod certo loco. l. in bonae fidei.* & vnà cum actione perit: *ut ff. depo. l. iij.* Tertium est, quod inhæret actionibus stricti iuris, quibusdam, scilicet arbitrariis. & hoc ex solo motu iudicis descendit: vt quasi liberum sit ei hoc facere. sed in actionibus bonæ fidei restringitur ad hoc. [a] Item in actionibus bonæ fidei vna fertur sententia: in his autē plerumque duæ, vt modo diligenter notauimus. ACCVRSIVS. Tu dic secundū Ia. quòd in actione bonæ fidei officium iudicis est deseruiēs proueniens ex natura ipsarū, per quod statim quòd debitor est in mora, potest condemnari ad vsuras vel interesse: sed in actione stricti iuris prouenit ex quodam accidenti extrinseco: putà quia non præstatur res in qua fuit facta condemnatio: & sic istæ actiones sunt arbitrariæ.

Iudex debet ferre sententiam certam etiam super libello incerto, si incertitudo est in potestate iudicis. h. d. Aretinus.

32 ¶ Curare † autem debet iudex, vt omnino quantū possibile[a] ei sit, certæ pecuniæ[b] vel rei[c] sententiam ferat,[d] etiam si de incerta[e] quantitate apud eū actum est.

Quisquis olim re, loco, tempore, aut causa plus quàm sibi debebatur petisset, totā rem amittebat: sed D. Iustiniani constitutione cautum est, vt qui loco, quantitate, aut causa, plus iusto petierit, atque ex hoc damni aliquid aduersario inferatur, eius damni triplum restituat. si autem ante tempus solutionis litem moueat, inducias quas ex conuentione debitori dederit, vel quæ ex natura actionis indulgentur, in duplum debeat debitor.

33 ¶ Si quis agens, intentione sua[f] plus[g] complexus fuerit quàm ad eum pertineat, causa cadebat, id est rem amittebat[h]: nec facilè in integrum

[Curare.] Diuiditur in tres partes. Primò mandat iudici deferendo certam sententiam: ibi, Certæ pecuniæ. Secundò limitat mandatum, si illud est possibile: ibi, Quantum. Tertiò remouet vnum obiectū: ibi, Etiam si de incerta. CASVS. Supra dictæ sunt multæ diuisiones actionum. adhuc ponet plures: sed in præsenti §. dat quendam effectum actionis: & dicit quòd si quædam actio coram iudice proponatur: curare debet iudex vt quantum possibile est, & inquantum natura actionis hoc patitur, vt certam ferat sententiam. h. d. Franciscus.

a ¶ *Possibile.* hoc ideo dicit, quia interdum[b] non potest certam ferre sententiam. Quid enim si homo in genere promissus petitur, vel sub alternatione: putà Stichum[c] aut Pamphilum: aut dānum emendari, vel seruum pro noxa dari: certè tunc non est possibile ferre certam sententiam: quia natura actionis non patitur: *ut j. de offic. iud. in princ.* Idem dico in hereditatis petitione. nam sicut sufficit in libello proponere vniuersaliter, ita & in sententia putà sic, Pronuncio te heredem extitisse ex asse, vel ex semisse: & ideo tibi hereditatem restituendam.

b ¶ *Pecuniæ.* scilicet cùm pecunia petitur.

c ¶ *Vel rei.* quando alia res petitur, quæ in quantitate consistat, vel non: & hoc si certum est petitum: aliàs enim non tenet sententia, nisi in aliqua parte actorum res certa scripta inueniatur: *ut Cod. de sent. quæ sine cer. quan. l. hac sententia.* j. si autem est incertum: aut certificari potest, vt si peto interesse quod debet coram iudice probari, & deduci ad certitudinem: *ut Cod. de senten. quæ pro eo quod interest. l. vnica. §. y. & tunc locum habet hic. §.* aut non potest deduci in certitudinem, vt in homine generaliter petito, & similibus quæ modo diximus: & tunc non habet locum iste. §. Accurs.

d ¶ *Sententiam ferat* & in[d] scriptis: *ut C. de sentent. ex breui. reci. l. fin.* nisi in quatuor casibus. *ut in Authen. de man. prin. §. sit tibi. col. iij. & in Authen. vt iud. sine quoquo suff. §. necessitatem. coll. ij. & in Authen. vt cle. apud propri. epis. conue. §. j. colla. vj.*

e *De incerta.* vt de interesse.

[*Si quis agens.*] Diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit id quod erat de iure antiquo quādo plus petebatur. Secūdò id quòd est de iure nouo. Secunda ibi, Et hæc quidem, Itē prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit regulam generalem iuris antiqui qualiter puniatur plus petens. Secundò, quot modis dicatur plus petere. Tertiò exempla vniuscuiusque. Secūda ibi, pl[us] autem. Tertia ibi, Re veluti. Aretinus. CASVS. In superioribus dictum est de natura omnium actionum: nūc autem nihil aliud intendit legislator ostēdere, nisi qualiter abusores actionum puniantur. Dicit ergo quòd quotiescunque actor plus ponit in intētione sua, quàm sibi debeatur, quocunque genere plus petendi: cadit à causa, hoc est rem quam petit, amittit: nec succurritur ei de facili à prætore per in integrum restitutionē, nisi fuerit minor. Si enim minor xxv. annis aliqua facilitate lapsus plus petierit, tunc causa cognita succurritur ei: sed maioribus plus petentibus nullo modo succurrebatur, quin à causa caderent: nisi haberent magnam & iustam causam erroris. tunc enim parcendum erat eis. & de hoc ponit duo exempla. Primum est, quando aliquis maior petebat totum legatum: putà petebat legatum relictum sibi in testamento, & per errorem, cū aliqua pars legati, vel fortè solida legata in codicillis essent adempta: quia tamen ignorauit, succurrebatur ei. Secundum exemplum est in maiore qui integra legata petebat: & tamen tota erant alius legata: ita quòd locus erat Falcidiæ. Hoc erat olim in quolibet genere plus petendi: scilicet quòd cadebat à causa, nisi iustam causam haberet: vt supra dictum est: sed hodie non est ita: *ut habetur infra eodem §. & hæc quidem autem.* Franciscus. Aret.

restituebatur à prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis. Huic[i] enim sicut aliis in causis causa cognita[k] succurrebatur si lapsus iuuentute[l] fuerat: ita & in hac causa succurri solitum erat. Sanè si tam magna causa iusti erroris interueniebat, vt etiam constantissimus[m] quis labi posset: etiam maiori vigintiquinque annis succurrebatur: veluti si quis totum legatum petierit: pòst deinde prolati fuerint codicilli, quibus[n] aut pars legati adempta sit, aut quibusdā aliis[o] legata data sint, quæ efficiebant vt plus petisse videretur petitor, quàm dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata[p] minuebantur[q].

Summatus est iste §. supra: tamen specialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis, scilicet re, tempore, loco, & causa: & primò tres primos modos exemplariter declarat. Angelus.

f ¶ *Intentione sua.* i. in libello vbi erat intentio sua. Accurs.

g ¶ *Plus.* etiam tempore: *ut D. de lib. leg. l. non solum. §. j. & §. fi.* omnino plus quatuor modis dicitur: *ut j. prox. §. & in omnibus his locum habet. §. iste.*

h ¶ *Amittebat.* facit infra de excep. §. temporales. [a] & quod hic dicit in priuato, idem erat in fisco: *ut Cod. de iure fis. l. in fisco.*[b] *lib. x.*

i ¶ *Huic.* minori xxv. annis.

k ¶ *Causa cognita.* benè dicit causa cognita. Nam omnes in integrum restitutiones causa cognita permittuntur: *ut D. de in integr. restit. l. omnes.* Accurs.

l ¶ *Iuuentute.* i. facilitate sua. idem multo magis si dolo aduersarij: *ut D. de mino. l. j.* Accursius.

m ¶ *Constantissimus.* quia errauit in facto, in quo prudentissimi falluntur. *ut D. de iur. & fac. igno. l. ij.*

¶ *Etiam maiori.* Seneca lib. vj episto. Quid enim aliud agitis, cùm eum quem interrogatis scientes in fraudem inducitis, quàm vt formula cecidisse videatur? sed quemadmodum illum Prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. Cuiac.

n ¶ *Quibus.* s. codicillis.

o ¶ *Quibusdam aliis.* s. legatariis.

p ¶ *Legata.* s. ea quæ sibi in testamento relicta sunt.

q ¶ *Minuebantur.* nam tot erant legata, vt lex Falcidia locum haberet, id est, oportebat vt legata defalcarentur ad hoc vt haberet heres Falcidiam, quia dodrantem excedebant: vnde heres debet detrahĕre Falcidiam: *ut supra ad legem Falcidiam. §. primo.*

[*Plus autem.*] CASVS. Domine, supra dixistis quòd quicunque petebat plus quocunque genere petendi plus, cadebat à causa, & rem amittebat, nisi iustus error eum excusasset. Sed domine, cū plus pluribus modis peti possit: dicatis mihi, quot modis plus petitur? Ad hoc respōdet, dominus Iustinianus sic: Quatuor enim modis plus petitur: re, tempore, loco, causa. Re, vt si ille cui debentur decem petat viginti vel triginta, vel si ille cuius fundus est pro parte, totum petat petit plus re. Tempore, de hoc habuistis exemplum de eo cui aliquid debetur in diem, vel sub conditione, si ante diem vel conditionem existentem petat. Et sum in versicu. Loco plus petitur. Supra vidistis duo exempla in quibus plus petitur, scilicet re, & tempore, modò videatis exemplum de eo qui plus petit loco. & est exemplum in eo qui quod certo loco stipulatus est sibi dari: petit in alio loco, nulla facta commemoratione de loco in quo promisit promissor vt putà si aliquis stipulatus fuerit à Titio aliquid sibi dari Ephesi, & illud petat Romæ sibi dari: iste plus petit loco, eo quòd aufert commoditatem vel vtilitatem promissori quam habuit ratione loci in quo promisit. Vnde in isto casu habet locum actio arbitraris loci: in qua habebitur ratio vtilitatis quæ competitura esset promissori, si soluisset loco illo in quo promisit se soluturum.

Et illo

a Habet resp. a hendis hanc Glossam: quia in arbitrariis iudex cogitur impertiri officium: sed non cogitur ad ipse, vel tale ut hoc per tum.

† Concorda textus in Gloss. super verb. post datu. post princ. extra de proba. & c. diuturna. in Gl. of. a. post prin. extra de spon.

b Sententia nō potest semper esse certa.

c hoc exemplum de seruo communiter reprobatur: quia in causa noxali iudex debet certam ferre sententiam: pa ra ad emēdationē damni: cum illud solum sit in obligatione: ut quia per doct.

d Scedula est in scriptis secunda.

a Serua ibi dictū inducias duplicari, neque postea posse litem suscipere, nisi refectis sibi expēsis & idem docet tex. in c. j. extra de plus pet. Ang.

b Adde Schol. quod cum hæc Gl. & quidē d. l. iustas. hodie sit correcta, teneat Gl. in d. l. iustas. vbi Bar. Nico. de Neap. & in hoc. quibus contrarientur in Ba. Io. de Plate & Ang.

Et ista vtilitas in mercibus veluti in frumento, oleo, vino, & in aliis mercibus bene apparet. Merces enim in diuersis regionibus diuersa habent precia. vnde si decem modia frumenti promisi tibi Ephesi, & tu petas ea Romæ: aufers mihi magnam vtilitatem. modium enim quod non valebat Ephesi nisi x. valet fortè, Romæ xv. vel xx. & illius vtilitatis habebitur ratio. Sed domine, quid diceretis vos de pecunia? Respond. idem dico tibi de pecunia: quia plus expedit promissori pecuniam soluere in vno loco, quàm in alio, eo quòd in vno loco potest pecuniam sub leuioribus vsuris habere, quã in alio. Sed quid si is qui alio loco certo sibi aliquid dari stipulatus est, in eodem loco pecuniam petat, quo sibi promissa est, Respond. tunc agit rectè, nec habet locũ arbitraria loci: quia loci cõmoditas est salua promissori.

Plus autem quatuor modis [a] petitur: re, tẽpore, loco, & causa. Re, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is cuius ex parte res est, totam eam vel maiorem partem suam esse intenderit. Tempore, veluti si quis ante diem vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardiùs soluit quàm soluere deberet, minus soluere intelligitur: eadem ratione [b] qui præmaturè petit, plus petere [c] videtur. Loco plus petitur, veluti cùm quis id quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione [d] illius loci in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia, si is qui ita stipulatus fuerit,

Ephesi dare spondes? Romæ purè intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia vtilitatem quam haberet promissor si Ephesi solueret, adimit [e] ei pura intentione. Propter quam causam alio loco petenti arbitraria [f] actio proponitur [g]: in qua scilicet ratio habetur vtilitatis quæ promissori [h] competitura fuisset si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento, quæ per singulas regiones diuersa habẽt pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub eisdem vsuris fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est eo loco petat, quo vt sibi detur, stipulatus est, pura [i] actione rectè agit: idque etiam prætor monstrat: scilicet quia vtilitas soluendi salua est promissori.

a ¶ *Plus autem quatuor modis.* vt omnibus his modis à causa videatur cadere iure antiquo. vnde isti quatuor modi plus petendi patent in hoc versu,

Plus petitur causa, vel tempore, réque, locóque.

b ¶ *Ratione.* à simili per contrarium.

c ¶ *Petere.* vt hic, *& I. de fideicommiss. §. non solum.*

d ¶ *Sine commemoratione.* id est sine vtilitate rei debitæ, vel interesse rei. nam est habenda ratio eius vtilitatis, si sua intersit in loco destinato potius conueniri [*]. Vel dic commemoratione, id est mentionem faciente de ipso loco. nam ipsum locum vbi erat facienda solutio, in libello ponere debet, sic. peto vt x. mihi soluas hic, vel vbi soluere promisisti: *vt hic, & di-gest. de eo quod certo loco. l. ij. §. fin.* post hæc nisi soluat, poterit eum cõuenire vbicunque voluerit, dummodo conuentus habeat ibi forum, non aliàs: *vt ff. de iudic. leg. heres absens. in fine.* Sed Pla. dicit quòd scilicet vbicunque poterat eum conuenire, potest, ibi etiam vbi non habeat forum: & est pro eo. *ff. de iud. l. eum qui. & ff. de constitu. pecu. leg. si dm. §. sed & certo.* Sed certè quod dictis legibus dicitur, vt quolibet loco possit conueniri: verum est, idoneo, vbi conuentus habeat forum: *vt ff. de mune. & hono. le. vt gradatim. §. j.*

* Quærit Iod. Fab. an est noto rium quòd creditor est debitori soluere in loco vbi agens, quàm in loco conuen- : nunquid tunc debeat actor mentionem facere de loco conuenti? & dicit quòd sic, quia petitor semper debet partem formam obligationis, vt § præs. § in fin. item quia aliquando expedit & facilius est debitori soluere quod damnosius est sibi [illegible] pro reo in fin. [illegible] Ang.

e ¶ *Adimit.* i. adimere desiderat, non tamen adimere potest.

f ¶ *Arbitraria.* i. vtilis certi condictio ex stipulatu, vbi stipulatio intercessit, vt hic fuit: vel vtilis certi condictio, ex mutuo, vbi mutuum erat datum certo loco reddendum: vel vtilis actio ex testamento, vbi legatum est dandum certo loco. Nec enim est proprium nomen actionis: *vt D. de eo quod cer. lo. l. ij. §. hæc autem actio. & l. si heres. & l. aut si mutua.* Accurs.

g ¶ *Proponitur.* i. tribuitur vel datur: *vt D. de eo quod certo loco. l. quod si Ephesi.*

h ¶ *Promissori.* sed & actoris vtilitas attenditur: & vtriusque vtilitas simul attenditur: *vt D. de eo quod cer. lo. da. oper. l. ij. j. respon.* ADDITIO. Dic quòd interesse rei, si conueniatur in alio loco, semper æstimatur: sed non actoris, nisi reus fuisset in mora vel culpa: *vt not. Gl. Bar. & doc. in d. l. ij. in princ.* Ang.

i ¶ *Pura.* i. non habita mentione vel ratione loci vbi erat facienda solutio, vt diximus I. eo §.

[*Huic autem.*] CASVS. Supra dictum est, quocunque genere plus petendi olim plus petebatur: cadebat à causa, & rem amittebat plus petens. qualiter autem plus petebatur re, vel tempore, vel loco, dictum est supra. Modò dicit dominus Iustinianus qualiter plus petitur causa. & de hoc ponit duo exempla: vnum in isto §. & aliud in sequenti. Primum exemplum est tale. Si quis est stipulatus Stichum, aut decem vel viginti aureos, & postea petit Stichum præcisè: plus petere causã videtur. Habuit enim electionem promissor soluendi decem vel Stichum. vnde cùm præcisè petat vnum, adimere sibi videtur electionem: & ita plus petere causa videtur: & ita olim cadebat à causa. Quid ergo debet facere stipulator? quid petet? Respond. secundùm qualitatem contractus debet facere libellum: & hoc est optimum verbum quotidianum: hoc est, eodem modo quo stipulatus est vnde quia stipulatus est alternatiuè, & alternatiuè debet libellum suum conficere vel formare. Et sum in ver. Præterea si quis. Tu habes vnum exemplum de eo qui plus petit causa. Hic ponit dominus Iustinian. aliud exemplum de eodem. Plus enim petit causa ille cui homo in genere promissus est, si hominẽ certum petat. & similiter est in vino & in purpura, & in aliis. Generaliter enim quandocunque aliquid debetur in genere, si certum quid petatur, plus peti videtur. Videtur enim promissori adimere electionem, vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis: hoc verũ est, quando aliquid in genere promissum est: & ille cui promissum est, certum petit: quia tunc si preciosissimum petat, plus petere causa videtur. Sed quid diceretis vos domine, si aliquid in genere esset promissum, & ipse præcisè petat illius quod vilissimum est in illo genere: videturne plus petere? Et respond. quòd sic, quia adhuc electionem soluendi promissori adimere videtur. Sæpè enim accidit vt promissori facilius sit soluere illud quod maioris pretij est. Omnibus ergo istis modis dicitur plus peti: & quocunque istorum modorum plus petebatur, cadebat plus petens à causa. Hodie non est sic: vt patet in proxi. § Francisc.

Summatus est iste §. supra: tamen specialiter hic declarat per exempla qualiter plus petitur causa. vnde nota quòd in alternatiuis cõtractibus in dubio est electio debitoris. concor. l. plerumque. in fin. ff. de iure dot. Aretinus.

Huic autem qui loco plus petere intelligitur, proximus est is qui causa [k] plus petit: vt ecce si quis ita à te stipuletur, *Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes?* deinde alterum petat, veluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis promissoris est electio [l], vtrum pecuniam, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm vel hominem tantùm sibi dari oportere intendit, eripit [m] electionem aduersario, & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit [n], aduersarij verò sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est [o] actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere, id est, vt eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea [p] si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter

k ¶ *Qui causa.* hanc causam, electionem iam vocabit.

l ¶ *Electio.* nisi cum iam vnum interiit. tunc enim alterum quod superest præstabit: *vt D. de eo quòd certo loco. le. non vtique. §. qui Stichum. & facit ad hunc. § D. de iure dotium. leg. plerumque. in fine.* [a]

m ¶ *Eripit.* i. eripere vult.

n ¶ *Facit.* i. facere vult.

o ¶ *Prodita est.* i. data. Et est actio ex stipulatu hoc modo, scilicet alternatiuè proponenda, vt dicitur hic.

p ¶ *Præterea.* hoc est aliud exemplum qualiter causa plus petitur.

a Tu verò huius declaratione videto Bar. in l. Stichum aut Pamphilum in prin. col. 2. vers. Fateor ergo. ff. de [illegible]

a ¶*Tollit.* id est tollere vult.

b ¶ *Maioris pretij est.* facit *ad hoc ff. ia. l. item quæritur. §. j & ff. de condi. & demon. l. quod traditum est. & l. seq. & ff. de in diem addic. l. si venditor. §. sed si neuter. & ff. de vsu & habi. l. fin.* ª *& ff. de vsufru. l. hactenus. §. si & l. sequentis.*

ª Hæc lex facit ad proposi tum alie, nihil facienti. *desf.*

Tyriam petat, plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit ª, cui stipulationis iure liberum fuit aliud soluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licèt vilissimum sit quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, vt promissori facilius sit illud soluere, quod maioris pretij est ᵇ.

Summatus est in §. si quis agens. tamen specialiter hoc habet: Hodie contra plus petentem tempore, duplicantur induciæ: & fit condemnatio ad omne damnum litis. petens verò plus aliis modis, in triplum sumptus quem sustinuit reus litis nomine, est condemnandus. Angelus.

Et † hæc quidem ᶜ antea in vsu fuerant. postea verò lex Zenoniana ᵈ & nostra ᵉ rem coartauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum: quid statui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio ᶠ. Sin autem quantitate ᵍ, vel alio modo ʰ plus fuerit petitum: in omne si quod fortè damnum ex hac causa accide-

† al. Sed

[*Et hæc quidem.*] CASVS. Ab illo. §. si quis agens vsque nunc solum habuistis quòd quatuor sunt modi plus petendi: & quicunque aliquo istorum modorum plus peteret, cadebat à causa sua. propter quod dicit dominus Iustinianus quòd hoc videtur iniquum, & correctione dignum, & dicit: hæc antea in vsu fuerant, sed postea lex Zenoniana & nostra constitutio hoc artauerũt. Et hodie obtinet quòd nullus à causa cadat, s. qui plus petit tempore aut alio modo. Sed si plus petatur tempore: tunc in pœnā petentis plus tempore, duplicabuntur induciæ. ita quòd si illud quod post annum debebatur, incontinenti petat: non poterit illud petere nisi post biennium: & etiam necesse habebit adhuc soluere omnes expensas quas in lite reus fecerit. Si autem re, vel loco, vel causa plus petat. Respon. Imperator, quòd tunc omne damnum quod sustinebit reus per pluris petitionem, resarciet sibi actor in triplũ. hoc dicit. Sed videtur per hoc quod dicitur hic, quòd non habebit locum id. *C. de plus pet. l. vnica?* Respond. immo: quia titulus ille in alio casu loquitur: vt patet in apparatu. propter mendacium enim ibi punitur.

c ¶*Et hæc quidem.* scil. quæ diximus, vt plus petendo cadat à tota causa: *vt s. eod. § si quis agens.* ADDITIO. Et consulit d. Ias. ad euadendum istas pœnas, quòd in libello semper adiiciatur illa salutaris clausula: saluo iure superflui, &c.

d ¶*Lex Zenoniana.* s. Græca, quam non habemus. Accurs.

e ¶*Et nostra.* s. Græca, quam non habemus.

f ¶*Constitutio.* s. Græca vt diximus: cuius sententia est, vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expensæ sibi restitui: *vt j. de except. § hodie autem.*

g ¶*Quantitate.* & sic re.

h ¶*Alio modo.* id est loco vel causa: *vt s. § plus autem* Accurs.

i ¶ *Diximus.* *vt s. eod. § tripli.* & ibi huius nostræ constitutionis Græcæ sententia recitatur. Sed si non solùm petit, sed etiam cautionem exegit post litem contestatam, amittitur debitum etiam hodie: ᵇ *vt C. de plus pet. l. j.* quæ est huic contraria. Si ante litem cõtestatã pœniteret, non punitur ᶜ quia non petit, sed petere vult: *vt ff. rem ratam haberi. l. amplius non peti. & ibi d. l. C. de plus pet. l. j.*

ᵇ Idem Fab. Platea. & Ang.
ᶜ Sequuntur Bald. Fab. Pla. Ang. & Ias. & est Gloss. similis inc. l. extra de plus pet.

k *Puniatur.* s. condictione ex l. illa Græca, cuius effectum habuimus. *s. eo. § tripli. & in hoc. § plus autem.*

[*Si minus.*] Diuiditur in duas partes. Primò quãdo minus petiit. Secundò, quando aliud pro alio per errorem petiit. Secũda ibi, si quis aliud. Aret. CASVS. Vidistis iam de eo qui plus petit, qualiter puniebatur olim, & qualiter hodie punitur. Dominus Iustinianus nihil volens dimittere indiscussum, adhuc tractat de eo qui minus petit, quid iuris sit: & dicit quòd qui minus petit, hoc potest facere sine periculo & in eodem etiã iudicio plus petere potest: quia ex cõstitutione bonæ memoriæ Zenonis fuit hoc introductum, quòd ille qui minus peteret, posset in eodem iudicio plus petere. Et scire debetis quòd hæc materia illius. *l. C. de eden. leg. edita actio.* & ea quæ super repetitione illius. leg. dicuntur: possunt hic repeti. Quidam autem per §. istum voluerũt dicere quòd emendatio libelli & mutatio possit fieri vsque ad sententiã definitiuam: quia vsque ad sententiã definitiuã semper manet idẽ iudicium. Doctores tamen nostri in hoc resident omnes, quòd ante litis contestationem potest fieri emendatio & mutatio. & literam istam ita intelligunt: in eodem iudicio, id est ante litem contestatam. Vel sic, in eodem iudicio, id est apud eundem iudicem, non in eadem instantia iudicij. Vocatur tamen iudicium idem propter identitatem iudicis & causarum. Fran. de Are.

rit, ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione, sicut suprà diximus ⁱ puniatur ᵏ.

Qui minus quàm sibi deberetur, iudiciali libello petierit, nihil prohibet quin coram eodem iudice quod reliqui est petere possit. idẽ quoque iuris est in eo qui errans aliud pro alio sibi deberi intenderit, cui etiam in eadem instantia errorem corrigere conceditur.

34 ¶Si minus † intentione ˡ sua cõplexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti si cũ ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si cum totus fundus eius esset, partem dimidiã suam esse petierit sine periculo agit. In reliquum enim nihilominus iudex aduersarium eodem iudicio ᵐ ei condemnat, ex constitutione ⁿ diuæ memoriæ Zenonis.

† Libello adiiciendi sunt hæc verba, ut D. vult addi. &c. Quæ. inter duobus. super verb. adiendi.

Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Aretinus.

35 ¶Si q̃s aliud pro alio intẽderit ᵒ,

l ¶ *Intentione.* id est in libello intentionis: & hoc per errorem. si enim sciens, donare præsumitur secundùm quosdam. Sed contra puto, quòd nunquam donare præsumitur: nisi tunc quando traditio fieret ab eo qui donare præsumitur: *vt ff. de regulis iuris. leg. cuius per errorem.* hic autem non erat datio, sed quædam abstinentia. Vnde siue de reliquo sciat qui agit, siue non, tempore cœpti iudicij: locum habet §. iste.

ADDITIO. Ista Glossa in se, & relata ad textũ nostrum, est vera: & secundùm Iasonem vnica & singularis: non tamẽ est simpliciter vera inquantum dicit nunquã præsumi donationem, nisi interueniat traditio. Prosequere vt per eum.

m ¶*In eadem iudicio.* id est quandocunque ante sententiam reliquũ petierit sine noua contestatione, secundũ quosdam, vt hic dicitur: & hoc propter duas rationes falsas. Vna, quia potest emendare libellum quandocũque ante sententiam, vt dicunt. & est pro eis. *ff. de noxa. l. in delictis. § si detracta* & sic intelligunt. *C. de edendo. l. edita.* Altera ratio est, quia secundũ eos etiam si non petat vel probet hoc actor: tamen iudex si scit, debet secundũ suã conscientiam condemnare reũ. & est pro reis ad hanc rationẽ. *ff. finium regund. l. si irruptione. § ad officium* & in hac sententia fuit dominus Mar. sed certè secundũ Ioannem positum est falsum, & duæ rationes malæ. Nam non potest quis immutare ª libellum, nisi vsque ad litem contestatã: nec etiam hodie post datum libellum ᵇ, quia sic dicit authentica quòd non habet necesse in primo libello persistere: *vt in Authen. de litig. §. omnem. collat. viij.* Item quia non videtur in iudicium venisse, quod post litis contestationem contingit: *vt ff de iud. c. l. non potest & ff. de exceptione rei iudicatæ. l. cum quæritur. & leg. eos.* ¶Nec obstat quod hic dicitur, & quod dicit eodem iudicio. Nam dic, id est coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam & propter hanc causam, scilicet propter identitatem personarum, etiã vbi prorsus aliud petitur, tamen dicitur iudicium idem: *vt j. proxi.* ¶Item non obstat. *D. de noxa. l. in delictis. § si det. acta* quia ibi ex eadem causa, & eadem actione, & ad idem agebatur: licèt esset variatio in quodam beneficio, quod dominus habet per legem vt possit pro noxa dare: *vt j. de noxa. actionibus. §. summa. & D. de re iudicata. l. miles. §. j.* Item alia ratio non est bona: quia non secundùm conscientiam, sed ᶜ secundùm allegata debet iudex iudicare & pronunciare: *vt D. de offic. præsid. l. illicitas. §. veritas.* nisi habeat conscientiam vt iudex, *vt in d. l. & D. finium regundorum. l. si irruptione. §. ad officium.* & hoc in singularibus iudiciis. ¶Sed quid in vniuersalibus. Resp. potest in eis adiici quandocunque ante sententiam: *vt D. de petit. hered. l. iiij. & l. si qua tempore.* & sic intelligitur. *C. de appella. l. si. § fin.*

ª Caue ne te Glossa fallat, quia. i. vsa est verbo emendare, modo immutare, quasi pro eodem quo ad iuris terminos, sumatur: quod falsum est siquidẽ habent significationem longè diuersam, vt l. edita C. de edi. ibi, emendari vel mutari.
ᵇ Contrarium tenẽt Fab. Fa. Ang. & Ias.
ᶜ Iudex qui supra legẽ est, vt imperator, vel princeps, cuius dictum habetur pro lege, debet super secundum conscientiam suam iudicare, qualitercũque eam habeat, siue ex officio, siue non: aliàs peccaret. Item non quòd executor sententiam exequi sententiam etiam cõtra propriam cõscientiam, nisi in causa criminali & corporali, quia tunc iudex nõ debet exequi contra suam conscientiam. Iason.

n ¶*Constitutione.* s. Græca quam non habemus. Accurs.

[*Si quis aliud.*] CASVS. Supra vidistis quid iuris de eo qui plus petit. Sed quid si aliquid aliud pro alio petierit, vel si vnam actionem pro alia proposuerit? Respond. quòd non propter hoc periclitabitur ei aliquid: sed in eodem iudicio cognita causa errorem suum corrigere potest. h. d. Franc.

o ¶*Intenderit.* s. sibi deberi.

In eodem.

nihil eum periclitari placet: sed in eodem iudicio [a] cognita veritate errorem suum corrigere [b] ei permittitur: veluti: si is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit [c], quod ex stipulatu debetur.

Adest sexta, huiusque tractatus nouissima actionum diuisio, vt quædam sint solidi persecutoriæ, quædam verò quibus non semper solidum consequimur: quarum aliquot exempla vsque ad tituli metas subiiciuntur.

36 ¶ Sunt præterea quædam actiones [d] quibus non semper solidum quod debetur nobis, persequimur: sed modò solidũ persequimur, modò minùs: vt ecce si in peculium filij seruive agamus. Nam si non minus in peculio sit, quàm persequimur: in solidum dominus paterve cõdemnatur. si verò minus inueniatur: eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus [e].

In dotis restitutionem condemnatur maritus, in quantum facere potest.

Annota maritum, dotis restituendæ nomine conuentum, non vltra quàm facere possit condemnandum.

37 ¶ Item si de dote in iudicio mulier agat: placet eatenus maritum [f] condemnari debere, quatenus facere possit, id est quatenus facultates [g] eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur. si minus, in tantum quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas [h] in res dotales factas, marito quasi retentio concessa est: quia ipso iure necessariis sumptibus dos [i] minuitur: sicut ex latioribus Digestorum libris [k] cognoscere licet.

a ¶ *In eodem iudicio*. id est apud eundem iudicem. & dicitur idem iudicium, propter identitatem personarum & iudicis: tamen verè aliud est ¶ Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Respond. si potest esse instructus ex petitione prima etiam ad secundam, non dabuntur cũ necessariæ: non voluntariæ sint dandæ dilationes: *vt C. de dilat. l. j.* Nam si primo egit actione vi bonorum raptorum: & postea mutetur, & agatur actione furti: satis potest esse reus instructus. Si autem sunt diuersæ petitiones, vt in hoc §. dicitur: nouæ dilationes dandæ sunt, *vt C. de dilat. l. j.* ¶ Item nunquid iterum de calumnia iurabitur? Respon. sic: quia potest, & in hac causa calumniari: *vt ff. de damn. infect. l. qui bona fide. §. antep. & penultimo.*

b ¶ *Corrigere*. Not. quòd permittitur alicui errorem suum corrigere. ¶ Sed nunquid in veteri habet necesse persistere? Respond. non, secundũ hanc l. Sed hodie cõtra: *vt in Authentic. de lit. §. omnem. col. viij.* & ita intentabit veterem & nouam. nisi reo absoluto in veteri obiiciatur exceptio rei iudicatæ in noua: vt quia sit eadem causa agendi, & eædem personæ, & eadem res, licet alia sit actio: *vt ff. de iureiurand. l. duobus. §. exceptio & ff. de except. rei iudica. l. si mater. §. eandem. & l. cum quærtam.* Vel nisi actio prima ita se habeat ad secundam, vt electione tollatur: quod in casib. cõtingit: *vt C. de furtis. l. j. & Cod. si seruus extr. emi se mandauerit. l. j. & Cod. de testis. l. final. & Cod. de pact. inter empto. & vendit. l. commissoria. & D. de tribu. l. quod in herede. §. eligere. & D. de legat. ij. l. cum filius. §. vtilis.*

c ¶ *Intenderit*. l. sibi deberi.

[*Sunt præterea*.] Diuiditur in duas partes. In prima ponit vnum dictum generale, videlicet quòd nõ omnis actio est persecutoria solidi. Secũdò illud per plura exempla probat. Secũda ibi, Vt ecce. Item secunda subdiuiditur. nam primò ponit exemplum de peculio. Secundò de dote. Tertiò quãdo agitur contra patrẽ, patronum, socium, vel donatariũ. Quartò qñ agitur per cõpensationẽ. Quintò qñ agitur contra illum qui bonis cessit. Secunda ibi, Itẽ si dote. Tertia ibi, Sed & si quis cũ parente. Quarta ibi, Compensationes. Quinta ibi, Cum eo quoque. Legam tamen per particulas, vt clarius vnaquæque materia comprehendatur. Aret. CASVS. Iam vidistis in titu. de actionibus varias & diuersas diuisiones actionum. Adhuc etiam est alia diuisio actionum, quã innoit nobis Iustinianus, & vsque in finem titu. prosequitur: & est diuisio ista talis: Actionum quædam sunt quibus persequimur solidum quædam quibus non solidum, & quædam quibus minus. Et ponit exemplum, dicens quòd per actionem de peculio aliquando persequimur solidum veluti si tempore litis contest. tantũ reperiatur in peculio, deducto omni eo quod de iure deduci debet, quantum nobis debetur. & quemadmodum peculium intelligi debeat, suo locò proponemus. Et sum in § item si de dote. Iã vidistis exemplum de vna actione, quæ quãdoque persecutoria est solidi, quandoq; non. Modo dabo vobis exemplum de alia actione, quæ quandoque datur in solidum, quandoque non: & est exemplum de act. de dote, quæ est persecutoria solidi, quando maritus solidum facere potest. Si autem non habeat vnde solidum facere possit: tunc debet condẽnari in quantũ facere põt. & sumus in ver. Propter retentionẽ. Iam vidistis vnũ casum in quo non consequitur mulier solidum per actionem de dote. Hic ponit dominus Iustinianus alium casum, putà quando maritus vtitur retentione propter impensas factas in dote. h. d. Fran. de Aret.

d ¶ *Sunt præterea quædam actiones*. Innuit hîc quandam diuisionem actionum: scilicet quòd aliæ sunt persecutoriæ in solidũ, aliæ non & hanc prosequitur vsque in finem huius tituli: & non est ista diuisio de duodecim [a] diuisionibus. Nam prima est, quòd aliæ sunt in rem, aliæ in personam. *vt ꝭ. eo. §. omnium.* 2 Secunda est, quòd aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ: *vt ꝭ. eodem. §.* sed istæ quidem actiones, sunt. 3 Tertia sunt. [b] *ꝭ. eod. § sequens.* 4 Quarta *ꝭ. eod. §. omnes autem actiones.* 5 Quinta. *ꝭ. eod. §. actionum autem quædam sunt.* 6 Sexta est, quòd aliæ sunt temporales, aliæ perpetuæ. 7 Septima, quòd aliæ sunt transitoriæ ad heredes, aliæ non: *infra de perpe. & tempo. actio. §. non omnes.* 8 Octaua est, quòd aliæ sunt famosæ, aliæ non: *vt infra de pæ. te. li. §. penult.* 9 Nota quòd aliæ sunt directæ, aliæ vtiles: *vt ff. si qua. paup. fe. di. l. penult.* 10 Decima, quòd aliæ directæ, aliæ contrariæ: *vt supra de oblig. quæ ex quasi contractu. §. j. & ij.* 11 Vndecima, quòd aliæ singulares, aliæ vniuersales, aliæ generales: *vt ff. pro socio. l. pro socio arbiter.* 12 Duodecima [e] diuisio est, quòd aliæ sunt simplices, aliæ duplices, vt fam. ercisc. cund. communi diuid. finium regun. & quædam interdicta: *vt j. de interdi. § tertia diuisio.* Est autem, & hæc extrauagans, de qua hîc dicit.

e ¶ *Proponemus*. vt. *j. tit. j. § cum autem.*

f ¶ *Maritum*. vel eius heredes, scilicet filios communes. secus in extraneis heredibus: *vt ff. soluto mat. l. etiam filios mulieris. & l. maritum. & l. seq.*

g ¶ *Facultates*. vt tamen ipse maritus non egeat: *vt ff. de iud. l. inter eos. & ff. de re iud. l. in condemnatione personarum.* & hoc nisi dolo fecerit maritus quo minus possit, cautione exposita ab eodem de solido soluendo si ad meliorem fortunam peruenerit: *vt C. de rei vxo. act. §. cum autem. & ff. sol. mat. l. etiam filios. §. licet. & ff. pro socio. l. verum est. § id quod.* ADDITIO. Item nisi mulier ipsa esset pauper, ita vt ad ipsius victum tota dos esset necessaria. Item si res dotalis, vel alia acquisita ex re dotali, extaret: quia non haberet locum beneficium istius textus: vt per doc. hic.

h ¶ *Impensas*. Dic quòd impensæ aliæ necessariæ sunt, vt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura. Aliæ vtiles, vt quibus non factis res non erat peritura, sed eis factis res est melior futura. Aliæ voluptariæ, quæ tantum rem exornant: *vt ff. de verborum significatio. leg. impensæ. & D. de impen. in rebus dota. factis. l. j. & leg. quod dicitur. §. vtiles & l. voluptariæ autem.* ¶ In [g] primis impensis dic quòd minuunt dotem ipso iure, si consistat in pecunia & specie: vt si est fundus & pecunia in dotem data: quia quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipso iure deberi desinit. Si verò solus fundus in dote sit. tunc si tantum expenditur simul, vel diuersis vicibus, quanti est fundus, tunc ipso iure desinit esse dotalis: nisi mulier intra annum sponte marito impẽsas obtulerit. Si verò non tantũ, non desinit esse dotalis: sed tandiu totus vel pro parte retinetur, quamdiu impensæ restituantur: *vt D. de impen. in rebus do. factis. leg. quod dicitur. & D. de iur. do. l. si quis. §. penult. & fin.* & hoc in necessariis impensis ¶ Si autem vtiles [h] sunt, tunc per act. neg. gest. vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetuntur. ¶ Voluptariæ [i] non repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sunt: sed abraduntur sine læsione prioris status: *vt C. de rei vxo. act. §. sed nec ob impensas. & ff. de rei vind. l. in fundo.* [k] Et secundũ hanc distinctionem hunc §. intelligas. & quod dicit in litera, quasi non denotat impropríetatem, sed est impensa necessaria, vt dictum est. sed si vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hic §.

i ¶ *Dos*. in pecunia consistens.

k ¶ *Libris*. *vt ff. de impen. in re. do. fa. per totum tit.* Accurs.

[*Sed & si quis*.] CASVS. Præter actiones iam dictas sunt & aliæ, quibus quandoque persequimur solidum, quandoque non.

Eiusmodi sunt illæ quæ dantur contra parentes & patronos, & contra socium. Idem dico in actionibus quæ competunt contra eum qui conuenitur ex sua donatione. h. d. Franc.

a ¶ *Sed & si quis.* scilicet filius vel libertus qui agunt venia impetrata: aliàs puniuntur: *vt supra eod. §. poenales. versi. tribuit. ibi*, & in eum. Accurs.

b ¶ *Socio.* & se confitẽte socium: aliàs non datur ei hoc beneficium: *vt ff. pro socio. l. si vnum. §. vltim.* ADDITIO. Quod verum intellige si perseueret in negatione vsque ad litem contesta. & negauit in specie esse socium. aliàs secus, putà si in genere: vt nego narrata prout narrantur &c. secundũ doct. hic.

c ¶ *Potest.* quod semper accipe detracto tanto, quòd possit inde viuere conuentus: *vt ff. de reg. iuris. l. in condemnatione.*

d ¶ *Ex donatione.* id est quando non potest soluere, cùm donare promisit. Accurs.

e ¶ *Conueniatur.* scilicet condictione ex lege: *vt Cod. de dona. l. si quis argentum. § sin autem.* ¶ Et not. quòd hic solus conuenitur in quantum facere potest deducto ære alieno: *vt ff. de re iudica. l. inter eos. §. j. & ij. & melius. §. fin.*

[*Compensationes.*] CASVS. Supra vidistis qualiter quandoque per actiones persequimur solidum, & quandoque non: & hoc per naturã actionis, vt in superioribus patet. Hic autem dicit quòd similiter per actiones quandoque nõ persequimur solidum propter compensationem factam vel compositam ab homine. hoc dic. Franc.

f ¶ *Plerumque.* hoc dicit propter actionem depositi, & alias quasdam, in quibus non obiicitur compensatio: *vt ĩ. eo. §. in bonæ fidei. & C. de compen. l. fin.*

In his quatuor casibus reus condemnatur in quantum facere potest. Aretinus.

8 ¶ Sed & si quis [a] cum parente suo patronóve agat, item si socius cũ socio [b] iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere potest [c]. Idem est si quis ex donatione [d] sua conueniatur [e].

Compensationis exceptio obiecta petitioni, efficit vt vltro citróque debito compensato, in eo iudex reum petitori condemnet, quod reliquum tantum debet.

39 ¶ Compensationes quoque oppositæ plerumque [f] efficiunt vt minus quisque consequatur, quàm ei debeatur. Nã ex bono & æquo habita ratione eius quod inuicem actorem ex eadem causa [g] præstare oportet: in reliquum eum cum quo actum est, condemnat: sicut iam dictum est [h].

Qui bonis cessit quamuis postea pinguior arriserit fortuna, non tamen vlterius quàm facere potest, conueniendus est.

40 ¶ Cum eo quoque qui creditoribus [i] suis bonis cessit: si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro [k] in id quod facere potest, creditores experiuntur. inhumanum enim [l] erat, spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.

g ¶ *Ex eadem causa.* hodie ex quacunque causa & in quolibet contractu bonæ fidei, vel stricti iuris: [a] *vt ĩ. eo. §. in bonæ fidei.*

a Hæc Gloss. pessimè loquitur, secundum Io. quem vide plenius.

h ¶ *Iam dictum est.* supra eo. §. *in bonæ fidei.*

[*Cum eo quoque.*] CASVS. Adhuc ponit dominus Iustinianus nobis aliud exemplum actionis, in quo exemplo non semper persequimur solidum, sed aliquando minus solido. Pone quòd habebam debitorem qui cessit bonis: deinde tamen ad pinguiorem fortunam deuenerit. intento contra eum actionem vtilem, quæ mihi ante bonorum cessionem competebat directa: condemnabiturne [illegible] actione secunda in solidum? Respon. quòd non, sed in quantum facere potest. Inhumanum enim esset quòd de postea acquisitis in solidum condemnaretur. h. d. Franc.

i ¶ *Creditoribus.* quod fieri non potest antequam debitum agnoscat, vel in iure confiteatur: *vt ff. de cess. bo. l. pen.* ¶ Prodest [b] autem hæc cessio, vt non ducatur debitor in carcerem: *vt C. qui bo. ced. poss. l. j.* & quòd in acquisito postea conueniatur in quantum facere possit, vt subiicit.

b Cessio bonorũ in duobus prodest.

k ¶ *Ex integro.* videtur sibi ipsi contraria litera, quòd ex integro, & in quantum facere potest, conueniatur, vt subiicit. Sed sic intelligitur quòd in solidum conueniatur, quandiu potest soluere: hoc tamen est deducto semper ne egeat: *vt ff. de cess. bonorum. l. qui bonis. & ff. de regulis iuris. l. in condemnatione.*

ADDITIO. Vel dic, & longè facilius, ex integro, [c] id est denuo siue iterum: vt sit vna dictio: & ita exponũt doctores periti. Ex hoc, scilicet quòd qui cessit bonis, potest iterum conueniri si perueniat ad pinguiorem fortunam, verum est: nisi pro eo iã sustinuisset pœnas corporales, vel cessionem fecisset cum [illegible] per lapidem. *de hoc Glo. not. in verbo, si habent. in ca. sicut dignum. § [illegible] insuper extra de homicid. & in c. peccatum. de regulis iuris in vj.*

c Ex integro agere, quid. d Cessione bonorum facta non semper conueniri [illegible] cessit, etiamsi ad meliorem fortunam peruenerit.

l ¶ *Inhumanum enim.* bene dico quòd in quantum facere potest deducto ære, ne conueniatur. inhumanum enim &c.

QVOD CVM EO † qui in aliena est potestate, negotium gestum esse dicitur.

TITVLVS VII.

† Aliàs quod cum eo contractum est. qui in aliena est potestate.

Cognito contractu seruorum ad obligandum dominum, erit cognitum quid de contractu filij ad obligandum patrem.

QVia tamen † superius [m] mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorumfamilias seruorúmque agitur: opus est vt de hac actione, & de cæteris quæ eorundem nomine in parentes dominósve dari solent, diligentius [n] admoneamus. Et quia siue cũ seruis negotiũ gestũ sit, siue cũ his qui in potestate parẽtũ sunt, eadẽ ferè [o] iura seruantur: ne verbosa fiat disputatio [p], dirigam [q] sermonẽ in personã serui dominíq;, idẽ intellecturi [q] de liberis quoq; & parẽtib [r] quorũ in potestate sunt. Nã si quid in his [r] propriè seruetur, separatim ostendemus [s].

Dominus tenetur ex contractu serui in solidum, si contrahi iusserit: vel si ipsum vel liberum hominem naui vel alicui alij negotiationi præposuerit, actionibus cognominatis quod iussu, & exercitoria, & institoria. Angelus.

QVOD CVM EO qui in aliena est potestate &c.

Qualiter [a] *contrahitur ex contractibus vel furtis nobiscum habitis, dictum est: nunc qualiter conueniamur ex habitis cum his quos in potestate habemus. Accursius.*

a Cõnexio.

QVia tamen.] Totus iste [b] titulus diuiditur in sex partes. Primò ponit continuationem rubricæ. Secundò quòd filius & seruus æquiparantur. ideo dictũ in vno, potest intelligi dictum in alio. Tertiò prosequitur de contractibus seruorũ qualiter & in quantum eorum dominus teneatur. Quartò illud extendit ad filios. Quintò ponit vnum in filio, quod non habet locum in seruo. Sextò redit ad contractum serui. Secunda ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quæ diximus. Quinta ibi, Illud propriè. Sexta ibi, Illud in summa.

b Diuisio.

† curia.

CASVS. Supra titulo pximo §. sed & si quis cũ parente. tractatum est de actione de peculio. quæ datur contra parentem vel dominum pro contractu facto cũ filiofamilias, vel cũ seruo: sed non plenè: & propterea dicit in hoc loco q de ea vberius tractare pponit: & occasione inde sumpta, tractat de omni negotio quod gestũ esse dicit cũ eis qui in nostra potestate sunt. Dicit ergo. siue cũ filiofamilias siue cũ seruo negotiũ gestũ sit, quòd in omnibus ferè eadem natura seruatur: & sine dubio in quolibet articulo possemus tractare & exemplificare de ambobus: quia tamen in his duobus eadem ferè natura intelligitur: ne verbosa fiat disputatio, sermonem nostrum in personam serui & domini dirigamus, & idem intelligamus in parentibus & liberis: & de hoc tractabimus infra eod. §. illud propriè. Argu. eius quod dicit, opus est vt de hac actione &c. voluerunt quidam dicere quòd hoc verbum de peculio, est proprium nomẽ actionis. nos cõtra: sed sunt adiectiones: vt notatur in fine huius §. h. d. Fran. de Aret.

m ¶ *Superius.* vt ĩ. tit. j. §. *actiones autem. & §. sunt præterea.*

n ¶ *Diligentius.* quàm supra dictum sit. a Vel dic diligentius, id est diligenter.

o ¶ *Ferè.* hoc dicit propter Macedonianum, quod habet locum in filiis, non in seruis: vt *j. eo. § quæ diximus.* & propter alios casus quos ibi dicemus. Accursius.

p ¶ *Disputatio.* [c] No. tamen multos doct. qui legendo & consulendo multa & inutilia effundunt, cũ paucis vti possint: contra id quod dicitur quòd gaudent breuitate moderni. nam in multiloquio non deest peccatum. *facit l. ampliorem. §. in refutatoriis. cũ ibi not. per Glo. & doct. C. de appel. Ang.*

c Hæc Glo. est Ang.

q ¶ *Idem intellecturi.* Nam similium [d] eadem est disciplina: *vt hic, & ff. de in rem ver. l. ij. §. proinde. & §. quotiens.*

r ¶ *In his.* s. parente & filio.

s ¶ *Ostendemus.* vt *j. eo. § quæ diximus.*

[*Si igitur iussu domini.*] CASVS. Supra dictũ est quòd tractandum erat de actionibus siue adiectionibus actionum, quæ competunt

petuur propter negotia gesta cum seruis & filiisfamilias. Videamus igitur primo de illa actione quę competit propter negotium gestum cum seruo iussu[a] domini. Dicit igitur quòd si aliquis iussu domini cum seruo contrahat, cum domino contraxisse videtur: & ideo contra dominum competit ei actio in solidum cum hac adiectione, quod iussu, & in solidū. Fidem enim domini sequi videtur qui eius iussu cum seruo contrahit. Similiter posset poni exemplum in filio, cum quo iussu patris contractum est. sed ne verbositas verborū fit disputatio: idē intelligas in filio & patre, quod dicit in seruo & domino. & sum in versi. Eadem ratione prætor &c. ¶Vidistis duas actionum adiectiones in solidum: adhuc præter illas duas adiectiones prętor ponit alias duas: quarum vna vocatur exercitoria, & alia institoria. ¶Et primo ponit exēplum de[b] exercitoria: dicens quòd tūc competit exercitoria: cum dominus nauis siue nauta qui exercere dicitur, seruū suum magisterio nauis præposuit. & cum seruo illo contractum fuerit. Datur enim tunc contrahenti cōtra dominum nauis act. exercitoria in solidum, cum præposuerit eum in solidum. & quanquam litera in seruo suo loquatur, idē tamē intelligas in seruo alieno, vel in libero homine magisterio nauis præposito, si cum eo contractum fuerit eius rei gratia, ad quam præpositus fuerit: & sic trahit exercitoria nomen suū ab ipso domino nauis, qui alium præposuerit alicui negotio, qui exercitor dicitur: sed institoria econuerso trahit nomen ab eo qui certo negotio pręponitur, qui institor appellatur. & sumus in ver. Institoria &c. ¶Supra vidistis quando locum habet exercitoria actio: modò videatis quando locum habet institoria:[c] & certè habet locū, cum quis præponit seruum tabernæ aut alicui negotiationi: & cum eo contractum fuerit eius rei gratia cui præponitur. Tunc enim datur actio contra eum ex eo contractu, cum hac adiectione, institoria. Qui autem à domino præponitur, institor appellatur. In versi. Istas tamen duas actiones &c. casus est talis. Supra diximus quòd locum habet exercito. siue instito. cum seruum suum naui vel tabernæ vel alteri rei siue certæ negotiationi dominus præposuerit. Istas etiam duas actiones prætor reddit & donat & si dominus seruum alienum vel liberum hominem alicui negotiationi præposuerit: quia eadem ratio æquitatis in eo casu inuenitur. h.d. Franc.

a Actio quod iussu.

b Exercitoria actio.

c Institoria actio.

1 ¶ Si igitur iussu domini[a] cum seruo negotium gestum erit, in solidum prætor aduersus dominum actionem pollicetur: scilicet quia is qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur[b].

Qui seruum aut hominem liberum naui, tabernæ, aut cuiuis negotiationi præfecerit: in id quod eius rei nomine cui præpositus fuerit, contractum est, in solidum obligatur.

2 ¶ Eadem ratione[c] prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria[d], altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis seruum suum magistrum naui pręposuerit, & quid cum eo eius rei gratia[e] cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæstus[f] pertinet. Institoria tunc locum habet, cum quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi seruum[g] suum pręposuerit, & quid cum eo eius rei causa cui pręposit us erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur[h]. Istas tamen duas[i] actiones prætor reddit & si liberum quis hominem, aut alienum seruum naui aut tabernæ aut cuilibet negotiationi præposuerit: scilicet quia eadem æquitatis[k] ratio etiam eo casu interueniat.

a ¶*Domini*. s. volentis cum seruo contrahi, siue dirigat iussum ad seruum, siue ad cōtrahentem cum seruo, siue subscripsit, siue quocunque modo contractum ratum habuit: *vt ff. quod iussu. l. j. §. j. & §. sed & si seruus chirographo. & §. si ratum.*

b ¶*Videtur*. vt etiam ab ipso domino debitum condici possit: *vt j. eo. §. penult.*

c ¶*Eadem ratione*. quia fidem domini sequi videtur: *vt s. proxi. §. in fin.* Accursius.

d ¶*Exercitoria*. quæ perpetuò datur heredi & in heredem: *vt ff. de exerci. l. si tamen. in fin.*[d] Idem in institoria: *vt ff. de instit. l. nouissimè.* Idem etiam de in rem verso: *vt ff. quando de pecu. act. annal. est. l. quæsitum. in fin.*

d Dic hoc verum si prima actio dabatur heredi, vel cōtra heredem. quia istæ nod sunt propriè actiones, sed adiectiones. vt habetur in d. l. si tamen §. fin. secundum Ang.

e ¶*Eius rei gratia*. bene dicit, eius rei gratia. Nam si ob aliam rem, putà negotij sui: vel cū esset præpositus ad vehendū onus, ipse accepit mutuam pecuniam non ad vtilitatem nauis, nō tenetur dominus: *vt ff. de exerci. l. j. §. non autem.*

f ¶*Quæstus*. i. prouentus siue lucrum. Sed magister appellatur, cui totius nauis anchora id est gubernatio commendatur: *vt ff. de exer. l. j. §. magistrum nauis.*

g ¶*Seruum*. vel liberum: *vt in fi. huius §.*

h ¶*Vocantur*. nota quòd institoria à præposito, sed exercitoria à pręponente vocatur: *vt hic, & s. proxi. §.*

i ¶*Duas*. per hoc quòd dicit duas, excludit primam, quòd iussu. Accursius.

k ¶*Æquitatis*. Not.[a] quòd vbi eadem est æquitas, idē ius statuendum est. *sic ff. ad l. Aquil. l. illud. §. cum enim. in Glo. æstimari. & s. quib. modis ius patriæ potestatis solui. §. pars ratione.*

a Ius idē statuitur, vbi est eadem æquitas.

Si seruus in peculiari merce sciente domino negotians, ex contractu quibusdam creditoribus obnoxius fiat, tunc si quid inde etiam domino debeatur, inter eum cæterósque creditores merces peculiares secundùm ratam cuiusque portionem inuicem contribuuntur. quòd si cui creditorum minus quàm oporteat contigerit, actione quæ tributoria dicitur, aduersus dominum experitur.

3 ¶ Introduxit & aliam prætor actionem, quę tributoria vocatur. Namque si seruus in peculiari merce[l] sciente domino negotietur[m], & qui cum eo eius rei causa[n] contractum erit: ita prætor ius dicit, vt quidquid in his mercibus erit, quódque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro rata portione distribuatur. Et ideo tributoria vocatur, quia ipsi domino distributionem pretor permittit. Nam si quis ex creditoribus queratur quasi minus[o] ei tributum sit, quàm oportuerit: hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur.

[*Introduxit*.] CASVS. Præter prędictas actiones quod iussu, exercito. & institō. adinuenit adhuc prætor aliam actionem, quæ vocatur tributoria: & habet locum hæc actio, quando domino sciente & iubente in mercibus peculiaribus negotiatur seruus. Tunc enim si aliquis in illis mercibus cum seruo contrahat, statuit prætor quòd quicquid in illis mercibus cum seruo contractum est, vel inde receptum, quòd totum inter dominum & creditores tributoria agentes distribuatur. & quia domino permittitur distribuere: si contigerit quod malè distribueret dominus, propterea in hoc casu accommodauit prætor hanc actionem siue adiectionem creditori conquerenti de malà distributione. hoc dicit. Quidam tamen dicunt quòd non habet locum tributoria contra dominum, nisi in eo casu quando dominus iam malè distribuit. tu dic contra. Fran.

l ¶*In peculiari merce*. hoc cautè dicit, non in dominica: *vt ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. pen.*[b]

b Nota ex illo §. pen. differentiam quia institoria habet locū in merce dominica: tributoria in merce peculiari. & si vna egi, & succubui, quia malè intentaui possum aliam intentare: de quo dic vt ibi per Glo. Ang.

m ¶*Negotietur*. ad omnem quoque porrigitur negotiationem: *vt ff. de tribu. l. illud. & l. j. §. licet.*

n ¶*Eius rei causa*. not. quod ad hoc vt competat ista actio, oportet quòd sit contractum illarum mercium causa: aliàs non competeret vt per Ang. hic.

o ¶*Minus*. hanc actionem tributoriam dicunt quidam non dari nisi dominus primo distribuat: & dicunt quòd cogitur officio iudicis. & hoc intelligitur ex hoc §. quia dicit, minus. Sed dico quod ante & post competit: quia minus tribuit, qui nihil tribuit: *vt ff. de trib. l. illud. §. si cuius dolo ver minus. & arg. ff. de ver. sig. l. si minus. & l. verbum amplius.* secundùm Ioan.

[*Præterea introducta*.] CASVS. Iam vidistis naturam diuersarum actionum: videlicet actionis quod iussu, exercitoriæ & institoriæ & tributoriæ. adhuc præter illas sunt inductæ à prætore aliæ actiones, quarum vna vocatur de in rem verso, & alia de peculio: & sunt diuersæ à prædictis: quia supradictæ actiones nunquam habent locum contra dominum pro contracto facto cum seruo, nisi hoc factum fuerit domino volente. sed istæ duæ actiones dantur contra dominum pro contractibus factis cum seruo, domino ignorante & nolente, adeò quòd si sine domini voluntate negotium gestum sit: tamen si quid in eius negotium versum fuerit, id totum præstare tenetur dominus: & ad hoc potest agi actione ex illo cōtractu cum hac adiectione, de in rem verso. si autem non sit aliquid versum in rem eius, tūc potest dominus cōueniri quatenus est in peculio. Deinde docet quid videtur versum in rem domini: deinceps quòd illud videtur versum,

Quod ex contractu serui etiam inscio domino inito, in domini vtilitatem versum est, id solidum soluere cogitur. In rem autem versum intelligimus, si quid seruus impenderit quo meliorem rem dominus habeat, aut non deteriorem: vt exemplis aperitur. Quod si versum non fuit, eatenus tantum tenetur dominus, quatenus vires peculij sese extendunt.

4 ¶ Præterea introducta est actio de peculio, déque eo[a] quod in rem domini versum erit: vt quamuis sine voluntare domini negotium gestum erit: tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id torum præstare debeat: siue quid non sit io rem eius versum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculium patitur[b]. In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessariò in rem eius impenderit seruus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit[c]. Itaque si ex decem[d] putà aureis quos seruus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit: reliquos verò quinq; quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes[e]: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint: totos decem aureos Titium consequi posse. Licèt[f] enim vna sit actio, qua de peculio, déque eo quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet cōdemnationes. Itaque iudex apud quem de ea actione[g] agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculij æstimationem transit, quàm si aut nihil in rē domini versum intelligatur, aut non totum.

In peculio dicitur esse id quod superest deducto eo quod debetur domino, dummodo non debeatur vicario serui. h. d. Aret.

Cum autem quæritur quantum in peculio sit: antè deducitur quicquid seruus domino[h], siue qui in potestare eius sit, debet[i]: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id quod ei debet seruus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is[k] in ipsius[l] peculio sit. Quod eò pertinet[m], vt si quid vicario suo seruus[n] debeat, id ex peculio eius[o] non deducatur.

Cui competit actio institoria, vel exercitoria, vel quod iussu, competit etiam de peculio: & in actione de peculio, totius eius, quod est in peculio, ratio est habenda: in tributoria solum eius circa quod negotiatur. Quapropter quādoque expedit agi vna, quandoque alia. Aretinus.

quod in rem eius necessariò impēdit seruus, & de expensis necessariis ponit multa exempla. ¶ Sed pone quòd seruus alicuius qui sciente domino in negotiis peculiaribus negotiatur, à Titio decem aureos acceperit mutuo: & quinque aureos creditoribus suis soluerit: reliquis verò quinque alio modo consumpserit: pro illis quinque quos in rem domini conuertit, debet dominus in solidū conueniri: pro aliis verò quinque peculio tenus dominus conuenitur. Si autem omnes decem aurei in rē domini versi fuissent, decem autem consequetur per actionem de in rem verso. Licèt enim vna sit actio siue adiectio, qua de peculio, & de eo quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Iudex ergo coram quo de in rem verso agitur, debet inspicere an in rē domini versum sit, an non. Non enim aliter debet venire ad æstimationem peculij, nisi aut nihil in rē domini versum sit, aut nō totum. h. d. Fran.

a ¶ *Deque eo.* caue tibi: quia de duabus actionibus simul dicit, scilicet de peculio, & de in rem verso.

b ¶ *Patitur.* facit. *ff. de pecu. l. si quis seruum. §. etiā. & hic adiunge. §. cæterum. qui est ḹ.*

c ¶ *Mercatus erit.* facit *ff. de in rem verso. l. ij. §. proinde.*

d ¶ *Ex decem.* quia quot sunt consumpti, in tot debet teneri: *vt ḹ. proxi. §.*

e ¶ *Damnari debet.* facit. *ff. de in rem verso. l. si pro patre. §. idem.*

f ¶ *Licèt.* hoc pūctum quod est hic, ita prauè intelligunt quidam, quòd quicunque agit de peculio, videtur intentare illam formulam, & agere. s. de in rem verso: *vt hic, & ff. de in rem ver. l. filiusfamiliar. in fin. & ff. de pecu. l. j. §. est autem.* quæ opinio necessaria esse videtur. ¶ Nam cum de peculio agitur, debita peculiaria computantur, & ita quod seruus debet domino, & dominus debet seruo naturaliter: quia quod seruus impendit in rem domini, venit in actione de pecu. *vt ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. in peculio. versi. sed & id.* quod nihil aliud est, quàm de in rem verso agi. & ita qui agit de pecul. & de in rem verso agit. Sed Ioan. dicit quòd diuersæ[a] sunt actiones, & actionum formulæ: nec qui formulam vnius proponit, alterius formulam proponere videtur. ¶ Nec obstat. *d. l. de pecu. l. j. §. est autem.* quia licèt ibi videatur sub actione & edicto de peculio actionem de in rem verso proponere: tamen non demonstratur edictum quod sit de peculio tantùm, sed generale, quod dicit de omni eo quod fit cum eo qui in aliena est potestate: *vt in ea. l. j. §. verba autem.* ¶ Item non obst. *d. l. filiusfami. in fi.* quia quo[b] ad effectum proponit de in rem verso, qui proponit de peculio, non quo ad formulam. ¶ Et eodem[c] modo expone quod hic dicitur: vna est actio de peculio, & de in rem verso, id est ille qui proponit actionem de peculio, consequitur effectum actionis de in rem verso. Et quod[d] subiicit, duas habet condemnationes, scilicet actio de peculio: vnam scilicet pro suo effectu, & aliam pro effectu scilicet actionis de in rem verso. Accur. A C C V R S O. Hęc opi. glo. quòd sint diuersæ actiones, verior est: quia habent diuersa nomina, & diuersa media concludendi.

a Actio de peculio & de in rem verso sunt diuersæ.

b Agēs de peculio, effectu ipso, non formula, experitur actione de in rem verso.

c Actio de peculio & de in rem verso quo modo vnica sit actio.

d Actio de peculio quo sensu duas condemnationes habere dicatur.

g ¶ *Actio.* scilicet de peculio.

[*Cum autem.*] C A S V S. In fine proxi. §. habuisti quòd tunc demum transeundum est ad æstimationem peculij, quando nihil est in rem domini versum, vel nō totum. Sed Domine pro Deo dicatis mihi, qualiter in isto casu debunt æstimari peculium? Frater, respond. cum quæritur quantum peculium sit: solum quod superest deducto eo quod domino debetur, & etiam eo quod illis debetur quod in sua potestate sunt, vel tutela: aliud qđ superest, dicitur esse in peculio & sum in versic. Aliquando tamen. Iam intellexistis quòd peculium intelligitur illud quod remanet deducto eo quod domino debet, & etiam illis qui in eius potestate sunt. quādoque tamen contingit quòd dominus non primo deducit quod seruus suis debetur, putà si habeam seruū ordinarium, & ipse habeat seruum vicarium: & ordinarius meus debeat mihi centum, & vicario suo. l. ego postea conuenius actio. de peculio pro contractu serui ordinarij, prædeducam illa cētum quæ mihi debebat: poterōne deducere illa. l. quæ seruo suo vicario debebat? dicitur quòd non. Et ratio huius est hæc: quia leges imponuntur rebus, & non verbis. Si enim dominus deduceret debitum vicarij de peculiō ordinarij, & illud poneretur in peculio vicarij, hoc nihil aliud esset, quàm vna manu auferre de peculio ordinarij, & alia manu ponere idem in peculio ordinarij: cum peculium vicarij sit peculium ordinarij. h. d. Franc.

h ¶ *Domino.* scil. debet. Cū enim inspecto iure naturali seruus liber sit, apparet quòd naturaliter potest obligari etiam domino suo: *vt ff. de condict. inde. l. si id quod. & ff. de pecu. l. nec seruus. & supra de fideius. §. j.* Accursius.

i ¶ *Debet.* q. d. & id deducitur. quod debet dare seruus his qui sunt in potestate: vt conseruis suis, & filiis domini, & pupillis domini: *vt ff. de pecu. l. peculium autem. in princ.*

k ¶ *Si is.* scilicet cui debetur. putà habeo seruum castaldum,[a] qui ordinarius dicitur. qui habet sub se aliū, qui vicarius dicitur. ¶ Si ordinarius aliqoid debet vicario, & cōuenior de peculio ordinarij, nō deducā quod vicario debetur. & est ratio in promptu: quia si deduco pro vicario, adhoc remanet peculium ordinarij. & ita frustra fieret deductio, cum semper maneret ordinarij peculium.

a Castaldus [illegible]

l ¶ *Ipsius.* s. ordinarij.

m ¶ *Quod eò pertinet.* id est, quod modo sub nube dixi; obtinet in hoc casu.

n ¶ *Seruus.* s. ordinarius.

o ¶ *Eius.* s. ordinarij.

[*Cæterum dubium.*] C A S V S. Dixi Iustinia. Domine ī. fecistis mentionem de adiectionibus: & duas vltimo posuistis, scilicet de peculio, & de io rem verso, sed domine, posuistis eas vltimo propterea, quia non dantur in casibus in quibus aliæ quatuor dantur? Frater, respond. dominus Iustinian. non: immo nulli dubium est quin ille qui iussu domini contraxit, possit etiam de peculio vel de in rem verso agere: sed stultissimus esset, si omissa act. quod iussu, per quam facilè solidum consequi possis, transeat ad difficultatem probandi in rem domini versum, vel probādi quòd tantum sit in peculio, quòd solidum per actiones illas consequatur.

& sumus

& sumus in versi. is quoque. Scire debetis, quòd ille etiã cui cõpetit tributoria, potest agere de peculio, & de in rẽ verso: & quãdoque expedit plus agere tributoria quia in tributoria nõ habet dominus priuilegiũ deductionis, seu prædeductionis: sed cũ alijs creditorib. vocatur in tributũ. Aliquãdo (dicit) plus expedit agere de peculio: putà si nõ fuerit contractũ in toto pec. Sed in quadã merce peculiari, quæ est in tertia vel in quarta parte peculij: maior autem pars peculij nõ est in merce, sed in prædijs & mãcipijs & fœnebri pecunia. & tunc si agat tributoria, habebitur nõ solũ eius merces in qua negotiat. sed & id qđ inde receptũ est. Si autẽ de peculio agat. habebit ratio peculij totius. & propterea debet quis cautè prouidere & eligere illam actionẽ quę magis sibi proficere possit. Sed quicũque potest probare in rẽ domini versũ: de in rẽ verso agere potest, vel debet. hoc dicit. Fran. de Aret.

5 ¶ Cæterum[a] dubium nõ est, quin is quoque qui iussu domini cõtraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio cõpetit: de peculio, déque eo quòd in rẽ domini versũ est, agere possit. Sed erit stultissimus[b], si omissa actione qua facilimè solidum[c] ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere seruũ peculiũ, & tãtùm habere, vt solidũ sibi solui possit.

Hac inter actionem de peculio & tributoriam inest differentia, quod in priori, quod domino debetur, ante omnia deducitur: in posteriori verò, dominus tanquam extraneus cum cæteris creditoribus in tributum vocatur: item in illa totius peculij ratio habetur, in hac eius tantum, in quo negotiatus est seruus: quo fit vt quandoque vna, quandoque altera experiri expediat.

Is quoque[d] cui tributoria actio competit: æquè de peculio, & de in rem verso agere potest. Sed sanè huic modò[e] tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rẽ verso. Tributoria ideò expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debetur, non deducitur: sed eiusdem iuris est dominus cuius & cęteri creditores: At in actione de peculio antè deducitur[f] quod domino debetur: & in id quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione[g] totius peculij ratio habetur: at in tributoria eius tãtum, quo negotiatur[h]. Et potest quisque tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorẽ autẽ partem in prędijs, vel mancipijs, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem vel illam eligere[i] debet. Certè qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

Dicta de dominis & seruis, intelliguntur in parentibus & liberis.

6 ¶ Quæ diximus[k] de seruo & domino, eadem[l] intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre auóve, cuius in potestate sunt.

Qui filiofamiliâs in patria potestate constituto mutuam dederit pecuniam, is neque in patrem, neque in filium etiam postquàm sui iuris effectus est, vllam habet actionem, Senatusconsulto Macedoniano ita constituente.

7 ¶ Illud propriè seruatur in eorum persona, quòd senatusconsultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduersus ipsum † filium filiamúe, nepotẽ neptemúe (siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, vel emancipatione suę potestatis esse cœperint) quã aduersus patrem[m] auúmve, siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quæ ideo senatus[n] prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur.

Actione quod iussu, vel de in rem verso, vel institoria, vel exercitoria potest agi directò contra patrem vel dominum ex contractu filij vel serui. Aretinus.

8 ¶ Illud in sũma admonẽdi sum[o], id quod iussu patris dominíve contractum fuerit, quódq; in rẽ eius versum erit: directò[o]

a ¶ *Cæterum.* diximus s. in illo §. præterea q is agit de peculio, qui contrahit cum seruo, inuito vel ignorante domino. vnde videtur quòd qui contraxit eo volente, puta iussu suo non possit agere de peculio. sed tamen aliud est: ideo dic, cæterùm pro sed.

b ¶ *Sed erit stultissimus.* Not. quẽ[a] esse stultum, si eligat malã, cũ possit eligere bonum: *vt in Auth. quib. mo. nat. eff. sui. §. 1. col. vj.* ¶ Vnde vers[a], Qui videt vtilius, & sumit deteriora Absit ei radius luminis absque mora. Accur.

c ¶ *Solidum.* ¶ Nota quod habens[b] duas actiones, vnam ex qua solidum consequi possit, & aliã cum deminutione, debet intentare illam ex qua solidam cõsequatur. Ang.

d ¶ *Is quoque.* facit *ff. de tribut. l. aliquando.*

e ¶ *Modo.* i. aliquando.

f ¶ *Ante deducitur.* No. quòd in actione de peculio dominus est priuilegiatus: quia primò sui debiti ratio habetur *de quo s. eo. §. præterea.* Ange.

g ¶ *In hac actione.* s. de peculio.

h ¶ *Negotiatur.* & quod inde receptum est: *vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. mercis versi. per hanc. & s. eo. §. introduxit.* Accur.

i ¶ *Eligere.* & postquàm[c] elegerit, non variabit: *vt ff. de trib. l. quod in heredem. §. eligere.* nisi fuerit deceptus quando primam elegit: *vt ff. quod cum eo qui in alie. pote. l. sed si ex parte. §. si.*

[*Quæ diximus.*] CASVS. Quę diximus de illo qui cõtraxit cũ seruo intelligatis & in eo qui cũ filio vel filia, nepote vel nepte cõtraxit. Et licèt idẽ fit de seruo quo ad dominũ, quod in filio quo ad patrẽ, & ecõuerso, aliquid tamẽ speciale est in filio, quod non habet locũ in seruo. s. sena. cõ. Maced. qđ phibet fil. ofam. mutuari: qđ nõ loquit de seruis. Quare autẽ senatusc. Maced. introductũ fuerit: melius habetis in litera, quàm in alia parte iuris. h. d. Fran.

k *Quæ diximus.* à princi. titu. vsque huc.

Institut.

a Electio rei melioris esse debet.

b Actione qua solidũ potiùs experiri debemus, quàm ea qua partẽ tantùm nobis tribuit.

c Electa actione qui elegit, variare non potest.

l ¶ *Eadem.* quãtum ad actiones supradictas: sed in[a] quibusdã nõ cõueniunt: vt in mutua pecunia, quod dic *vt j. prox. §.* Item filius potest subire iudicium & arbitrium, & patrem[b] obligat quasi ex contractu de peculio: sed seruus non: *vt ff. de pecu. l. iij. §. si seruus. & §. idem scribit. & C. de iud. l. seruus.* Item filius fideiubere potest, & patrem de peculio obligare: *vt ff. de pec. l. iij. §. si filium.* ¶ Sed seruus non *ff. de fideiuss. l. seruus. & l. seq.* & propter hoc dixit, ferè. s. eo. § j.

m ¶ *Aduersus patrem.* etiam de peculio non tenetur pater. *vt hic dicitur. & C. ad se. cons. Mac. l. si filius.* & cautè colligitur. *C. ne filius pro patre. vel pater pro filio. l. j.*

n ¶ *Senatus.* i. senatuscõsultum Macedonianum: *vt ff. ad Maced. leg. j.* quod cessat in multis casibus. s. xj. Primò si fuerit miles filiusfami. *vt C. ad senatusconsul. Macedon. l. fin.* Item si dixerit se patremfami. *vt Cod. ad senatusc. Maced. l. j.* Item si publicè paterfamil. videbatur: *vt ff. ad senatusconsul. Maced. l. si quis patremfamil.* Item si fuerit in scholis: *vt ff. ad senatusconsul. Macedon. l. sed Iulianus. §. quod dicitur. & C. eodem. l. Macedonianũ.* Item si alij creditori soluit: *vt ff. ad senatusconsul. Maced. l. sed Iulianus. §. pen.* Item si factus paterfamil. debitum primò contractum quocunque modo agnouit: *vt C. eodem l. Zenodorus.* Item si vertit in rem patris: *vt ff. eodem. l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit.* Item & si nõ accepit vt verteret in rem patris, postea tamen vertit: *vt ff. eodem. l. sed Iulianus. §. proinde. versicul. sed & si ab initio* Item cessat quando pater consensit, vel præsens non contradixit: *vt ff. eod. l. sed Iulianus. §. quanquam & l. si tamen sciente. & C. eod. l. si permittente.* Item si postea pater ratum habeat[c]. *vt C. eo. leg. fin. in prin.* Item si paterfamil. factus soluere cœpit: *vt ff. eod. l. sed Iulianus. §. fin. & l. seq.* Aliàs autem locum habet, vt non teneatur pater vel filius, siue pecunia fuerit mutuo data, siue aliud in fraudem senatusconsulti: *vt ff. e. l. si filiusfa. §. si autem & l. sed Iulianum. §. mutui dationem.*

[*Illud in summa.*] CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, satis dixisti de natura istarũ actionũ. Frater, dicit ipse, verũ est. Adhuc in summa debes scire, quòd si aliquis cõtraxit cũ filio vel cũ seruo iussu patris vel domini, vel in rẽ patris vel domini aliquid versum fuerit: poterit agere cũ patre vel domino, ac si cũ eo contraxisset. & ab eo condicere directa actione, vel instito. vel quod iussu, vel alia. Ipse enim qui potest agere exercito. vel insti. poterit agere directa cõtra dominũ vel patrem: quia iussu ipsorum contraxisse videtur. Semper enim qui instituit vel præponit: quasi iubere & velle videtur quòd cum eo ageretur. hoc dicit. Franc.

o ¶ *Directò.* i. certi cõditione directa, non adhibita hac adiectione, de peculio, vel de in rẽ verso. Sed nunquid supradicta sex no-

AAA

a Filius & seruus ob id omnibus non conueniunt. [illegible]

b Quemadmodum autẽ fiat executio filio condemnato [illegible]

† Regulariter tamen filiusfamil. obligari potest, [illegible]

c Dicitur si ratum habuisse [illegible]

mina,scili.quod iussu,exercitoria,institoria,tributoria, de peculio,& de in rem verso,sunt nomina actionum? Respon.1.quidam quòd sic: & faciunt pro eis infinitæ leges, quæ dicunt de act. de pec.& sic de singulis: vt patet etiã in rubrica cuiuslibet tit. ¶ Sed lo. contra. Dicit enim quòd[a] sunt actionum adiectiones, non actiones, & facit *pro eo. ff. de nego.gest.l. mandati. & ff. de pecul. l. iij. §. cui congruit.* ADDITIO. ¶ Not. quòd istæ actiones sunt adiectiuæ, nõ autem proprium nomen actionis. Et idem not. *in glos. in l. si tamen plures.§ fin.ff. de exercito. & in l. iij. §. si filius. ff. de pecu.* Ang.

a Quod iussu, exercitoria, &c. non sunt actiones, sed actionum adiectiones.

a ¶ *Condici.* s.certi condictione,non adhibita hac adiectione, institoria. Item & de in rẽ verso: *vt ff. de in rem verso.l.j in prin.*

b ¶ *Intelligitur.* facit *ff. de eden.l. prætor.§ sed & si seruus.& ff. si cer.pet.l.si institorem.*

quoque posse à patre dominóve condici, tanquam si principaliter cum ipso negocium gestum esset. Ei quoque qui exercitoria vel institoria actione tenetur, directò posse condici[a] placet: quia huius quoque iussu cõtractum intelligitur[b].

DE NOXALIBVS actionibus.

TITVLVS VIII.

Quotiens alienus seruus noxam seu damnum cuipiam intulerit, actio noxalis aduersus dominum instituitur: qua si condemnatus fuerit, et licet aut damnum soluere, aut ipsius serui datione, damni vitare æstimationem. is tamen cui noxæ deditus est, quamuis dominus serui sit effectus, cum tamen postea damnum resarcientem manumittere cogitur.

DE NOXALIBVS actionibus.

b Cõtinuatio.

Non[b] solùm ex cõtractibus eorũ qui in nostra potestate sunt, conuenimur, sed etiam ex delictis. & quia pro eis noxaliter agitur, ideo de noxalibus ponitur. Accurs. ADDITIO. *Ad istam continuationem facit.l. j.ff. eod.*

EX maleficiis c seruorũ, veluti si furtum fecerint[d], aut bona rapuerint,aut damnum dederint, aut iniuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato[e] permittitur aut litis æstimationem[f] sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere.

1 ¶ Noxa autẽ est ipsum corpus quod nocuit, id est seruus: noxia[g] ipsum maleficium: veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. 2 ¶ Summa autem ratione permissum est noxę deditione fungi. Namque erat iniquũ[h], nequitiam eorum vltra ipsorũ corpora dominis dãnosam esse.

Pro delicto serui dominus liberatur dando seruum pro noxa: & in damnum passum transfertur dominium quod auocari potest, si dominus emendet damnum, & velit eum manumittere. Aretinus.

3 ¶ Dominus noxali iudicio serui sui nomine[i] cõuentus, seruum actori noxę dedendo liberatur[k]: nec minus[l] in perpetuum eius serui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est, seruus resarcierit quæsita pecunia: auxilio[m] prætoris inuito domino manumittetur.

Noxalium actionũ quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Aretin.

4 ¶ Sũt autẽ cõstitutę noxales actiones, aut legib[9], aut edicto prætoris. Legibus, veluti furti[n] ex lege duodecim tabularũ, damni[o] iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto prætoris: veluti iniuriarum,& vi bonorum raptorum.

Omnis ad quem seruus delinquens transit, noxaliter conuenitur. Et noxaliter etiam quis punitur pro delicto liberi hominis facti postea serui, Aret.

5 ¶ Omnis autẽ noxalis actio caput sequitur. Nã si seruus tuus noxiã commiserit[p]: quamdiu in tua potestate sit[q], tecum est actio. si autẽ in alterius potestatẽ peruenerit, cũ illo incipit actio esse. at si manumissus † fuerit,

[*Dominus noxali.*] CASVS. Quod iam dictum est de noxalibus actionibus, sufficeret pro toto titulo. In §. tamẽ isto dicitur quòd si dominus cõuenitur pro maleficio serui, dando seruum liberatur: & in isto casu licèt dominus pro delicto serui, & nõ pro facto suo seruum tradat ipsi actori, tamen dominium trãsfert in ipsum actorẽ, sicut transferret dominium serui in tradendo seruum pro proprio facto: putà si vendidisset eũ. ¶ Veruntamen scire debetis, quòd si seruus datus pro noxa quæsita pecunia ab amicis suis, dãnum velit resarcire, auxilio prætoris manumittetur. Quod est mirabile: sed hoc est in fauorem libertatis. h. d. Franciscus de Aretio.

i ¶ *Serui sui nomine*[a]. not. quòd dominus tenetur nomine serui, & ita debet fundari libellus secundùm Angelum. Aretinum.

a Hoc Glo. est Aret.

k ¶ *Liberatur.* Sed cùm seruus non sit in obligatione, sed damni æstimatione: *vt ff. de re iudi.l. miles. §. decem.* quomodo dando seruum liberatur, cùm aliud pro alio inuito creditore solui non possit: *vt ff. si certum petatur. l. secunda §. j.* Respond.[b] Speciale est: quia iniquum est serui nequitiam vltra ipsius corpus extendi: *vt s. eod. §. summa.*

b Vel dic vt dicit Bart. ad. l. miles. §. j. de re iud. quòd i... seruus e... in solutione: vnde ... soluendo liberatur ... l. si quis fugitiuus seruus. ff. de solu. Ang.

l ¶ *Nec minus.* quasi dicat, licèt detur pro alio, scilicet pro delicto vel æstimatione delicti: tamen dominium transfertur.

m ¶ *Auxilio.* sed nonne iniquum est auferri quod perpetuò sibi quæsitum est, vt modò dixerat: & probatur *ff. rerum amotarum. l. non enim?* Sed certè est speciale fauore libertatis. *sic & alibi. C. de patribus qui fil. distr. l. ij. & ff. si liber ingenuus esse dicatur. l. ij. sic & ff. de heredib. instit. l. si pignori.* Accur. ADDITIO. Et dicit hic Angelus, quòd redimens aliquem ab hostibus (qui hodie intelliguntur infideles) potest eum retinere loco pignoris, vt seruiat per quinquennium: nisi se redemerit. *l. senatus. §. si. ff. de lega. j. & l. j. C. de capti.*

† Et idem si seruus morietur, quoniam tunc extinguitur crimen, & dominus liberatur, etiam si dolo possidere desiit antequàm conueniretur vel antequam fit in mora iudicij accipiendi. l. electio. ff. si quem f... secundum la. de Pla.

[*Sunt autem.*] CASVS. Ego dixi Imperatori: Domine, vellem scire an actiones illæ noxales procedant a iure ciuili, an à prætorio? Et dicit quod ab vtroque iure procedunt. Est enim vna actio noxalis quæ procedit à lege duodecim tabularum. s. actio furti non manifesti. Est & alia noxa, quæ descendit à lege Aquilia, sc. damni iniuriæ. & aliæ sunt actiones noxales, quæ descendunt à iure prętorio: veluti vi bonorum raptorum, & iniuriarum, Franc.

n ¶ *Furti.* s. non manifesti. Nam[c] actio furti manifesti est prætoria: *vt j. de perpe. & temp. act. §. j.*

c Furti nõ manifesti actio est ciuilis. Furti verò manifesti, prætoria.

o ¶ *Damni.* s. actio.

[*Omnis autem.*] CASVS. Scire debetis, quòd omnis actio noxalis caput sequitur. Vnde si seruus tuus damnum dederit, & postea incipiat alius eum possidere: agitur noxaliter contra nouum dominum ipsum seruum possidentem: vel si manumissus fuerit, tũc poterit directò conueniri de delicto suo. & similiter cõtingit econuerso plerunque, quòd ille qui tenebatur directò primò ex delicto suo, postea incipiat teneri noxaliter. & de hoc exemplificat dominus Iustinianus satis in litera. hoc dicit.

p ¶ *Commiserit.* s. extraneo.

q ¶ *In tua potestate sit.* vel dolo fecisti quo minus sit. nam tunc veilis noxalis locum habet: *vt ff. eo. l. si bona fide. & l. electio. §. fi. m.*

a Diuisio.

[*Ex maleficiis.*] Totus iste titulus diuiditur[a] principaliter in duas partes. Primò ponit qualiter deditio pro noxa habet locũ in seruo delinquente. Secundò, an habeat locum in filiofamilias. Secunda ibi, sed veteres. CASVS. Quæsiui à legislatore in quibus habent locum noxales actiones. Et ipse resp. dicens, quòd introductæ sunt ex maleficiis seruorum. Et ponit exemplum in litera de diuersis maleficiis, pro quibus dantur act. noxales. In quib. noxa. act. si cõdẽnatus fuerit dominus noxaliter conuẽtus: liberũ est ei soluere æstimationẽ dãni, vel dare seruũ pro noxa. Sed domine, quid est noxa? dicis ipse. Noxa[d] est ipsũ corpus quod delinquit siue nocet: Noxia est ipsum maleficiũ, propriè loquẽdo: pro miscoe tamẽ vtimur his verbis, s. noxia & noxa. & sum. in vers. Sũma autẽ. in quo pone sic casum. Quæsiui à legislatore quare fuit cõstitutũ quòd dominus qui cõuenitur actio. noxali, possit liberari dãdo seruũ pro noxa? Pater, dicit ipse. hoc summa ratione fuit introductum. Iniquum enim esset, si seruus per nequitiã suã domino suo vltra æstimationem corporis sui posset damnum dare. h. d. Franc.

d Noxa & noxia differunt.

c ¶ *Ex maleficiis.* idem est ex quasi maleficiis. *vt ff. nau. cau. sta. l. si §. seruorum* & de hoc plenè diximus *s. de act. §. actiones autem.*

d ¶ *Furtum fecerint.* sup. extraneo. & idem in sequẽtibus articulis. Nam cum domino talia committendo, agi non potest: *vt s. de ob. ligat. ex delict. §. hi qui. & ff. de noxalib. l. cùm seruum.*

e ¶ *Domino damnato.* nesciẽti cùm delinqueret seruus: vel sciẽti, tamen prohibere non valenti: alioquin in solidum tenetur: *vt ff. de noxa. act. l. ij. in delictis. & C. eo. l. ij.*

f ¶ *Æstimationem.* putà de rem, ad quæ semper est obligatus: sed liberatur dando animal. s. quousque actione iudicati conueniatur: *vt ff. de re iudic. l. miles. §. decem. & ff. de petit. here. l. item veniunt. §. cùm prædiximus.* Accur.

g ¶ *Noxia.* vnde versus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur: sed quandoque vno pro alio vtimur.

h ¶ *Iniquũ.* sed quãdoque iniquius esset officiũ alicuius esse sibi dãnosum, secundùm Ioannẽ: *vt ff. de fur. l. si seruus cõmunis. §. quod verò.*

Directò.

Seruus manumissus an & quando teneatur de gestis in seruitute.

[*Eas verò exceptiones.*] CASVS. Iste §. tota die in iudicio frequentatur ad probandum quòd infamis[b] potest esse procurator, quāuis non possit esse aduocatus. & rationem diuersitatis reddunt quidam: quia procuratio est tantùm onus, aduocatio autem est onus cum honore. his prætaxatis venio ad casum in hunc modum: Olim ita erat quòd si tu eras procurator Petri contra me: te potui repellere propter infamiam tuam, vel propter infamiam Petri: sed hodie non vult Iustinia. quòd istæ exceptiones infamiæ in iudiciis frequententur: ne dum super eis altercatum fuerit, ipsius principalis negotij disceptatio protelėtur. Franc.

TITVLVS XIIII.

Quemadmodum exceptio actionem excludit, ita exceptionem replicatio, & replicationem duplicatio, rursus triplicatio duplicationem, & deinceps vlteriores defensiones multiplicatis nominibus, vbi opus fuerit proponi possunt.

INterdum euenit, vt exceptio quæ prima facie iusta videtur, iniquè noceat[k]. quod cùm accidit, alia allegatione opus est adiuuandi actoris gratia: quæ replicatio vocatur, quia per eā replicatur atque resoluitur ius exceptionis: veluti cùm pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde postea in contrariū pacti sunt, id est vt creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demū cōdemnetur, si non conuenerit ne eam pecuniam petitor petat: nocet ei exceptio, Conuenit[l] enim ita. namque nihilo minus hoc verum manet: licèt postea in contrariū pacti sint. Sed quia iniquum est creditorem excludi[m], replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento.

1 ¶ Rursus interdum euenit vt replicatio quæ prima facie iusta est, iniquè noceat[n]. quod cùm accidit, alia allegatione opus est adiuuandi rei gratia: quę duplicatio vocatur. 2 ¶ Et si rursus ea[o] prima facie iusta videatur, sed propter aliquā causam actori iniquè noceat, rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur: quæ dicitur triplicatio. 3 ¶ Quarum omnium exceptionū vsum interdum vlterius quā diximus, varietas negotiorum introducit: quas omnes apertiùs ex Digestorū[p] latiore volumine cognoscere licet.

i ¶ *Cōquiescere.* Sed cōtra *ff. de postu. l. j. §. secūdo loco. & in §. hoc edicto.* Solu. ibi de maxima infamia: hic de parua. Vel illud de aduocato, q.[a] emolomētū rātum habet: hic in ꝓcuratore q. tantū habet onus.

a Aduocatus, lucrum procurator, onus habet.

DE REPLICAtionibus.

Quia[b] exceptio per replicationē elidatur, ideo per consequens de replicatione dicit. vt J. eodem in prin. & ff. de excep. l. ij. §. replicatio.

b Cōsequentia.

[*Nterdum.*] Totus iste tit. diuiditur[c] in duas partes principaliter. Primò ponitur de replicatione quę prodest actori, & quę nō. Secūdò q̄ exceptiones cōpetētes reo principali, prosunt fideiussori, & q̄ non prosunt. Secūda ibi, Exceptiones autē.

c Diuisio.

CASVS. In superioribus dictum est quia illud quod videtur iustū prima facie ex parte actoris, videtur iniquū inspecta persona rei petentis se defendere per exceptionem legitimā & ad similitudinem illius scite debes naturam replicationis. Sæpius enim contingit q̄ reus prima facie habeat exceptionem: sed forsan actor habet replicationē cōtra suam exceptionem quia iniquū esset quòd sua exceptio posset nocere actori, cùm exceptionē rei p suā replicationē possit elidere. Et de hoc ponit hic exēplum faciēdo mentionē eius quod dicitur in §. pactus ne peteret. & sum in versicu. rursus interdū &c. Supra habuistis quòd replicatio datur propriè actori contra exceptionem rei. Sed quandoque contingit quòd replicatio actoris aliquando primā facie videtur iusta: sed inspecta rei persona, qui se per duplicationē cōpetentem potest defendere, videtur iniusta. Iniquū enim esset quòd actoris replicatio ei noceret: & ꝓpterea datur ipsi reo cōtra replicationē actoris duplicatio: & sic vlterius potest varietas negotiorum ista nomina multiplicare. Contra enim duplicationem rei datur actori replicatio: & contra triplicationem actoris datur reo contra actorem quadruplicatio. Tunc enim plerúque infringit suum propositum præcedens. & si naturam istarum omnium actionum plenè velitis videre, hoc ex latioribus Digestorum voluminibus facere poteritis. *ff. de except. l. ij.* Franc.

k ¶ *Noceat.* i.[d] non prosit. Vel dic propriè. f. actori. Accur.

d Nocet improprie quod non prodest.

l ¶ *Conuenit.* i. ita fuit conuentum.

m ¶ *Excludi.* i. per exceptionem. Accur.

n ¶ *Noceat.* i. non prosit. Accur.

o ¶ *Ea.* f. duplicatio. Accur.

p ¶ *Digestorum.* vt *ff. de excep. l. ij.*

Exceptio-

[*Exceptiones.*] CASVS. Iste. §. deberet poni in fi. præcedentis tit. hic tamē satis cōuenienter ponitur: quia omnes replicationes exceptiones dicūtur. Dicit.n. Iustinian' in isto. §. q omnia exceptio q̄ cōpetit alicui reo, debet cōpetere & ei' fideiussori. Parū enim vel nihil ipsi reo pdesset, nisi suo fideiussori cōpeteret, q recursū haberet cōtra eū. & sū in vers. Sanè exceptiones &c. Dicit vobis. §. q exceptio quæ competit reo, competit & e i' fideiussori. Hoc autem fallit in vno casu.s. quādo debitor cesserit bonis. Hæc enim exceptio fideiussoribus nō prodest. Illi enim qui alios pro reo obligāt, hoc maximè pspiciūt, q si reus principalis fuerit facultatibus suis lapsus: possint à fideiussorib. totū suū debitū consequi. h.d. Franc.

tiore volumine facile est cognoscere.

In rem defensiones debitori competentes (vt pacti de non petendo) fideiussoribus etiam competunt: quia si quid fideiussores pro reo soluerunt, id actione mandati ab eo repetunt. exceptiones verò in personam (vt cessionis bonorum & id genus aliæ) ad fideiussores non porriguntur.

4 ¶ Exceptiones[a] autē quib. debitor defenditur, plerunque accommodari solent etiam fideiussoribus[b] eius, & rectè: quia quod ab his[c] petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mādati iudicio redditurus est eis, quod hi pro eo soluerint. Qua ratione[d] & si de non petenda pecunia pactus quis[e] cū reo fuerit: placuit perinde succurrendum esse per exceptionē pacti conuenti illis quoque[f] qui pro eo obligati sūt, ac si etiā cū ipsis pact' esset ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè q̄dā exceptiones nō solēt his accommodari. Ecce enim si debitor bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem[g], si non bonis cesserit. Sed hæc exceptio fideiussoribus nō datur: ideo scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè[h] prospicit, vt cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab his quos pro eo obligauit, suum consequi.

a ¶ *Exceptiones.* vide q hic §. deberet esse in fine superioris titu li. Sed certè cum & replicatio sit exceptio, bene ponitur hic, generaliter tam ad exceptiones quàm ad replicationes ptinens. Acc.

a Fideiussor est nomē generale & d... à fide.

b ¶ *Fideiussoribus.* Appellatione fideiussoris o.nnē accessorē accipe: siue sit mādator, siue fideiussor, siue alius: ex eo dictus fideiussor, quòd pro alio fide suā adstrinxerit. ¶ Et nota quod dicit plerunque: quia[b] exceptio rei cōpetēs gratia suæ personæ (vt quia sit minor, fideiussori nō cōpetit: *vt ff. de mino. l. in causæ. §. in princ. & ff. de exceptio. l. exceptiones. q. in fi.* 2 Item si est damnatus in omnibus bonis suis ratione sui delicti: *vt C. de fideiussorib. l. 3.* 3 Vel si cessit bonis: vnde personaliter ei subuenitur, ne in plus conueniatur quàm in quantum facere potest: *vt §. de actio. §. fi. & j. eod. in fin.* 4 Item vbicunque quis in quantum facere potest, condemnatur. nam fideiussori non datur exceptio[c]: *vt ff. pro soc. l. verum. §. j. & ff. solu. matrimo. l. alia.*) Vbi autem exceptiones cohærent[d] rei & non personæ, vt pacti conuenti, & rei iudicatæ, fideiussoribus competunt: vt hic, etiam inuito reo: *vt C. de excep. l. defensiones. & ff. de excep. omnes.* ADDITIO. Dic vt in *l. pen. & in l. sam mandatori C. de non numera. pecu.* Angelus.

b Fideiussori non competit exceptio reo cōpetens sa... voce eius personam.

c Vt ff. de re iudica. l. & ff. de ... in pri. ... nisi fideiussor vt defensor ... tunc enim vt defensori nō vt fideiussori datur.

d Exceptiones rei cōpetentes gratia personæ, fideiussoribus cōpetunt, sed si rei cohærent.

Etiam fideiussoribus.] Eis verò quæsita semel exceptio inuitis non eaufertur. *l. vlt. ff. de pact. cui non aduersatur lex si vnus. §. pactum ne. tut.* Nam in eo. §. hæc verba, Eadem ratione, sic accipienda sunt, si ipsis scientib. posterius pactū interpositū est, vt qua ratione reus amittit exceptionem, eadem etiam amittant fideiussores. Cuiac.

c ¶ *Ab his.* s. fideiussoribus.

d ¶ *Qua ratione.* exemplificat. Accur.

e ¶ *Quis.* s. creditor. Accursius.

f ¶ *Illis quoque.* s. fideiussoribus & similibus.

g ¶ *Per exceptionem.* propter hunc casum dixit. §. *plerunque.* & propter alios, vt diximus.

h ¶ *Maximè* facit. §. *de fideiussoribus in princ.*

DE INTERDICTIS.

a Continuatio.

Quia[a] interdicta vicem sustinent seu obtinent actionum, ideo post actiones de interdictis proponitur: vt infra eodem in princ. Accur.

ADDITIO. Sed ista rubrica congruētius posita fuisset ante titulū de except. vt fecit Iurisc on. in Digestis: quia ante titu. de except. posuit istum tit. sed in hoc non est vis.

b Diuisio.

S*Equitur.*] Totus iste Titu. diuiditur in quatuor[b] partes. Primò ponit quid olim erāt interdicta. Secundò ponit vnā diuisionē interdictorū. Tertiò ponit aliā diuisionē. Quartò ponit vnā aliā diuisionē interdictorū. Secūda ibi, Summa autē. Tertia ibi, Sequēs. Quarta ibi, Tertia diuisio. CASVS. Dixi Iustinia. Domine, bene video q vultis tractare de interdictis: quæro, q̄ sunt interdicta? Frater, dicit ipse: olim interdicta erāt q̄dā solēnis cōceptio verborū, p quā volebat ptor aliquid fieri vel prohibebat: & maximè hoc faciebat quando disceptabatur de possessione vel quasi. h. d. Fran.

i ¶ *Actionibus.* i. in factum *vt j. eo § fina.*

k ¶ *Conceptiones verborum.* i. dicere: verba cōcepta & formata à prætore, pponēte interdicta. ¶ Sed secūdū[b] hoc q̄ erat differentia olim inter interdicta & actiones: cū & actio erat formula: *vt ff. de origine iuris. l. ij. §. deinde ex his.* Resp. quidā, vt pceptor me' Azo, q interdicta formabant in psona volētiū ea impetrare tantū loquendo eis: vnde interdicta inter duos dicūt reddi à prætore loquēte duob. *vt j. e. §. exhibitoria.* & hoc etiā colligit. *ff. sub multis titulis in tractatu de interdictis.* Sic enim dicit, vnde vi illū deiecisti &c. *vt ff. de vi & vi arma. l. j. in prin.* Itē vti ædes de quib. &c. *vt ff. vti poss. l. j. in prin.* & sic de aliis. Sed actiones generaliter & in persona omnium formabantur: vt quicunque emerit, ex empto agat: & sic de cæteris: quod colligitur: *ff. de origine iur. l. ij. §. omnium. & §. de his.* a Vel dic breuiter differentiam talem fuisse, quia interdicta à prætorib. sed actiones à cæteris magistratibus formabant: vt patet ex eo q omnia interdicta sunt prætoria: *vt ff. de interdict. per totum librum.* Sed hodie[c] nihil aliud est interdictum quàm actio prætoria in factum *vt j. eo. §. fin.* ADDITIO. Dic secundùm Ioannem Fab. imò est aliud, & pōt agi vel interdicto, vel actione in factum ad electionem actoris: *vt ff. ne vis fiat ei. l. si quis missus. §. cum prætor. ff. vti possid. l. j. §. restituenda & not. ff. de vi & vi arma. l. j. §. fi. licet gloss. not.* idē quod hic in rub. *ff. eo.* Sed Dy. reprehendit glo. & hoc est verum. Ang.

a Conceptiones verborū in Interdictis quid.

b Interdicta & actiones olim differebant.

c Interdictum hodie nihil aliud est quàm actio prætoria in factum.

qui alios pro debitore obligat, hoc maximè[h] prospicit, vt cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab his quos pro eo obligauit, suum consequi.

DE INTERDICTIS. TITVLVS XV.

Interdicta olim nil aliud erāt, nisi certæ conceptiones verborum latæ à prætore interdictum interponente, cùm inter duos de possessione agebatur. Aretinus.

SEquitur vt despiciamus de interdictis seu actionibus[i] quæ pro his exercētur. Erant autē interdicta, formæ atq; conceptiones verborū[k] quib. prætor aut iubebat[l] aliquid fieri, aut fieri prohibebat[m]. Quod tunc maximè[n] fiebat, cùm de possessione[o] aut quasi possessione[p] inter aliquos contendebatur.

Prima interdictorū diuisio hæc est, quòd quædā prohibitoria sunt, vt interdictū ne vis fiat ei, de mortuo inferendo, & similia. quædā restitutoria, vt interdictū quorū bonorum, vnde vi, & id genus alia. quædā exhibitoria vt de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis, & huiusmodi.

l ¶ *Iubebat.* quod est in interdictis restitutoriis & exhibitoriis: *vt j. eo. §. restitutoria. & §. exhibitoria.*

m ¶ *Prohibebat.* quod facit in prohibitoriis interdictis: *vt j. eo. §. prohibitoria.*

n ¶ *Maximè.* hoc ideo dicit, quia quandoque[d] per interdicta nō super possessione, sed super iure rei contēditur: vt patet in interdicto de mortuo inferēdo, vbi licet inferre: & sepulchro inædificando, vbi licet inædificare: *vt ff. de mor. infer. l. j. in princ. & §. prætor ait.* 2 Item quandoque proprietatis & possessionis simul: *vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. fin. & ff. eo. l. interdictorum. § quædam.* ¶ Sed nunquid[e] alio modo quàm per interdicta, i. de iure ciuili agitur de possessione? Respon. sic, vt per condictionem indebiti: *vt ff. de cond. inde. l. indebiti. §. sed & si nummi.* 2 Item per triticariam: *vt ff. de cond. tritic. l. j. in fin. & l. q.* 3 Item per conditionem ex lege: *vt C. de acquir. poss. l. fin. in fin. & ff. de rei vind. l. fin. & Cod. loca. l. si quis.* Accur.

d Interdictis quandoque litigatur super proprietate: quandoque super proprietate & possessione.

e Possessio potest peti sine interdicto.

o ¶ *Possessione.* siue retinenda, siue recuperanda, siue adipiscenda *vt j. eod. §. sequens diuisio.*

p ¶ *Quasi possessione.* vt cum contenditur de possessione rerū incorporaliū: vt viæ & itineris, & actus, & aquæ ductus: vbi nō est vera possessio, sed[f] quasi: *vt ff. de acqui. re. do. l. seruus. §. incorporales.* Sed tamen est ibi quædam quasi possessio: & de ea retinenda cōpetunt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quando contendo me esse in quasi possessione prædictorum iurium: *vt ff. de iti. actuque priua. per to. & ff. de aqua quoti. & æsti. per totum. & ff. de ser. l. pe. & ff. si serui. vin. l. sicuti. §. Aristo.*

f Res incorporales quasi possidentur.

[*Summa autem.*] CASVS. Dixi vobis quòd olim erant interdicta quædam solemnis conceptio verborum, per quam &c. Modo volo quòd sciatis primam diuisionem interdictorum: & est trimembris. Interdicta enim aut sunt prohibitoria, aut restitu-

1 ¶ Summa[a] autem diuisio interdictorũ hæc est: quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria[b] aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti[c], vel mortuũ inferẽti quò ei ius erat inferendi[d], vel in loco sacro ædificari[e], vel in flumine[f] publico ripáve eius aliquid fieri, quò peius nauigetur. Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet, veluti bonorũ possessori[g] possessionem eorum q̃ quis pro herede aut pro possessore[h] possidet[i] ex ea hereditate: aut eum iubet ei qui vi de possessione fundi deiectus sit, restitui possessionem[k]. Exhibitoria sunt, per quæ iubet[l] exhiberi: veluti eum de cuius libertate[m] agitur, aut libertum cui patronus operas indicere[n] velit: aut parenti[o] liberos qui in potestate eius sunt. Sunt tamen qui putant propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria sunt: quia interdicere sit denũciare & prohibere. restitutoria autem & exhibitoria, propriè decreta vocari. Sed tamen obtinuit[p] omnia interdicta appellari: quia inter duos † dicũtur[q].

Iam secundam interdictorum diuisionem aggreditur. Quorum bonorum interdictum adipiscendæ possessionis gratia comparatum est: quod iure prætorio succedenti conceditur, pro adipiscenda scilicet possessione hereditariarum rerum quæ apud eum sunt, qui pro herede vel pro possessore possidet. Interdictum quoque Saluianum causa adipiscendæ possessionis rerum per colonum fundo illatarum (quæ tacitè pro mercede hypothecatæ sunt) contra quoscunque possessores detur.

2 ¶ Sequens diuisio interdictorum hæc est: quòd quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

3 ¶ Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur, *Quorum bonorum*: eiúsque vis & po-

toria, aut exhibitoria. Interdicta ꝓhibitoria appellantur ab effectu prohibitionis: vtputa cùm aliquis sine vitio iussu iudicis, vel aliquo alio legitimo modo possidet: prohibet ꝑtor ei vim fieri. Itẽ prohibet ædificari aliquid in loco publico, vel in itinere solito. Itẽ ꝓhibet aliquid poni in flumine publico ripáve eius, quò peius ꝑ flumẽ nauiget. & sum in versic. Restitutoria sunt, &c. Itẽ vidistis quæ sunt interdicta ꝓhibitoria: modo videatis q̃ sunt restitutoria. ¶ Et dicuntur restitutoria ab effectu restituẽdi: videlicet cùm prætor iubet interdicto alicui restitui. Verbi gratia, Si ego sũ bonorũ possessor de iure prætorio. ꝑtor iubet mihi restitui quicquid aliquis de hereditate illa vel pro herede vel pro possessore possidet: & illud competit mihi per interdictũ quorũ bonorũ. ¶ Et no. quòd cum dicitur quòd interdictum quorũ bonorum est restitutorium: sumitur hoc verbum restituere, impropriè: scilicet pro eo quod est per se dandi: sicut & verbũ reddendi significationem per se dandi habet.

a Vel potes dicere quòd propriè dicitur hoc verbum restituere, habito respectu ad personã defuncti, qui res ipsas possedit: & heres censetur eadem persona cum persona defuncti. Sed diceret aliquis: Domine, qualiter potest interdictum quorum bonorum esse interdictum recuperandæ possessionis: cùm sit interdictum adipiscendæ? Frater, verbum restituendi sumitur impropriè, vt iã dictum est. & sumus in versic. Exhibitoria &c. Iam vidistis quæ sunt interdicta prohibitoria & restitutoria: modo videatis quæ sunt exhibitoria. & vocãtur exhibitoria interdicta ab effectu exhibendi: cùm scilicet prætor iubet aliquid exhiberi mihi. Et de hoc ponuntur tria exempla in litera, quę satis patent. In vers. sunt tamen. scire debetis, quòd tam prohibitoria, quàm restitutoria & etiam exhibitoria, interdicta vocantur: sunt tamen qui putant quòd solummodo prohibitoria, interdicta debeant dici: & quòd magis debeant dici decreta, quàm interdicta. Nos autem (dicit Iustinian.) dicimus quòd omnia debent dici interdicta quasi inter duos dicta non habendo respectum ad hoc, quòd interdictũ resonat prohibitionem. h. d. Franciscus.

a ¶ *Summa*. i. prima, non nomina: quia & de duobus membris aliqua inuenitur: *vt j. eo. § tertia.*

b ¶ *Restitutoria*. quandoque tamẽ quædam inueniuntur mixta tã prohibitoria, quàm exhibitoria: *vt ff. eo. l. j. § interdictorum. & ff. de libe. ho. exhib. l. j.* Nam petitur exhiberi, & prohibetur inuitus retineri. ADDITIO. Vide gl. in dicto §. interdictorum. quæ plenius loquitur. Angelus.

c ¶ *Possidenti*. vt si quis missus fuit in possessionẽ iussu ꝑtoris: *vt ff. ne vis fiat. ei qui in poss. miss. est l. j. in prin.* Nã iustè possidet & sine vitio qui auctore prætore possidet: *vt ff. de acquir. poss. l. iuste.* Accur.

d ¶ *Inferendi*. quod interdictum est. *ff. de mort. infer. l. j. in prin. & §. hoc interdictum.*

e ¶ *Ædificari*. quod interdictum habes. *ff. ne quid in loco sa. l. j. in prin.* Accur.

f ¶ *Vel in flumine*. & hoc habes. *ff. de flu. l. j. in prin. & ff. ne quid in flumi. pub. l. j. in fi.*

g ¶ *Bonorum possessori*. non rerum, sed iuris, i. succedendi de iure prætorio tantum: vt filio emancipato, vel cognato: qui[a] dicuntur bonorum possessores ex bonorum possessione edictali & decretali. Nam statim habent hoc interdictum directum[b], vt[c] cõsequãtur possessionem hereditatis: quod appellatur quorum bonorũ: *vt j. eo. §. adipiscendæ.* Vtile[d] verò datur illi qui succedit de iure ciuili vel ex testamento, vel ab intestato: *vt ff. quorum bono. l. j. in prin. & Cod. quorum bono. l. j.* ¶ Sed econtra est in hereditatis petitione. Nam directa[a] datur heredi de iure ciuili: vtilis verò ei qui succedit de iure prætorio: *vt ff. de possessoria hered. pe. l. j.* ¶ Est & aliud nouum auxilium per nouam constitutionem inuentum, per quod petitur possessio hereditatis, si testamentum apparet nõ vitiatum vel vituperatum in aliqua sui parte: *vt C. de edi. diui Hadria. tol. l. fi.* ¶ Sed quare dicit hoc restitutoriũ: cũ nũquã hic bonorũ possessor habuerit possessionẽ? Resp. impropriè[b] dicitur restituere pro dare: *vt ff. de verb. signif. l. verbum reddendi. & ff. de leg. ij. l. cum quidam.*

a Vel[c] dic quòd inspecta persona defuncti dicitur restitutoriũ: sed natura sui dicitur adipiscendæ possessionis. *vt ff. quorum bonorũ. l. j. §. fina.*

h ¶ *Pro possessore*. Duæ[d] sunt viæ succedendi. s. iure ciuili, & iure prætorio. Prima[e] subdiuiditur in possessorium per constitutionem diui Hadriani: & petitorium, vt per petitionem hereditatis directam. Item secũda[f] similiter subdiuiditur in possessorium, vt per interdictum quorum bonorum, per quod petit successor de iure prætorio se mitti in possessionem bonorũ quę tenebat defunctus tẽpore mortis: vt hic. Item in petitorium: vt per petitionem hereditatis bonorum possessoriam.

i ¶ *Possidet*. vel dolo fecit quo minus possideat: *vt ff. quorum bonorum. l. j. in princip.* & expone hæc verba, pro herede & possessore, *vt j. eo. §. pro herede. & §. pro possessore.* Accur.

k ¶ *Restitui possessionem* per interdictũ vnde vi, quod intra annum locum habet pro his q̃ non peruenerunt ad violentum: pro aliis perpetuo: *vt ff. de vi & vi arma. l. j. in prin.* & hoc si ciuiliter & naturaliter possideat deiectus. Si autẽ naturaliter tantùm, vtile habet tantùm, vt fructuarius: *vt ff. de vi & vi arm. l. iij. §. vnde vi.*

l ¶ *Iubet*. s. prætor.

m ¶ *Libertate* vt quia liber homo detinetur inuitus, quod interdictum habes *ff. de lib. ho. exhi. l. j.*

n ¶ *Indicere velit*. i. iniunctas operas dicere velit, vel conuentas iniungere, quo casu ageret de libero homine exhibendo: *vt ff. de lib. ho. exhi. l. fi.*

o ¶ *Parenti*. in hoc casu duo sunt interdicta: vnum de liberis exhibendis, alterum de liberis deducendis: *vt ff. de libe. ho. exhib. l. j. j. respon. & l. iij. j. respon. in prin.*

p ¶ *Obtinuit*. inter sapienter.

q ¶ *Inter duos dicuntur*. i. à prætore formantur: vt *not. s. circa princip.*

[*Sequens diuisio, &c.*] CASVS. Supra vidistis vnam diuisionem interdictorum, hic sequitur alia. & est hæc. s. quòd quædam sunt interdicta adipiscendæ possessionis gratia prodita, vel etiam inuẽta: & quædam etiam retinendæ possessionis gratia: & quædam recuperandæ. Adipiscendæ possessionis gratia inuentum est interdictum quorum bo. & quorum legatorum, quamuis de eo non fiat hic mentio. & Saluianum interdictum. Per interdictum enim quorum bonorum, potest ille cui bonorum poss. data est, petere posses. omnium rerum hereditariarum ab eo qui pro herede vel pro possessore possidet. & sum in versi. Pro herede autem &c. Dixistis q̃ interdictum quorum bonorũ, appellatur interdictum adipiscendæ possessionis. Sed domine Iustin. pro Deo dicatis mihi, quare sic appellatur? Frater, dicit ipse: tantùm vult hoc dicere, q̃ nunc primum velit adipisci possessionem bonorũ quorum posses. nunquam habuit. Vnde si aliquis habuit posses. bonorum, & postea eam amiserit, non competit ei hoc interdictũ: sed magis interdictum recuperandæ possessionis. & sumus in versicu. Interdictum quoque, &c. Iam habuistis vnũ exemplum de interdicto adipiscendæ possessionis: adhuc dicam vobis aliud exemplum de eodẽ. Interdictum enim Saluianum locũ habet ad adipiscen-

a Bonorũ possessor qui dicatur.
b Interdictũ quorũ bonorũ est duplex. s. directũ & vtile.
c Interdicto quorũ bonorum directo quid consequamur.
d Interdictũ quorũ bonorum vtile ad quid detur.

a Hereditatis petitio est duplex, alia directa, alia vtilis.
† Legit quidã, quia inter duos dicuntur.
b Restituere quandoque sumitur pro dare.
c Hoc vltimũ verius: quia licet vera possessio non transferatur ad heredem: vt l. cũ heredes ff. de acquiren. poss. j. in prin. fingitur tamẽ transferri possessio, tam ciuilis quàm naturalis bonorũ posses. & hoc respectu & hoc interdictum dicitur restitutorium: impropriè tamen secundum adipiscendæ & similiter dicitur, ubi ibi dicitur adipiscendæ. Ange.
d Succedendi duæ viæ, alia fit iure ciuili, alia prætorio iure.
e Successio iuris ciuilis continet possessorium & petitorium.
f Successio iuris prætorij continet possessorium & petitorium.

adipiscendam possessionem omnium rerum quas possedit colonus tempore illo quo fundum meum conduxit: quæ quidem res pro mercedibus fundi tacitè mihi erant obligatæ. & cõpetit mihi hoc interdictum vtile contra quemlibet extraneum possidentem: vt sunt res quas colonus tempore cõductionis possedit. cõtra colonũ autem possidentem res illas, datur mihi istud interdictum directum. hoc dicit. Franciscus.

testas hæc est, vt quod ex his[a] bonis quisque, quorũ possessio[b] alicui data est[c], pro herede[d] aut pro possessore possideat: id ei cui bonorum possessio[e] data est, restituere debeat. Pro herede[f] autẽ possidere videtur, qui putat se heredem esse. Pro possessore is possidet, qui nullo iure rẽ hereditariã vel etiam totam hereditatem, sciens[g] ad se non pertinere, possidet. Ideo autẽ adipiscendæ possessionis vocatur interdictum, quia ei tantùm vtile est, qui nũc primum conatur adipisci rei possessionẽ. Itaque si quis adeptus possessionẽ[h], amiserit eam[i]: hoc interdictum ei inutile est[k]. Interdictũ quoque quod appellatur Saluianũ, adipiscendæ possessionis causa cõparatũ est[l]: eóque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedib.[m] fundi pignori futuras pepigisset[n].

Interdictũ vti possidetis, & vtrubi, sunt retinendæ possessionis quæ præsertim locum habẽt si de proprietate alicuius rei futura sit cõtrouersia. antequã enim proprietatis quæstio moueatur, vter ex litigatorib. possidere, & vter petere debeat, inuestigandum est, tũ quia sine petitore & possessore nullum super petitorio institui potest iudicium: tum propter commodum possessionis: in qua remanet is qui possidet, quãuis dominus non sit quoad petitor rem suam probauerit.

4 ¶ Retinendæ † possessionis causa cõparata sunt interdicta, *Vti possidetis*[o], & *Vtrobi*: † cùm ab vtraque parte de proprietate[p] alicui[q] rei cõtrouersia sit, & ante quæratur vter ex litigatorib. possidere, & vter petere debeat[q]. Nãq; nisi antè exploratũ fuerit vtrius eorũ[r] possessio sit, nõ potest[s] petitoria actio institui: quia & ciuilis[t] & naturalis[u] ratio facit, vt alius possideat, & alius à possidente petat. Et quia lõgè cõmodius est & poti[9] possidere, q̃ petere: ideo plerũque ferè semper ingens[x] existit contẽtio de ipsa possessione[y]. Commodũ autẽ possidendi in eo est, quòd etiam si eius res nõ sit qui possidet: si modò actor nõ potuerit suam esse probare, remanet[z] in suo loco possessio. propter quã causam cùm obscura sunt vtriusque iura, contra petitorem iudicari solet †

Vti possidetis, pro rebus immobilibus: Vtrobi verò, pro rebus mobilibus competit. hoc dicit. Aret.

a ¶ *Quod ex his.* Ioneif. hic q hoc[a] interdictũ etiã p vna re cõpetat. Sed cõtra videt q sit vniuersale: *vt ff. quorum bonor. l. j. § fi.* Sed certè nihilo minus est vniuersale, licèt ad vnam rem detur. sic enim est in hereditatis petitione: *vt ff. de pe. here. l. regulariter. & l. licet.* quam constat vniuersalem esse: *vt ff. de rei vind. l. j. i respon.*

a Interdictum hic quod bo... & petitio hereditatis pro vna sola re possunt competere.

b ¶ *Possessio.* scilicet decretalis.

c ¶ *Data est.* f. à voce prætoris viui: vel hodie corã quolibet iudice: *vt Cod. qui admit. ad bo. possess. l. fina.* ADDITIO. Dic q non est necesse quòd iudex siue prætor siue alius iudex bonorum possessionem cõcedat secundùm Ang.

d ¶ *Pro herede* sed nũquid hic tit. sunt? Respõ. non: *vt Cod. in qui. cau. cess. long. temp. præscrip. l. hereditatem.* ergo vsucapio non potest procedere. Sed contra *ff. quorum bonorum. l. j. j. respon.* Sed illud expone vt ibi.

e ¶ *Bonorum possessio.* scilicet decretalis. Accursius.

f ¶ *Pro herede*[b]. hæc oratio quandoque accipitur pro vero titulo: *vt ff. pro herede, per totum.* quandoque pro falso, vt quia credebat se heredem, cùm non sit: & ita hic accipitur, & quandocunque agitur petitione hereditatis: *vt ff. de peti. hered. l. pro herede.*

b Oportet tamen vt non sit heres pro quota, sed si heres aliter sit habeatur pro legatario: vt l. quotiens Cod. de hered. inst. cũ simil. Ang.

g ¶ *Sciens* vnde si quæritur ab eo quare possideat, dicit, quia possideo. vel si dicat, pro herede: tamen falsum scienter dicit: *vt ff. de petit. hered. l. qui interrogatus.*

h ¶ *Possessionem.* quæ est facti. Accursius.

i ¶ *Eam.* f. possessionem, quæ est facti.

k ¶ *Inutile est.* Sed agit amodo rei vindicatione, cùm sit dominus. Accursius.

l ¶ *Comparatum est.* contra colonum directum, contra extraneos vtile: *vt C. de Saluiano interdicto. l. j. & ff. de Saluia. interdi. l. j.*

m ¶ *Pro mercedibus.* Item & pro domino si quod contulit in eodem: *vt ff. de Saluiano interdicto. l. j. & ag ff. in quibus causis pig. vel hypothe. ta. contra. l. j. vers. non solùm.*

n ¶ *Pepigisset.* scilicet tacitè: *vt Cod. de loc. & condu. l. certi iuris.*

¶ Sed quid[c] interest inter hoc interdictũ & Seruianam actionẽ? Respon. In Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse dominum tempore obligationis: *vt ff. de pigno. l. j. § cùm prædium. in fin. & l. quæ nondum sunt. § quod dicitur.* Sed in interdicto isto sufficit si probet ipsum possedisse: *vt ff. de Saluiano interdict. l. j.* Accursius.

c Interdicti Saluiani & actionis Seruianæ differentia.

[*Retinendæ possessionis &c.*] CASVS. Supra vidistis exemplum de interdicto adipiscendæ possessionis modo videatis de interdicto retinendæ possess. Retinendæ autem possessionis causa adinuenta sunt duo interdicta, scilicet interdictũ Vti possidetis, & Vtrobi. Sed domine pro Deo, quando habent locum hæc interdicta? Frater, dicit Dominus Iustinianus quando ab vtraque parte de proprietate alicuius rei quæritur: & etiam quando de possessione eiusdem rei est contentio: quia quilibet eorum dicit se possidere, vt aduersarium ad onera probationis compellat. Tũc enim datur hoc interdictum ad hoc vt appareat vter eorum possideat, quia non potest actoris petitio institui antequam appareat quis rem possidet. Quandiu enim quis rem detinet, eam petere non potest: sed quia longè commodius est rem possidere, quàm petere: propterea super possessione frequenter magna contentio existit. Sed domine pro Deo dicatis mihi, quod est illud commodũ possess. Frater, dicit ipse, magnum. quanquam enim ille qui possidet, non sit dominus rei: tamen si ille qui petit rem, non potest probare rem illã suam esse, remanebit res illa penes possidentem. est etiam aliud: quia in dubio si iura possessoris & petitoris sunt dubia, pro possessore iudicari solet. Franc.

o ¶ *Vti possidetis.* quod de rebus immobilibus dicit. sed Vtrobi de mobilibus. *vt infra eod. § sed interdicto.* Accursius.

† Facit ad hoc quod dicitur in... in Gl. super verb. ... sed ... non est ... cum extra de probat. & in Gl. super ver. possideatis. ... interdictũ. ... de proba.

p ¶ *Proprietate.* ob hoc quidem comparatum est: sed & siue hac controuersia proprietatis debitor, vt si de sola possessione contendatur. secundùm Ioannem.

† Aliàs vtrabi, vt in manuscriptis exemplaribus & quibusdã impressis legitur.

q ¶ *Vter petere debeat.* id est, vter sit actor, & vter reus.

r ¶ *Vtrius eorum possessio sit.* i. vter possideat.

s ¶ *Non potest.* vt *ff. de iudi. l. inter litigantes.* Accursius.

t ¶ *Ciuilis.* vt quia parit actionẽ in rem aduersario: *vt C. de ali. iudi. mut. cau. fa. l. j.*

u ¶ *Naturalis.* vt quia nemo à seipso posset petere secundùm naturam: *vt ff. de recep. arbi. l. pe. & facit ad hoc brac. ff. vti poss. l. j. § hoc interdictum. & ff. de acquirenda possessione. l. exitum.*

† Quia faciliores sumus ad absoluendũ quàm ad cõdemnãdũ. concor. ... in fin. ad Gl. super verbo, ... ra de trãsact.

x ¶ *Ingens.* i. magna. & hæc eadem cõtentio & in aliis interdictis retinẽdæ possessiuis est: vt in illo de superficiebus: *vt ff. de superficieb. l. j. j. respon.* Item in illo de itinere actũque pri. & via priua. *vt ff. de itinere actuque priua. l. j. j. respon.* Item de aqua quotid. & æsti. Itẽ inter eos qui[a] ducent aquam per eundem riuum: qui corriuales dicuntur. Item inter eos qui ex eodem castello: *vt ff. de aqua quoti. & æstiua. l. j. j. respon. & § si inter corriuales & § ait prætor. quo ex castello.* In his enim omnibus interdictis vbi de incorporalium quasi possessione agitur, est idem modus agendi, qui in duobus istis. vnde in Digesto nouo continuè post illum titulum, Vti possi. illi supradicti ponuntur per ordinem.

a Corriuales dicuntur qui aquã per eundem riuum ducunt.

y ¶ *Possessione.* not. q maximè lites sunt in possessorio: quia, vt sequitur in textu, est maximum commodum possidere. Ang.

z ¶ *Remanet:* facit *C. de eden. l. qui accusare in fi. & C. de rei vindicatione. l. res quæ est. l. fi. & ff. si vsusfruct. peta. l. vti frui.*

[*Sed interdicto &c.*] CASVS. Iam habuistis de interdictis Vti possidetis, & Vtrobi quando locum habent. sed domine Iustiniane, quæ est differentia inter interdictum Vti possidetis, & Vtrobi? Frater, dicit ipse, scire debes quòd olim erant duæ differentiæ inter ista duo interdicta: quarũ vna adhuc remanet, & alia est sublata. olim autem & hodie est differentia, quòd quando de possessione immobilium tractatur inter duos, veluti de possessione fundi vel ædium, tunc locum habet interdictum Vti possid. Pro possessione rerum mobilium datur interdictum Vtrobi. Sed domine, quæ olim fuit differentia, quæ hodie non est in vsu? Respõ. differentia fuit ista: olim in interdicto Vti possidetis vincebat ille qui tempore iudicij, i. tẽpore litis cõtestatæ, cõperiebatur possidere non vi, non clã, non precario ab aduersario. Dicit autem Iustinianus, quòd ipse vult quòd hodie quantum ad possessionem retinendam adæquata sint hæc iura. hodie igitur in vtroque modo obtinebit ille qui se probauerit possidere tẽpore litis contestatæ, non vi, non clam, non precario ab aduersario. hoc dicit. Franciscus.

a ¶ *Vel ædium. ff. vti possidetis. l. j. responsum.* Accur.

b ¶ *Vtrobi.* Hoc dicitur ab vtrû, & vbi: vt vtrû ponatur pro ad vel apud. vbi, ponatur pro quê: quasi dicat, apud quem est, apud eum sit. Non fit autê mentio hic possessionis, cùm mobilia propriè non possideantur, sed immobilia tantum: cum dicatur possessio, quasi pedû positio: *vt ff. de acquirend. possessione. leg. j. in principio.* Abusiuè tamen tam mobilia quàm immobilia dicuntur possideri. Accursius.

a Vtrobi interdictû vnde dicatur.
b Vtrû pro ad vel vbi.
c Possessio nô est propriè de mobilib.
d Possessio vnde dicatur.

Sed interdicto quidê *Vti possidetis*, de fundi vel ædiû [a] possessione contenditur: *Vtrobi* [b] verò interdicto, de rerum mobilium possessione.

Licèt interdicta vti possidetis, & Vtrobi, olim plurimum differrêt, tamen hodie ille obtinet in vtroque, qui tempore litis contestatæ non vi, non clam, nec precario ab aduersario possidet. Aretinus.

Quorum [c] vis ac potestas plurimâ inter se differentiâ apud veteres habebat. Nam *Vti possidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti têpore [d] possidebat: si modò nec vi, nec clâ, nec precario nactus fuerat ab aduersario possessionê, etiam si aliû [e] vi expulerat, aut clàm arripuerat alienam possessionê, aut precario rogauerat aliquê vt sibi possidere liceret. *Vtrobi* verò interdicto is vincebat, qui maiore [f] parte eius anni nec vi, nec clâ, nec precario ab aduersario possidebat [g]. Hodie tamê aliter obseruatur, Nam vtriusque interdicti potestas quantum ad possessionem [h] pertinet, exæquata est: vt ille vincat & in re soli, & in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam [i], nec precario ab aduersario litis contestatæ tempore detinet.

Etiam is possidere intelligitur, cuius nomine alius est in possessione. Possessio autem quamuis solo animo retineatur, solo tamen animo non acquiritur.

c ¶ *Quorum.* s. duorum interdictorum.

d ¶ *Interdicti tempore.* i. tempore quo proponitur interdictum.

e ¶ *Alium.* dummodo non aduersarium.

f ¶ *Maiore.* sc. quàm aduersarius: *vt ff. de verbor. significa. l. maiore parte.*

g ¶ *Possidebat.* & sic citius vincebat in vti possidetis, quàm in vtrobi. & erat fortè ratio, quia citius [f] mobilia trâsferuntur, quàm immobilia: *vt ff. commoda. leg. j. & ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. j. & ff. de acquirenda possessione. l. si rem.*

e Legitûm, in vtroq; quàm in vti possidetis.
f Mobilia citius transferuntur quàm immobilia.

h ¶ *Quantum ad possessionem.* ¶ No. quantû [g] ad possessionê. nam quantum ad alia remâsit differentia. vt olim. vt Vti possidetis in reb. immobilib. & Vtrobi in mobilibus locum habeat: *vt hic dicitur, & 3. § prox.*

g Vti possidetis & vtrobi in possessionis effectu nô est differentia. in respectu verò ipsarum rerum differentia est.

i ¶ *Nec clam.* Cum multa [h] sint genera violêtiarum, quæ ad præsens omitto: de [i] hac vt quæ inquietatiua dicitur, quæ parit hoc interdictum: vt si me arare vel ædificare vel aliqd in meo me facere prohibes, côtendês te possidere, habet locum hoc interdictum: *vt ff. de vi & vi arma. l. vim facit. & ff. quod vi aut clam. l. j. §. quid sit.* ¶ Quid si ille nô côtendat se possidere, sed solû iniuriaf mihi: Resp. adhuc locû haber hoc interdictû: *vt ff. vti possid. l. si duo. §. si vicinus.* Sed & actione iniuriarum mihi tenetur: *vt ff. de act. empt. l. qui pendentem.* ¶ Quid si nec possessionis ratione, nec iniuriæ, sed quia seruitutê se habere côtendit: Resp. si possidet, intentabo negatoriam: si ego possideo, intentabo hoc interdictum: *vt ff. si ser. vin. l. 4. §. j.* ¶ Clàm [k] autem possidet, qui clâculo me absente sibi possidere volens ingreditur fundum meum quem ego possideo: nec tamen suspicor me posse repelli: & ita me absente & multo sæpissime facit: *vt ff. quod vi aut clam. l. iij. § fin. & de acquir. possessione. leg. clam in prin.* Ille [l] enim qui ingreditur, haber naturalem per introitum suum, & ego ciuilem. 2 Vel dic quòd ego retineo naturalem ciuiliter, ingrediens naturalem naturaliter. ¶ Sed nonne etiam naturalem perdit statim cûm de fundo exit & ad iudicium venit, vel etiam alias iret? Respon. non, imò animo retinet eam naturalem: vt facit fructuarius qui solam naturalem habet. 3 Vel dic quòd si amittit eam, non tamen nocet: quia adhuc hoc interdicto tenetur, licèt ego possideam tantum, *vt diximus per. l. ff. vti possid. l. si duo. §. si vicinus.* ¶ Precario [m] autem possidet aduersarius à me si precib. suis motus, concessi sibi precario: *vt ff. de preca. l. j. in princip. & §. j.* & distingue in precario: quia aut agitur vt omnis possessio in accipientem transferatur, quod fieri potest: *vt ff. de precario. leg. in iis rebus. & ff. de acquirenda possessione. lege Pomponius. §. si is qui.* aut vt nulla. & hoc valet: *vt ff. de preca. l. certo. §. is qui.* Aut vt habeat naturalem tantum

h Violentiæ multa genera.
i Vis inquietatiua quæ parit interdictum quod vi aut clam qualiter fit.
k Clam possidere.
l Possessor clandestinus habet naturalem possessionem. deiectus ciuilem.
m Precaria possessio.

qui accipit, & hoc valet: *vt ff. de preca. leg. & habet. §. cum.* Sed [a] nunquid in omni precario vinco habentem à me per hoc interdictû, scilicet. Vti possidetis? Respon. non illum qui habet omnem possessionem: cùm hoc interdictum possessorem tueatur: *vt ff. vti possid. leg. j. §. j. & ij.* ergo vinco supradictos etiam si ego habebam possessionê ab alio vi, vel clâ. vel precario: *vt hic, & ff. vti possidetis. l. j. § f. & l. ij.* Accur.

a Præsumitur in dubio naturalis tantùmodo possessio translata: vt in. Gl. Bar. & Ang. in l. § cum.

5 ¶ Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed & si eius [o] nomine aliquis in possessione sit [k], licèt eius iuri subiectus nô sit, qualis est colonus [l] & inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodauerit: ipse possidere videtur [m]. Et hoc est quod dicitur, retinere [n] possessionem posse aliquem per quêlibet qui eius nomine sit in possessione. Quinetiâ animo quoque solo retineri possessionem placet, id est, vt quamuis neque ipse sit in possessione, neq; eius nomine alius: tametsi nô relinquendæ possessionis animo, sed postea reuersurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. Adipisci verò possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus [o]. Nec vlla dubitatio est quin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

Etiam qui vi, clam, vel precario ab spoliatore immobilem rem possidebat, interdicto Vnde vi, quod recuperandæ possessionis est, eius rei possessionem a qua eiectus fuit, consequitur: quinimo qui rem suam penes alium constitutam, violenter inuaserit, à dominio cadet: sin autem aliena sit, rem deiecto restituet, illiusque æstimationem præterea præstabit. Ad hæc criminis leg. Iulia de vi publica vel priuata reus fit.

6 ¶ Recuperâdæ possessionis causâ solet interdici, si quis ex

[*Possidere aut.*] c asvs. Iâ habuistis q̀ tam interdicto Vtrobi, quàm in interdicto Vti possidetis, q̀ sunt interdicta retinêdæ possessionis, ille vincit qui in possessione inuenitur têpore litis côtestatę Sed domine, p Deo dicatis mihi qualiter aliquis dicaf possidere: & ipse respôdet. Frater dicit ipse, non solû dicif quis possidere, si per se hoc, & si corpore suo possideat, sed etiâ si corpore alterius possideat quâuis eius iuri nô sit subiectus: dû tamê nomine suo possideat, sicut p colonû & inquilinû, & depositarium, & cômodatariû. & hoc est quod cômuniter dicit, aliquê retinere posse possessionê per quemlibet qui eius nomine est in possessione. & nô solùm per corpus suû, & per corpus alterius qui eius nomine possidet potest aliquis possidere siue possessionê retinere, sed etiam solo animo potest aliquis possidere, seu possessionê retinere, licèt ipse non sit in possessione, vel aliquis eius nomine: dû tamen non animo deserêdæ possessionis eam deseruerit, sed postea reuersur' sit ad illâ. hoc dicit. Franc.

k ¶ *In possessione sit.* cautê dicit: *vt ff. de acquirend. pos. leg. si quis ante. §. idem Pomponius.* ibi, non vt possidere. Nâ nô [b] possident isti, nec ciuiliter, nec naturaliter, secundùm Ioan. s. colonus, & inquilinus, & similes: *vt hic, & ff de vsucap. l. non solum. §. quod vulgo.* Sed M. dicit eos naturaliter possidere: *vt ff. communi diuidundo. l. communi diuidundo. § neque.* Sed illud intellige colonum possidere, scilicet an.

b Colonus & inquilinus nec ciuiliter nec naturaliter possident.

l ¶ *Colonus.* l. in villa, sed inquilinus in ciuitate: *vt ff. de acquirenda possessione. l. rep̄ gnoris.*

m ¶ *Possidere videtur.* si ergo per alium possidef, ergo nô possidet: *vt ff. de acquiren. po. l. quod meo.* licèt quidam dixerint eos naturaliter possidere, sicut & colonum: vt superiori casu diximus.

n ¶ *Retinere.* Licèt animo [b] retineatur, non tamen animo quæritur: *vt ff de acquirenda possessione. l. quemadmodum. & C. de acquiren. pos. l. licet. & j. prox.* Accur.

c Possessio quomodo acquiratur & perdatur. quod bene est. acquirere, ...

o ¶ *Exposuimus.* supra *per quas perso. no. ac. § ex his.* Accur.

Recuperandæ possessionis.] c asvs. Vidistis s̄ per exempla de interdicto adipiscendæ possessionis, & etiam de interdictis retinendæ possessionis: modo videndum est de interdictis recuperâdæ possessionis Recuperandæ autem possessionis interdictum, est interdictum Vnde vi, per quod cogitur deiiciens vt deiectum restituere, scilicet in illam possessionem à qua ipsum deiecit: licèt deiectus à deiiciente vi vel clam vel precario possederit. quod videtur mirum. in glossa tamen habes hoc expeditum vno verbo, scilicet illud, verbum ex interuallo. & hæc erat pœna violenti secundùm iura antiqua: sed alio modo punitur hodie violentus iste per nouas constitutiones, *per l. si quis in tantam. Cod. vnde vi.* cuius

vi.cuius affectus talis est: si quis rem mobilẽ vel immobilem inuaserit violẽter: si dominus erat illius rei quam inuasit violenter, dominium illius rei amittit. si autem non erat dominus illius rei compellitur restituere, & soluere æstimationem rei per violentiam possessæ. & omnes pœnæ istæ imponuntur non solùm per actionem ciuilem, sed etiam per actionem criminalẽ. Potest enim qui alium vi de possessione deiecit accusari. l. Iulia de vi priuata, si sine armis. si verò cum armis, de vi publica. Sed domine, quid appellatis vos arma? Sũt enim quidam qui solũmodo credũt cũ armis deiicere eũ qui loricatus, & cũ gladio & scuto, & lancea, & cõsimilib. armis aliquẽ deiecit. Frater, non est ita. armorum enim appellatione non solùm scuta, gladios & etiam cætera arma appellari volum⁹, sed etiam fustes & lapides. Franc.

possessione fundi vel ædiũ[a] vi deiectus fuerit. nã ei proponitur[b] interdictum, Vnde vi[c]: per quod is qui deiecit, cogitur ei restituere possessionẽ: licèt is[d] ab eo qui vi deiecit, vi vel clàm vel precario possideat.

Hodie per vim spolians, si dominus est, à dominio rei cadit, aliàs rẽ spoliatam & eius æstimationem restituit: qui aliàs lege Iulia de vi publica vel priuata criminaliter punitur. Et armorũ appellatione lapides & fustes continentur. Aret.

Sed ex constitutionibus[e] sacris (vt supra diximus[f]) si quis rẽ per vim occupauerit, si quidẽ in bonis eius est, dominio eius priuatur: si aliena, post eius restitutionem, etiã æstimationem rei[g] dare vim passo cõpellitur. Qui autem aliquẽ de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi priuata[h], aut de vi publica. sed de vi priuata, si sine armis vim fecerit. si autẽ armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica tenetur. Armorũ autem appellatione non solùm scuta, & gladios, & galeas. sed & fustes & lapides[i] significari† intelligimus.

Accipe tertiam interdictorum diuisionem.

7 ¶Tertia diuisio interdictorum hæc est, quòd aut simplicia sunt aut duplicia[k]. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sũt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nam actor is est qui desiderat aut exhiberi, aut restitui: reus autẽ is est, à quo desiderat vt restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorũ autẽ interdictorũ alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sũt, veluti cũ prætor prohibet in loco sacro[l], vel in flumine publico[m], ripáve eius aliquid fieri. Nã actor est qui desiderat ne quid fiat: reus est qui aliquid facere conat. Duplicia sunt, veluti, *Vti possidetis*, interdictũ, & *Vtrobi*[n]. Ideo autẽ duplicia vocãtur, quia par vtriusque litigatoris in his conditio est: nec quisquã præcipuè reus vel actor intelligitur: sed vnusquisque tam rei quàm actoris partes sustinet.

Abiecta veteri proponendorum interdictorum solẽnitate, hodie pro eis in factum actio competit.

q ¶*Eadem interueniunt.* s. vt. fiat adiudicatio rerum, & pecuniæ: vt ī. eo. §. si familiæ aut circa damna data in rebus: vt supra eod. §. proxi.

o Amplius quantum interest rem nō fuisse exhibitam, non autē in tota re quãto interest: l. Iulianus in ff. ad exhib.

Institutes

& ff. communi diuidun. l. ij. §. iij.

a ¶*Non possit.* Not. non posse fieri, quod sine commoditate fit: *vt bit, & ff de ver. sign. leg.* Nepos Proculo. ¶Item nota corpus[b] aliud diuiduum: vt fundus, qui diuiditur secundum voluntatẽ patrisfa. *vt ff. de leg. j. l. quod in rerum natura. §. ij.* Aliud indiuiduum, vt homo: *vt hic. & ff. de vsuca. l. uerum mixtura. in prin.*

communi diuidũdo de pluribus rebus actũ sit. Quòd si de vna re, veluti de fundo: si quidẽ iste fundus cõmodè regionibus diuisionẽ recipiat, partes ei[9] singulis adiudicare debet. & si vnius pars prægrauare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnãdus est. Quod si commodè diuidi nõ possit[a], veluti si homo fortè, aut mulus erit, de quo actũ sit: tũc totus vni adiudicãdus est: & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus est.

In finium regundorũ iudicio tũc licet iudici ab antiquis agrorum finibus recedere, cum euidentioribus modis quàm hactenus fuissent, nũc distingui nequeãt: quo casu partem ex alterius agro alteri adiudicabit: & eundem alteri certa pecunia cõdemnabit. In hoc quoque iudicio etiam vertitur, vt si quis circa fines malitiosè quicquam gesserit, vel metiri agros passus non fuerit puniendus sit.

6 ¶Si finium regundorum[b] actum fuerit: dispicere[c] debet iudex an necessaria sit adiudicatio[d]. quæ sanè vno casu necessaria est, si euidẽtioribus finibus distingui agros cõmodius sit, quàm olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquá alterius agri domino adiudicari. quo casu conueniens est, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitiosè commisit: verbi gratia quia lapides finales furatus est[e], vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoq; nomine quisque eo iudicio cõdemnatur[f]: veluti si quis iubente iudice metiri[g] agros passus non fuerit.

7 ¶Quod autem istis iudiciis alicui adiudicatum fuerit: id statim eius fit[h], cui adiudicatum est.

Si finium regundorum.] casus. Iam vidistis offic. iudi. circa iudicium famil. ercisc. & communi diuidũdo: modo videatis qualiter se debet habere iudex in iudicio finiũ regũdorum scilicet corã quo est controuersia. Et dicit Iustinia. quòd iudex in isto casu debet inspicere an necessaria sit adiudicatio: quod contingit in vno casu, videlicet quando fines in tali loco erãt positi, quòd propter loci naturã sæpius fit contentio super terminis: veluti si locus fuerit humid[9] vel morbosus. Debet enĩ iudex tunc in alio loco firmo & solido ponere fines: ita quòd amplius super finibus non possit esse contentio & ita ex agro alterius partẽ aliquã adiudicare alteri, & eũ cui de alterius agro partem adiudicauerit, in certa summa pecuniæ condemnare. Et sum in versic. Eo quoque nomine. Scire debes quòd in iudicio finium regundorum si circa fines aliquid malitiosè fecerit, criminaliter potest conueniri. Propter contumaciã etiam debet quis in iudicio isto cõdemnari quãtum visum fuerit iudicanti: veluti si iudex iussit agros mensurari, vt fines ponãtur: & aliquos agros metiri non fuerit passus. & sum in versi. Quod autẽ istis. Iam vidistis quòd in istis iudiciis duplicibus fami. ercisc. communi diuid. finium regun. sæpè illud quod erat vnius, adiudicatur alteri, & alter in quadam summa pecuniæ condemnatur. modo scire debetis quòd quicquid in iudiciis istis alicui adiudicatur, incontinenti fit illius cui adiudicatur. h. d. Franc.

b ¶*Si finium regundorum.* quo[c] iudicio agitur, vt agris cõfinibus termini ponantur. sed[d] pro domibus vicinis hoc iudicio non agitur. Si[e] autem sit domus in prædium rusticum, agitur vtili finiũ regũdorum non directa: *vt ff. fi. regun. l. ij. in prin. & l. sed & loci §. fi.*

c ¶*Dispicere.* hoc. s. quod sequitur, si euidentioribus &c. Accur.

d ¶*Adiudicatio.* fac *ff. finium regun. l. ij. §. fin. & l. iij. & iiij. in princ.*

e ¶*Furatus est.* Ad[f] quid damnabitur? Resp. quanti in litem iurauerit actor. Potest etiã criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex l. agraria, pro qualibet vice, quæ applicatur fisco: *vt ff. de ter. mo. leg. agraria.* Nec ciuilis tollitur per criminalem: cum[g] ad rei persecutionem altera detur: *vt C. quando ciui. actio præiu. crimi. l. j.* nisi interim donec altera exercetur: *vt ff. de publ. iud. l. si qui.*

f ¶*Condemnatur.* s. ad interesse delato iureiurando in litem. Acc.

g ¶*Metiri.* Not. quòd[h] ille qui non patitur metiri fundum suum ad mandatum iudicis, vt contumax & inobediens potest puniri. Aretinus.

h ¶*Eius fit.* Not. ex[i] sententia iudicis dominium transferri. sic est in missione quæ fit ex secundo decreto: *vt ff. de acqui. possess. l. iij. §. fin. & ff. si ex noxa. cau. agatur. l. ij. in fin. & ff. communi diuid. l. sed si res.* quæ sic accipe, si fuerit facta missio per ipsum prætorẽ. Nam sola sententia non facit dominum, sed traditio: *vt C. de pact. l. traditio. & §. de re. diui. §. per traditionem. & ff. de acquir. pos. l. iusta.* ¶Sed quid in rei vind. si res est aliena, & mea pronuncietur, & ex ea causa mihi traditur? Respon. idem cum enim Publiciana mihi detur quãdo à domino mihi adiudicatur & traditur: *vt ff. de Public. l. iij. in fi.* ergo vbi dominus est, debet ex sententia traditione me dominũ faceret: *vt ff. de Publ. l. quicunque.* Præterea leg. videtur expressa: *vt ff. de proia. l. Pomponius. §. sed & si. & ff. de excep. rei. iud. l. si mihi. in fi.* ¶Nec ob. quòd ibi sit error, ex quo videatur dominium non transire: quia hic error iã reprobari non potest iudicis sententia purgatus, à qua non fuit appellatum. ¶Item nec obstat quòd sententia lata in actione personali reo absoluto remanet debitor: *vt ff. de condi. inde. l. Iulianus.* quia illud habet locum in obligatione, quæ est res incorporalis: hic autem dicimus de dominio rei corporalis, quod[a] facilè & prorsus potest separari ab vno, & aliis dari, sed non sic in incorporali: *vt ff. pro socio. l. cũ verò.*[b]

DE PVBLICIS iudiciis.

TITVLVS XVIII.

Iudicia ex edictis publicis descendentia in multis ab actionibus differunt. Et quia vnicuique permittitur accusatio, ideo dicũtur publica: quorum pœna aliquando est corporalis: aliquando irrogat infamiam cum pœna pecuniaria Aretinus.

PVblica iudicia neque per actiones[i] ordinantur, neq; omnino quicquam simile[k] habent cum cæteris iudiciis de quibus locuti sumus: magnáque diuersitas eorum est & in instituendis[l], & in exercendis.

DE PVBLICIS iudiciis.

Quia ciuilia iudicia dicta sunt, vsque huc, & etiã quædam criminalia, scilicet circa priuata delicta: vt s. in principio huius quarti libri vsq; ad titulum de actionibus: ideo nunc ponit de publicis accusationibus siue iudiciis.

Publica.] Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit quòd publica iudicia non habent cõformitatem cum priuatis. Secũdò, vnde dicta sunt pub. iudi. Tertiò ponit in genere quæ pœna sit in publicis iudiciis. Quartò sigillatim demõstrat publ. iu. & pœnas vniuscuiusque. Secunda ibi, Publica autem dicta. Tertia ibi. Publicorum iudiciorum. Quarta ibi, Publica autem iudicia. casvs. Quæsiui à legislatore. vtrum publica iudicia. i. publica crimina ordinentur & constituantur seu exerceantur per ciuiles act. de quibus dictum est? Et ipse respon. & di. Charissimi, scire debetis quòd alio modo instituuntur & alio modo exercentur publica iudicia, quàm act. Et di. aliquis: Domine quare dicuntur publica iudicia? Frater (dicit ipse) propter hoc, quia cuilibet de populo datur eorum executio & hoc intelligendum est, dum tamen sit habilis ad accusandum. & sum in versi. Publicorum &c. Scire debetis quòd publicorum iudiciorum quædam sunt capitalia, & quædam non capitalia. Capitalia dicũtur illa per quæ infligitur mors, vel exiliũ perpetuũ, vel ignis & aquæ interdictio, vel in metallum damnatio. Publica autem & non capitalia sunt, quæ irrogant infamiam cum damno pecuniario. Franc.

i ¶*Neque per actiones.* imò per accusationes. additio. No. quòd actio significat ad vtilitatem partis priuatæ, & ciuiliter. facit quod not. Bar. *in l. agraria. ff. de termi. mo.* Ange.

k ¶*Nec omnino quicquam simile.* Hoc[c] verbum nimis largè positum sic intellige, quia in ciuilibus agitur vt aliquid detur actori: in istis autem non vt aliquid detur, sed vt puniatur accusatus: & ita considerata petitione conquerentis, nihil habent simile inspecto fine, nec in principio (cum vnum per actionem, alterũ per accusationem instituatur) nec in exercitio: cum in ciuilibus probet actor tantum: *vt C. de eden. l. qui accusare.* sed in criminalibus actor & reus quandoque: *vt C. de aboli. l. fallaciter. & C. ad l. Corn. de fal. l. vbi.* In aliis autem multa sunt similia. nam in vtrisque fit libellus: *vt C. de lit. contest. Authen. offeratur. & ff. de accu. l. libellorum.* Item in vtrisque de calumnia iuratur: *vt C. de iureiura. l. j. in prin. & C. de fide instr. l. vlt.* licèt quidam dixerunt contra: *vt arg. ff. de bo. eorum. l. j.*

l ¶*Et in instituendis.* Sed qualiter[d] formatur libellus? Respond. Sic vt contineat nomen accusantis & accusati, & crimen, & mẽsem quo commissum fuit crimen: & locum vbi fuit commissum & consules sub quibus est admissum[e]. Item dies dati libelli debet inseri. Sed dies commissi criminis vel hora non est necesse: *vt ff. de accusationi. l. libellorum. in princip. & in quibus. & sequentibus. vers. §. suscepto.*

susceptio.collat.v. & habet hoc locum in publico & in priuato crimine, quando criminaliter agitur: *vt D. de priua. delic. l. fina.* [Et ista possunt haberi his versibus,

Consule, mense, die coram pratore professus.
Te deferre reum, crimen, loca, pone sodalem.

1 ¶ Publica[a] autē iudicia hæc quòd cuiuis ex populo executio eorum plerumque[b] datur.

2 ¶ Publicorum[c] iudiciorum quædam capitalia sunt, quædā non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo supplicio[d] afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione,[e] vel deportatiōe, vel metallo.[f] Cætera si quam infamiam[g] irrogant cum damno pecuniario: ea† publica quidem sunt, non tamen capitalia.[h]

Crimen læsæ maiestatis est publicum: & in duobus casibus morte nō extinguitur, sed memoria defuncti damnatur.

3 ¶ Publica autē iudicia hæc sunt: lex Iulia maiestatis, quæ in eos qui contra Imperatorē vel rempublicam[i] aliquid moliti[k] sunt, suum vigorem extendit, cui[a] pœna animæ[l] amissionem sustinet,[m] & memoria[n] rei etiam post mortem damnatur.

Ex lege Iulia de adulter. in omnibus capitulis est crimen publicum: cuius pœna aliter honestiores, & aliter humiles puniuntur. Aret.

Annota, Humiles grauioribus pœnis plectendos, quàm honestiores.

4 ¶ Item lex Iulia[o] de adulteriis coercendis, quæ[p] non solū temeratores alienarū nuptiarum gladio punit[q]: sed & eos qui cum masculis[r] nefandā libidinem exercere audet. Sed eadē lege Iulia[s] etiam stupri flagitiū punitur, cū quis sine vi[t] vel virginem vel viduam[u] honestè viuentem stuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat stupratoribus,[*] si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: si humiles[x], corporis coercitionem cum relegatione[y].

Hominem telo, id est quodcunque quod manu emittitur, occidens: vel cum telo causa occidendi persequēs, lege Cornelia de sicariis punitur. qua lege castigabitur veneficus, vel arte magica hominem occidens, vel malo medicamento publicè occidens.

5 ¶ Itē lex Cornelia[z] de sicariis[a] q̄ homicidas vltore ferro persequit[b], vel eos qui homi-

Colleat hora, dies, non tempus prateritur. c. tua. extra de procuratoribus.] Quandoque tamen hæc solennitas non est necessaria: vt in leui crimine & notorio: *vt D. de accus. l. lena. & C. de accusa. l. ea quidem quæ.* Et idem in casibus in quibus sine accusatore quis damnari potest: qui scilicet casus his legibus notantur. *D. ad leg. Iuliam de adulteriis l. j. §. si publica. & C. de testib. l. nullum. & C. de probationib. l. pen. & D. de suspectis tutoribus. l. tamen. §. prætores. & Cod. de ea. lum. l. j. & D. de bo. lib. l. qui cum maior. §. si liberta.* & idem in notorio crimine: vt diximus per *l. Cod. de accusa. l. ea quidem quæ.* & idem in crimine falsi, secundùm B. *vt Cod. ad legem Cornel. de fal. l. vlti.* Sed Io. contra. & dicit quòd ibi principaliter fuit accusatio falsi instituta.

† Nō ea tamē omnia publica iudicia sūt, in quibus crimen vertitur, sed ea tantùm quæ ex legibus publicorū iudiciorum nuncupantur, vt lex Iulia maie. Iulia de adul. j. Cor. de sicar. & venefic. Pompe. de parri. Cor. de fals. vel. vnde, sum.

a ¶ *Publica.* hæc[a] est ratio quare dicantur publica, scilicet quasi populi. *sic* *J. de suspe. tuto. §. consequens.* Et intellige quòd aliàs possit esse habilis ad accusandum, aliàs non: *vt ff. de accu. l. qui accusare.*

a Publica iudicia cur dicantur.

Quod cuiuis ex populo. Publica ergo iudicia inde nomen trahunt quòd patent omnibus *l. quamuis. ij. C. ad l. Iul. de adult. l. lege Cornelia testamentaria. D. ad l. Corn. de fal.* Eadem ratione popularia iudicia sont publica. *l. cum qui. §. in popularib. D. de iureiur.* ex quo efficitur vt alia sint iudicia publica ciuilia, alia criminalia. Cuiac.

b Partus suppositi & adulterij accusatio non omnibus conceditur.

b ¶ *Plerunque.* hoc ideò dicit, quia quandoque[b] est publica accusatio, & tamen non competit cuilibet ius accusandi. vt crimen suppositi partus. vbi accusant soli parentes: *vt D. ad legem Corn. de fal. l. lege Cornelia. §. j.* Item propter accusationem adulterij, quæ primo defertur certis personis: *vt C. ad legem Iul. de adult. l. quamuis. ij.* Accurs.

c ¶ *Publicorum.* facit. *D. eo. l. ij.* Accurs.

d ¶ *Vltimo supplicio.* quod interpretamur mortem: *vt D. de pœnis l. vltimum.*

e ¶ *Interdictione.* quæ est mors ciuilis *vt ff. de contra tab. l. j. in fi.*

f ¶ *Deportatione vel metallo.* has pœnas expone vt diximus supra, *quib. mod. ius patriæ potesta. solui. § cum autem.*

g ¶ *Infamiam.* vt in l. Iulian. de priuata: *vt §. eo. §. item lex Iulia de vi publica.*

h ¶ *Capitalia.* & ista appellantur religione: *vt ff. eo. l. ij. in §. fi.*

[*Publica autem iudicia.*] CASVS. Domine, pro Deo ponatis nobis exempla de publicis iudiciis & capitalibus. Frater, dicit ipse, libenter. vnde dicit ipse: Publicum iudicium & capitale est lex Iulia maiestatis, per quam puniuntur illi qui contra Imperatorem vel rem publicam aliquid moliti sunt. Per legem enim Iuliam maiestatis puniuntur tales vltimo supplicio: & etiā eorū memoria damnatur, qui contra principem aliquid moliti sunt. Franc.

i ¶ *Rempublicam.* s. Romanorum. Accurs.

k ¶ *Moliti sunt.* cum effectu: tamen sola voluntas sufficit: *vt Cod. ad l. Iul. maie. l. quisquis.*

a Animā non in hominis, sed in Dei potestate est.

l ¶ *Anima.* i. animati corporis. nam anima[a] nō in hominis, sed in potestate Dei consistit. *sic C. de sacr. eccl. l. sancimus. j. in fi. & in Gl. pe.*

m ¶ *Sustinet.* i. infert. Accurs.

n ¶ *Et memoria.* i. dicere, etiā post mortē potest accusari: vt bona deferantur in fiscum, & auferantur heredibus tanquā indignis: *vt C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. & l. seq.* ¶ Et quod dixi post mortem accusari, intelligas in duobus[d] capitulis illius legis: hoc est cū contra principem, vel contra rempublicam Romanorum est machinatus, id est nisus ad malum. aliàs finitur morte, vt cætera crimina: *vt ff. ad l. Iul. maiest. l. fin.*

d Morte quæ crimina non tollantur.

[*Item lex Iulia.*] CASVS. Vidistis iam vnum publicum iudicium, hic ponit dominus Iustinianus exemplum de quodam alio iudicio publico, scilicet de lege Iulia de adulteriis: quæ punit temeratores alienarum nuptiarum vltimo supplicio, & illos qui cū masculis rem nefandam committunt. & non solū puniuntur illi qui adulterium cōmittunt. l. Iul. de adult. sed etiam qui sine vi virginem vel viduam honestè viuentem stuprauerint. Si enim honestus cū honesta muliere fornicatur, patietur publicationem dimidiæ partis bonorum: si autem humilis sit, relegabitur.

* pœna stupratoribus

o ¶ *Item lex Iulia.* s. inter publica iudicia numeratur.

p ¶ *Quæ.* s. lex Iulia de adul. Accursius.

q ¶ *Gladio punit* sacrilegos enim nuptiarū gladio[a] feriri oportet: *vt C. de adul. l. quamuis. ij. in fin.*

a Dic quòd in adulterio pœna mortis hodie inuenitur, quæ non erat olim tempore digestorū: vt no. Glo. in l. quamuis. ij. ...

r ¶ *Cum masculis.* nam in hoc casu armantur iura, vt gladio feriantur: *vt C. ad l. Iul. de adult. l. cum vir nubit.*

s ¶ *Lege Iulia.* s. de adulteriis. nā habet hæc lex multa capitula: *vt D. de mino. l. auxilium. §. sed vt ad legem. & D. ad l. Iul. de adult. capite quinto.*

t ¶ *Sine vi* quid si vi? habet *j. eo. §. fin. autē per vim.*

u ¶ *Viduam.* adiicias, vel puerum, & dic de vidua & de virgine, nisi sint meretrices, vel licitæ concubinæ: vt hic subiicit, honestè & c. & *D. de adult. l. stuprum. j. respon. & §. j.* ADDITIO. Dic quòd hoc procedit de iure ciuili: sed de iure canonico non est permissum: *vt extra. ad nostrum. de haret. §. septimo. & ibi Glo. v. igitur &c.* Ang.

x ¶ *Humiles.* qui sint humiles, vel honesti: dic *vt C. de incest. nup. l. humilem.*

y ¶ *Cum relegatione.* Hæc distinctio penè fallit in tribus casibus, in quibus committitur stuprum, & tamen maior[b] pœna imponitur. Primus est, si quis in puerum committit: quia tunc gladio feritur: *vt J. eo. §. item.* & quando tutor stuprauerit eam cuius est tutor: *vt C. si tut. vel cur. pup. suam l. j.* Item si fuerit stuprata aliqua à suo proprio seruo: *vt C. de mu. qua ser. prop. se iunx. l. j.* ¶ Et not. pœnam[c] stupri esse quinquennalem: nisi quando per vim committitur. tunc enim sine præfinitione temporis potest institui: *vt D. ad l. Iul. de adul. l. mariti. §. quinquennium. & §. fin.*

b Stupri pœna tribus casibus grauior est quàm in aliis, & quæ illi casus sint.

c Stupri pœna est quinquennalis.

[*Item lex Cornelia.*] CASVS. Supra vidistis duo exempla publicorum actiu. adhuc dabo vobis vnum exemplū: videlicet in *l. Corn. de sica.* quæ homicidas punit; & etiām eos qui cū telo ambulant hominis interficiendi causa. Sed quæsiui à domino Iustiniano: Domine, quid est telum? Frater, dicit ipse, strictè accipiendo telū est quod ab arcu emittitur: largè tamen loquendo dicitur telū quicquid emittitur vel de manu, vel de arcu, dum tamen nocere possit, & ponit in litera multa Græca nomina. & sum in vers. sicarij &c. Domine Iustiniane, vnde dicuntur sicarij? Frater, à sica, quod est cultrum ferreum vtrobique scindens. In versic. Eadē lege. iam vidistis vnam l. Corn. quæ tractauit de sica. modò videamus aliā quæ tractat de veneficis. & lege istā tenentur omnes illi qui artibus odiosis vel venenis vel susurria homines occiderunt: & etiā qui mala medicamina publicè vendiderunt. h. d. Franc.

z ¶ *Item lex Cornelia.* s. computatur inter publica iudicia.

a ¶ *De sicariis.* quare sic dicantur, dic *vt j. eo. §. sicarij.* Accursius.

b ¶ *Persequitur.* i. persequitur eos qui homicidia fecerūt cū ferro. nec enim per hanc l. occiditur occidens, sed deportatur, & omnia bona sua publicantur: *vt D. ad l. Corn. de sica. l. eiusdem. §. legis. & l. pen.* ¶ Vel dic q̄ persequitur homicidas ferro: quia eos bona

Institut.

occidimus ... ADDITIO. Dic quòd pœna legis Corneliæ de sicariis est mors: *vt not. in l. j. & l. is qui cũ telo. ff. de sica.* Ang.

a ¶ *Cum telo ambulant.* licèt eos non occidant: *vt C. ad l. Cornel. de sic. l. is qui cum telo.* ¶ Et not. capitula ex quibus aliqui hac l. tenentur: *vt ff. ad l. Corn. de sic. l. j.* Accursius.

Respon. Superiores & inferiores, vt diximus. Item collaterales, vt fratres, consobrini, & patrueles, & proximiores eis. Item affines quidam, vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, socer, & etiam patronus: *vt ff. z. ad l. Pompeiam de parricid. l. j. & l. sed sciendum. & l. cum pater.* Accurs.

... nis occidẽdi causa cũ telo ambulant a. Telum autẽ (vt Caius noster ex interpretatione legum duodecim tabularũ scriptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod arcu mittitur 1 † sed & omne significat, quod manu cuiusque iacitur. Sequitur ergo, vt lignum, & lapis b, & ferrũ hoc nomine contineantur, dictum ab eo, quòd in longinquum mittitur, à Græca c voce τηλοῦ figuratũ. Et sic hanc significationẽ inuenire possumus & in Græco nomine. Nã quod nos telũ appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Admonet nos Xenophõ. † nã ita scribit, * καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Sicarij autẽ appellantur a sica, d qđ significat ferreũ cultrũ. Eadẽ lege e & venefici f capite dãnantur, qui artibus odiosis g, tam venenis quã susurris h magicis homines occiderint i, vel mala medicamenta publicè vendiderint.

Lex Pompeia de parricidiis qua cauetur, quod occidens parentes vel alios de quibus hîc, singulari pœna plectatur, est publici iudicij. Et committens delictum in se, plus punitur quàm committens in alio. Aret.

6 ¶ Alia deinde lex asperrimũ crimen noua pœna persequitur, quæ Põpeia de parricidiis vocatur, qua cauetur, vt si quis parentis k, aut filij aut omnino affectionis eius quæ nuncupatione parricidij † continetur l, fata properauerit m, siue clàm, siue palàm id ausus fuerit: necnon is cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis extitit, licèt extraneus n sit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subiiciatur: sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundũ quod regionis qualitas tulerit vel in vicinum mare, vel in amnem o proiiciatur: vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat: & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias quàm cognatione vel affinitate coniunctas sibi personas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit p.

Publici iudicij crimen l. Corne. de fal. censetur, qua tenetur quicunque aliquid de his quæ exprimuntur in textu, commiserit: & pœna eius in seruo est vltimum supplicium: in libero deportatio. Aret.

7 ¶ Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria q vocatur, pœnam irrogat ei qui testamentum vel aliud instrumentum r † falsum scripserit s, signauerit, recitauerit t, subiecerit, vel signũ u adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit sciens, dolo malo. Eiúsque legis pœna in seruos, vltimum supplicium x est, quod etiam in lege de sicariis veneficis seruatur: in liberos verò deportatio y.

Vim committens cũ armis aliter quàm virginem rapiendo, deportabitur: si sine armis, tertia partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem vel monialem rapiens, vel præstans opem, capite punitur. Aret.

8 ¶ Itẽ lex Iulia de vi publica, seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armatã vel sine armis cõmiserint. Sed si quidẽ armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de vi publi-

b ¶ *Lapis.* facit 5. *de interdic. §. qui autem.*

c ¶ *Græca.* * Significat enim telou, idem quod longè. Nisi forsè malis substituere telothen, quasi dicas, de longinquo. quod & Neb. placuit in lexico suo in. ci- ui. dictione telum. & Bud. in codice suo Instit. annotauit. Nos tñ quod proprius accedit, elegimus, quando & ita legit Sypontinus, & post eũ Ambrosius Calepinus, dictione, telũ.

d ¶ *A sica.* vnde videbatur quòd tantùm qui cũ sica occiderent, hac lege tenerentur. Sed tamen generalius hodie accipitur sica & telum per interpretationem: *vt 5. proxi §.* Est b autem sica (vt subiicit) cultell° vtrioque scindens, quẽ portant peregrini quandoque in baculo quodam, ita quòd non appareat. vnde versus.

Mucro latens sica, sicarius inde vocatur.

e ¶ *Eadem lege.* quæ dicitur Cornelia de sicariis.

f ¶ *Venefici.* Nã plus c est hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere: *vt C. de mathemati. l. j.* Accursius.

g ¶ *Artibus odiosis* i. artificiis odiosis. Nam omnis ars bona est.

h ¶ *Susurris.* id d est incãtationibus. Nam hæc scientia reprobanda est: *vt C. de male. & mathemati. l. eorum.*

i ¶ *Occiderint.* etiam sine dolo: *vt ff. de pæn. l. si quis aliquid. §. §. qui abortionis* Secus in Cornelia, quia dolus est necessarius: nec sufficit etiam lata culpa: *vt ff. ad l. Cornel. de sica. l. in lege.*

[*Alia deinde lex.*] CASVS. Adhuc est quædam lex, quæ asperrimum crimen persequitur noua pœna: quia si quis patrem, vel matrem, vel auum, vel proauum, vel aliquem eorum de quibus fit mentio in litera, occiderit, debet cædi cũ virgis sanguineis: & post modum consui debet in quodã sacculo: & cum ipso debet poni serpens viuus, & canis, & gallus gallinaceus, & vipera, & simia: & tunc cũ illis animalibus brutis debet proiici in vicinum flumen, vel in vicinum mare secundùm quod religionis qualitas tulerit: vt sic inter ferales angustias deficiat, & omnium elementorum vsu viuus careat: vt ei cœlũ superstiti, & terra mortuo auferatur. & sum in ver. si quis autẽ &c. Iam vidistis qualiter punitur ille qui aliquem de linea descendenti vel ascendenti interfecerit. Sed certè si quis alias personas sibi coniunctas aliqua affinitate vel cognatione, quàm illis de qua dictum est supra §. proximo, necauerit, per legem Corneliam de sicariis similiter punitur.

k ¶ *Parentis.* accipe parentes & filios vsque in infinitum: *vt ff. de in ius vocan. l. quique. §. fi. & l. sed si hac. §. liberos.* Accurs.

l ¶ *Continentur.* Sed e qui sunt hi qui hac appellatione continẽtur.

m ¶ *Properauerit.* fortè & si non occiderit, secundũ P. & facit pro eo. *ff. eo. ad l. Pompeiam de parricid. l. j. in fi.* z Vel dic illum specialem casum. a

n ¶ *Extraneus.* Not. extraneũ plus puniri, quã si ipse occidisset: *vt hîc, & ff. eo. l. vtrũ. & l. si sciẽte.*

o ¶ *Vel in amnem.* i. flumen. vel si hæc vicina non sunt, bestiis subiicitur: *vt ff. eo. l. pen.*

p ¶ *Sustinebit.* Sed nónne & qui superiores personas occidit, hac l. Cor. tenetur? Videtur quòd sic: *vt ff. eod. l. j. sed contra C. eod. l. j.* Dic ergo quòd hac l. Corn. tenetur, sed non accusatur. a Vel dic secundùm Io. quòd tenetur eadẽ pœna, scilicet capitali: sed maior hîc imponitur.

[*Item lex Cornelia.*] CASVS. Iã vidistis multas actiõ. publicas adhuc ponit vnam actio. publicam, videlicet si q̃s falsum instrumentum vel testimonium scripserit, vel signauerit, vel subiecerit l. Cornelia de falsis punitur: ita quòd si seruus est, vltimo supplicio affligetur: si verò liber est, deportari debet. Franc.

q ¶ *Testamentaria.* ideò sic dicta, quia de testamento falso ibi agitur.

r ¶ *Instrumentum.* s. emptionale, vel alicuius contractus. Accursius.

s ¶ *Falsum scripserit.* & ita veritatem mutauit: *vt in Authen. de instru. cau. & fi. §. j. in pr. coll. 6.*

t ¶ *Recitauerit.* Not. cõtra illos qui habent instrumenta & scripturas alienas in custodiam, & tamen aliis ostendunt & recitant, & copiam faciunt: quia incidunt in falsum: *vt hîc, & l. j. §. u qui. D. ad l. Corn. de fal. coniuncta. l. qui testamentum.* Ang.

u ¶ *Signum.* i. b sigillum quod in testa. apponitur: *vt 5. de testa. §. post.* Item signum c quod chartis imponitur, vt quandoque facilius fiat comparatio ex instrumentis, *vt in Auth. de instru. cau. & fi. § oportet. col. vj.*

x ¶ *Vltimum supplicium.* quod interpretatur mortem: *vt D. de pœnis. l. vltimum.*

y ¶ *Deportatio.* & omnium bonorum publicatio. & sic not. q ex eodem commisso plus serui quàm liberi puniuntur: *vt hîc, & D. ad l. Corn. de fal. l. j. §. fin. & D. si ex nox. causa agatur. l. pen. & D. de pœ. l. aut seruorum.* imò & inter liberos magis puniuntur minores quàm maiores: *vt D. de incen. ruin. nauf. l. Pedius.*

[*Item lex Iulia.*] CASVS. Iam vidistis multas accusationes publicas: adhuc est quædam accusatio publica, per quam punitur violẽtia, siue sit publica, siue priuata: quia per l. Iuliam de vi pub. punitur quis de vi ac. quia deportatur. Per l. autem Iuliam de vi priuata aliquis punitur, q. vim fecit sine armis, quòd tertia pars bonorum suorũ publicatur. & sum in ver. Sin autem per vim. Supra

vidistis

a Hoc Glo. ob. uit Accur.

† Contra eap. si perfodiens. inn. Glos. super verb. tot. extra de hom.

† Lib. 5 ἀναβάσεως.

* 1 Et tela cominus afferebantur, hastæ, sagittæ, fundæ, & lapides plurimi.

b Sica quid.

b Veneno hominem extinguere plus est quàm gladio. d Incantatorũ ars reprobata.

† Hic emẽdaui ex const. Constantini, cuius sententia parricidæ mors maiorum, nõ Cornelia aut Põpeia l. coercentur. Cuias.

e Parricidium in quas personas admittatur.

a Dic primum opin. sequente hic Io. Fab. propter atrocitatem criminis ...

† hoc adiecit est l. Cornelia. Lex enim quæ non tantũ de nõmine aut de testamentis falsis promulgata est. Cuias.

b Notabi° mutans signum, punitur pœna falsi.

c Signũ vetus in instrumento apponi debet à notario et hoc Glossa quidam colligit. add. de Bart. Nou. ut prop. ... Imperatorum.

vidistis de illo qui commisit stuprum cum vi, vt quia viduam vel virginē vel monialē rapuit. vel potes continuare istum §. ad præcedentem sic: In § proxi. dictum est qualiter punitur ille qui per vim armatam, vel sine armis aliquid alicui abstulerit. modò autē tractat qualiter punitur ille qui stuprum committit per vim. Frā.

a ¶ *In tertiam partem*. Nota ex [a] maioritate delicti maiorem pœnam imponi, *vt hic, & Cod. ad l. Iul. de vi. l. ij. & facit l. de interdict. §. qui autem.* ¶ Item hic damnatus fit infamis: *vt ff. ad l. Iul. de vi pri. l. j. response.* Accursius.

a Poena maior maiori delicto debetur.

b ¶ *Sin autem*. dixit supra quando sine vi aliquis commiserit stuprū: *vt supra eod. §. sed eadem.* nunc quando vi. vel continua cum superiori proxi. §.

c ¶ *Constitutionis*. vt C. *de raptorib. virginum. l. j.*

[*Item lex Iulia.*] CASVS. Non solùm leges superiores dicuntur accusationes publicæ. sed etiam accusatio. l. Iul. peculatus, dicitur accusatio publica: & hac l. punitur ille qui pecuniam Reipub. surripuit: & si fuerit iudex vel magistratus qui hoc fecerit, pœna capitali punietur, & omnes eius complices. Si autem quis extraneus, qui non fuerit iudex vel magistratus, pecuniam Reipub. surripuerit: ipse & eius complices deportari debent. Franc.

ca irrogatur. si verò sine armis, in tertiam partem [a] bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem[b] per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & hi qui opē huic flagitio dederūt, capite puniuntur. † secundum nostræ constitutionis [c] definitionem: ex qua hoc apertius possibile est scire.

Publicam, sacram, vel religiosam rem furto subtrahens, & talibus opem præstēs, ex lege Iul. peculatus, qua publica est, capite punitur: alter autem ex ea delictum committens, deportatur. Aret.

9 ¶ Itē lex Iulia peculatus eos punit, qui publicā pecuniā, [d] vel rem sacrā [e] vel religiosam [f] furati fuerint [g]. Sed si quidē ipsi iudices tēpore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali † animaduersione puniuntur: & non solū hi, sed etiam qui ministeriū [h] eis ad hoc exhibuerint; vel qui subtractas ab his scientes susceperint. [i] Alij verò qui in hanc

† Nota diligenter hunc locum, qui valde [illegible] ... deportatione, quod pugnat cum hoc & in litera: vt hic [illegible]

d ¶ *Publicam pecuniam.* scilicet ciuitatis Romanæ, non alterius: *vt ff. de fur. l. ob pecuniam. & ff. ad l. Iul. pecu. l. iiij. §. penult.*

e ¶ *Rem sacram.* vt calices & thuribula, quæ sacra sunt: *vt Inst. de rerum diuisione §. nullius.*

f ¶ *Religiosam* vt ornamenta sepulchrorum.

g ¶ *Furati fuerint.* vel etiam imminuerint, ita quòd damnificauerint rempub. *vt ff. ad l. Iul. peculatus. l. j.*

h ¶ *Ministerium* i. adiutorium.

i ¶ *Susceperint.* s. [b] ad custodiendum.

b Potest committi quis scienter rē alienā furtiuā custodiendam recipit: vt hic. ad de Capol. ... & pro emptore. vt Dic idem in adulterio & stupro: vt not. Gl. ... singulariter ... per annos XX. ... Cod. de fal. Gris. Ang.

k ¶ *Deportationis.* deportantur enim. ¶ Et no. quòd quinquennio durat hæc actio: *vt ff. ad l. Iul. pecu. l. peculatus.* [c] Item est speciale in ea, quòd contra heredes inchoetur: *vt ff. ad l. Iul. pecu. l. fi.* Accurs.

[*Est & inter.*] CASVS. Non solùm ista sunt publica iudicia, quæ vos vidistis: sed & l. Fabia de plagiarijs, quæ interdum pœna capitis infligit, & interdum minorem, dicitur publicum iudicium. & habet locum hæc lex, si quis filium alterius surripuerit, & eum vendiderit. Talis enim magnam plagam parentibus infert. Idem est si seruum alienum surripuerit & distraxerit. Franc.

l ¶ *De plagiariis.* ideo sic dicta, quia orbanti patre filio, vel domino seruo, hæc lex punit orbantem, siue talem plagam inferētem. habet enim locum quando aliquis distrahit alienum seruum, vel filium, ita quòd pater vel dominus non potest rehabere: *vt D. ad l. Fab. de pla. l. j. & l. lege. & l. eum & l. pe. §. fi.* Item tenetur, qui liberum hominem de loco in locum transportat: *vt C. ad l. Fab. de plag. l. quoniam.* & hoc si dolo facit, non aliter: *vt ff. ad l. Fab. de plag. l. lege Fabia.* Item hac lege tenetur, si quis seruum in fuga constitutum vendat, ita vt emptio statim teneat: *vt Cod. ad l. Fab. de plag. l. in fuga.*

m ¶ *Capitis pœnam.* scilicet maiorem aliquando minorem capitalem, cum capitalis aliàs sit minor, aliàs maior. Nam ingenuus nobilis in metallum damnatur, ignobilis gladio feritur, seruus vel libertus bestiis subijcitur, *vt C. ad l. Fa. de plag. l. fin. & ff. ad legem Fa. l. fin. in fi.* Item quędam ciuilis pœna olim imponebatur, quę cessat hodie, *vt ff. eo. l. fin.*

[*Sunt præterea.*] CASVS. Scire debetis, quòd omnia ferè iudicia publica de quibus tractatum est à principio istius tituli vsque hoc, sunt publica & capitalia. Modò autē est tractaturus Iustinianus de quibusdam iudiciis quæ sunt publica, sed nō capitalia: & enumerat ea in litera. Prima est l. Iul. de ambitu. Secunda est l. Iul. repetundarum. Tertia est lex Iul. de annona. Quarta est l. Iul. de residuis. Quando autem & in quibus casibus locum habeant istæ leges, plenè habes notatum in Gl. ordin. Istæ autem leges minorem pœnam quàm capitalem inferunt eis qui præcepta earum siue earum iudicia neglexerint. Franc.

legē inciderint, pœnæ deportationis [k] subiugantur.

Lex Fabia de plagiariis quandoque pœnā capitis, quandoque leuiorem irrogat, secundum Ang.

10 ¶ Est & inter publica iudicia lex Fabia † de plagiariis, [l] quæ interdū capitis pœnam [m] ex sacris cōstitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de annona, & residuis, quæ in diuersis capitulis loquūtur, diuersas pœnas (præterquàm mortis) inferunt. Areti.

11 ¶ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu, [n] † lex Iulia repetundarum, [o] & lex Iulia de annona [p], & lex Iulia de residuis [q]: quæ de certis capitulis loquūtur, & animæ quidem amissionem non irrogāt, aliis autē pœnis eos subiiciūt [r] qui præcepta earum [f] neglexerint.

Iustinianus finem facturus, ampliorem publicorum iudiciorū determinationem Digesta contineri dicit. Ang.

Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus, vt vobis possibile

† Fabiā vocant hanc legē Beroaldus, Perottus, Cœlius, Cotta; Flauiam verò (sed quod magis placet) Pomponius Laetus ... doctissimus, à Flauio quodā tribuno plebis. Fabiā autē alii.

n ¶ *Lex Iulia de ambitu.* quæ habet locum in quatuor [a] casibus. 1 Primò si quis dederit clàm pecuniam, vt aliquem sortiatur honorem, non in ciuitate Romana. nam ibi cessat hæc lex, cū princeps ibi eligat: *vt ff. ad leg. Iul. de ambi. l. j. in princip.* Ideo dixi clàm, quia palàm potest, [b] *vt ff. de pollicitat. l. j. §. j. & D. de offic. præto. l. Barbarius.* 2 Secundò habet locum quando quis stat in magistratu vltra annum: *vt Cod. ad leg. Iuliam de ambitu. l. j.* 3 Tertiò si quis ingreditur domum iudicis cognoscentis de causa criminali: *vt D. ad leg. Iuliam de ambi. l. j.* 4 Item quartò, si quis iudex nouum vectigal instituerit: & est pœna centum aureorum: *vt ff. ad leg. Iuliam de ambitu. l. j.* Sed in casu deportatur: quando scilicet bis idem officium continuè est assecutus: *vt Cod. ad le. Iuliam de ambitu l. j.* Sed fallit in assessore: *vt Cod. de assess. l. licet.* Item in proconsule: *vt ff. de offic. proconsulis. l. antepen.* a Vel dic ibi fascibus, id est, sex mensibus: quia tantum durabat eius officium. Accurs.

a Ambitus lex quatuor casib. locum habet.

b Negat Ioan. Sab. hoc esse verum: vt l. in ... ff. de ... & in Auth. vt iud. sine quo suf. ... & ff. de ... & in l. ... simulationem.

Dic itaque pro honore sine administratione conferenda secus dari non ad ... cum administratione: sic tenent Bart. & Ang.

i Qui est affectatio honoris premium. Distat autē ab ambitione. Quamuis in ... ambitus verò in animo. Cæterū quod tunc ... turpe dicūt, nos nunc simoniam appellant.

n ¶ *Lex Iulia repetundarum.* Quæ habet locum quando iudex per pecuniam facit aliquid, vel omittit: *vt ff. ad l. Iul. repetun. l. j. iij. iiij. v. vj. & vij.* Esculentum tamen potest accipere iure veteri: dummodo non nimis magnum: *vt ff. de offic. procon. l. solent. in fin.* Sed iure nouo non, nisi quando desit eret salarium, *vt in Authent. vt iudices sine quoquo suffrag. § scriptum est exemplar huius versic. quapropter. ibi,* aut si non est. coll. ij. Pœna autem huius legis est ciuilis in quadruplum: *vt C. ad l. Iul. repetun. l. j.* criminalia extra ordinem: *vt D. ad l. Iul. repetun. l. lex Iulia. § hodie.*

p ¶ *Lex Iulia de annona.* Hæc lex locum habet quotiens quis facit vt annona carior sit: & est pœna in eum statuta viginti aureorum: *vt D. ad l. Iul. de annona. l. ij.*

q ¶ *Lex Iulia de residuis.* Et hæc [e] lex habet locum quando aliquid superfuit ex aliqua administratione publica, & ipse in vsum suum cōuertit, cui erat illa administratio commissa: *vt D. ad l. Iul. pecu. l. iiij. & iiij. §. lege.* Pœna autem huius legis est tertia parte amplius quā debet. quod Pe. sic dixit, vt esset in quadruplum. a Vel dic amplius tertia parte: quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli: *vt D. ad l. Iul. pecu. l. iiij. § sed & qui pecuniam. in fi.* maximè quia pœnæ restringendæ sunt: *vt ff. de pœ. l. interpretatione.* ADDITIO. ¶ Not. quòd in istam legem incidunt officiales siue camerarij qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinēt: quia tenentur ista lege & pœna supra dicta. Et etiam aduertas, quòd ista pœna & lege tenentur officiales qui vnam collectam impositam in commune, destinatam pro vsu & necessitate communis, ipsi conuertunt dictam pecuniam in alium vsum: quia etiam si esset pro necessitate communis, tamen incidunt in illam legem: vt est casus *in l. ij. D. ad l. Iul. pecu.* secundùm Angelum.

e Lex de residuis quod contineat.

r ¶ *Subiiciunt.* s. leges prædictæ quatuor. a Vel dic quòd loquitur indefinitè, vt patet in inferioribus.

f ¶ *Earum.* s. legum. nam in contractibus & aliis quæ debent de iure sortiri effectum, & non sortiuntur, iudicat lex non valere: *vt Cod. de legi. & con. l. non dubium.* Item [d] in criminalibus variæ constituuntur pœnæ: quarum quædam sunt ordinariæ, quæ scilicet habent certam pœnam aliqua legē inductam, vt patet per multas rubricas. *D. de publ. iudic. & in sequentib.* Aliæ sunt extraordinariæ:

d Pœnæ in criminalib. sunt ordinariæ & extraordinariæ.

† Summo digito & quasi per indicem, oratio est certe elegãs metaphoricè adpta & translata, vt innueret hic se Iustinianum perstrinxisse & leniter attigisse. id quod leniter volumus attingere, id summo digito, i. digiti summitate facere solemus: & per indicē quasi per topica, vt summatim dixisse videri velit: vt notauit Alcia. ad ff. lib.4. de verbo. sign.

vt ff. ad senatusc. Turpil. l. & in priuatis. & ff. de extraordi. cri. l. j. & in sequentib. tit. vsque ad tit. de pub. iudi.

[*Sed de publicis iudiciis.*] CASVS. Dixi Iustiniano Domine, quare tantùm de publicis iudiciis tractastis, & tot exempla de eis posuistis? Frater (respõdet dominus Iustinianus) hoc fecimus ad vtilitatem vestram, scilicet vt de eis aliquam notitiam generalem haberetis, siue cognitionem: sed plena eorum cognitio siue scientia ex latioribus digestorum libris Deo propitio aduentura est. Modò autem sufficiat vobis hæc summo digito & quasi per indicem tetigisse. Et nota quòd per hæc duo verba, aduentura, & summo digito, duo dat nobis intelligere: scilicet profunditatē, per hoc quod dicit, summo digito: & beatam spem, per hoc quod dicit, aduentura. hoc dicit Franciscus de Aretino.

fit summo digito [a], † & quasi per indicē [b] ea tetigisse: alioqui diligentior corú sciétia vobis ex latioribus Digestorú seu Pandectarum libris Deo † propitio aduentura est [c].

a ¶*Summo digito.* id est longiori digito, cum quo quis tangere potest altius quàm cum aliis: qui dicitur medius. Accurs.

b ¶*Per indicem.* id est per alium digitum, qui dicitur index. Vel dic, & melius, quòd hæc dicta sunt, vt sint index siue demonstratio aliorum dicendorum: sicut & sub gallina ouum dimittitur, vt sit index ad hoc vt ibi alia faciat oua, & idem in his qui aucupantur ad columbas.

c ¶ *Aduentura est.* vt *D. de publicis iudiciis*, per totum librum vsque ad titulum de appellationibus, qui sequitur. Accursius Floren. ADDITIO. Velit rex cœlestis nostra crimina omnia & priuata & publica tollere: ne nos æthereas ad sedes impediant ascendere. Amen.

a Summo digito & per indicem attingere quid sic, Accursius hîc ignorat.

† Deo propitio, dixit formula veterib. satis vsitata, vt enim Deum propitium, ita & aduersis rebus imprecabātur, vt Deum propitium & fociles obtercis petuabantur, vt ad hunc locum scripsi in meis Commentariis. Et verò Stoicorum sententia est, ita loqui apud Cicer. 4. Academicorum ostēdit.

NIHIL SINE DEO POSSE QVIDQVAM: VIDERIT HOC ACCVRsius. Mihi sanè in Accursium quod errati est, mihi inscientiaque mea: quod recti ac probi, vni diuinæ Maiestati ac prouidentiæ tribuo, Cui soli honor sit & gloria. In hac boni nominis & ominis voce, hocce opus Accursianum Dionys. Gothofredus prælegi: & vt potui melius reddidi & absolui. 29. Maij 1588. anno ætatis 39.

FINIS.